MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO IV.

CONSTITVTIONES ET ACTA PVBLICA IMPERATORVM ET REGVM.

TOMI IV. PARTIS POSTERIORIS FASCICULUS I.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMVIII.





MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LEGVM SECTIO IV.

CONSTITVTIONES ET ACTA PVBLICA IMPERATORVM ET REGVM.

TOMI IV. PARS II.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MCMIX—XI.

CONSTITVTIONES
ET
ACTA PVBLICA
IMPERATORVM ET REGVM.

TOMVS IV.

INDE AB A. MCCXCVIII. VSQVE AD A. MCCCXIII.

PARS II.

EDIDIT


IACOBVS SCHWALM.

HANNOVERAE ET LIPSIAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

MCMIX—XI.

Ex officina aulae Vimariensis typographica.



En tomi quarti parte II. lectori oblata omnia ea quae olim in editione Pertziana legebantur quinque voluminibus absoluta! Adnotari liceat, ex quingentis octoginta tribus numeris huius partis II. octo tantum apud Pertzium publici iuris factos esse.

Contra ea quae in praefatione partis I. scripsimus ordinem Appendicum paullulum mutavimus, Apochas rationum camerae et thesaurariae Actis pontificum potius praeponentes.

Ordines coronationis, de quibus in prooemiis tomorum primi et secundi dictum est, in finem totius corporis Constitutionum reiecti sunt. Solum ordinem coronationis Romanae a. 1312. pag. 609 sqq. iam edidimus.

Praeter virum cl. Karolum Zeumer huius sectionis curatorem de tomo quarto optime meruerunt vir d. R. Salomon, qui in plagulis corrigendis operam navavit, Indicem rerum composuit, eiusque frater Fr. Salomon, qui Indicem chronologicum tomorum I—IV. conscripsit, ac vir d. Fr. Wilhelm Vindobonensis,

qui documentum pretiosissimum nr. 1204. benivolenter nobiscum communicavit. His omnibus gratias referimus ex animi sententia.

Dissertatiunculam, quam passim in prooemiis citamus, de reliquiis archivi Heinrici VII. imperatoris eiusque camerae notariorum registris tractantem in periodici 'Neues Archiv' tomo XXXVII. propposituri sumus.

Prior huius partis II. fasciculus paginas 713—1444 complectens iam a. 1908. ex. prodiit.

Tomi quinti Actorum regni Ludewici IV. et Friderici III. partem primam continentis fasciculus prior a. 1909. iam prodiit, alter exeunte a. 1911. emittetur.

Dabam Hamburgi die 20. m. Martis a. 1911.

HAC ALTERA TOMI QUARTI PARTE CONTINENTUR:

*) Id est in editione Pertziana LL. II.

Appendix I. Acta iustitiariorum curiae. 1091—1112

Appendix II.

Appendix III.

Apochae rationum camerae et thesaurariae. 1143—1197

Appendix IV. Acta pontificum. 1198—1213

pag.

Appendix V. Scripta Pacis. 1214—1238

Appendix VI. Scripta varia. 1239—1307

Appendix VII.
Memorialia et Disquisitiones imperatori vel papae tradita. 1308—1398

Supplementum ad Alberti et Heinrici regum Constitutiones. 1399—1445

Quae leguntur in editione Pertziana LL. II, pag. 529—535 Ordo coronationis *v. iam supra tom. IV, 1 pag. 606 nr. 644.*



HEINRICI VII. CONSTITUTIONES.
(CONTINUATIO.)

---

723. 724. MANDATA PISANIS MISSA.
1312. Ian. 3.—18.

5 **723.** *MANDATUM PRIUS. Ian. 3.*

Proponimus e codice in tabulario archiepiscopali Pisano asservato, cui inscribitur 'Liber extraordinarius scriptus per me Magclottum filium Tantotenis de Montemagno . . . . a. 1312. ind. VIIII. de mense Martii' fol. 94. Edidit etiam minus recte Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 213 nr. 134, ubi de codice male refertur[1]. *(P. deest.)*

10 Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Guidoni comiti Montisfereti potestati et capitaneo, ançianis, consilio et comuni Pisarum, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Discretus vir Guillelmus de Casanova mercator Avinionensis querulose proposuit coram nobis, quod cum ipse cum navi una blado onerata casualiter et invitus portui 15 Pisano applicuisset, vos navem et bladum predicta arresta[s]tis et etiam detinuistis in ipsius mercatoris dampnum non modicum et iacturam. Quare fidelitati vestre districte pre(cipiendo) m(andamus), q(uatinus) sublato invicem dispendio huiusmodi navem et bladum libere ac expedite mercatori relaxetis eidem, bladum ipsum, si de navi predicta extractum fuisset, in ea reponi facientes. Ita ut dictus mercator vias suas pergere 20 possit et nos proinde devotionem et fidelitatem vestram non inmerito conmendemus[a].

Dat. Ianue, III. Non. Ian., regni nostri anno tertio.

724. *MANDATUM ALTERUM. Ian. 18.*

Ex eodem codice fol. 99, cui inscriptum est a. 1312. Ian. 23[2]. *Edidit Bonaini l. c. I, 217 nr. 138.* *(P. deest.)*

25 **723.** a) commendamus *c.*

1) *Praecedunt in codice haec atramento pallidiori scripta:* Hoc est exemplar quarumdam litterarum[a] domini regis Romanorum sigillatarum consueto sigillo ipsius domini regis. Quarum tenor est per omnia infrascriptus, *et sequuntur:* Que littere erant sigillate a tergo sigillo. 2) *Cf. Bonaini l. c. I, 218. Praecedunt in codice:* Hoc est exemplar quarumdam litterarum serenissimi principis domini 30 Henrici regis Romanorum insinuatarum domino Henrico vicario suprascripto per Guillelmum de Casanova mercatorem Avinionensem et petentem eas in actis archiepiscopalis curie registrari. Quarum tenor talis est, *et sequuntur:* Et que littere sigillate erant a tergo sigillo consueto cere gialle dicti domini regis, non abrase, non cancellate et omni suspicione protinus et omnino carentes.

a) *sequitur delet.* serenissimi *c.*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Guidoni comiti Montis Feltri potestati et capitaneo et prudentibus viris ançianis, consilio et comuni Pisarum, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Vehementi admiratione ducimur, quod discreto viro Guillelmo de Casanova bladum ei per vos sublatum iuxta mandatum nostrum alias vobis factum [1] expedire [a] neglexe- 5 ritis. Cum itaque negotium huiusmodi ob personam ipsius Guillelmi reverendum in Christo patrem dominum A(rnaldum) episcopum Sabinensem apostolice sedis legatum contingere dinoscatur et propterea ipsum inexpletum relinquere non possimus, fidelitati vestre sicut iterum sic attentius precipimus et mandamus omnino volentes, quatinus omni tarditate sublata bladum ipsum ipsi Guillelmo integraliter expediatis, omni [b] ordi- 10 natione per vos in contrarium edita omnino cessante.

Dat. Ianue, XV. Kal. Febr., regni nostri anno quarto.

---

725. 726. LITTERAE CLEMENTIS V. REGI DIRECTAE.

1312. Ian. 3.—8. 15

725. *LITTERAE DE REVOCANDO MANDATO REGIO. Ian. 3.*

Autographon Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1373 asservatum denuo contulimus. Bulla deest. Inscripta sunt verba: Carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri, *itemque manu Bernardi de Mercato:* de revocando mandato facto quibusdam episcopis de veniendo Romam, cum iverint [a] ad concilium; *cf. Indicem docu-* 20 *mentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, ubi eadem leguntur additis verbis* sub bulla papali *(= Doenniges l. c. II, 115). Edidit Bonaini l. c. I, 214 nr. 135. Cf. supra nr. 722.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem. 25

Habet venerabilium fratrum nostrorum . . Parmensis, . . Vicentini et . . Florentini episcoporum assercio, quod prudencia celsitudinis tue non advertens, quod ipsi ad generale concilium, quod impresentiarum auctore Domino celebramus, sicut nonnulli alii diversarum partium orbis terre prelati de mandato nostro, quod [b] ipsos quovis alio facto eis auctoritate cuiuslibet pretermisso decuit et oportuit adimplere, vocati persona- 30 liter accedentes excercent in ipso, prout eis salubrius celitus inspiratur, suarum ministerium actionum, eis quod te sequantur ad Urbem et suam ibi presentiam in tue solenniis coronationis exhibeant, per litteras regias iniunxisti [2]. De quo tanto amplioris materiam admirationis concepimus, quanto te ferventius pro divini nominis gloria et ecclesie Romane tue matris honore desiderare confidimus, quod nostre deliberationis auctoritas 35 multorum, ubi [c] consuevit salutis copiosa fecunditas reperiri, munita consiliis eidem concilio finem imponat laudabilem, qui gratus in terris appareat et reddatur acceptus et placidus in excelsis. Quare magnificentiam regiam paterno rogamus et hortamur

724. a) *corr. ex* expediendum *c.* b) omnino *c.*

725. a) iuuerint *or.* b) *in loco raso or.* c) u *corr. ex* i *or.* 40

1) *Supra nr. 723.* 2) *Servatae non sunt; sed cf. supra nr. 695.*

affectu, quatinus premissis digna consideratione pensatis pro nostra et apostolice sedis reverentia ab huiusmodi mandati executione desistas, nullius eis vel ipsorum ecclesiis propter hoc gravaminis molestiam inferendo. Quod si contra eos vel easdem[d] ecclesias processum aliquem[e] huiusmodi occasione forsitan habuisti, illum studeas in statum
5 pristinum revocare. Ipsi etenim Deo que sua sunt reddunt in eodem concilio diligenter et cum ad ecclesias prefatas redierint, reddent liberaliter cesari que debentur. Sic igitur preces et exhortationes huiusmodi ad exauditionis effectum liberaliter introducas, quod regalis devocionis sinceritatem eximiam evidentibus indiciis cognoscamus et proinde serenitatem tuam dignis valeamus in Domino laudibus commendare.
10 Dat. Vienne, III. Nonas Ianuarii[f], pontificatus nostri anno septimo.

726. *LITTERAE DE IURAMENTO REGIS SICILIAE PER INTERNUNTIOS RECIPIENDO. Ian. 8.*

Item denuo contulimus autographon eiusdem tabularii nr. 1375. Bulla deest. Praeter solitam inscriptionem in dorso nihil exaratum est.

15 *Diversae sunt ab aliis, quae ad eandem rem spectantes in Indice documentorum a. 1313. ita notantur:* Quod dominus differat iuramentum Roberti recipere usque ad coronationem imperialem sub bulla papali, *adiecto verbo* cur. *(Doenniges l. c. II, 115). Quas deperditas esse dolemus. Cf. de tractatibus inter Heinricum VII. et Robertum regem Siciliae habitis iam supra nr. 467 cap. 7 et nr. 514 cap. 15, itemque infra nr. 751.*
20 *752 et 781—783.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Significavit nobis carissimus in Christo filius noster Robertus Sicilie rex illustris, quod dudum post regale susceptum de nostris manibus diadema[1] dilectos filios magi-
25 strum Petrum Guillelmi de Castronovo[a] utriusque iuris professorem et Conradum de Aquaviva militem, consiliarios et familiares suos, tibi pro comitatibus Provincie et Folqualquerii homagium seu fidelitatis sacramentum suo nomine prestituros cum sufficienti mandato ad tuam presentiam destinavit. Sed providentia tue magnitudinis tunc homagio seu sacramento huiusmodi non recepto, receptionem illius usque ad festum
30 purificationis beate Virginis venturum proxime prorogavit, subnectens in litteris[2] pro- (1311. Febr. 2.) rogationis eiusdem, quod idem rex personaliter in festo adesset eodem investituram dictorum comitatuum de tuis manibus recepturus[3]. Et demum estate proxima iam transacta prefatum regem expresse per tuas litteras cum exhortatione sollicita requisisti[4], quod Rome in medietate mensis Augusti proxime preteriti tue coronationis solenniis perso- (1311. Aug. 15.)
35 naliter interesset. (2) Verum rex ipse considerans, quod diversarum varietas nationum, que te et eum, si ad coronationem eandem ipsum venire contingeret, sequeretur, gravia posset turbationes[b] et scandala suscitare ac multarum gentium et precipue Guelforum ac Gebellinorum copiosa diversitas de tua et regis comitiva predicti in tante solennitatis

725. d) as *corr. ex* oȝ *or.* e) *sequitur rasura trium verborum or.* f) III. Nonas Ianuarii *eadem*
40 *manu postea exarata sunt or.*

726. a) de Castronovo *atramento pallidiori eadem manu post exaratum or.* b) *in loco raso or.*

1) *A. 1309. Aug. 26 fidelitatis homagium praestitit; cf. Regestum Clementis V. nr. 4782. Coronatum eum esse die 8. Sept., narrat Villanius l. VIII c. 112.* 2) *Quae servatae non sunt.* 3) *Cf. de his etiam ea quae refert Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 3:* ... regem Robertum, cui iam de man-
45 dato vestro *(sc. papae)* dederat *(sc. Heinricus)* licentiam, quod non teneretur recipere feodum suum usque ad certum tempus, de quo ad presens non recordor; *itemque Instructionem legatorum infra ad a. 1313. Apr. 26 edendam.* 4) *Servatae non sunt; sed cf. Encyclicam supra nr. 607.*

celebritate specialiter congreganda, que sicut dissimilitudinem corporum deferunt, sic diversitatem gestiunt[c] animorum, et periculosis causarum dissidiis et inter eos iniuriis irrogatis, odibilis preconcepto partialitatis affectu, possent livorum et odiorum solita renovare discrimina et in ipsos pestiferam ac periculosam[d] tumultuosis[e] concertationibus recidivare iacturam, pro huiusmodi vitandis periculis rex prefatus consilio deliberato providit, ad te pro eodem homagio seu sacramento prestando aut pro sua in coronatione ipsa exhibenda presentia non venire[f], sed propter hoc ad magnitudinem tuam personas tuis gratas aspectibus destinare.

(3) Cum igitur, carissime fili, paternis desideriis cupiamus, prout tuam non latet celsitudinem, quod inter te ac regem eumdem, quem tui honoris credimus zelatorem, ferventis dilectionis grata sinceritas augeatur et indissolubiliter amicitie federe iungantur utriusque mutuo voluntates, ac libenter tam periculosis [tumultibus][g] ministerio nostre sollicitudinis obviemus, regalem magnificentiam paterno rogamus et hortamur affectu, quatinus premissis in scrutinio provide considerationis adductis et discusso per ma[gnitudinis][g] tue sincera precordia diligenter, quod multi doloris in animo sentiremus angustias, si evenire contrar[ium][g], quod huiusmodi nostrum desiderium impediret, occasione contingeret premissorum, ab huiusmodi vocationis executione desistas et regem eundem tam ad prestandum tibi homagium vel sacramentum huiusmodi quam super eius presentia in predicte coronationis exibenda solenniis habeas pro nostra et apostolice sedis reverentia liberaliter excusatum dictumque homagium seu sacramentum a memoratis personis pro dicto rege recipias et ipsarum presentiam in coronationis predicte solenniis nomine dicti regis admittas, cum per hoc eventui tam periculosi discriminis salubriter obvietur. Ac [si][g] forsan aliqui per ipsius regis absentiam iuri tuo dicerent in aliquo derogari, multa poterunt intra[h] vos reperiri remedia, per que iuris tui conservationi super premissis plenarie poterit provideri. (4) Sic igitur precibus et exhortationibus apostolicis convertas regalis magnitudinis intellectum, quod cuiuslibet turbationis, que posset ex premissis quomodolibet suboriri, vitata materia, inter te ac regem prefatum nullius succrescat amaritudo discordie odium vel scandalum paritura nosque serenitatem tuam dignis in Domino laudum commendationibus attollamus.

Dat. Vienne, VI. Id. Ianuarii[i], pontificatus nostri anno septimo.

727—729. SCRIPTA AD RES MONETARIAS SPECTANTIA.

1312. Ian. 13.

V. iam supra nr. 669. 697. 698.

727. *EDICTUM DE MONETIS ALTERUM. Ian. 13.*

Denuo accuratissime contulimus M *minutam a Bernardo de Mercato satis diligenter scriptam, sed partim valde corrosam et omnino dissipatam, quae inter Acta et collectanea*

726. c) u *in loco raso or.* d) pestiferam et periculosam *in loco raso artius scripta or.* e) sis *in loco raso or.* f) *secunda* e *in loco raso or.* g) *uncis inclusa corrosa sunt or.* h) r *corr. ex* e, a *sine correctura scripta or.* i) VI. Id. Ianuarii *stilo acutiori eadem manu exarata or.*

eiusdem notarii servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 39—44 (fol. 42—44 vacuis relictis). Edidit Doenniges l. c. II, 29 nr. 16 a. Cf. etiam ea quae notat Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' II, 41 sq. — Böhmer, Reg. Heinr. 446. (P. deest.)

5 Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus.

Ad universorum no[ti]c[ia]m | volumus pervenire, quod nos circa ea que totius reipublice utilit[atem] | . . . . ll . . . . mus[a] ad laudem omnipotentis Dei et exaltationem | . . . . ire . . . . solicite vigilare . . . . tor earum | . . . . s . . eu . . . . . toti humano[b] generi est necess[arium] | . . . . . . ro Romano. Ve[rum] 10 . . . . totus eius[dem] imperii . . . . | ticiam . . . . ibidem alii . . . . | usq[ue] . . . . . stabiliter est . . . . o | a . . . . ut hoc de . . . . no pro . . . . habito | prius diligenti consilio . . . . tat . . r . [nobi]libus, proceribus . . et | consiliariis . . . . . nobis . . . . et . . . pluribus aliis nostris | subditis [speciali]ter expertis, de monetis nostris novis bon[is] | . . [istis vi]cibus faciendis, 15 cudendis et fabricandis in Ytalia | et . . . endis ubique terrarum in modum qui sequitur duxerimus ordinandum.

1. In primis statuimus et ordinamus, quod fiat moneta grossa sive denarii grossi de argento. Qui denarii vocabuntur imperiales grossi et erunt de pondere quadraginta octo denariorum eiusdem monete pro marcha ad marcham nostram Medyolani, et erunt 20 de lege ad undecim denarios et duos granos ad argentum finum. Et expendentur quilibet denarius dicte monete pro duobus solidis et novem denariis imperialium veterum, et pro duobus solidis Ianuensium parvorum, et pro tribus solidis et quinque denariis et quarta parte unius denarii Astensium parvorum, et pro duobus solidis Vienensium esperonatorum, et pro quatuor solidis Provinisinorum de Roma, et pro 25 sex solidis Lucensium parvorum, et pro quinque solidis et tribus denariis bagatinorum, et pro quinque solidis et tribus denariis Pisanorum, et pro duobus solidis aquilencis de Sardinea, et pro duobus denariis et tercia parte unius denarii Venetorum grossorum, et pro viginti duobus denariis imperialium novorum parvorum monete nostre nove infrascripte. Et[c] non debent elongari dicti denarii de sua iusta lege plus vel 30 minus uno grano et dimidio nec de suo iusto pondere plus quam dimidio denario de forti ad debilem.

2. Et[d] si reperiantur dicti denarii de lege plus vel minus de sua iusta lege uno grano et dimidio, volumus quod per custodem nostrum deliberentur, quousque sit facta recompensatio de pluritate ad[e] minoritatem et de minoritate ad maioritatem. Et si 35 reperiatur plus vel minus in dicta lege unum granum tantum, propter hoc non remanebit quin dicta moneta deliberetur. Semper[f] tamen fiat recompensatio etc. de[f] plus vel minus. Et[c] pro tercia parte unius denarii si reperiatur plus vel minus suo iusto pondere, non remanebit propter hoc quin dicta moneta deliberetur. E[t s]emp[er fiat][g] recompensatio de [pluralitate][g], de maioritate et minoritate in sequenti deliberancia[d].

40 3. Item statuimus, quod fiat alia moneta argentea sive denarii de argento qui vocabuntur imperiales terciori. Et valebunt tres istorum denariorum unum grossum imperialium monete nostre suprascripte, et erunt de pondere duodecim solidi eiusdem monete pro marcha ad marcham predictam et de lege supradictorum imperialium grossorum, et non debent alongari de suo iusto pondere plus quam dimidio denario de forti ad

45 **727.** a) *in hac arenga punctis indicantur litterae in M deletae.* b) toto humanj *M.* c) *nova linea M.* d) *caput 2. mutato ductu alio atramento exaratum M.* e) *sequitur* maior *delet. M.* f) Semper—de *supra lineam stilo acutiori atramento pallidiori addita; prius scriptum erat:* De quarto unius grani plus vel minus non fiet recompensatio *(verbis* plus vel minus *supra lineam additis) M.* g) *uncis inclusa corrosa sunt M.*

debilem pro marcha nec[h] debent alongari de sua iusta lege plus vel minus quam uno grano et dimidio. Et expendetur quilibet istorum denariorum pro octo denariis Ianuensibus parvis, et pro octo denariis Vienensibus esperonatis[i] predic[tis], et pro undecim imperialibus parvis veteribus, et pro t[re]decim denariis et tribus partibus unius denarii Astensium parvorum, et pro duobus solidis Luquensium, et pro sexdecim denariis Provenisinis de Roma, et pro viginti uno bagatinis, et pro viginti uno[1] denariis Pysanis, et pro octo aquileneis de Sardinea, et pro septem denariis et tercio unius denarii imperialium novorum parvorum monete nostre infrascripte, et novem ex eis denariis expendentur pro septem Venetis grossis.

4. Et[k] si reperiatur dicta moneta plus vel minus de sua iusta lege uno grano et dimidio, nolumus quod deliberetur, donec recompensatio fiat ut supra. Et si uno grano tantum, nolumus quod pro uno grano impediatur quin deliberetur. Set semper fiat recompensacio ut supra. Et si fortior vel debilior reperiatur de suo iusto pondere dimidio denario plus vel minus, propter hoc non stabit quin deliberetur magistris. Set semper fiat recompensacio ut supra.

5. E[t][k] custodes nostri tenentur facere assagium de duabus monetis predictis argenteis, videlicet de dimidia uncia usque ad terciam vicem, si custodes viderint expedire.

6. Item statuimus, quod fiat moneta parva sive denarii parvi imperiales. Et erunt de pondere viginti duorum solidorum et octo denariorum pro marcha ad marcham predictam, et de lege duorum denariorum et viginti granorum ad argentum finum, nec debent alongari de suo iusto pondere plus de duodecim denariis fortibus et duodecim denariis debilibus in marcha. Item non debent alongari de sua iusta lege plus vel minus quam uno grano et dimidio. Et expendentur[l] videlicet viginti duo denarii huius monete pro uno imperiali grosso monete supradicte.

7. Et[m] si reperiatur dicta moneta plus vel minus de sua iusta lege dimidio grano, propter hoc non stabit quin[n] deliberetur magistris. Sed semper fiat recompensacio in sequenti deliberantia ut supra, facto assaio de uno quarterio uncie. Et si reperiatur debilior de[o] lege iusta sua[p] uno grano[q] et dimidio, non deliberabitur, donec facta fuit recompensacio ut supra. Et si reperiatur dicta moneta debilior uno denario de[r] suo iusto pondere, propter hoc non stabit quin deliberetur. Set in proxima sequenti deliberatione fiet recompensatio[s]. Et si debilior [ultra][t] unum denarium reperiatur, non deliberabitur, quousque facta sit recompensatio.

8. Item statuimus et ordinamus, quod fiat moneta aurea sive denarii de auro qui vocabuntur Augustarii. Et erunt de pondere quadraginta sex denariorum eiusdem monete pro marcha ad marcham predictam, et de lege viginti quaractarum[u] et dimidie ad aurum finum sine aliquo remedio in pondere neque lege. Et ligabuntur sic, quod una[r] cum dictis viginti quaractis et dimidia auri fini erunt due quaracte et dimidia argenti fini et una quaracta cupri. Et expendentur isti denarii de auro, videlicet quatuor pro quinque florenis auri et duobus Turonensibus grossis de argento. Et quilibet istorum denariorum expendetur pro quatuordecim denariis grossis imperialibus monete nostre supradicte.

727. h) *sequitur* delega[..] *delet. M.* i) *supra lineam add. M.* k) *capita 4. et 5. mutato ductu alio atramento exarata M.* l) *sequuntur deleta* quilibet denarius eiusdem *(supra lineam* huius) monete pro u *M.* m) *caput 7. mutato ductu alio atramento exaratum M.* n) q̄ne *M.* o) de—sua *supra lineam add. M.* p) *sequitur* ec *deletum M.* q) *sequitur* vel uno grano *delet. M.* r) *supra lineam M.* s) *corr. ex* recompensatione *M.* t) *desunt 5 litterae, verbum incertum M.* u) c *supra lineam M.*

1) *Sic in M; sed cf. infra pag. 721 lin. 3.*

9. Et[v] quod monetarii monetarum predictarum dabunt nobis: videlicet pro qualibet marcha denariorum grossorum operatorum duos denarios et dimidium francos, et de denariis terczelis septem denarios et dimidium pro marcha operata[v*] francos, et de parvis denariis imperialibus quatuor denarios eiusdem monete pro marcha operata
5 francos, et pro moneta de auro predicta quatuor denarios Augustarios pro marcha operata francos.

10. Has autem monetas nostras predictas sic fieri volumus et iubemus et ipsas faciendas, fabricandas et cudendas nostro nomine et pro nobis committimus dilecto fideli et | familiari nostro Philippo [de Nig]ro[w] civi Ianue et eius[x] | sociis et . . . .[y]
10 magistrum monetarum nostrarum | . . . . constituimus et [cre]amus et[z] | . . . . quam dyu nobis placuerit id . . . . . . | . . . . Medyol . . . . . | . . . . Ianue fabricare . . . . . [volumus][a] | et ordinamus, quod dilectus fidelis et familiaris noster Georgius Alyon civis Astensis in moneta nostra Astensi medictatem habeat, et ipsum Georgium una cum dicto Philippo ad dictam
15 monetam Astensem magistrum associamus et pro medietate in ipsa moneta in honere, honore et utilitate cum dicto Philippo magistrum constituimus et creamus.

11. Qui magistri, videlicet quilibet pro parte sua, promiserunt nobis bona fide et per corporalia iuramenta tactis quilibet ipsorum sacrosanctis euangeliis et sub obligatione omnium bonorum suorum, quod in officio supradicto et in omnibus aliis nobis et
20 Romano imperio fideles erunt, et quod in predictis et predicta tangentibus fraudem sive dolum non committent nec committi suo posse per alium patientur, quodque supradictas monetas nostras bene et legitime facient ad honorem nostrum et tocius reipublice utilitatem.

12. Volumus tamen, statuimus et decernimus, quod facta deliberancia de dictis
25 monetis per[b] custodes nostros de aliquo deffectu, qui[c] postmodum in ipsis monetis sic deliberatis[d] reperiretur, ipsi magistri in aliquo non teneantur nec super eo debeant ulterius molestari.

13. Item[e] volumus et dictis magistris concedimus, quod in quibuslibet aliis locis Ytalie possint dictas nostras monetas facere, ubi eis melius videbitur expedire ad[f] utili-
30 tatem nostram[g], dum tamen quibuscunque aliis propter hoc non fiat iniuria.

[14. Item[h] volumus, quod dicti magistri dictas nostras monetas habeant per spatium quatuor annorum hac die presenti inchoandorum et proxime subsequendorum, dum[i] tamen bene fecerint[i]. Et promittimus eis, quod ipsas monetas ab eis non auferemus ante finem dictorum quatuor annorum, nisi forefacerent quod absit, propter quod ipsas
35 perdere mererentur.]

15. Item[k] volumus et dictis magistris concedimus in quibuslibet aliis | locis . . . . | monetas . . . . | . . . . facere ubi . . . . | . . . .

Anno Domini millesimo tricentesimo XII, indic. X, die terciadecima mensis Ianuarii,
40 in domo domini Barnabosii de Auria extra portam Ianue in contrata sancti Thome, presentibus dominis Treverensi, Leodiensi, comite Sabaudie, Manuelo de Veran et Frederico[l].

727. v) *caput 9. mutato ductu exaratum M.* v*) *supra lineam M.* w) *uncis inclusa corrosa sunt M.* x) *cancellatum esse videtur M.* y) *punctis indicantur litterae deletae M.* z) *hic supra*
45 *lineam scripta sunt* donec de [. . . . . .] *M.* a) *omnino incertum M.* b) *sequitur deletum* magistros nostros *M.* c) quod *M.* d) sic deliberatis *supra lineam M.* e) *capiti 13. in margine adiectum est:* non vacat sed valet *M.* f) ad utilitatem nostram *supra lineam M.* g) *sequuntur deleta* excepta civitate et districtu Ianue *M.* h) *caput 14. deletum est in margine posito verbo* vacat *M.* i) dum— benefecerint *supra lineam M.* k) *capitis 15. omnino corrosi quae supersunt signo intercalandi posito scripta*
50 *sunt post* Anno—Frederico *M.* l) *ita desinit in medio lineae M.*

728. *FRAGMENTUM CONSTITUTIONIS MAGISTRORUM MONETARUM.* *(Ian. 13.)*

Signo chronologico carens, sed certe eidem tempori vindicandum[1] *servatur ibidem fol. 41'. Denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. II, 32 not. 1.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia etc. universis vicariis, castellanis et officialibus suis ceterisque fidelibus suis, ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum. 5

Universitati vestre tenore presentium facimus manifestum, quod nos de legali[ta]te et industria prudentum virorum Philippi de Nigro civis Ianue et Georgii Alyon civis Astensis familiariorum et fidelium[a] nostrorum dilectorum plenam fiduciam obtinentes, 10 eisdem Philippo et Georgio commisimus monetas nostras, quas de novo cudi et fabricari volumus, faciendas et cudendas et fabricandas in Ytalia et in quibuslibet locis Ytalie, ubi eis melius videbitur expedire, ubi et in quibus licitum est nobis monetas nostras facere fabricari: videlicet monetam grossam sive denarios grossos de argento qui vocabuntur imperiales grossi et expendentur quilibet ipsorum denariorum pro duo- 15 bus solidis et novem denariis imperialium veterum, et pro duobus solidis Ianuensium parvorum, et pro tribus solidis et quinque denariis et quarta parte unius denarii Astensium parvorum, et pro duobus solidis Vienensium esperonatorum, et pro quatuor solidis[b].

729. *NOTITIA DE CURSU MONETARUM GALLICE CONSCRIPTA.* 20

Ad edicti supra nr. 727 instituta spectans itemque signo chronologico carens servatur in eodem tabulario 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) post Constitutionem supra nr. 669 inserta. Scripta est a Bernardo de Mercato. Denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. II, 32 nr. 166. *(P. deest.)*

nr. 727 c. 1. — 1. Il se fera monoie d'argent deners[a] gros de pois de XLVIII deners gros par 25 marc al marc de Melan e de XI deners e II grains de loi a argent[b] fin. E vaudra chascuns deners II s(ols) IX deners emperiaux, II s(ols) de Genuins, III s(ols) V deners e quarta Astesains, II s(ols) Vienins[c], IIII s(ols) Provenesins de Roma, VI s(ols) Luqueis, V s(ols) III deners de pacatins, V s(ols) IIII[2] deners Pisans, II s(ols) d'aquilins de Sardagna. E li V vaurront VI gros Tournois. Item[d] II Viniciains e 30 terz[e] d'argent. E vourra chascuns de ces deners gros XXII deners de emperiaux mies dessouz escriz[d]. E ne se doit eslognier nus deners de sa[f] droite loy[g] pluis de I grain pluis ou de I grain meins[h]. E ne se doit[i] eslognier de son droit pois pluis de dimy dener au marc au fort e au foible.

c. 3. — 2. Item[k] se feront deners d'argent, dont les III vaurront I gros, e seront de pois 35 de XII s(ols) au marc de Melan e de la loy des gros dessus diz. E ne se doivent eslognier de lour droiturier pois plus de dim(y) den(ers) au fort e au foible au marc e de la loi a un grain pluis e a un grain meins. E vauront chascuns deners VIII deners

728. a) fideliorum *M.* b) *ita desinit M.*

729. a) den's *semper M.* b) *sequitur deletum* fin *M.* c) vieñ *M.* d) Item — escriz *signo* 40 *posito scripta sunt post* foibie *M.* e) *super* quarta *delet. M.* f) a *corr. ex* on *M.* g) *super* pois *delet. M.* h) *sequitur* de loy *delet. M.* i) se doit *corr. ex* soit *M.* k) *caput 2. signo posito exaratum est post cap. 3. M.*

1) *Cf. supra nr. 727 cap. 10.* 2) *Sic pro* III; *cf. supra pag. 717 lin. 26.*

Genuins e VIII deners Vienins, XI emperiaux foibles[l], XIII Astenses e III quartre, II[m] s(ols) Luqueis, XVI Provenesins de Roma, XXI deners bagatins[n], XIII deners Pisains, VIII aquilins de Sardegna, e les IX vaurront VII Vinicians. E vaurra chaseuns deners[o] VII deners e le terz[p] de emperiaux mies des-
5 souz escriz.

3. Item se feront petiz deners emperiaux de peis de XXII s(ols) VIII deners le c. 6. marc au marc dessus dit e de ley a II deners e XX grains a argent fin[q]. E ne se eslogneront de lour droiturier peis pluis de XII forz e de XII foibles au marc, e pour tant seront delivres. Item ne se doivent eslognier de lour droite loi pluis de I grain
10 pluis e I grain meins. E nule delivrance ne se face de ces monoies de pluis ou de meins que dessus est dit. E vaurront les XXII deners I gros deners[r] de la monoie dessus dite.

4. Item se feront Augustars d'or qui seront de pois de XLVI deners au marc de c. 8. Melan. E seront de ley de XX caractes e demi a or fin senz remedes ne a fort ne a
15 foible ne de loy. E vaurront li IIII V florins d'or e II Tournois gros. Et vaurront chaseuns deners d'or XIIII deners gros d'argent dessus diz, e III s(ols) VI deners des autres deners d'argent tercerreuz dessus diz. E vaurra de poaz deners emperiaux mies dessus diz XXV s(ols) VIII deners.

730. MANDATUM DE COMITATU NURINGES.

20 1312. Ian. 22.

Denuo descripsimus autographon, quod superest Monaci in tabulario generali regni Bawarici 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 181. Sigillum, quod olim pendebat loro membranaceo, iam desideratur. Scriptum est manu hominis Italici. In verso legitur eadem ut videtur manu cancellariae regiae scriptum: R̷ta *(=* Registrata*). Cf. supplicationem ad has res*
25 *spectantem a. 1311. Oct. 27 regi porrectam, quam infra in Appendice Variorum proponemus. — Böhmer, Reg. Heinr. 448.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Accedens ad nostre maiestatis presentiam vir nobilis Ph(ilippus) senior de Valken-
30 stein nobis humiliter supplicavit, quatinus comitatum de Nuringes, quem vir nobilis Eberh(ardus) de Bruberg advocatus Wetreb(ie) nostro et imperii nomine cepit occupare, sibi de benignitate regia restituere dignaremur. Attendentes igitur obsequia devota, que idem Ph(ilippus) nobis exhibere promisit, dictum comitatum cum pertinentiis suis sibi restituimus ipsumque retinere volumus comitatum eundem, sicut hactenus possedit et
35 tenuit, antequam per ipsum Eberh(ardum) de Bruberg nostro nomine fuerat occupatus. Mandantes advocato Wetrebie qui pro tempore fuerit et aliis quibuscumque, ne predicto Ph(ilippo) vel posteris suis contra huiusmodi restitucionem nostram in eodem comitatu vel pertinentiis suis impedimentum aliquod prebeant aut gravamen. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

40 Dat. Ianue, XI. Kal. Febr., anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

729. l) *supra lineam add. M.* m) *praecedit* XII Luqueis *delet. M.* n) b *corr. ex* n *M.* o) vaurra chascuns deners *supra lineam add. M; cf. not. sequ.* p) *sequitur* vaudront *delet. M.* q) *sequuntur deleta* E seront a XII deners forz e a XII foibles a del *M.* r) *sequitur deletum* et *M.*

731. SCRIPTUM PRO COMITE PALATINO.

1312. Ian. 22.

Documentum memorabile hucusque ineditum descripsit vir d. H. Herre Monacensis ex autographo tabularii secreti reipublicae Bawaricae. Pendet sigillum valde laesum loro membranaceo. In verso nihil exaratum est. Litterae regis vel ducis, quae in nostro documento memorantur, omnes haud servatae sunt[1]. — *Böhmer, Reg. Heinr. 449. Regesten der Pfalzgrafen 1678.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Exaltat honorem et statum principis ac imperii affectuosa devotio subiectorum, dum ad obsequendi promptitudinem gratiosis et allectivis muneribus provocantur. Delectat igitur regalem providentiam, illustrem Rudolfum comitem palatinum Reni ducem Bawarie principem nostrum dilectum, qui nostris ad presens et imperii laudabiliter insistit serviciis in partibus Italie, nostre munificentie prevenire favoribus suisque satisfacere sumptibus, prout tenemur, quos in electione nostra Frankenfurdensi et in coronatione nostra in Aquisgrano se sustinuisse fatetur, super quibus litteras nostras se obtinere asserit, positis et auditis responsionibus et documentis nostris, theloneum, quod in Chuba a festo beati Iohannis baptiste transacto proxime ibidem recepit, indulgemus et auctoritate regia concedimus tenendum et colligendum usque ad festum beati Iohannis baptiste proxime nunc venturum et abinde per biennium continuum, ut de qualibet carrata vini sex Turonenses grossi et de aliis rebus per alveum Reni transeuntibus iuxta proportionem huiusmodi debitum et solitum theloneum exigatur. Ita videlicet quod percepta thelonei memorati nobis in solutionem eorundem sumptuum, si nostris positis et auditis dictis[a] ac responsionibus debitores remanserimus, computentur et plenarie defalcentur. (2) Idem vero dux Bawarie litteras nostras, quas pro restituendis et solvendis predictis sumptibus habere dicitur, exhibere promisit et tenetur ante lapsum termini pro servicio nobis faciendo, prout in litteris super eo confectis continetur, coram nobis in partibus Italie ac intentionem suam per easdem ut expedit declarare. Verumtamen si littere predicte per earum portitorem de partibus Alamanie versus Italiam venientem sine fraude ac dolo quomodolibet perderentur aut propter alia impedimenta legittima venire non possent, extunc ad probandum et ostendendum dictarum expensarum debitum in Alamania audiemus et recipiemus vel per alium recipi faciemus documenta legittima dicti ducis. Nec tamen propter defectum litterarum, si non venirent, ut dictum est, vel pro solutione perceptorum de theloneo predicto ipsum invitum retinebimus in obsequio, quod presentialiter nobis ad presens in Italia dinoscitur exhibere, post lapsum temporis ordinati. (3) Prefato quoque duci defectum debitorum, si positis et auditis responsionibus et documentis nostris summam, quam habere debebit et docebit, ut premittitur, complete colligere non posset, de dicti thelonei proventibus supplere tenebimur in eodem theloneo vel in aliis locis, ubi fuerit oportunum. Hac adiecta conditione, quod si dictum ducem in probationibus suis auditis responsionibus nostris, ut dictum est, fortasse deficere contingeret, extunc percepta de theloneo predicto per pecuniam vel servicium, prout potius habere voluerimus, nobis tenebitur

(Margin: 1311. Iun. 24. — 1312. Iun. 24.)

731. a) *sic or.*

1) *Ea, quae notat Herzberg-Fränkel 'Mittheilungen des Instituts. Ergänzungsband' I, 296, non omnino recte indicantur.*

resarcire. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Ianue, XI. Kal. Febr., anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

5

732. MANDATUM CIVIBUS DE SINZICH MISSUM.

1312. Ian. 24.

Denuo contulit A. Wyss b. m. autographon archivi burggraviatus de Sinzich, quod tunc Nassoviae erat in tabulario liberorum baronum a Stein. Sigilli dorso impressi vestigia 10 *apparent. Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 448 nr. 640 e schedis Kindlingerianis tabularii regii Monasteriensis, quae ad autographum redeunt.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris magistro civium, consulibus et civibus in Sinchehe, fidelibus suis dilectis, graciam suam et omne bonum.

15 Miratur quam plurimum regia celsitudo, quod vos strennuos viros Iohannem de Flamershem et fratres ipsius, homines subditos, familiares et servitores nobili[s] viri Gyrardi domini de Landescrone dilecti fidelis nostri, in bonis et iuribus suis gravare et variis molestiis perturbare non desistitis, licet hoc faciendi alias vobis firmiter dederimus in mandatis[1]. Eapropter fidelitati vestre nunc denuo sub obtentu nostri favoris et gracie 20 districte precipimus et mandamus, quatinus prefatum Iohannem et fratres suos bonis et iuribus suis, quibus pater ipsorum utebatur, quiete et pacifice uti et gaudere permittatis ac eosdem gravare seu molestare super premissis de cetero penitus caveatis, restituentes ac eciam e[mend]antes[a] eisdem ea, que ipsis et uxori dicti Iohannis ablata vel forefacta noscuntur indebite vel iniuste. Nos enim ipsi Iohanni et fratribus suis, qui nostris in 25 Italie partibus fideliter et constanter inherent obsequiis, ad instanciam prefati Girardi de Landescrone, si secus feceritis in premissis, omnino providebimus de remediis oportunis, taliter quod a gravaminibus et molestacionibus eorundem de necessitate desistere vos continget.

Dat. Ianue, VIIII. Kal. Febr., regni nostri anno quarto.

30

733. GRATIA LAUDENSIBUS CONCESSA.

1312. Ian. 24.

Denuo contulimus L *Librum iurium civitatis Laudensis pag. 190, de quo v. supra ad nr. 556. Est rubrum:* Litera gratie concesse fidelibus civitatis Laude super rebus ipsorum recuperandis[a]. *Orthographiae Italicae vestigia omnia adnotare supersedimus.*

35 **732.** a) *foramen or.*

733. a) rucupandis *L.*

1) *Quod mandatum servatum non est.*

Ex eodem fonte iam ediderunt a. 1877. Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 385 nr. 204 et a. 1885. Vignati loco supra ad nr. 502 citato II, 478 nr. 455. (P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus strenuo viro Iohanni de Lucino vicario suo Laudensi et ceteris vicariis qui pro tempore fuerint, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. 5

(1) Significatum est nobis ex parte quam plurium fidelium nostrorum civitatis Laude, qui de dicta civitate expulsi fuerunt seu qui de dicta civitate ipsi et predecessores ipsorum pro parte recesserunt et per nos postmodum ex beneficio pacis nostre[1] reducti sunt in dicta civitate et restituti ad eorum bona, quod quam plures de dicta civitate et districtu detinentes bona et iura et possessiones ipsorum eis restituere contradicunt et 10 pacis nostre beneficium cum effectu obtinere nequeunt, pro eo quod testes propter antiquitatem temporis haberi non possunt, per quos probare valeant, quod ipsi vel predecessores eorum bona, possessiones et iura que petunt tenuissent et possedissent, eo tempore quo exiverunt civitatem predictam. Per instrumenta tamen et per libros regestorum et alias scripturas antiquas civitatis predicte parati sunt probare et probant de 15 iure ipsorum. (2) Quare cum ad nos pertineat subvenire oppressis et indebite aggravatis et maliciis hominum obviare, qui quod suum non est retinere conantur et pacis nostre beneficium restringere pocius quam augere nituntur, tenore presencium vobis precipimus et mandamus, volumus ac etiam ordinamus, quod si predicti fideles nostri per testes vel instrumenta seu alia legiptima documenta sive scripturas antiquas comunis 20 Laude, fama et aliis indiciis ac argumentis rationabilibus cohoperantibus, summariam fidem vobis fecerint, quod res, possessiones, bona et iura, que petunt sibi restitui, ad ipsos pertineant vel ad predictos possessores ipsorum quoad proprietatem vel possessionem vel quasi vel alio quovis iure vel modo pertinuerint eisdem, de plano et breviter de predictis que petunt restitutionem incontinenti sibi fieri faciatis et instrumenta vel 25 scripturas dicti comunis, cum fama et aliis indiciis in dicte pacis nostre et fidelium nostrorum favorem fidem adhibentes eisdem, prout in ipsis videbitur contineri, servetis et servari faciatis incorruptibiliter fidelibus nostris predictis. Ita quod beneficio pacis nostre modis predictis et omnibus quibuscumque aliis, quibus melius et brevius fieri po[ssit], dicti fideles nostri gaudeant cum effectu, cum intentionis nostre sit pacis nostre 30 beneficium non restringere, set augere. (3) Predicta per vos servari volumus et mandamus, nisi illi, contra quos restitutionem fieri postulant, incontinenti fidem legiptimam vobis fecerint, quod res, quas tenent ab illis, qui restitutionem sibi fieri postulant, titulo iusto aliquo habuissent.

Dat. Ianue, nono Kal. Februar., anno Domini millesimo CCCXII, regni vero 35 nostri anno quarto[2].

1) *Supra nr. 556.* 2) *Authenticatio in I. haec verba praebet:* (S. N.) Ego Aymericus Codecasa notarius palatii et officialis ad cameram armarii comunis Laude predictas litteras et privilegium missas per predictum dominum regem et presentatas strenuo viro domino Maracio Guinzano vicario Laudensi pro maiestate regali anno Domini MCCCXII, die Veneris XII. mensis Madii, et sigillatas sigillo pen- 40 denti cere glauce, in quo est statua seu ymago dicti domini regis et in quo scripta sunt hec verba circuencia ipsum sigillum et incipiencia super caput ymaginis dicti domini regis precedente venerabili signo crucis: † Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, vidi et legi. Et de mandato dicti domini vicarii in hoc registro descripsi, nichil addens vel minuens, quod sensum mutet vel variet intellectum, ad eternam rei memoriam, ut unicuique de predictis fieri possit copia et ut servetur ab 45 omnibus sicut hautenticum ipsarum. Et me subscripsi dicto anno et die. In hospicio domini vicarii Laudensis, presentibus dominis Bocacio Garatto, Iacobo de Vistar(ino), Dorato Cagamosto, Percivallo de Overgnacha et pluribus aliis testibus rogatis.

734. MANDATUM DE STATU THURINGIAE.

1312. Ian. 27.

Autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Mainz Erzstift II. Nachtrag fasc. 3/4' asservatum denuo descripsimus. Sigilli foramina sex parva apparent. Inscriptionem praebet: Vener. P. Magunt. archiepo principi | et secretario nro krmo. *Edidit Wegele 'Friedrich der Freidige' pag. 455 nr. 86. — Böhmer, Reg. Heinr. 450. (P. deest.)*

Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili P(etro) Magunt(ino) archiepiscopo, principi et secretario suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

(1) Littere tue[1], quas nobis direxisti noviter, reserabant, quod in partibus Thuringie et Saxonie in castris et munitionibus tuis multas obsidiones et lesiones patitur ecclesia Maguntina per quosdam principes et nobiles dictarum partium. Quod nobis omnino noveris displicere. Quamvis igitur presentia tua karissimo primogenito et principi nostro Iohanni regi Bohemie illustri quam plurimum oportuna foret, tamen ne per absentiam tuam eveniat, prout in dictis scripsisti litteris, irrecuperabile detrimentum, quod per tuam providentiam congruis remediis poterit impediri et in brevi salubriter reformari, permittimus et placet serenitati nostre, quod ecclesiam tuam accedas ad tempus et ibidem que bonum statum et honorem tuum et ipsius[a], sicut attentius et citius poteris, ordines et procures. Ita videlicet quod quam cito per nos aut predictum regem Bohemie ad gerendum curam ipsius et regni revocatus fueris, voluntarie versus Bohemiam revertaris.

(2) Ad hoc sinceritatem tuam rogamus cum affectu, quatinus ad reprimendum et humiliandum iniquos conatus illustris Frid(erici) filii . . lantgravii Thuringie, sicut expedire videris, per homines tuos constanter et viriliter procedere studeas. Qui sicut nobis scripsisti, pluries universa et singula pacta per dictum filium nostrum secum inita[2] violavit et in nullo penitus observavit. Ad quod per homines imperii et dicti filii nostri, ut eidem negotio efficacius insistere valeas, auxilium tibi volumus exhiberi.

Dat. Ianue, VI. Kal. Febr., regni nostri anno quarto.

---

735. DELEGATIO IUDICUM.

1312. Ian. 27.

Contulimus 1) codicem A. 261 inf. bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis saec. XV. fol. 16'. Contulit etiam 2) codicem Vaticanum lat. 2962 fol. 19' vir d. Henricus Pogatscher. Potiores tantum codicum lectiones adnotavimus. Cum codicibus editio Muratoriana 'Rerum Italicarum scriptores' X, 412 (= Albertinus Mussatus l. V. c. X) parata fere omnino concordat. — Böhmer, Reg. Heinr. 451. (P. deest.)

734. a) *an addendum respiciunt?*

1) *Quae servatae non sunt.* 2) *Quae in Appendice Actorum vicariatus generalis per Alemanniam proponemus.*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus vicariis suis civitatum Padue et Vicentie, qui nunc sunt vel pro tempore fuerint, et omnibus fidelibus Romani imperii et vicariis et offitialibus suis quibuscumque, ad quos presentes littere pervenerint, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

(1) Cum iuxta nostre decentiam maiestatis causas dissensionum et errorum, qui et que inter fideles nostros Paduanos et Vicentinos eorumque comunia et singulares personas poterant generare discrimina, curantes diligenti sollicitudine removere et ad pacificum statum reducere super bonis, iuribus et possessionibus [im]mobilibus[a] Paduanorum sitis in civitate Vicentie et districtu et e converso super bonis, iuribus et[b] possessionibus immobilibus Vicentinorum sitis in civitate Padue et districtu necnon et super aqua seu fluvio[c] Bachilionis privilegia quedam hinc inde duxerimus concedenda[1], super quorum executione facienda venerabilem virum Aymonem Gebenensem episcopum principem et secretarium nostrum illo duxerimus transmittendum, qui certo super hoc facto processu sententiam tulit, prout in instrumentis publicis[2], que super hiis conscribi iussit, plenius continetur, nec, ut pro parte Paduanorum nobis insinuatum est, privilegia predicta et sententia de facto, ut nostre intentionis fuit et est, iuxta ipsorum tenores et formas suas sint sortita effectus et executioni mandata, volentes omnino ipsa privilegia et concessiones in totum, prout concessimus et conscribi atque sigillari fecimus, inviolabiliter observari, prudentem virum Bassianum de Guaziis legum professorem et Iohannem de Casti[l]ione nostri palacii auditores, familiares et consiliarios nostros dilectos, ad partes et loca Paduani et Vicentini districtuum presentialiter duximus transmittendos. (2) Quibus deliberato consilio nostrorum iudicum et sapientum tenore presentium dedimus in mandatis, ut dicta privilegia tamquam iusta et rationabilia et iuri consona et sententiam predictam impleant et exequantur, prout scripta sunt, integraliter cum effectu. Iubentes, ut ad locum comunem inter civitates Padue et Vicentie seu alibi prope ipsas, ubi tutius et comodius sit partibus convenire, secundum discretionem eorundem accedant et vocatis ad se omnibus et singulis Paduanis et Vicentinis dicentibus seu dicere volentibus, se spoliatos fuisse suis bonis, iuribus et possessionibus immobilibus temporibus in dictis privilegiis contentis, recipiunt capitula et probationes a singulis super bonis, iuribus et possessionibus immobilibus et iuribus ac rebus, que dicere et ostendere voluerint se possedisse et tenuisse temporibus contentis in privilegiis antedictis et quibus se asserere voluerint fuisse eisdem temporibus spoliatos. Et veritate reperta ipsos de ipsis bonis, iuribus et possessionibus, super quibus fecerint iustas probationes, ponant et inducant auctoritate nostra in vacuam, liberam et expeditam possessionem et in statum pristinum ipso facto, prout ante erant. In quibus predictis omnibus et dependentibus ex eisdem plenam et liberam eisdem concedimus potestatem, arbitrium et auctoritatem, quavis solempnitate vel solempnitatibus iuris omissis. (3) Volumus autem, quod dicti Bassianus et Iohannes in predictis et circa predicta et dependentibus ex eisdem summarie procedant et procedere possint et debeant absque libello, de plano et breviter et sine strepitu et figura iuditii et per omnem modum et viam, per quem et quam sibi melius et celerius videbitur posse fieri, ad executionem omnium predictorum pro favore spoliatorum et contradictores, inobedientes et rebelles punire et cohercere possint et condempnare et penas eisdem imponere et ipsos multare, secundum quod sibi ipsis[d] melius videbitur faciendum. (4) Mandantes vobis et vestrum cuilibet, quatinus in predictis omnibus, prout vobis dicti Bassianus et Iohannes dixerint pro executione predictorum omnium faciendum[e], pareatis et efficaciter intendatis. Quibus in predictis omnibus et dependentibus ex premissis committimus vices nostras, reiectis excusationibus,

735. a) mobilibus 1. 2. b) et *deest* 1. c) flumine 2. *M.* d) *deest* 2. e) facienda 1. 2.

1) *Cf. supra nr. 627.* 2) *Quae servatae non sunt. Sed cf. Albertinum Mussatum l. c. X, 373.*

allegat(ionibus), impedimentis et appellationibus quibuscumque. Quod si ambo seu uterque eorum hiis exequendis interesse non poterint, alter eorum ea nichilominus exequatur. (5) Volumus quoque, quod factis restitutionibus supradictis ad plenum omnino ius cuilibet reservetur, ita quod per eas[f] restitutiones nulli in iure suo preiudicium
5 generetur.

Dat. Ianue, VI. Kal. Febr., anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

---

736. MANDATUM ADVOCATO PROVINCIALI MISSUM.

10 1312. Ian. 28.

Repetimus editionem nostram, quam iam paravimus 'Neues Archiv' XXIII, 49 nr. 25 ex autographo tabularii secreti domus regiae Bawaricae. Supersunt vestigia sigilli secreti cerae rubrae dorso impressi. Scriptum est eadem manu ac mandatum supra nr. 661. *(P. deest.)*

15 Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Georgio comiti Veldencie advocato provinciali fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Fidelitati tue precipimus et mandamus, quatinus provido viro Heinrico de Colonia civi Spirensi, dilecto creditori nostro, in villa Vtersheim, quam[a] eidem cum pertinenciis suis omnibus dudum per nostras litteras concessimus[1], non sinas per nobilem virum
20 Hermannum de Hohenvels preiudicium, impedimentum vel obstaculum aliquid interponi, quominus idem Heinricus dictam villam cum pertinenciis suis pacifice valeat possidere.

Dat. Ianue, V. Kalen. Febr., regni nostri anno quarto.

---

737. CASSATIO COMPROMISSI.

1312. Febr. 4.

25 *Exemplavit iam olim J. Ficker ex transsumto a. 1340. Ian. 20. confecto, quod asservatur Vercellis in tabulario civitatis 'Biscioni 2' fol. 255' (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 257 nr. 404).* *(P. deest.)*

Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus et subiectis, ad quos presentes littere pervenerint, graciam suam et omne
30 bonum.

735. f) eos 2.

736. a) ua *in loco raso or.*

1) *Quae servatae non sunt.*

Ex parte nobilis viri Petri de Azelio nostri amici dilecti conquerendo fuit expositum coram nobis, quod licet ipse et predecessores sui ac homines de Azelio longis temporibus retroactis steterunt in possessione paciffica, non solvendo fodra vel collectas cum comuni et hominibus Vercellarum vel cum eisdem aliqua onera realia vel personalia subeundo[a] pro castro, territorio[b] et hominibus suis de Azelio, ipsum castrum cum mero et misto imperio et iurisditione plenaria[c] libere possidendo, comune tamen et homines Vercellarum a quatuor vel quinque annis citra contra dictum Petrum exercitum facientes, sibi et hominibus suis et eorum rebus et possessionibus contra Deum et iusticiam plurima gravamina intulerunt. Propter quod idem Petrus timens, ne sibi deterius eveniret, facto compromisso in potestatem tunc temporis Vercellarum, per potestatem predictum, sicut asseritur, extitit arbitratum, quod idem Petrus de Azelio equos tenere et cum suis hominibus ad exercitum ire teneretur cum comuni et hominibus Vercellarum. Quare idem Petrus nobis humiliter supplicavit, quod dictum compromissum totaliter anullantes ipsum et homines suos de Azelio in illam libertatem reducere dignaremur, in qua erant, antequam fieret dictum compromissum. Nos autem ipsius Petri supplicationibus benignius annuentes, dictum compromissum, si premissis veritas suffragatur, auctoritate regia cassamus et irritamus ac nullius decrevimus momenti dictumque Petrum et homines suos ad observationem ipsius volumus non teneri, et nichilominus ipsum et homines suos in illam personarum[d] libertatem reducimus per presentes, in qua erant, antequam fieret dictum compromissum, supradictum Petrum et homines suos a predicto compromisso totaliter absolventes. Committentes et mandantes marchioni Montisferrati qui nunc est et hiis qui pro temporibus erunt, quod ipsum Petrum et homines suos in predictas possessiones et libertatem manuteneant et deffendant, contradictores et rebelles compescendo remediis opportunis. In quorum testimonium has litteras nostri sigilli fecimus munimine roborari.

Dat. Ianue, pridie Non. Februarii, anno Domini MCCCXII, regni vero nostri anno quarto.

---

738. 739. SCRIPTA PRO OPIZONE DE SPINULA.

1312. Febr. 6.

738. *AUGMENTATIO TELONEI.*

Cum nec autographi nec apographi cognitionem habeamus, editionem, quam paravit Lünig 'Codex Italiae diplomaticus' II, 553, hic repetendam esse valde dolemus. Orthographiam in minutiis correximus. — Böhmer, Reg. Heinr. 453. (P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Opicino Spinule de Luculo de Ianua, fideli suo dilecto[a] gratiam suam et omne bonum.

Etsi munificentie nostre gratia cunctis, quos nostre clementie regit imperium, communis debeat esse fidelibus, illos tamen gratiori humanitate complectimur, quos antique fidelitatis decorat devotio et grata obsequiorum exhibitio dignos facit. Sane nobilitas generis, morum decor et alia multiplicia tue virtutis merita necnon sincere dilectionis affectus, quem in nostris et imperii statu et honoribus procurandis sumus

737. a) subeundi *tr.* b) terratorio *tr.* c) plenarie *tr.* d) p̄ *superscripto* aꝫ (= personam) *tr.*

738. a) dil. fid. suo *ed.*

experti, regium animum excitant et inducunt, ut petitionibus tuis tamquam bene meritis favorabiliter annuamus. Cum igitur, sicut asseris, in terris seu castris Serravallis et Arquate, que ad presens possides, ac Stazani, quod tibi de novo duximus committendum[1], sit certum pedagium colligi consuetum, videlicet de qualibet salma mercantie 5 viginti duos denarios et de qualibet salma bladi et salis sex denarios Ianuensium parvorum, nobis humiliter supplicasti, ut dictum pedagium et ultra illos viginti duo denarios octo denarios per modum augmenti de qualibet salma mercantie colligere et levare possis ubicunque malueris in terris tuis, concedere tibi de speciali gratia dignaremur, nos vero premissorum intuitu et ut strate et loca circumvicina sint pro tua et tuorum 10 tutela et custodie exercitio[b] transeuntibus magis tuta, in quo volumus te astringi, tuis supplicationibus inclinati, quod in quocunque loco terrarum tuarum, prout magis expediens tibi fuerit, predictum pedagium consuetum et ultra illos viginti duos denarios predictos octo denarios per modum augmenti de qualibet salma mercantie possis recipere, colligere et levare, dummodo nisi in unico loco dictarum terrarum predicta pedagium et 15 augmentum leventur[2], tibi auctoritate regia de speciali gratia duximus concedendum. Mandantes quibuslibet Romani imperii fidelibus, ne te super hoc presumant aliqualiter molestare, sicut indignationem nostram et gravem penam cupiunt evitare. In cuius rei testimonium presentes conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Ianue, octavo Id. Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, 20 regni vero nostri anno quarto.

739. *COMMISSIO VICARIATUS CASTRI STAZZANI.*

Formam signo chronologico carentem, quae certe huic tempori[3] vindicanda est, subiungere liceat denuo collatam ad codicem Monacensem lat. 21242 (Ulm. 42), de quo v. supra ad nr. 676, fol. 84'. In quo codice sola servatur. Edidit Guilelmus Meyer Spirensis 25 *l. c. XIX, 84 nr. 6.* *(P. deest.)*

De industria et legalitate fidelitateque tua plenam fiduciam obtinentes ac sperantes indubie, quod tibi commissa fideliter exequaris, te in tali castro, scilicet Scazani, vel civitat(e) ac omnium iurium et iurisdictionum ipsius usque ad nostrum beneplacitum cum salario debito et decenti constituentes vicarium regie maiestatis ac mandantes . . 30 consilio et communi dicti castri, quod te ad dictum vicariatum benigne recipiant et tibi obedienciam et[a] reverenciam prestent debitam, ut tenentur. Fidelitati tue concedimus pariter et mandamus, quatinus castrum predictum [et civitatem][b], que per aliquos malediccionis alumpnos imperii Romani bannitos et rebelles occupata tenentur, per omnem viam et modum, prout tue circumspectioni videbitur, procures recuperare, accipere et ad nostram 35 obedienciam reducere iuxta[c] posse. Nos enim, quod per te circa hoc factum fuerit, ratum habebimus et faciemus racionabiliter observari. Presencium testimonio etc.

738. b) custodia exercitium *ed.*

739. a) *supra lineam c.* b) *desunt c; sic fere addendum.* c) iusta *c.*

1) *Cf. infra nr. 739.* 2) *Cf. infra pag. 733 lin. 17 sqq.* 3) *V. supra ad nr. 683.*

740. MANDATUM DE STURA SOLVENDA.

1312. Febr. 13.

Ineditum descripsimus ad autographum benivolenter transmissum, quod superest Karlsruhae in tabulario generali 'Selekt der Kaiser- und Königsurkunden nr. 167' asservatum. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso nihil exaratum est. Cf. iam supra nr. 571 et 693. 5 *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris .. magistro civium, consulibus et civibus Constanciensibus, fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Cum nos propter grata et fidelia, que vir strennuus .. dictus Herter fidelis ac 10 familiaris noster domesticus dilectus nobis et imperio in Italia impendit obsequia et imposterum exhibere tenetur, sibi apud vos centum marcas argenti de stura nobis per Nov. 11. vos in festo beati Martini venturo proxime persolvenda duxerimus deputandas, fidelitati vestre sub obtentu nostri favoris et gracie districte precipiendo mandamus precise ac omnino volentes, quatinus statim sine contradictione ac protractione eundem vel suum 15 nuncium exhibitorem presencium suo nomine de dictis centum marcis assecurare nullatenus omittatis solvendis sibi in termino supradicto. Alioquin omne dampnum, si quod ex defectu assecuracionis huiusmodi in suo haberemus[a] servicio quodque idem in solucione dicte pecunie, cum terminus solutionis advenerit, sustineret, in vos utique redundabit. Quibus vero solutis vos de ipsis dicimus liberos et solutos. Presencium testi- 20 monio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. Ianue, Idus Febr., anno Domini M trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

---

741. 742. ORDINATIO CAPITANEI GENERALIS PER LOMBARDIAM. 25

1312. Febr. 13. (Febr. ex.)

741. *COMMISSIO REGIS. Febr. 13.*

Servatur in mandato capitanei generalis infra nr. 742. Orthographiam in minutiis correximus. — Böhmer, Reg. Heinr. 455. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacro Romano 30 subiectis imperio[a] et specialiter per Lombardiam constitutis gratiam suam et omne bonum.

De nobilitate sanguinis, armorum strenuitate ac experientia necnon fide, circumspectione ac industria nobilis viri Vernheri comitis de Homberg fidelis nostri dilecti[b] concipientes[c] fidutiam spetialem, ipsum in capitaneum generalem ordinavimus lige, con- 35

740. a) assecuracionis—haberemus *in loco raso partim artius scripta or.*

741. a) imperio subiectis 2. b) fid. dil. nostri 1. c) concedentes *male* 1.

federationis et conligationis factarum et faciendarum inter civitates, castra, villas et burgos nobis et imperio fideles, ut eisdem tamquam capitaneus assistat et presit ad manutenendum, defendendum et conservandum et viriliter gubernandum nostros[d] et imperii fideles ac iura et honores nostros et imperii ac nostrorum fidelium contra quoslibet 5 nostros et imperii rebelles, tenore presentium duximus statuendum, omnem potestatem ad hoc necessariam sibi plenarie concedentes ac committentes eidem, ut civitates, castra, villas et burgos et alios quoscunque, que dictam non fecerint ligam, de consilio providi viri Iohannis de Castiliono procuratoris nostri et aliorum maiorum nostrorum fidelium sibi tunc presentium, si eisdem tunc videbitur expedire, requirere et citare possit, ut 10 dictas ligas et ordinationes fatiant cum predictis, et ipsos ad hoc per penas et banna ac multas et aliis viis et modis legiptimis ac etiam oportunis valeat exercere. Quapropter fidelitati vestre sub obtentu favoris nostri et gratie precipimus firmiter et mandamus, quatinus prefato comiti capitaneo nostro in premissis et aliis dependentibus ab eisdem fideliter intendatis et parendo efficaciter assistatis[e]. Alioquin penas et banna, 15 quas idem capitaneus iuste tulerit in rebelles, ratas et firmas habentes ipsas fatiemus contra transgressores quoslibet irremissibiliter observari. Presentium testimonio litterarum.

Dat.[f] Ianue, XIII. Februar., anno Domini MCCCXII, regni vero nostri anno quarto.

742. *MANDATUM CAPITANEI GENERALIS.* *(Febr. ex.)*

20 *Linea dati carens proponimus ex* 1) *exemplari civitati Modoctiae directo ad codicem D. 271 inf. fol. 24 bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis, quo continetur Chronicon Modoetiense Bonincontri Morigiae. Contulimus etiam* 2) *exemplar Mediolanensibus missum, quod vulgavit Corius 'Historia Mediolanensis' II, 204 (= Lünig 'Codex Italiae diplomaticus' I, 33). Ad* 1 *redit editio, quam paravit Frisi 'Memorie di Monza' II, 152.*

25 *(P. deest.)*

Vernherus comes de Homberg[a] sacri imperii fidelium per Lombardiam auctoritate regia capitaneus generalis nobilibus viris vicario, sapientibus et comuni de Modoetia[b] salutem et omne bonum.

Cum inter aliquas civitates et terras Lombardie sit ad honorem regalis culminis 30 confederatio, societas et liga contracta, que etiam per dominum Henricum Romanorum regem firmata est, cuius lige ac fidelium omnium imperii nos fecerit capitaneum generalem, intendens ipse dominus, quod omnes imperii fideles debeant dictam ligam intrare, dans nobis potestatem ac baliam precipiendi omnibus imperii fidelibus in Lombardia constitutis et eos conpellendi, ut intrent, secundum quod patet per regias litteras, qua35 rum tenor talis est:

'Henricus Dei gratia — anno quarto.' *supra nr. 741.*

Quare intendentes ad executionem nobis iniunctorum vobis vicario et comuni mandamus pena et banno nostro arbitrio auferenda, die VIII. intrante mensis Martii in civitate Brixie ad nostram presentiam personaliter accedere[c]. Mart. 8.

40 **741.** d) nostris 1; nobis 2. e) absistatis 1. f) Data 1.

742. a) Hombeg̃ 1. b) Mediolano 2. c) *ita desinunt* 1. 2.

743. OBLIGATIO BONORUM IMPERII.

1312. Febr. 16.

Denuo contulimus autographon valde corrosum, quod in tabulario regio Confluentino asservatur, benivolenter transmissum. Sigillum deest, foraminibus relictis. Quatuor lineae priores fere omnino evanuerunt. In verso legitur: R (= Registratum) *manu cancellariae regiae scriptum, itemque:* H. rex obligat Wolusteī p̄p̄ito Traiect. pro 4 (M) flor. anno 12. | Ianue (?). *Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 450 nr. 642 ex Copiario Balduini archiepiscopi Trevirensis nr. 3 fol. 76ʳ.*

Obligationis textus ad modum receptionum castrensium conceptus est. — Böhmer, Reg. Heinr. 456. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Quia honorabili viro Heinrico de Sponheim preposito Traiectensi consanguineo nostro dilecto pro recompensacione serviciorum suorum fidelium, que in partibus Italie nobis et imperio exhibuit et exhibere promisit inantea fideliter et constanter ibidem, in quatuor milibus florenorum dinoscimur obligari, pro quibus sibi, cum ad presens paratam non habeamus pecuniam, castrum dictum Wolfestein et villam dictam Kevelberg cum pertinenciis suis necnon omnes alios redditus magis propinquos dicto castro nobis et imperio pertinentes, qui quidem redditus una cum redditibus castri et ville predictorum in universo usque ad summam centum marcarum argenti annis singulis se extendant, auctoritate regia tenore presencium duximus obligandos, tenendos et possidendos pacifice, donec sibi vel heredibus suis per nos vel nostros in imperio successores prefata summa quatuor milium florenorum plenarie persolvatur. Universitati vestre per regia scripta mandantes, quatinus prefato Heinrico vel heredibus ipsius super premissis vel ipsorum aliquo nullum impedimentum vel obstaculum prebeatis, sicut indignacionem nostram cupitis evitare. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Ianue, XIIII. Kalen. Marcii, anno Domini MCCCXII, regni vero nostri anno quarto.

---

744. CONCESSIO TELONEI.

1312. Febr. 16.

Repetimus editionem nostram ex autographo tabularii regii Taurinensis 'Faucigny Paquet 2 nr. 1' signato 'Neues Archiv' XXVII, 726 nr. 25 paratam. Quam ope imaginis photographicae denuo contulimus. Scriptum non est manu Pauli de Podio Bonizi, ut Samanek loco supra ad nr. 703—712 citato XXVII, 239 et not. 1 minus recte notat, sed ignoti cuiusdam. Sigillum deest, linis sericis rubei coloris relictis. In dorso manu coaeva nihil exaratum est. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia[a] Romanorum rex semper augustus universis presentes[b] literas inspecturis gratiam suam et omne bonum.

744. a) gr̄a, *sequitur rasura unius litterae or.* b) p̄sentibus *or.*

Romani principis dexteram non solum continua munerum largicione munificam, sed et alta beneficiorum collacione magnificam decet et expedit inveniri, ut quemadmodum principes alios cum honore tum opibus precellit[c] in bonis, sic ipsos consuetudine regia quadam animositate[d] precipua transcendat in donis. Eapropter per presens privilegium 5 noverit tam presens etas quam sucessura posteritas, quod nos attendentes devocionis et fidei pure zelum, quem nobilis vir Hugo Dalfini dominus Fucign(iaci) dilectus noster habet erga nostre maiestatis personam, considerantes quoque grandia et accepta servicia, que idem Hugo nobis prestitisse denoscitur et in futurum prestabit, volentes eidem ut tenemur ad merita respondere, damus, tribuimus et concedimus eidem Hugoni 10 presenti nomineque suo et liberorum suorum recipienti donacione pura, mera et inrevocabili inter vivos pedagium sive pedagia et iura ipsa pedag(ia) levandi a quibuscunque mercatoribus mercandias infrascriptas ducentibus, videlicet in terra sua apud Bonam, Pontem Biringii, Flumetum, Belumfortem, Bonamvillam, Sanctum Michaelem, apud Terraciam, Montembonodum, Montemfloritum[1] per terram et per aquam et quolibet 15 locorum predictorum de qualibet grossa bestia venali sex denarios, de quolibet montone et ove venali unum denarium, de qualibet bestia honerata pannis, ferro, vino, blado vel avere de peys venalibus duodecim denarios Gebenenses, ita tamen quod solventes in uno loco predictorum in alio loco terre sue solvere iterato pro mercandia, de qua iam solverit[e], nullatenus teneatur[e, 2]. Mandantes et precipientes universis et singulis 20 dictas mercandias ducentibus, quatenus iuxta formam premissorum eidem Hugoni aut eius mandato absque dilacione, excepcione qualibet et cautela satisfaciant de predictis. Iniungentes etiam universis sacri imperii baronibus nobilibusque aliis quibuscunque, quat(enus) dictum Hugonem eiusque successores ut supra hoc nostro privilegio presenti iuxta formam premissorum uti libere et quiete absque contradicione aliqua permitant. 25 Si qui vero huius nostre sacre pagine violator vel contraditor[e] extiterit, indignacionem nostram se noverit incursurum.

Datum Ianue cum apposicione sigilli nostri[3], die decimo sexto Februarii, anno Christi millessimo trecentessimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

---

745. 746. MANDATA E FORMULARIO SUMPTA.

30 (1311. Oct. ex.—Febr. med.)

Hic subiungere liceat duo mandata ad modum formularum redacta, quae signo chronologico carentia supersunt in cod. Monacensi lat. 21242 (Ulm. 42), de quo v. supra ad nr. 676, ubi sola servantur. Certe tempori, quo rex Ianuae morabatur, vindicanda sunt; v. supra ad nr. 683.

35 745. *MANDATUM DE RESTITUTIONE BONORUM.*

E cod. Monacensi lat. 21242 (Ulm. 42) fol. 84, quem denuo contulimus. Edidit Guilelmus Meyer Spirensis loco supra ad nr. 676 citato XIX, 82 nr. 2.

(P. deest.)

744. c) ll *corr. ex* ff *or.* d) animositate *or.* e) *sic or.*

1) *De his locis cf. notam nostram l. c. pag. 727 n. 1.* 2) *Cf. supra pag. 729 lin. 14 sq.* 3) *Linea* 40 *dati ab usu cancellariae valde discrepat; cf. pag. 675 lin. 22.*

Cupientes . . talium . . necnon agnatorum et sequacium suorum molestiis et iacturis, quibus propter turbaciones post felicem nostrum adventum in Ytalia sunt super bonis suis et possessionibus agitati suisque iuribus inconsulto iuris ordine destituti, ex adverso refragari, ipsos ad omnem bonorum possessionem, rerum, possessionum et iurium predictorum, in quibus erant[a] tempore tali, restituimus in integrum ac pro restitutis 5 haberi[b] volumus et teneri. Decernentes omnes processus per talem et tales contra eo[s] habitos cassos et irritos ac nullius prorsus existere firmitatis nec ad execucionem eorum fore aliquatenus procedendum. Quocirca fidelitati tue precipimus et mandamus, quatinus eosdem . . tales et tales, agnatos et sequaces eorum, quos ab huiusmodi possessionibus fuisse tibi constiterit destitutos, in eas inducas et inductos manuteneas et 10 defendas, accione quorumlibet contra eos in premissis existente penitus inconcussa, faciens eis de dampnis illatis per illos, qui ea[c] ipsis intulerunt, restitucionem integram exhiberi. Presencium testimonio litterarum et cet.

746. *MANDATUM VICARIO DIRECTUM.*

Vicario Mediolanensi directum esse videtur. Ad eundem codicem fol. 84 denuo con- 15 *tulimus. Edidit Meyer l. c. XIX, 84 nr. 5.* *(P. deest.)*

Delectat mentem nostram profectibus ac commodis devotorum imperii plenis intercedere favoribus, quos fidei puritas et obsequendi promptitudo commendatos representat regie maiestati. Sane quam devotis animis prudentes viri Mediolanenses tales, dilecti nostri fideles, regalibus conentur ac studeant ubilibet obedire beneplacitis, claris indiciis 20 experimur, per quod specialibus donis preveniri[a] de nostra munificencia non immerito meruerunt. Disponentes igitur eorum profectibus ac commodis favorabiliter providere, fidelitati tue plenam et liberam tenore presencium concedimus potestatem, talias, pedagia, telonia imponendi ad solvendum debita communis talis civitatis recipiendas ac recipienda tam diu, quousque dicta debita fuerint persoluta. A quibus ipsum commune 25 modo predicto liberam volumus dono gracie specialis, [ut][b] nostris serviciis deinceps prompcius[c] et fervencius se studeant applicare. In cuius rei etc.

747—749. SCRIPTA PRO ABBATE FULDENSI.

1312. Febr. 24.—Mart. 18.

747. *MANDATUM TELONEARIIS DIRECTUM. Febr. 24.* 30

Descripsimus autographon tabularii regii Marburgensis 'Fuldaer Kaiserurkunden 83'. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Scriptum est manu hominis Germani. In verso legitur: ℞ (= Registratum) *manu cancellariae regiae exaratum. — Böhmer, Reg. Heinr. 457.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus providis viris Bruneto et 35 Pucio de Luca, Thomasio de Florencia et Pusino[a] de Lůtzelnburg thelonleariis in Ludenstorf, fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

745. a) *sequitur* taliter *subpunctum c.* b) habere *c.* c) *sequitur* eis *subpunctum c.*
746. a) *scriptum est* promoveri perveniri *c.* b) *deest c.* c) cicius *add. c.*
747. a) Pusnio? *or.* 40

Cum nos propter servicia, que nobis et imperio venerabilis Heinricus abbas Fuldensis princeps noster dilectus versus Thuringiam et Missnam facere promisit, sibi tria milia librarum Hallensium colligendas de theloneo nostro predicto in Ludenstorf nunc duxerimus deputandas, vobis theloneariis nostris, qui iam in dicto loco sunt vel pro
5 tempore fuerint, sub obtentu nostri favoris et gracie districte precipiendo mandamus precise ac omnino volentes, quatinus eundem abbatem vel suum nuncium exhibitorem presencium suo nomine de collecta iam pecunia, si quam habetis, vel de illa, quam proxime congregabitis, sine contradictione ac protractione qualibet de huiusmodi tribus milibus, non obstante quod alias nobis adhuc existentibus in Alamannia sibi apud vos
10 seu predecessores vestros quinque milia librarum Hallensium similiter deputavimus[1], quas eidem iuxta priorum nostrarum litterarum tenorem, si non sunt solute, nichilominus persolvi volumus, expedire taliter studeatis, quod suo ad presens nobis et imperio arduo servicio non fraudemur, sicut indignacionem regiam volueritis evitare. Quibus vero solutis vos de dicta pecunia liberos dicimus et solutos. Harum testimonio littera-
15 rum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. apud Portum Veneris, VI. Kalend. Marcii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

748. *MANDATUM EPISCOPO HERBIPOLENSI MISSUM.* *Febr. 24.*

Autographon eiusdem tabularii l. c. nr. 82 asservatum descripsimus. Scriptum est
20 *manu Italica. Pendet lorum membranaceum; sigillum deest. In verso item legitur:* ℞. — *Böhmer, Reg. Heinr. 458.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Andree Herbipolensi episcopo principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Conquestus est nobis venerabilis Heinricus abbas ecclesie Fuldensis princeps noster
25 dilectus in nostre maiestatis presentia constitutus, quod tu contra tenorem privilegiorum suorum, que vidimus et dudum confirmavimus[2], homines et castrenses abbatis ipsius, videlicet Fridericum et Andream de Tugenden necnon Cunr(adum) dictum Hoelin et Cunr(adum) de Alsvelt ac alios ecclesie sue homines proscribis et excommunicas, quod in suum preiuditium vertitur et libertatis ecclesie Fuldensis non modicum detrimentum[3].
30 Quapropter sinceritati tue per regia scripta mandamus volentes, quatinus super premissis et aliis, que contra tenorem privilegiorum huiusmodi abbatis predicti fieri dinoscuntur, te de cetero omnino contineas et restringas, penitus revocando proscriptionis et excommunicationis sententias, si que late sunt per te contra prefatos et alios homines dicte ecclesie Fuldensis, quas exnunc, quantum iniuste late sunt et indebite, proscribendo
35 personas huiusmodi contra iura et privilegia dicte Fuldensis ecclesie, revocamus et tenore presentium annullamus. In cuius rei testimonium presentibus sigillum maiestatis nostre duximus apponendum.

Dat. apud Portum Veneris districtus Ianue, VI. Kal. Martii, anno Domini millesimo CCCXII, regni vero nostri anno quarto.

40 749. *MANDATUM DE CASTRIS NON EDIFICANDIS.* *Mart. 18.*

Proponimus ad exemplar, quod ex autographo eiusdem tabularii l. c. nr. 84 servato paravit et nobiscum communicavit vir d. W. Füsslein. Scriptum est manu hominis Ger-

1) *Litterae regis servatae non sunt. Consensum vero comitis Palatini v. supra nr. 447.* 2) *A. 1309. Iul. 14; Böhmer, Reg. Heinr. 122.* 3) *Num hic de iisdem rebus agatur, quae supra nr. 641 cap. 18*
45 *intelliguntur, nescio.*

mani. Sigillum deest, foraminibus relictis. In verso item legitur: ℞. — *Böhmer, Reg. Heinr. 464.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro . . advocato Wetrebie, qui est vel pro tempore fuerit, fideli suo graciam suam et omne bonum.

Querelam venerabilis Heinr(ici) abbatis ecclesie Fuldensis principis et secretarii nostri dilecti nostra intellexit serenitas continentem, quod nonnulli nobiles, ministeriales, vassalli et alii quedam castra, municiones et structuras in preiudicium suum et ecclesie Fuldensis ac contra iura, gracias et libertates suas erexerunt et adhuc erigere et construere non verentur, petentis sibi super hoc provideri de remedio oportuno. Ideoque fidelitati tue committimus et mandamus omnino volentes, quatinus ea, que inveneris in preiudicium dicti abbatis et ecclesie sue ac contra iura, gracias et libertatem ipsorum circa erectionem seu constructionem castrorum, oppidorum seu municionum attemptata, in statum debitum studeas revocare, contradictores auctoritate nostra regia cohercendo, ipsumque abbatem et ecclesiam suam in iuribus et libertatibus suis circa predicta manuteneas et defendas.

Dat. Pysis, XV. Kalen. April., regni nostri anno quarto.

---

750. CONCESSIO FEUDI.

1312. Febr. 24.

Denuo contulimus autographon, quod asservatur Monaci in tabulario generali 'Kaiserselekt Nachtrag nr. 181 1/1' signatum. Scriptum est manu Italica. Pendet sigillum laesum fasciis sericis rubei albique coloris. In verso legitur: ℞ (= Registratum) *manu cancellariae regiae scriptum. Ediderunt Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 450 nr. 643 et K. Albrecht 'Rappoltsteinisches Urkundenbuch' I (1891) pag. 212 nr. 296*[1]. — *Böhmer, Reg. Heinr. 459.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Regalis solii dignitas laude decoratur et gloria, cum se subiectis benivolam exhibet et ipsorum iustis peticionibus benignum prestat assensum. Sane constituti in nostre maiestatis presencia nobilis viri Heinrici de Rapoltzstein fidelis nostri dilecti peticio continebat, quod nos resignacionem ville in Bercheim cum pertinenciis suis et reportacionem, quam de ea in nostris manibus fecit libere et solute, sibi titulo proprietatis ut asserit pertinentis, ab eo recipere et ipsam villam cum eisdem pertinenciis sibi et suis heredibus in feodum conferre de benignitate regia dignaremur. Nos igitur suis supplicacioni-

1) *In adnotatione ponere liceat quitationem ab eodem Heinrico civitati Colmariensi a. 1312. Mart. 6 Pisis ut videtur factam de stura ex mandato regio soluta. Quam ad editionem eandem I, 213 nr. 297 repetimus:*

Wir Heinrich der herre von Rapolzstein verjehen allen den, die disen brief sehent oder horent lesen, daz wir von den erberen lůten dem schulthessen, den meisteren, dem rate und den burgeren von Colmer gewert und bereit sint gar und genzlich von der bette, alse in unser herre der Rŏmische kůnig Heinrich gebot, vier hundert mark silbers, und sagen si ŏch der selben gůtis lidig und lere fur uns und fur unser erben. Und daz dis war und stete blibe, dar umbe so henken wir unser ingesigel an disen brief.

Der wart geben do men zalte von Gotis gebůrte driuzehen hundert jar und in dem zwelften jare, an dem ersten Mentage nach Mittervasten.

bus benignum prebentes assensum, predictam resignacionem et reportacionem recepimus et predictam villam cum omni eo iure, quo ipsam possidebat antea, sibi et heredibus suis in feodum, recepto ab eo fidelitatis debite sacramento, duximus concedendum, investientes ipsum more solito de eadem. Ex uberiore dono gratie sibi concedentes,
5 quod ipse ibidem oppidum construere possit ac muris ipsum fortificare valeat et fossatis, sic tamen quod sine preiudicio suo, nisi in quantum vassallus de suo feodo tenetur domino, dolo et fraude exclusis, ad utilitatem nostram et imperii nobis debeat patere, necnon remittentes eidem omnem culpam et iniuriam, si quam commisisset, ex eo quod idem et sui villam ipsam antea in oppidum construere inceperunt. Inhibendo universis
10 et singulis, ne ipsum et suos super hoc presumant aliqualiter molestare, iuribus nostris et imperii et alterius cuiuslibet[a] semper salvis. Testes qui interfuerunt sunt: venerabiles frater Heinricus Tridentinus episcopus aule nostre cancellarius et Heinricus abbas Fuldensis principes nostri dilecti, nobiles viri Ioffridus de Liningen advocatus noster provincialis Alsacie, Dyetherus comes de Katzenelnbogen, Rud(olfus) comes de Nydowe
15 ac Cunradus de Tengen necnon strenui viri Hartmannus de Munster, Mathyas de Herenkein, Rudolfus de Thyrberg et Thomas de Septemfontibus camerarius noster et alii fidedigni. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. apud Portum Veneris districtus Ianue, VI. Kalen. Marcii, indic. X, anno Do-
20 mini MCCCXII, regni vero nostri anno quarto.

---

751. 752. TRACTATUS CUM ROBERTO REGE SICILIAE.

1312. Mart. 10.—Apr. 1.

751. *PROCURATORIUM HEINRICI REGIS. Mart. 10.*

25 *Procuratorium de matrimonio contrahendo proponimus ex autographo nunquam confecto, quod servatur Pisis in tabulario Roncioniano nr. 744 signatum. Scriptum est in cancellaria regis ab homine quodam Italo. Foramina filis apta apparent. Sed postea*[1] *ad modum minutae alia manu correctum est. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 218 nr. 139. Nos iterum accuratissime contulimus.*

30 *In Indice documentorum a. 1313. Pisis confecto, de quo v. supra ad nr. 298, scripta diversa ad has res spectantia enumerantur:* Duo procuratoria sub sigillo domini, qualiter dominus constituit procuratores cum pleno mandato et misit ad Robertum quondam regem, ut perficerent tractatum matrimonii, confederationis et unionis etc., *adiecto verbo* cur.; *item* De tractatu matrimonii de filia domini cum filio Roberti, *adiecto item verbo*
35 cur. *(Doenniges l. c. II, 115 et 116). Sed nostri potius procuratorii exemplar confectum ita intelligi videtur:* Procuratorium domini missum ad regem Robertum pro firmandis matrimonio et unione sub sigillo domini *(Doenniges l. c. II, 116). — Böhmer, Reg. Heinr. 460.* *(P. deest.)*

750. a) s cuius *in loco raso or.*

40 1) *Hos legatos post litteras pontificis infra nr. 752, ut videtur, receptas demum circiter diem 16. m. April. Neapolim profectos esse, ex apochis rationum thesaurariae docemur, ubi haec:* Item a Jehan de Diest notare envoiet avoecke les autres ambaxeurs de Pise vers le roy Robert pour dette qu'on li devoit, des qu'il fu envoies a court de Rome CII florins. Item a frere Jehan de Clermont alant a roy Robert pour deux chevaus LV florins. *(Bonaini l. c. I, 310).*

(manus prior)	*(manus altera)*
⟨Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam[c] et omne bonum.⟩	Universis[a] presentes inspecturis Henr(icus)[b] Dei gratia Ro(manorum) rex semper augustus salutem in Domino.

Noveritis[c], quod nos anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, VI. Idus Marcii, Pysis in palacio venerabilis . . archiepiscopi eiusdem loci, in presentia venerabilium Baldewini Treverensis archiepiscopi germani nostri karissimi, Theobaldi Leodiensis consanguinei nostri et fratris Henrici Tridentini aule nostre cancellarii episcoporum, principum nostrorum dilectorum necnon spectabilis viri Amedei comitis Sabaudie affinis et fidelis nostri dilecti testium infrascriptorum, constituimus, fecimus et ordinavimus, facimus et ordinamus per presentes

	sapientes[d. e] viros Pandulfum de Sabell(is)[f] not(arium) sanctissimi in Christo patris et d(omini) domini Clementis pape[d. g]

religiosum virum fratrem Iohannem de Lucidomonte ordinis Predicatorum sacre theologie professorem

⟨et sapientem virum Anthonium de Surdis de Placentia militem⟩ professorem ⟨legum⟩	et[h] magistrum Iohannem de Vinstinga utriusque iuris[h] [professorem]

procuratores nostros[1] legittimos generales et speciales

	presentes[i] et in se presens mandatum suscipientes[i]

ad tractandum, contrahendum et perficiendum procuratorio nomine sponsalia et matrimonium

	vel derictum eorundem[k]

inter preclaram Beatricem filiam nostram karissimam et spectabilem . . primogenitum illustris Roberti

⟨regis⟩ Sycilie.	Iherusalem et[l] [Sycilie] regis.

Et ad promittendum ac assignandum nomine quo supra dotem eidem regi nomine dicti sui primogeniti ac eidem primogenito dicti regis, necnon vice versa ad recipiendum obligationem et cautionem donationis propter nuptias seu dotalicii a prefato rege pro nobis et iam dicta Beatrice nostra filia seu ad obligandum nos curaturos et facturos, ut ipsa sponsalia et matrimonium contrahantur et consummentur cum dote legittima ut premittitur et donationis propter nuptias assignatione sive dotalicii vice versa tradi-

751. a) Universis—Domino *manu 2. supra lineam super* Heinricus—bonum *deletis.* b) *sequitur* etc. sa *deletum.* c) *ex* gratiam—Noveritis *post manu 2. correctum est* tenore presentium facimus manifestum, *sed rursus deletum.* d) sapientes—pape *manu 2. in margine dextro exarata, signo intercalandi post* presentes *posito.* e) *praecedit* pand *manu 2. scriptum, sed deletum.* f) sabell *corr. ex* sabellis. g) *sequitur rasura duarum litterarum.* h) et—iuris *manu 2. exarata super* et—militem *deletis.* i) presentes—suscipientes *manu 2. supra lineam addita post* speciales. k) vel derictum eorundem *manu 2. supra lineam addita post* matrimonium. l) Iherusalem et *manu 2. super* regis *deleto.*

1) *De procuratoribus eligendis tunc in curia regis dubitatum esse, etiam ex Nicolao Botrontinensi (ed. Heyck) pag. 48 sq. apparet, ubi haec:* Dominus habito maturo consilio ordinavit, quod incontinenti dominus Pandulphus et magister Iohannes de Venestingue utriusque iuris professor et frater Iohannes magister in theologia de Pisis recederent cum plena potestate et auctoritate perficiendi et complendi parentelam inter dicti regis Roberti filium et filiam regis Romanorum. Tunc fuit quibusdam visum, quod duo sufficerent ad predicta facienda, et quod dominus Pandulphus et ego iremus ad Urbem ad tollenda omnia impedimenta, que possent esse in receptione iocunda coronationis dicti regis. Visum etiam fuit, quod predictis duobus fratri Iohanni et magistro Iohanni daretur ambassiata, sicut et nobis, ad dominum Iohannem fratrem regis Roberti et ad Romanos et quod ponerentur in littera. Factum est sic. *Cf. pag. 737 not. 1.*

tione ac obligatione. Et ad iurandum nomine ut supra in animam nostram, diligenter nos attendere et curare debere, ut omnia et singula premissa effectualiter [co]mpleantur. Et nichilominus ad exigendum et recipiendum e converso* iuramentum a memoratis Roberto rege et .. ipsius primogenito, ut premissa omnia et singula compleant
5 cum effectu. Dantes eidem procuratoribus nostris generale ac speciale, liberum et expressum mandatum ad inchoandum**, tractandum, agendum et perficiendum vice nostri ⟨omnia et singula supradicta et alia⟩
quecumque ad essentiam contractus huiusmodi sponsaliorum et matrimonii ac ad eorum requiruntur sollempnitatem,
10 et[m] ad obligandum nos curaturos et facturos, ut memorata fiant et[n] consummentur[m],
necnon omnia† faciendi, que nos ipsi faceremus aut facere deberemus vel possemus pro dictis sponsalibus et matrimonio contrahendis ac dotis et donationis propter nuptias assignatione, si presentes essemus, etiamsi mandatum speciale requirant. Ratum et
15 firmum habentes quicquid per dictos procuratores nostros
aut duos ipsorum[o]
factum vel ordinatum fuerit in premissis aut aliquo premissorum. Promittimus quoque sub ypoteca rerum nostrarum†† contra ea, que memorati procuratores nostri
aut duo ipsorum[p]
20 circa prefata[q] sponsalia, matrimonium, dotis assignationem et donationis propter nuptias receptionem, ut premissum est,
et[r] obligationem nostri[s] sepedictam[r]
fecerint aut nomine nostro sive dicte filie nostre ordinaverint, per nos aut per alium directe vel indirecte seu quomodolibet non venire, immo potius nos curaturos et facturos,
25 ut est premissum, omnia et singula supradicta
per[t] nos et filiam nostram[t]
felici effectui mancipari. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum loco, die et anno Domini ut supra, regni vero nostri anno quarto.

30 **752.** *LITTERAE CLEMENTIS V. HEINRICO REGI MISSAE. Apr. 1.*

Gravissimi documenti minutam M *a nobis a. 1903. in tabulario secreto Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea' inventam iam edidimus loco supra ad nr. 586—597 citato pag. 28—33 (= 245—250). Editionem nostram hic repetimus. Ceterum cf. ea quae l. c. pag. 3 (= 220) notavimus.*

35 *In Indice documentorum a. 1313., de quo v. supra, indicantur:* Pro parentela facienda cum Roberto sub bulla papali, *item* Pro affinitate contrahenda cum Roberto sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 115). Sed num hic litterae nostrae intelligantur, plane nescimus.*

Cf. infra nr. 781—783. *(P. deest.)*

40 *) *sequitur* pactum et *manu 2. supra lineam add.*
**) *sequitur* tractandum *manu 2. supra lineam add.*
†) *sequuntur* et singula supradicta (faciendi) et *manu 2. supra lineam add.*
††) *sequuntur* predicta rata nos habituros et *manu 2. supra lineam add.*

751. m) et—consumentur *manu 2. in margine sinistro adiecta, signo intercalandi post* sollempnitatem
45 *posito.* n) fiant et *supra lineam add.* o) aut duos ipsorum *manu 2. supra lineam add.* p) aut duo ipsorum *manu 2. supra lineam add., post* duo *rasura unius litterae.* q) *sequitur etiam hic* aut duos ipsorum *manu 2. supra lineam add., sed rursus delet.* r) et—sepedictam *manu 2. supra lineam add.* s) nostri *supra lineam adiectum.* t) per—nostram *manu 2. supra lineam add.*

Carissimo in Christo filio regi Romanorum illustri.

(1) Iocundis et gratis de te dudum in regem Romanorum electo per nuncios et ambassiatores, quos tunc primo super hoc ad sedem apostolicam destinasti, auspiciis intellectis, deliberatione provida mentis apostolice rectitudo disposuit, ut electionis eiusdem negocium ex nostra promotione concresceret et magnitudinis tue status obtate susciperet altitudinis incrementa. Et demum in apertum propositum nostre deliberationis huiusmodi per actiones fructuosas et laudabiles producentes, varios certum, videlicet cum carissimis in Christo filiis nostris Philippo Francorum et alium cum Robberto Sicilie[a] regibus illustribus ac diversis nunciis eorundem super unione ac confederatione per te habenda et firmanda cum ipsorum utroque stabiliter tractatus assumpsimus diligenter et sic eos prosecuti fuimus studiose, quod dicto tractatui habito, scilicet cum eodem rege Francorum, celeriter obtatus et laudabilis exitus disponente Domino[b] subsequetur. De quo nostri pectoris[c] intima unda leticie copiose profundit nostrique spiritus in Deo salutari nostro reverenter exultant sibique devotis laudibus multiplices gratiarum referimus actiones.

(2) Super eo autem, quod parentela tractatus inter dilectum filium nobilem virum primogenitum dicti regis Sicilie et dilectam in Christo filiam nobilem mulierem . . natam tuam contrahendo habitus speratum non est sortitus effectum, eidem regi non potest aliquatenus imputari, cum nullius, sicut credimus, ex parte sua deffectus causa processerit, quominus tractatus ipse desideratum finem et debitum sortiretur. Inmo sui ambassiatores et nuncii in nostra presencia constituti frequenter tuis ambassiatoribus presentibus obtulerunt, memoratum Sicilie regem in hac parte sequi paratum nostre beneplacitum voluntatis, ibidem per nos tuis et eiusdem regis expresso nunciis supradictis, quid te daturum et quid recepturum prefatum regem Sicilie et quid te ac ipsum facturos in eodem negocio volebamus, quod per eosdem tuos et subsequenter per nostros speciales et deinde per ipsius regis Sicilie nuncios ac demum per venerabilem fratrem nostrum Arnaldum episcopum Sabinensem apostolice sedis legatum, cui super hoc frequenter scripsimus, tue[d] magnitudini recolimus intimasse. (3) Et licet postmodum dilectus filius nobilis vir Riccardus[e] de Gambertesa senescallus Provincie, unus de nunciis prefati regis Sicilie, ad te pro firmanda dicta parentela venisset[1] et cum certis de consiliariis tuis, quos ad tractandum cum eo dicte parentele negocium deputasti, super hoc specialem habuisset tractatum, dicti[f] tamen consiliarii de hiis, que super hoc ordinata coram nobis[f] et per nos expressa coram eisdem nunciis ut premittitur et tunc eisdem consiliariis per eundem senescallum oblata, ut idem senescallus asserit, fuerant, non contenti, inmo negocium ipsum, ac[g] si nullus tractatus intervenisset super hiis, in pluribus revolventes, ab eodem senescallo quedam alia, de quibus primo nichil tractatum extiterat, pecierunt[h]. (4) Eodem vero senescallo tunc infecto negocio ad dicti regis presenciam redeunte, rex ipse nostre super huiusmodi negocio parentele perpendens intentionis affectum, nuncios certos alios iterato duxit ad tuam celsitudinem destinandos, et tua serenitate petente quedam, que sicut predicitur alias petita non fuerant, ipsi ultra condicta in pluribus tuis voluntatibus annuerunt. (5) Verum tu postmodum, aliquorum ex consiliariis ipsis, qui magnificencie tue ac regis ipsius honoris augmenta non diligunt, set ut odii preconcepti non absque prodicionis[i] nota valeant venena diffundere et de faretra conmotionis tue sagittas lesionis emittere contra ipsum, pravis[k],

752. a) Si *corr. ex* Sc *M.* b) *atramento fusciori supra lineam add. M.* c) *corr. ex* petitionis *M.* d) *corr. ex* tui *M.* e) *corr. ex* Ricciardus *M.* f) dicti — nobis *atramento fusciori in margine add. M.* g) *in loco raso atr. fusc. scriptum M.* h) peci *item atr. fusc. M.* i) ꝑ *corr. ex* p *M.* k) a *corr. ex* e *M.*

1) *A. 1311. m. Oct. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. pag. 295. ad 1311. Oct. 21.*

sicut noviter ad nostri apostolatus auditum non sine grandi admiratione pervenit, consiliis et suggestionibus instigatus, nedum[l] ad tractatus eiusdem consummationem non[m] intendis, verum etiam adversus eum disponis facere novitatem. Profecto, dilectissime fili, potes de facili patenter advertere, quod de puritate cordis consilia ipsa non prodeunt, quodque talia suggerentes personam tuam vere non diligunt et honoris tui se non exhibent zelatores neque tui cupiunt dilatari magnificentiam principatus. Nosti quippe, quod ipsi linea tibi consanguinitatis non attinent nec, antequam regalis dignitatis culmen ascenderes, dilectionis vel amicicie fuerant specialitate coniuncti, set celsitudini regie post tue promotionis auspicia, ut propria comoda promoverent suosque tuis possent viribus adversarios conculcare et de foramine serpentem extrahere tue potencie manibus, prout audivimus, adheserunt. Quod si hec et aliorum profectuum non sperarent fructus multiplices, inter te ac subditos et emulos tuos durante discordia, te sequendo colligere, a quibuslibet obsequiorum tuorum oneribus dorsa diverterent eorundem. Propter quod omnino displiceret eisdem, quod cum subditis ipsis et emulis celesti dono tibi pacis arrideret salubritas, fructuum eorundem, quam tempore presentis turbationis percipiunt, utilitate frustrari pacis tempore formidantes.

(6) Propterea, carissime fili, prefatis consiliis, que de adipe iniquitatis emanant, vitatis salubriter et suggestionibus talium, que de fomite nequicie producuntur, ne[n] mentis regie puritatem sua pravitate commaculent, procul pulsis, salutaribus tui patris consiliis, que pro filiis solerter exquirit, mentem vigilanter adhibeas, aurem cordis desideranter inclines et eis, que per viam salutis et vite tuos dirigunt equitatus, cum[o] filiali reverentia penitus adquiescas[o]. Contemplare quidem sollicite et meditare prudenter, qua teneritudine nos et[p] Romana ecclesia mater tua personam tuam, quam in nostri pectoris intimis absque intermissione portavimus, dilexerimus hactenus et etiam diligamus, quanta sollicitudine tue promotionis negocium fuerimus prosecuti et quanti prerogativa favoris[q] quantave promptitudine gratie in tuis agendis nos liberales semper inveneris et paratos. Hoc namque patris affectus cum anxietate multa desiderat, hoc sollicite matris eiusdem pietas copiosa perquirit et ad hoc suos diffundit assidue cogitatus, ut te cum regibus ipsis indissolubilis amicicie et unionis federe colligato, quorumlibet adversariorum impetus formidare non habeas, set pocius solium celsitudinis tue precelsi status nomen suscipiat, pacis tibi gaudia desiderata proveniant et quietis et[r] in terris tue dicioni subiectis regnes cum securitate feliciter tuoque subiecte dominio nationes in tabernaculis fiducie ac requie sedeant opulenta[1]. Que nedum per[s] consumationem parentele ac tractatuum predictorum proventura de facili Domino dirigente confidimus, verum etiam manifesta colligimus, ex hiis universis orbis fidelibus affluentis transquillitatis dulcedinem proventuram. (7) Attendas etiam sollicite, princeps magnifice, et infra tui claustra cordis discreta meditatione recenseas, quod eundem regem Sicilie tamquam nostrum et eiusdem Romane ecclesie specialem filium et vassallum affectione multa diligimus et portamus sincerius in visceribus caritatis ac prefatum Sicilie regnum, quod ad eandem ecclesiam peculiari iure specialiter dinoscitur pertinere, velut recreationis nostre pomerium oculo paterne sinceritatis inspicimus[2] tuaque ac ipsorum tempora tranquilla perquirimus et desideranter obtamus, ut omnis turbationis sublata caligine molestie vexationis cuiuslibet non senciant lesionem. Non enim iacturas ipsorum,

752. l) *sequitur rasura trium litterarum; an prius scriptum erat* non? *M.* m) *in margine add. M.* n) *corr. ex* nec *M.* o) cum — adquiescas *in margine sinistro atramento fusciori add. M.* p) *abhinc mutato stilo M.* q) voris *atramento fusciori in fine lineae scriptum M.* r) *atr. fusc. in margine add. M.* s) *atr. fusc. supra lineam add. M.*

1) *Ies. 32, 18.* 2) *Cf. in litteris pontificis a. 1313. Iun. 12 infra edendis haec verba:* que velut recreationis nostre pomerium delectabiliter intuemur.

per quas nos et eadem ecclesia graves sentiremus molestias et sevi doloris ictibus confoderemus in intimis, dissimulare possemus, set pocius nos et eadem ecclesia, sicut ipsa egit retroactis turbationum temporibus, dum eiusdem progenitores regis prefati regni regimini, quod potes in exemplum assumere, presidebant, ad ipsorum regis defensionem et regni nostram et[t] ipsius ecclesie, sicut nobis incumbere dinoscitur, quantum iusticia 5 pateretur, extenderemus dexteram et virtutem. (8) Quare celsitudinem regiam paterni rogamus affectu et hortamur attencius in domino Ihesu Christo et obsecramus per[u] viscera misericordie Dei nostri tibique nichilominus[u] sano et puro consilio suademus et omnimode volumus, ut premissis in statera provide considerationis adductis, sicut nostram et ecclesie predicte gratiam et benivolenciam diligis et turbationem, que nobis propter 10 hoc inferretur, desideras evitare, parentelam huiusmodi cum rege prefato remota qualibet occasione ac tarditate stabilias, huic nostro salubri consilio, qui tibi plus profecimus ac proficere possumus et intendimus, nisi per te quod absit steterit, quam contrarium consulentes, quorum persuasio non ex caritatis zelo, set ex malicie veneno[v] procedit, sicut verisimiliter presumitur, acquiescens, ut boni tam amabilis precium gratum, sicut 15 speramus, in excelsis Altissimo et acceptum in terris et utile tibi et fidelibus aliis habundanter fructificet, ac nos et eadem ecclesia multiplicatos quos desiderabiliter expectamus colligamus ex illo manipulos gaudiorum, tuque provide divine misericordie gratiam uberius consecutus preter retributionis eterne premium gloriosius[w] merearis, ut augeantur dierum longitudine in benedictionibus dulcedinis dies tui[1] et votivis semper 20 successibus superni regis commitatus auxilio fulciaris. Super premissis vero, si quod absit te negligente nostris in hac parte obtemperare consiliis, monitis et beneplacitis exitum felicem non habeant, licet cum amaritudine cordis non modica exoneramus nos apud Deum et homines in puritate ac plenitudine veritatis, cum per nos non steterit, quin super hiis exsolverimus debitum apostolice servitutis. 25

(9) Super federe siquidem huiusmodi parentele firmando nos eidem regi Sicilie per alias nostras litteras[2] intimamus, quod ipse nuncios suos destinet ad supradictum episcopum Sabinensem, quem pro predictis penes tuam excellenciam procurandis, prout in presencia nostra inter tuas et ipsius regis Sicilie gentes prolocuta fuerunt, specialiter oneramus. Preterea serenitatem tuam re[d]dimus sollicitam et intentam, quod si qui 30 volentes huiusmodi nostrum propositum versutis machinationibus impedire tibi forsan susurrarent, quod predicta que scribimus non tantum precordiis[x] nostris insisterent, quantum per seriem presencium ostendimus litterarum, eorum persuasionibus tanquam falsa et mendosa loquencium ac qui zizaniam seminare conantur aures tuas aliquatenus non inclines, cum premissa desideremus[y] ardencius effectui mancipari, quam possemus 35 litteris explicare.

Datum Vienne, Kalen. Aprilis.

752. t) *atramento fusciori supra lineam add. M.* u) per — nichilominus *stilo acutiori atr. fusc. in margine dextro add. M.* v) *in loco raso M.* w) *corr. super* gloriosum *M.* x) *in loco raso stilo acutiori atr. fusc. M.* y) *ultima* e *in loco raso M.* 40

1) *Cf. Eccli. 50, 24. Ps. 90, 16. 20, 4.* 2) *Quae servatae non sunt.*

753—756. REFORMATIO CIVITATIS PISANAE.

1312. Mart. 17.—Apr. 18.

Documentorum[1] *imbreviaturas proponimus ex* 1) *imbreviatura Bernardi de Mercato, quae servatur inter eius Protocolla et Acta Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali* 5 *Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) fol. 5, ubi nr. 751—754 simul exarati sunt; edidit Doenniges l. c. II, 33 nr. 17; collata ad nr. 754 etiam* 2) *imbreviatura Leopardi Frenetti notarii, quae servatur in eius Registro, de quo v. supra ad nr. 470, fol. 17. V. iam supra nr. 456.*

753. *CONSTITUTIO ANZIANORUM. Mart. 17.*

10 *Ex* 1, *ubi sola servatur. — Böhmer, Reg. Heinr. 463.* *(P. deest.)*

Serenissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus fecit, constituit et ordinavit de novo ancianos Pisani populi infrascriptos, quorum officium durare debeat usque ad Kalendas Maii proxime venturas. Nomina quorum ancianorum sunt hec: videlicet in ponte Gaddus Gattus, Vannes Tortinus, Bar- (Mai. 1.) 15 tholomeus Gonis notarius, in medio Mensis de Vico iudex, Vannes de Lino, Pardus Boeticella tabernarius, in foriporta Tuctius Boncontis, Gens de Cantone, Beetus Bonaiuti cor(arius), in Kinchica Gognus Leuli, Grugnetus Grassus, Mammictius de Vicarello calchearius.

Qui anciani in manibus dicti domini regis iuraverunt ad sancta Dei euangelia 20 super animas ipsorum corporaliter tactis evangeliis, quod dictum officium ancianatus facient et exercebunt bene et legaliter sine fraude, remotis odio, amore, precio vel precibus aut timore, pro dicto domino rege ad laudem et reverentiam omnipotentis Dei et beate Marie virginis patrone civitatis Pisarum et omnium sanctorum et sanctarum Dei et ad bonum statum et reverentiam atque honorem dicti domini regis et Romani 25 imperii et ad bonum et pacificum statum comunis populi Pisani. Et dictum dominum regem et eius vicarium in dicta civitate Pisarum et omnes alios officiales dicti domini regis manutenere et deffendere et sequi secundum voluntatem et mandatum dicti domini regis et eius vicarii. Preceptis et mandatis dicti domini regis obedient et omnia et singula alia facient et sequentur, que ad honorem et utilitatem dicti domini regis et 30 imperii et ad bonum et tranquillum statum dicte civitatis et districtus eius viderint convenire.

De quibus omnibus dictus dominus rex precepit nobis Leopardo et Bernardo et Iohanni de Dist notariis suis, quod faceremus publica instrumenta.

Acta sunt hec Pisis in generali parlamento et universitate hominum civitatis 35 Pis(arum) congregato et choadunato in platea ante ecclesiam maiorem beate virginis Marie civitatis Pis(arum). Presentibus venerandis patribus domino Baldovino archiepiscopo Treverensi, Theobaldo episcopo Leodiensi et magnificis viris dominis Amedeo

1) *In adnotatione ponimus ea quae refert Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 47:* Venimus Pisas *(inter diem 15. et 20. m. Martii; cf. Heyck l. c. pag. XXXIII).* Et ibi inter alia relatione digna 40 invenimus civitatem satis turbatam et commotam et hoc propter dominium totum, quod ad se dominus rex acceperat, nichil volens eis servare de modo faciendi ancianos et alios officiales secundum consuetudines antiquas, qui consueverant civitatem gubernare. Sed unum vicarium dedit eis de Ubaldinis.

comite Sabaudie, Rodulpho duce Bawerie, Henrico de Flandria marescalco dicti domini regis, Ioffredo comite de Lignenges, Tectardo comite de Cazelenemboche, Thoma de Septemfontibus et Symone Philippi de Pistorio testibus ad hoc vocatis. MCCCXII indic. X, die XVII. mensis Marcii, ac regni dicti domini regis anno quarto.

754. *HOMAGIUM CIVITATIS ITERATUM. Mart. 17.* 5

Ex 1 et 2, ubi rubrum: fidelitas Pisanorum facta Pisis in publico parlamento. *Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 463.* *(P. deest.)*

Sapiens vir dominus Philippus[a] domini Clerici legum doctor civis Pisanus, sindicus et procurator comunis Pisani ad infrascripta sollempniter[b] constitutus, sicut apparet per publicum instrumentum[1] scriptum manu Leopardi filii[c] Orlandi notarii de Morrona 10 notarii et nunc cancellarii Pisani comunis, dominice incarnationis anno MCCCXII[d], Mart. 17. indic.[e] X, sextodecimo Kalendas Aprilis[f] secundum consuetudinem Pisanorum, sindicatus et procuratorio nomine dicti comunis Pisani fecit fidelitatem dicto domino regi in modum qui sequitur, videlicet:

ego Philippus sindicus[g] nomine quo supra iuro ad hec sancta Dei euangelia in ani- 15 mam meam et omnium et singulorum populi et[h] universitatis et hominum civitatis Pisarum eiusque districtus, quod ab hac hora inantea ero fidelis et ipsi erunt fideles domino Henrico Dei gratia Romanorum regi semper augusto et imperio Romano contra omnem hominem. Item numquam ero nec erunt ipsi in facto vel consilio, quod idem dominus rex vitam aut membrum amittat aut[i] recipiat in personam vel 20 res aliquam lesionem vel contumeliam aut amittat aliquem honorem, quem nunc habet vel inantea possidebit. Item si scivero vel audivero, sciverint vel audiverint de aliquo vel aliquibus, quod velit vel velint aliquod istorum contra ipsum dominum facere, ut non fiat pro posse meo impedimentum prestabo et prestabunt. Et si impedimentum prestare nequivero vel nequiverint, quam cito[k] potero vel potuerint ipsi 25 domino regi intimabo et[l] intimabunt et contra eum, prout potero vel poterunt, eidem domino regi meum prestabo et prestabunt auxilium. Et si contigerit[m] ipsum dominum regem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, quocunque casu amittere, eam recuperare iuvabo et recuperatam omni tempore retinere. Et pro omnibus iuribus suis et imperii Romani adipiscendis, recuperandis et retinendis ei toto 30 posse assistere. Item[n] confiteor dictum dominum regem esse et esse debere verum naturalem et precipuum sine medio dominum meum, civitatis, comunis et populi et districtus Pisarum cum omnibus iuribus et pertinenciis suis. Et ipsum dominum regem in predictis omnibus et singulis habere merum et mixtum imperium et omnimodam iurisditionem. Item si scivero ipsum dominum regem velle aliquem vel aliquos 35 offendere et inde specialiter vel generaliter fuero requisitus, eidem domino regi secundum posse meum prestabo consilium et auxilium. Et si aliquid michi idem dominus rex in secreto manifestaverit vel imposuerit, illud sine sui licentia nemini pandem vel faciam, quod pandatur. Et si consilium idem dominus rex a me petierit, illud dabo, quod michi videbitur melius et magis pro eo expedire. Et iuro, quod num- 40 quam de mea persona aliquid scienter faciam, quod in preiudicium dicti domini regis iniuriam vel contumeliam possit redundare. Et omnia alia et singula faciam, que

754. a) Filippus 2. b) solempniter 2. c) *deest* 1. d) millesimo 2. e) indictione 2. f) Aprelis 2. g) suprascriptus *add.* 2. h) et *deest* 2. i) ut 1. k) quancito 1. l) et *deest* 1. m) contingeret 2. n) *abhinc mutato ductu* 2. 45

1) *Syndicatum civitatis, cuius autographon valde corrosum servatur Taurini l. c. 'Mazzo 3 nr. 6', hic ponere supersedimus. Edidit Doenniges l. c. II, 170 nr. 38.*

verus subditus et fidelis tenetur facere vero domino suo et facient omnes et singuli Pisani et que facere consueverunt suis predecessoribus Romanorum regibus et imperatoribus. Et omnia alia que in forma fidelitatis nova et veteri continentur.

Qui dominus rex precepit nobis suprascriptis notariis suis, quod de predictis con-5 ficiamus publica instrumenta.

Acta sunt hec die et loco et testibus quibus supra.*

Quam[o] fidelitatem et omnia supradicta incontinenti in dicto[p] loco et testibus quibus supra populus et universitas hominum Pisanorum et ipsi Pisani ad dictum parlamentum existentes in multitudine copiosa unanimiter ratifficaverunt et approbaverunt voce et 10 elevatione manuum et iuraverunt elevatis et tensis manibus versus faciem ecclesie imperpetuum fideliter observare.

Et preceperunt nobis suprascriptis notariis, ut inde conficiamus publica instrumenta.

755. *LIBERATIO CARCERATORUM, RENUNTIATIO ET NOVA CONCESSIO POTESTARIAE ET CAPITANEATUS. Mart. 17.*

15 *Item ex* 1, *ubi solae servantur.* *(P. deest.)*

Item die et loco et testibus quibus supra in parlamento predicto idem dominus rex Omnipotentis intuitu et beate Marie virginis et ob honorem regalis culminis et publice leticie populi Pisani commotus de consuetudine regalis clemencie mandavit extrahi et liberari sine aliqua difficultate de carcere Sancti Felicis Pisani comunis omnes 20 et singulos carceratos ibidem existentes quacunque occasione vel causa, exceptis illis qui sunt ibidem pro debito singularium personarum. Precipiens idem dominus rex nobis supradictis notariis, ut de predictis faciamus publica instrumenta.

Item die et[a] loco et testibus quibus supra in predicto parlamento nobiles viri domini Ubertinus de Lando de Placencia Pisanorum potestas et Symon domini Iohannis 25 de Spoleto capitaneus Pisani populi coram nobis supradictis notariis per baculos, quos tenebant in manibus in signum dictorum officiorum, consignaverunt ultro dicto domino regi et in manibus eius predicta officia potestarie et capitaniatus. Recognoscentes ipsum dominum regem pro eorum domino et dictis officiis renunciaverunt ipsaque officia omnemque eorum potestatem et iurisditionem renuerunt, expoliantes se ab officiis et 30 regiminibus potestarie et capitaniatus predictorum.

Item die et loco et testibus quibus supra post renunciationem predictam factam ab ipsis potestate et capitaneo de officiis memoratis coram nobis supradictis notariis prefatus dominus rex officium potestarie predicte supradicto domino Ubertino et officium capitaneatus predicti dicto domino Symoni et eorum regimina et iurisditionem civilem 35 et criminalem commisit et concessit de novo suo nomine et pro se ad eius beneplacitum. Qui potestas et capitaneus in manibus dicti domini regis iuraverunt ad sancta Dei euangelia super animas suas corporaliter tactis sacrosanctis euangeliis, dicta officia bene et legaliter exercere.

*) die—supra *deleta in 2, loco quorum stilo acutiori inter lineas exarata sunt:* Pisis in generali 40 parlamento et universitate hominum civitatis Pis(ane) congregato et cohadunato in platea ante ecclesiam maiorem beate Marie virginis civitatis Pis(ane). Presentibus etc.

754. o) *rubrum in margine add. 2:* Ratificatio predictorum facta per populum Pis(anum). p) *sic scripsit Bernardus in 1; loco* in dicto *praebet 2:* die et.

755. a) *supra lineam* 2.

756. *DECLARATIO DE IURIBUS MARESCALCI REGII. Apr. 18.*

Declarationem regis ad supplicationem anzianorum Pisanorum prolatam hic subiungere liceat ex 1) *autographo, quod servatur in eodem tabulario l. c. 'Mazzo 4 nr. 6'; in verso legitur manu Bernardi scriptum:* Instrumentum super iurisditione, quam habet marescalcus domini imperatoris; *item collato* 2) *transsumto, quod etiam Bernardus ipse registravit inter Protocolla et acta sua l. c. 'Mazzo 3 nr. 23' servata (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) fol. 6. Edidit Doenniges l. c. II, 177 nr. 40*[1]. — *Böhmer, Reg. Heinr. 478.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem millesimo tricentesimo[a] duodecimo, inditione decima[b], die decima octava[c] mensis Aprilis, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno quarto. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod cum ancziani civitatis Pisane pluries suplicaverint prefato domino regi, ut super officio marescalci sui, videlicet super illis casibus seu articulis, qui tangunt seu tangere possunt exercitium iurisditionis, ordinare et declarare dignaretur, ut super eis nulla deinceps inter ipsum marescalcum et anczianos et quoscunque rectores civitatis iam dicte discordie materia oriatur, hinc est quod prefatus dominus rex ex certa scientia super predictis ordinavit, dixit, voluit et declaravit in modum qui sequitur:

1. In primis marescalcus debet habere custodiam omnium carceratorum, videlicet foritanorum, qui secuntur exercitum domini, et iurisditionem omnium maleficiorum, que committuntur in exercitu domini. Et quam dyu dominus rex moratur in civitatibus vel villis, marescalcus nullam habet cognitionem in hominibus civitatum vel villarum preterquam in extraneis, qui secuntur exercitum.

2. Item marescalcus habet ius in extraneis sequentibus exercitum tantum, qui tenent locum aut stallum ad vendendum aliquas res, videlicet qualibet edomada duodecim denarios monete currentis, in loco in quo dominus est.

3. Item habet baratarias[d] extraneorum sequentium exercitum, videlicet extra civitates et villas, et infra civitates et villas nichil. Et debet marescalcus compellere omnes forenses sequentes exercitum, ne infra civitates et villas seu in civitatibus et villis ludant.

4. Item marescalcus habet ius in fatuis, mulieribus extraneis sequentibus exercitum.

5. Item marescalcus debet signare mensuras exercitus, videlicet quando dominus est in exercitu ad campos.

6. Item de casibus pertinentibus ad guerram et ad factum armorum et de casibus supradictis pertinentibus ad iurisditionem marescalci, ut supra dictum est, proclamationes et cride debent fieri ubicunque ex parte domini regis et conestabuli si sit ibi et etiam marescalci.

7. Item marescalcus debet habere linguas bovum et vacarum et unum pedem anteriorem usque ad genu de quolibet porco, qui occiduntur in exercitu ad vendendum, videlicet quando dominus est in exercitu ad campos, et in civitatibus et villis nichil.

Retinuit tamen et reservavit sibi idem dominus rex potestatem[e] in predictis et super predictis et ea tangentibus omnimodam potestatem addendi, minuendi, mutandi,

756. a) CCC 2. b) X 2. c) XVIII. 2. d) baraterias 2. e) *sic* 1. 2.

1) *Cf. Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' II, 89.*

declarandi, corrigendi et interpretandi, quantum, quando et quociens sibi placuerit et videbitur expedire.

Precipiens idem dominus rex michi Bernardo de Mercato camere sue notario, ut de predictis faciam unum vel plura publica instrumenta.

5 Actum est hoc Pisis in domo Girardi et Bonacursii Guambacurta fratrum, quam idem dominus rex inhabitat. Presentibus dominis Aymoni de Blancmont, Thoma de Septemfontibus militibus, domino Gossoyno cappellano et Muriceto Barberio familiaribus dicti domini regis.

(S. N.) Et ego Bernardus de Mercato de Yanna[f] Bellicen. dyoces. sacrosancte 10 Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius hiis omnibus presens fui et de mandato dicti domini regis coram suprascriptis testibus michi facto hanc cartam scripsi et tradidi signoque meo consueto signavi.

---

757. SYNDICATUS TERRAE CORTONAE.

1312. Mart. 17.

15 *Conferenda sunt ea, quae de his quae praecedunt narrat Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 44:* Deinde venimus Cortonam, qui multum nos honoraverunt, sed aperte vocato populo iurare noluerunt, licet per sindicum iurassent. Quando primo eos citavimus et in multis verbis nos tenuerunt sicut viri duplices, qui libenter non hoc faciebant, excusabant se sic, quod statim postquam Perusini, Castellani et illi de Augubio 20 scirent, quod iurassent, incontinenti ipsos destruerent et hoc possent, quando vellent, quia pauperes sunt et debiliores respectu predictorum et Aretini non diligunt eos. Unde supplicabant, quod eis daremus dilationem, donec dominus rex esset in Pisis. Quod fecimus, licet non libenter. Sed quia eramus inter eos, opportuit quod in aliquo eis condescenderemus.

25 *Servatur syndicatus in duobus exemplaribus inter se discordantibus, quorum unum* A *superest Florentiae in tabulario regio, alterum* B *Pisis in tabulario Roncioniano nr. 745 signatum. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 220 nr. 140, cuius editionem hic repetimus, denuo collato* B. *(P. decst.)*

In nomine Domini amen.

30 Anno eiusdem a nativitate millesimo trecentesimo duodecimo, indictione decima, domino Clemente papa quinto residente, die XVII. mensis Martii. Convocato et congregato consilio generali et populi, consulibus sotietatum et rectoribus artium comunis et populi terre Cortone ad sonum campane et vocem prechonis in palatio comunis predicti pro tractandis, gerendis et promovendis utilitatibus et negotiis dicte terre de 35 mandato nobilium et sapientum virorum domini Andree de Assisio iudicis malefitiorum gerentis offitium potestarie dicte terre Cortone et Bosonis quondam domini Bosonis de Augubio honorabilis prioris dicte terre Cortone, ut moris est, in ipso consilio dictus dominus Andreas vicepotestas, prior et subpriores, defensores, consules sotietatum et rectores artium una cum consiliariis consilii generalis et populi, qui consiliarii inter 40 omnes fuerunt centum decem et plures, et ipsi consiliarii omnes simul in plena concordia, de licentia, consensu et presentia predictorum domini Andree gerentis officium

756. f) Yenna 2.

potestarie et domini prioris, subpriorum et defensorum et ipsi offitiales simul cum dictis consiliariis et omnes in plena concordia existentes fecerunt, constituerunt et ordinaverunt, sicut de iure et facto melius potuerunt, Bosonem olim domini Bosonis de Augubio presentem et sponte recipientem eorum et dicte terre Cortone et totius sui districtus syndicum legiptimum, actorem et nunptium spetialem ad comparendum pro eis et eorum nomine coram serenissimo principe domino Henrico divina providentia

A.	*B.*
dignissimo rege Romanorum semper augusto	in Romanorum rege[m] promoto et semper augusto, ad recognoscendum ipsum dominum Henricum Romanorum regem esse et esse debere verum, naturalem, precipuum et immediatum dominum eorum terre, comunis, populi et totius eius districtus, cum omnibus iuribus et pertinentiis terre predicte, ac ipsum dominum regem habere in dicta terra, comuni et districtu et pertinentiis merum et mistum imperium, dominium et iurisdictionem, et quod ipsum solum vel eius vicarium et non alium habent in dominum.

Et ad iurandum et promictendum, parere suis mandatis et sancti Romani imperii, et ad prestandum et subeundum in anima ipsorum debite fidelitatis iuramentum, et ad impetrandum et recipiendum gratiam et gratias ac etiam litteras[b] iustitiam continentes. Et ad omnia et singula alia faciendum, que facere debent et possunt vere fideles et amatores sancti Romani imperii. Promictentes michi Guillelmo notario infrascripto stipulanti et recipienti pro dicto domino rege et sancto Romano imperio, firmum, ratum et gratum habere et tenere perpetuo omne et totum id, quod factum fuerit per dictum syndicum, sub ypotecha et obligatione bonorum et iurium suorum et omnium et singulorum hominum dicte terre Cortone et totius sui districtus presentium et futurorum.

Actum Cortone in palatio comunis, presentibus ser Petro Muricuccis de Bagnorea notario, ser Masselo Baroncii de Eugubio notario, Angelo Blance trombatore et Ceccho eius filio testibus ad predicta adhibitis et vocatis.

(S. N.) Ego Guillelmus Benvenuti de Cortona imperiali auctoritate notarius ac iudex ordinarius predictis interfui et ut supra legitur rogatus scripsi et fideliter publicavi.

758—760. SCRIPTA PRO NOBILIBUS DE WEINSBERG.

1312. Mart. 20.—27.

Denuo contulimus tam autographa quam transsumtum tabularii Hohenlohensis, quod est in villa Oehringen, benivolenter nobis transmissa.

757. a) Henricho *B.* b) ac etiam litteras *exciderunt B.*

758. *SCRIPTUM PRIMUM.* *Mart. 20.*

Autographon deperditum est. Damus ex transsumto Heidelbergae a. 1379. Oct. 8 confecto, ubi praecedunt litterae civitatis Weinsberg a. 1312. Mart. 31 scriptae, litterae Alberti regis a. 1301. Mai. 26 et a. 1303. Aug. 31 (Böhmer, Reg. Albr. 344 et 451), litterae Heinrici VII. a. 1310. Sept. 13 (Böhmer, Reg. Heinr. 640), sequitur sententia iustitiarii curiae a. 1375. Iul. 16 prolata, quae in Regestis imperii VIII. desideratur. Ad idem transsumtum redire videtur editio, quam paravit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 451 nr. 644. — Böhmer, Reg. Heinr. 465. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint, graciam suam et omne bonum.

(1) Iusticia exigit et swadet racio, ut gloriam et honorem imperii propensiori studio modisque omnibus promovere studeamus et eciam ampliare, ut regie corone dignitas nostris temporibus in maius augmentum proficiat. Eapropter pie consideracionis gracia benignius intuentes fidelia et effectuosa servicia, que nobiles viri Conradus de Winsperg senior advocatus provincialis necnon Conradus filius suus fideles nostri dilecti nobis et imperio pro reformacione boni status ac rei publice desiderabiliter hactenus exhibuerunt tam in partibus Ytalie quam Alamanie et que eciam adhuc nobis et imperio impendere poterunt in futuro contra adversarios nostros et imperii et specialiter contra Eberhardum comitem de Wirtenberg, ipsos suosque heredes de omnibus et singulis debitis, dampnis et usuris, in quibus solvere tenentur Iudeis infrascriptis, videlicet Frůmoldo dicto de Winpina, Leoni Berner in Worm(ati)a et Enslino de Gamundia ceterisque Iudeis in advocacia commorantibus, camere nostre servis et quorum res et persone ad nos et imperium spectant inmediate, auctoritate regia pure ac simpliciter absolvimus per presentes eosque de eisdem debitis, dampnis et usuris dicimus et dimittimus et expresse decernimus liberos et solutos, eisdem vero Iudeis, heredibus et successoribus eorum super eisdem dampnis, debitis et usuris perpetuum silencium imponentes. (2) Ad hoc eciam eisdem Conrado et Conrado de Winsperg ac suis heredibus dedimus et deputavimus ac liberaliter donamus et deputamus trecentas libras Hallensium singulis annis in festo beati Martini colligendas[a] et perpetuo recipiendas[a] de sturis Iudeorum nobis et nostris in imperio successoribus persolvendis in advocacia provinciali inferiori. (3) Et ut eciam iidem Conradus et Conradus de Winsperg nunc ista vice fervencius et forcius resistere studeant inimicis nostris et imperii et incepte liti contra eosdem eo commodius laudabilem finem imponere valeant et iocundum, ipsis suisque heredibus assignacionem et obligacionem per inclitum dominum Albertum piissime recordacionis quondam Romanorum regem nostrum predecessorem ipsi Conrado seniori suisque heredibus legittime factam de opido nostro et imperii Winsperg pro certa summa pecunie, scilicet pro tribus milibus et ducentis libris Hallensium, prout in ipsius domini Alberti litteris[1] et instrumentis nobis ostensis, visis, de verbo ad verbum auditis et intellectis et legaliter per nos approbatis plenius continetur, ratam et gratam habentes et haberi volentes, ipsam ex liberalitate regia approbavimus et confirmavimus et litteris presentibus legittime confirmamus. (4) Et insuper huic iam dicte summe pecunie duximus superaddendum et specialiter adiungendum mille libras Hallensium bonorum, ita ut iam dicti Conradus et Conradus de Winsperg suique heredes supradictum opidum Winsperg cum omnibus suis pertinenciis, iuribus et redditibus tam diu libere sine quolibet impedimento habeant, teneant et pacifice possideant, quousque eis aut suis heredi-

758. a) *corr. ex* — dos *tr.*

1) *Cf. Böhmer, Reg. Albr. 451.*

bus per nos vel nostros in imperio successores de quatuor milibus et ducentis libris Hallensium bonorum et legalium totaliter fuerit satisfactum. Et de perceptis medio tempore in sortem principalem minime conputandis. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem sigillum nostre maiestatis ex certa nostra sciencia presentibus est appensum. 5

Datum Pisis, XIII. Kalend. Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

759. *SCRIPTUM ALTERUM. Mart. 24.*

Autographon descripsimus, quod in cancellaria regis scriptum non esse videtur. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. In verso nihil exaratum est. — 10 *Böhmer, Reg. Heinr. 467.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Dignum iudicat nostra regia serenitas, ut quos maiora fidelitatis et devocionis commendant obsequia, ampliora mereantur beneficencie et gratie munera reportare. 15 Ideoque pie consideracionis gratia benignius intuentes approbate fidei merita et grata servicia, que nobiles viri Conradus senior et Engelhardus de Winsperg fideles nostri dilecti hactenus cum magnis expensis multipliciter exhibuerunt nobis et nostris predecessoribus in imperio et adhuc exhibere poterunt in futurum, nos ex liberalitate regia eis dedimus et donamus quadrigentas marcas puri argenti in subsidium litis, quam 20 habent pro nobis et imperio contra Eberhardum comitem de Wirtenberg nostrum et imperii ac rei publice persecutorem. Et proinde eisdem Conrado et Engelhardo de Winsperg suisque heredibus nostrum et imperii castrum dictum Richenstein et opidum dictum Gemûnde prope Nekkarum cum omnibus suis pertinenciis et iuribus obligavimus et presentibus obligamus tam diu tenenda, habenda, utenda ac libere possidenda cum 25 omnibus suis iuribus et p[er]tinenciis universis per se ac suos heredes, quousque per nos aut nostros in imperio successores prefata castrum et opidum cum quadrigentis marcis puri argenti et ad hoc etiam cum aliis peccunie summis prius ipsis per nos et nostros in imperio antecessores desuper deputatis ab eisdem Conrado et Engelhardo vel eorum heredibus penitus absolventur. De perceptis medio tempore in sortem prin- 30 cipalem minime computandis. In cuius donacionis et obligacionis testimonium et evidenciam pleniorem presentes litteras exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus ex certa nostra sciencia communiri.

Dat. Pysis, nono Kalend. Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto. 35

760. *SCRIPTUM TERTIUM. Mart. 27.*

Autographon descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso nihil exaratum est. — Böhmer, Reg. Heinr. 468. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum. 40

(1) Tanto maiorem ad subditos nostros debemus favorem nostre liberalitatis effundere, quanto prompciori fide et alacri voluntate ad fidelitatem nostram et mandata concurrunt, personarum pericula et rerum dispendia non curantes. Nos igitur oculis pietatis benignius inspicientes, qualiter nobiles viri Conradus de Winsperg senior advocatus provincialis et Conradus filius suus fideles nostri dilecti cum sincera fidei puritate et servi- 45

ciorum suorum promptitudine hactenus continue sacro Romano imperio adheserunt et adhuc ferventer pro nobis et ipso imperio non desistunt exponere ipsorum res et personas, ad eorum preces devotas volumus et merito tenemur aures prebere serenas, ipsis suisque heredibus et successoribus universis auctoritate regia omnia privilegia, 5 iura, feoda, donaciones, concessiones, gracias, libertates et obligaciones eis et suis predecessoribus donata, tradita et concessa necnon donatas, traditas et concessas ab illustribus imperatoribus et regibus Romanorum predecessoribus nostris inclite recordacionis liberaliter innovamus, ratificamus, approbamus et litteris presentibus legittime confirmamus. (2) Volentes etiam eosdem Conradum et Conradum de Winsperg ob eorum 10 fidelium serviciorum merita et ut etiam eo commodius et forcius nobis et imperio valeant ulterius assistere, prosequi uberiori libertatis gratia et favore, de nostra potestate sentencialiter decernimus, declaramus, volumus, statuimus et legittime pronunciamus in hiis scriptis, ita quod iidem Conradus et Conradus de Winsperg eorumque heredes et successores in curia nostra regali et successorum nostrorum in imperio 15 curiis regalibus de cetero perpetim coram iudicibus in eisdem curiis existentibus tantummodo et non alibi iuri pareant et ibidem solummodo conquerentibus exhibeant iusticie complementum, nisi voluntarie non choacti eis placeat aliquando coram aliis iudicibus comparere aut aliquas alias personas coram eisdem iudicibus convenire. Et per hoc nolumus eis vel heredibus aut successoribus suis in predicta sua libertate ali- 20 quod impedimentum vel preiudicium generari[a], sed volumus semper eandem libertatem suam ut predicitur in suo robore permanere. (3) Volumus etiam et legittime statuimus et ordinamus omni iure et modo quo supra, ut eorundem Conradi et Conradi de Winsperg heredum et successorum ipsorum homines proprii et etiam eorum speciales familiares tam milites quam armigeri necnon eorum castrenses, burgenses et opidani in 25 eorum opidis et villis aut alibi residentes non debeant nec de iure possint ab aliquo iudice seculari extra ipsorum iudicia ad aliena iudicia extranea ulterius artari aut aliqualiter evocari, quam diu ipsi parati sunt coram eorum dominis aut iudicibus vel scultetis facere omnibus querelantibus iusticiam vel amorem. Et si aliquid contra premissa aut quolibet premissorum factum vel attemptatum fuerit in iudicio vel extra iudi- 30 cium publice vel occulte, scienter vel ignoranter ex quacumque causa a quocumque iudice aut ab aliis personis, cuiuscumque sint vel fuerint existencie, hoc exnunc prout extunc auctoritate regia sentencialiter decernimus irritum et inane et reputabimus pro non facto. (4) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis ac libertatis paginam infringere aut ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere 35 presumpserit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. In quorum omnium testimonium et debitam firmitatem sigillum nostre maiestatis presentibus est appensum.

Dat. Pysis, sexto Kalend. Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

40

761. MANDATUM CIVITATI MANTUANAE MISSUM.

1312. Mart. 21.

Denuo contulimus autographon tabularii regii Mantuani 'E. II. 2' signatum. In verso vestigia sigilli maiestatis cerae rubrae dorso impressi apparent. Ediderunt Böhmer

45 **760.** a) ᷣ (= er) *stilo acutiori atramento fusciori add. or.*

'Acta imperii selecta' pag. 452 nr. 465 et male lectum Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 221 nr. 141. — Böhmer, Reg. Heinr. 466. (P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili et prudentibus viris . . vicario, consilio et comuni Mantuan(o), fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. 5

Pro parte consilii, comunis et hominum Brixiensium, fidelium nostrorum dilectorum nuper celsitudini nostre extitit intimatum, quod vos pretextu quorundam dampnorum, que in Brixia vos dudum passos fuisse proponitis, nonnulla bona quorumdam mercatorum Brixiensium auctoritate propria arrestastis et etiam detinuistis, quamquam de dampnis passis huiusmodi coram vicario suo aut in nostra curia se vobis offerant iusticiam ple- 10 nariam exhibere. Quare fidelitati vestre districte precipimus et mandamus, quatinus omni more sublato dispendio bona huiusmodi taliter arrestata mercatoribus ipsis integre restituere nullatenus omittatis, petituri ius vestrum, si quod vobis adversus Brixienses eosdem competit, coram vicario suo vel in nostra curia, ad quod parati sunt vobis plenarie respondere. Ad hec fidelitatem vestram requirimus et hortamur attente vobis 15 seriosius iniungentes, ut ad conservationem civitatis Brixiensis et quietem illius pro viribus intendatis eique, cum expediens fuerit, ad recuperandum omnia loca districtus civitatis predicte per quosdam nostros et imperii rebelles occupata impendatis auxilium, consilium et favorem.

Dat. Pisis, XII. Kal. Aprilis, regni nostri anno quarto. 20

---

762. 763. MANDATA DE SOLUTIONE PECUNIAE.

1312. Mart. 29.—31.

762. *MANDATUM AD FRIDEBERGENSES ET WETZLARIENSES. Mart. 29.*

Denuo contulimus autographon tabularii civitatis Wetzlariensis benivolenter trans- 25 missum. Editum est apud Foltz 'Urkundenbuch der Stadt Friedberg' I (1904) pag. 83 nr. 189. Sigillum valde laesum pendet loro membranaceo. Scriptum est manu Germanica. In verso nihil exaratum est. — Böhmer, Reg. Heinr. 469. (P. deest.)

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . scultetis, . . consulibus et civibus in Frideberg[a] et in Wetflaria, fidelibus suis dilectis graciam 30 suam et omne bonum.

Prudentibus viris dilectis civibus nostris in Ezzelingen certe pecunie quantitatem, ut eo forcius Eberhardo de Wirtemberg nostro et imperii inimico resistere valeant, duximus largiendam. In cuius pecunie summa sibi sturam vestram nobis in festo beati Martini proxime preterito debitam presentibus[b] deputamus. Verum cum eadem stura 35 (1311. Nov. 11.) ad duo milia librarum et quingentas libras Hallensium, prout in registris curie nostre invenimus, annis singulis se extendat, de quibus nobili matrone . . relicte quondam Adolfi Romanorum regis predecessoris nostri illustris sexcentas libras Hallensium per alias nostras litteras[1] iussimus assignari, fidelitati vestre sub obtentu nostri favoris et gracie districte precipimus et mandamus, quatinus de residua pecunia, videlicet de mille non- 40

762. a) *super* g *signum abbreviationis* (er) *erasum est or.* b) p *corr. ex* d *or.*

1) *Quae servatae non sunt.*

gentis libris Hallensium, occasione sture prediete dietis eivibus Ezzelingensibus statim visis presentibus integraliter persolvere studeatis. Provisuri, ne per negligeneiam solueionis pecunie huiusmodi dieti eives servicia nobis eontra prefatum de Wirtemberg per eos promissa et per alios nobiles procuranda negligant et desistere cogantur aliqualiter 5 ab ineeptis. Sicut indignaeionem nostram gravem et penam pro eulpa debitam volu[erit]is[c] evitare. Quibus quidem solutis vos ab omni stura et exactione nobis danda usque ad festum beati Martini venturum proxime liberos dicimus et solutos. Preseneium testimonio litterarum. 1312. Nov. 11.

Dat. Pysis, IIII. Kalen. Aprilis, anno Domini MCCCXII, regni vero nostri anno 10 quarto.

763. *MANDATUM AD EZZELINGENSES. Mart. 31.*

Descripsimus autographon, quod servatur Stuttgardiae in tabulario regio. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. Scriptum est in cancellaria regis manu Germanica. In dorso nihil exaratum est. V. iam supra nr. 670. 671. — Böhmer, Reg. 15 *Heinr. 472. (P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris magistro eivium, seulteto, consulibus et civibus in Ezzelingen, fidelibus suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Considerantes fidei vestre eonstaneiam ae labores et expensas, quos et quas in 20 guerra, quam nostro et imperii nomine et ad utilitatem rei publice habetis contra Eberh(ardum) de Wirtemberg nostrum et dieti imperii hostem et inimicum ae toeius paeis et patrie turbatorem, sustinuistis hactenus et eontinue sustinetis, ut huiusmodi guerram et ipsius Eberh(ardi) humiliacionem iterato innovare facilius valeatis et vobis servitores ad hoc conquirere et alia faeere, que eirea hoe incumbunt, de quibus per 25 vestras patentes litteras volumus raeionabiliter informari, ecee quod ad presens vobis tria milia librarum Hallensium duximus largienda, que vobis hoe modo deputavimus persolvenda, videlieet per prudentes viros cives Frankenfurdenses nongentas et tredeeim ae per Iudeos ibidem ducentas[1] neenon per cives in Frideberg et in Wetflaria mille nongentas libras Hallensium de sturis nostris in festo beati Martini proxime preterito[a] 30 nobis debitis per eosdem. Fidelitatem vestram requirentes et hortantes attente, quatinus eandem peeuniam ad honorem nostrum et imperii eonvertatis taliter, quod nedum similia, sed maiora vobis exhibere favorabiliter nos deleetet. Presencium testimonio litterarum nostri sigilli munimine signatarum.

Dat. Pysis, II. Kalen. April., anno Domini millesimo treeentesimo duodeeimo, regni 35 vero nostri anno quarto.

---

764. COMMISSIO VICARIATUS ASTENSIS.

1312. Mart. 31.

Iam olim autographon archivi camerae computationum Taurinensis nr. 754 signatum descripsit Bethmann (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 258 nr. 406). Sigillum 40 *non iam aderat, sed membrana loro recipiendo incisa. Cf. iam supra nr. 629. 630. — Böhmer, Reg. Heinr. 591. (P. deest.)*

762. c) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

763. a) o *corr. ex* is *or.*

1) *Mandatum regis Francofurtanis directum servatum non est.*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . consilio et comuni Astensium necnon universis hominibus civitatis, territorii et districtus eiusdem, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

De fide, legalitate et circumspectionis industria strenui viri Ebleonis de Ost fidelis nostri dilecti specialem fidutiam obtinentes, ipsum in vicarium vestrum tam in civitate 5 Astensi quam in universo territorio et districtu, omnibus aliis ibidem vicariis existentibus revocatis, recepto ab eodem Ebl[e]one sacramento, quod huiusmodi officium et regimen discrete et legaliter studeat exercere, neminem gravando rancore vel odio seu relevando iniuste, prece vel precio, gracia vel amore, usque ad nostrum beneplacitum cum iudicibus, sociis, domicellis, equis et salario consuetis tenore presentium duximus 10 statuendum, ea que sunt meri et mixti imperii et simplicis iurisdictionis sibi plenarie committentes ac facientes ipsum ordinarium in premissis. Quocirca fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatinus eidem vicario nostro in premissis et omnibus aliis, que ad officium et regimen vicariatus huiusmodi spectare noscuntur, pareatis humiliter et fideliter intendatis. Alioquin penas et banna, quas idem vicarius iuste tulerit 15 in rebelles, ratas et firmas habentes, ipsas faciemus contra transgressores quoslibet irremissibiliter observari. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Pisis, II. Kal. Apr., anno Domini MCCCXII, regni vero nostri anno quarto.

---

765. 766. UNIO CUM FRIDERICO REGE TRINACRIAE. 20

(1312. Mart. ex. Apr. in.)

Documenta duo hucusque inedita proponimus ex minuta M *('Reinconcept'), quam satis clare scripsit Bernardus de Mercato. Servatur duobus foliis constans Taurini in tabulario regio inter Protocolla et acta eiusdem notarii 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23'* 25 *(= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563; sed Doennigesium olim effugit). In verso nihil exaratum est.*

De tempore constat ex iis, quae apud Nicolaum Botrontinensem (ed. Heyck) pag. 47 narrantur. Quae hic ponere liceat: Tunc *(inter diem 15. et 20. m. Martii; cf. iam supra pag. 743 lin. 40)* inveni in dicta civitate *(sc.* Pisana*)* unum fratrem Predicatorem qui 30 vocabatur frater Peregrinus missum per regem Fredericum. Que fuit illa prima ambasiata quam portavit, nescio. Audivi tamen, quod dictus Fredericus libenter vellet esse iunctus dicto regi per aliquam parentelam et propter hoc venerat dictus frater. Cum dicto fratre missi fuerunt ad regem Fredericum duo ex parte dicti regis, unus nobilis de comitatu Florentino qui vocatur dominus Ubaldinus de Ubaldinis, frater vicarii tunc 35 Pisani, et quidam miles Florentinus, qui vocatur dominus Lambertus de Ciprianis. Et isti intentionem domini regis bonamque voluntatem, quam ad eum habebat, intimarunt.

765. *SCRIPTUM FOEDERIS.*

Ex M *fol. 1. Capita ut in* M *indicavimus; numeros arabicos adiecimus. Fol. 1' sequitur spatium quatuordecim linearum procuratorio Heinrici regis inserendo vacuum* 40 *relictum.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

1. Nos Fredericus Dei gratia Trinacrie rex etc. et nos tales procuratores et nuncii speciales serenissimi principis domini H(enrici) Dei gratia Romanorum regis semper augusti, habentes ab eodem domino nostro rege generale et speciale mandatum ad ea
5 que secuntur, prout patet per ipsius domini[a] nostri regis patentes litteras, quarum tenor inferius adnotatur[1], notum facimus universis etc., quod nos rex Trinacrie predictus nostro nomine proprio et pro nobis et nos suprascripti procuratores domini nostri Romanorum regis procuratorio nomine ipsius domini nostri regis et pro ipso ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, considerantes ex infrascriptis honorem et bonum statum
10 sacrosancte Romane ecclesie matris nostre ac felicem promotionem negocii Terre Sancte resperse sanguine Ihesu Christi, ad quod supradicti domini Romanorum regis et nostra suspirant desideria, statumque pacificum tocius populi christiani[b], fecimus, ynivimus et contraximus unionem, federa et confederationes inter nos ad invicem in hunc modum:

2. Videlicet quod nos Fredericus Trinacrie rex predictus promittimus prefatum
15 dominum Romanorum regem servire personaliter per unum annum in presenti inchoandum cum septies centum equi[ti]bus in armis, quorum quilibet habeat quatuor equitaturas sufficientes. Et cum triginta gualeys sufficienter armatis in quibuscum[que] locis et terris existentibus prope mare per duas dietas.

3. Item quod nos Fredericus rex predictus erimus bonus, verus et fidelis amicus
20 ipsius domini Romanorum regis sine fraude, dolo et malicia. Et quod honorem, iura, exaltationem vel utilitatem eius non impediemus quoquo modo. Et quod malum, dampnum, gravamen sive nocumentum eius, quod scire vel cognoscere possimus, non procurabimus ullo modo, ymo placebit nobis eiusdem domini Romanorum regis honor, utilitas et exaltatio et ea procurabimus toto posse. Et iuvabimus[c] et confortabimus
25 ipsum ad sua et imperii iura acquirenda, recuperanda, manutenenda et deffendenda ab omnibus et contra omnes.

4. Nos vero procuratores supradicti domini Romanorum regis procuratorio nomine pro ipso, attendentes pium affectum et bonam intentionem, que dictus rex Trinacrie habet ad dictum dominum nostrum serviendum, in recompensacionem ipsius servicii et
30 aliorum predictorum promittimus eidem regi Trinacrie, quod prefatus dominus noster Romanorum rex erit bonus, verus et fidelis amicus ipsius domini Frederici regis Trinacrie sine fraude, dolo et malicia. Et quod honorem, ius[d], utilitatem et exaltationem eius non impediet quoquo modo, et quod malum, dampnum, gravamen sive nocumentum eius, quod scire vel cognoscere possit, nullatenus procurabit, ymo placebit sibi
35 ipsius regis Trinacrie honor, utilitas et exaltatio. Et iuvabit et confortabit ipsum in suis iuribus acquirendis, recuperandis, manutenendis et deffendendis ab omnibus et contra omnes, exceptis sanctissimo in Christo patre et domino domino C(lemente) papa quinto et suis successoribus, ecclesia Romana et rege Francie[e].

5. Hec omnia et singula supradicta promittimus et iuramus nos rex Trinacrie
40 predictus nostro proprio nomine et pro nobis. Et nos procuratores predicti[f] domini Romanorum regis procuratorio nomine pro ipso et in animam ipsius ea fideliter promittimus et iuramus firmiter attendere, facere et conplere et invyolabiliter observare. Sic Deus prefatum dominum Romanorum regem et nos regem Trinacrie predictum adiuvet et hec sancta Dei euangelia.

45 **765.** a) *sequitur* Re *expunctum M.* b) procurari *supplendum esse videtur, quod excidit M.* c) *sequitur* ipm̄ *deletum M.* d) *sequitur* et *deletum M.* e) ecclesia—Francie *ductu paullulum mutato exarata esse videntur M.* f) *sequitur* nōīe *delet. M.*

1) *Quae infra exaratae non sunt; cf. pag. 754 lin. 39.*

766. *INSTRUCTIO NUNTIORUM.*

Ex M *fol. 1', ubi post spatium supra ad nr. 765 citatum statim exarata est. Capita indicavimus, ut in* M *distincta sunt; numeros arabicos adiecimus.* *(P. deest.)*

Memorand(um) de hiis que nuncii et ambaxiatores domini habent expedire apud dominum Fredericum regem Trinacrie pro facto unionis et confederationis domini nostri regis predicti ad expeditionem et declarationem negocii, ne ipsum negocium remaneat imperfectum.

1. Videlicet ipsam unionem, pacta et conventiones firmare, prout continentur in forma eis tradita et melius si potterunt pro utilitate domini.

nr. 765 c. 2. 2. Notandum tamen: ibi ubi dicitur 'quod rex Trinacrie debet servire dominum personaliter' intelligendum est, si sit in statu de persona sua quod venire possit, videlicet quod non sit infirmus. Et si venire non posset infirmitate detentus, quod mittat sufficientem personam loco sui et rectorem gentis, cum qua debet servire domino.

ibid. 3. Item ibi ubi dicitur 'cum septies centum equitibus in armis' sic intelligendum est, quod si comode et ita cito non possent haberi in tanta quantitate, quod recipiant, si aliter facere non potterunt, in minori usque ad quantitatem sexcentorum vel quingentorum, antequam adventus eius differatur.

ibid. 4. Item debent temptare curialiter super illis verbis, ubi dicitur 'per unum annum continuum inchoandum in presenti', quod si dominus non indigeat in hoc principio predicto servicio per unum annum continuum, quod idem rex Trinacrie serviat in hoc principio dicti anni tantum, quantum placebit domino. Et postmodum ad mandatum domini iterum veniat, ubi et quando domino placuerit, tociens quousque per annum conpleverit servicium memoratum.

767. RESTITUTIO IUDICUM ET NOTARIORUM BRIXIENSIUM.

1312. Apr. 1.

Ex transsumto a. 1312. Nov. 23 confecto tabularii regii Mediolanensis edidit J. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 510 nr. 502. Cuius editionem hic repetimus. Cf. notam l. c. *(P. deest.)*

H(enricus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Ugolino de Sesso vicario Brixie, fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Ut civitas Brixie eo magis in fidelitate et obediencia imperii Romani consistat, quo se amplius senserit honorari, et ut comodius valeat regi et facilius gubernari, abilitandi et restituendi in integrum illos iudices et notarios, quos per dili[g]entem inquisicionem faciendam per te fideles nostros et imperii esse reperieris, ad omnia officia et honores iudicatus et notarie, quibus per sentenciam nostram dudum contra eos et alios de dicta civitate prolatam[1] privantur, ut ipsa officia et honores habeant et possint exercere ut prius, non obstante sentencia supradicta, ex[a] consilio fidelium nostrorum civitatis eiusdem

767. a) et *ed.*

1) *A. 1311. Oct. 1; v. supra nr. 689 cap. 4 (VI) et not. *.*

tibi auctoritate regia liberam concedimus facultatem. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et magestatis nostre sigil[l]o ius[s]imus com[m]uniri.

Dat.[a] Pisis, Kal. Aprilis, anno Domini millesimo CCCXII, regni vero nostri anno quarto.

---

768. 769. BANNITIO CIVITATUM TUSCIAE ET LOMBARDIAE.

1312. Apr. 11.—18.

768. *SENTENTIA CONTRA LUCAM, SENAS, PARMAM, REGIUM.* *Apr. 11.*

Denuo accuratissime contulimus 1) *autographon manu Pauli de Podio Bonizi notarii scriptum, quod Taurini servatur in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 5' signatum, sed valde corrosum. Duabus columnis exaratum est. In verso leguntur:* Sententia lata per dominum imperatorem contra homines comunitatum Luce, Senarum, Parme et Regii. *Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 171 nr. 39.*

Contulimus etiam 2) *transsumtum ex Protocollis a Leopardo Frenetti relictis a. 1347. Mart. 1 Pisis confectum*[1], *quod superest in tabulario civitatis Cremonensis 'Caps. Guast.*

767. a) Data *ed.*

1) *Verba transsumtus potiora hic in adnotatione ponere liceat:* (S. N.) Ego Francischus filius ser Hubaldi Frenecti notarii de Sancto Pietro Vallis Here civis Pisanus imperiali auctoritate notarius auctenticum huius sententie in actis et gestis dicti serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti scriptum et rogatum per Leopardum Frenecti de Pisis notarium camere dicti domini regis non vitiatum, non corruptum, non abrasum nec in aliqua parte sui abolitum vel cancellatum vidi et legi una cum infrascriptis notariis de verbo ad verbum coram nobili et potenti milite domino Lomo domini Antonii de Montecchio Marchie Pisanorum potestate ac domino Petro Puccii de Erivio legum doctore iudice et ass(id)ente suprascripto domino potestati in curia cancellarie Pis(ani) comunis et una cum infrascriptis notariis et testibus fideliter ascultavi et ipse idem dominus Pis(anorum) potestas et dictus dominus Petrus una mecum predictam sententiam cum dicto auctentico aschultaverunt et viderunt non abolito vel vitiato in aliqua parte sui, ut supra dictum est. Ideoque de verbo ad verbum nichil addito vel dimiuuto, decreto et auctoritate predicti domini Pis(anorum) potestatis et mandato pro tribunali sedentis in hiis interpositis, fideliter, ut dictum est supra, exemplavi. Et quia[a] dictus dominus Pis(anorum) potestas una mecum predictam sententiam cum dicto auctentico in omnibus concordare invenit et dictum auctenticum esse sine aliquo vitio, eius mandato, decreto et auctoritate ipsam sententiam puplicavi et auctenticavi et ad futuram rei memoriam signum et nomen meum apposui consuetum. Que aschultatio, lectura, visio et exemplatio et auctenticatio, decreti et auct(oritatis) interpositio facte fuerunt in presentia suprascripti domini Pis(anorum) potestatis et eius decreto et auctoritate, ipso pro tribunali sedente in presentia suprascripti domini Petri et infrascriptorum notariorum et testium, videlicet *(sequuntur nomina)*, testium ibi specialiter ad hec vocatorum et rogatorum. Ad petitionem Iohannini de Nasellis notarii de Cremona presentis et petentis a predicto domino Pis(anorum) potestate et a me Francisco notario suprascripto omnia suprascripta fieri debere.

In civitate Pis(arum) in palatio potestatis Pis(ani) comunis positi in capella sancti Ambrosii. Presentibus suprascriptis testibus et notariis. Sub anno dominice incarnationis millesimo treceutesimo quadragesimo septimo, indict. quintadecima, die K(alend)arum Martii secundum cursum et consuetudinem notariorum civitatis Pis(ane).

Sequuntur authenticationes ceterorum notariorum.

Cf. 'Neues Archiv' XXX, 432 sqq. et supra pag. 655 not. 5 et pag. 710 not. 1.

a) a *post add.* 2.

2165' signatum. Sed potiores tantum lectiones adnotavimus. Ad 2 redit apographon a. 1358. Sept. 8 Cremonae scriptum tabularii regii Mutinensis (= Muratori 'Antiquitates Italicae' IV, 623 sqq. = Pertz). — Böhmer, Reg. Heinr. 473. (P. 524.)

In Dei nomine amen.

Henricus Dei gratia Romanorum rex senper augustus ad certitudinem presentium 5 et memoriam futurorum.

1. Ex quo rei publice curam adsumpsimus divina iubente clementia, sedatis discordiis, que per Alamannie partes inimico pacis pullulaverant operante, in Ytaliam accedere festinavimus, in qua propter Romanorum regum absentiam universe civitates ac comunitates regalia Romani imperii occuparant et intra se civilibus bellis afflicte 10 partialitatis discordia excrescente, partibus certis quasi ex ipsarum qualibet deiectis, more tyrapnnico regebantur, multis immo infinitis ipsarum civibus exulantibus ab eisdem et bonis propriis per adversarios occupatis, diffusi cogebantur per civitates exteras mendicare. Et per Dei gratiam universa Lonbardia et civitatibus et comunitatibus eiusdem ad pacis reductis concordiam et extrinsecis[b] exulibus cum intrinsecis com- 15 pacatis, et aliquibus ex dictis civitatibus postea coerrantibus emendatis, disposueramus Tusciam proficisci, ubi guerrarum discrimina, partialitatum odia, scandala universaque ex ipsis mala provenientia in personis et bonis Tuscorum concivium[c] intus et deforis per singulas comunitates eiusdem adeo excreverant et continue augebantur, ut vix mens amplecti et manus scribentis subficeret ad narrandum. A clamationibus etiam et a 20 lacrimationibus multorum ex ipsis terris exulum nostra excitabatur intentio mensque regalis et animus cura vigili non cessabant, ut universam prefatam Tusciam dictis exstirpatis erroribus et discordiis ad pacis federa restaurare possemus et universis de Ytalia nostris et Romani imperii fidelibus pacis et unitatis federe congaudentibus, et iustitie constantis exibitione Romanum fulgeret imperium et regalis maiestas ad sacrarum susceptionem 25 infularum Romam progredi quieto animo cum Dei auxilio obiectis obstilitatis valeret conatibus.

2. Verum nonnullas dicte Tuscie civitates, silicet Florentiam, Lucam et Senas, omnium ipsius patrie malorum et scandalorum auctrices ipsarumque tyrannos cives, quorum iniquis et perversis gubernabantur consiliis, ut suorum concivium exulantium 30 spoliis uti solitis non cessarent, humane nature hostis dolositatibus ac superbia hostinaciter offuscatos, contra nos et Romanum imperium et fideles nostros et cum nonnullis aliis eiusdem Tuscie comunitatibus invicem temerarie seditiones, confederationes, conspirationes inivisse[d] et in publicam rebellionem prorupisse conperimus et sese gentium, equitum et peditum multitudine mun[i]visse, passus etiam ipsarum territorii inpeditos et 35 munitos tenere, nuntios nostros, gentes et fideles Romani imperii per eosdem transitum facere non sinendo[1]. Et quod inhumanius est, in se ipsos divinam et humanam legem transgredi non contenti, tanquam perditionis filii[2] Lonbardie nostre provinciam iam ad pacis concordiam restitutam resubvertere et ad ipsarum perditionem aducere sattagentes, hostis humani sequentes vestigia, qui primos homines dulci pomo contra ipsorum crea- 40 toris prohibitionem comedere et gustare seduxit, Ghibertum de Corigia civem Parmensem, vaxallum et fidelem tunc imperii atque nostrum, quem non modicis munificentiis et honoribus prefecimus, videlicet castro[e] Guastalle, quod sibi in feudum de camera regali concessimus, et vicaria civitatis Regii, quam comiseramus eidem, èt Iohannem Chirici de Sancto Vitali, eiusdèm Ghiberti generum et concivem, quorum magis consilio dicte 45 civitates Parme et Regii eorumque concives uti et regi potissime dicebantur, deceptiva

768. b) exstrinsecis 1. c) comunium 2. d) mnuiffe 1. e) castri 1.

1) *Cf. Nicolaum Botrontinensem (ed. Heyck) pag. 47.* 2) *Cf. Ioh. 17, 12. 2. Thess. 2, 3.*

pecunia ac florenorum non modicis quantitatibus conruperunt, ut dicte civitates Parme et Regii et ipsarum homines ad confederandum cum [ipsis][f] Tuscie civitatibus rebellibus procurarent, ipsorum Tuscorum dolositatibus et dictorum Ghiberti et Iohannis et Opeçini de Ançola[g] iudicis oper[ibus] et tractatu communia et homines dictarum civitatum Parme 5 et Regii subverterunt ac etiam induxerunt, ut se cum eis conspirarent et [con]federarent. Et[h] cum ipsis civitatum Parme et Regii communibus et hominibus et cum dictis Ghiberto et Iohanne comunia et homines dictarum civitatum [Flor]entie, Luce et Senarum et dicte communitates et homines Parme et Regii et dicti socer et gener cum dictis civitatibus Florentie, Luce et Senarum, cum aliis nostris et Romani imperii emulis et 10 infidelibus ac etiam exbannitis nostris de civitate Mediolani et Cremone temerarie, dolose et nequiter contra nos et Romanum imperium et fideles eiusdem confederationem, conspirationem ac seditionem publica et notoria relatione percepimus inivisse et contra nos et Romanum imperium in rebellionem publicam convolasse, nostrum etiam expellendo vicarium de regimine dicte civitatis Parme dicteque civitatis Regii regimen, quod dictus 15 nequam et infidelis Ghibertus nostro regebat nomine, contra nos eodem suo privato et proprio nomine abutendo. Occupavit insuper dictus Ghibertus violenter castrum nostrum Burgi Sancti Donini[i] et ocupatum detinet, et vicarium nostrum de ipsius regimine et terra[k] expulit seu expelli fecit contra dicti nostri vicarii voluntatem et dictum Opeçinum de Ançola in potestatem et rectorem dicti castri eligi fecit et procuravit, et 20 ipsam potestariam et regimen dictus Opeçinus acceptavit, exercuit et exercet, dictique Ghibertus et Iohannes gentes equitum et peditum in favorem Cavalcabovum et aliorum rebellium exbannitorum imperii nostri destinando et personaliter eundo ad invadendum et occupandum nostram villam Casalis Maioris et pontem Dosoli districtus Cremone, que nostro nomine tenebantur, et cavalcandum et predandum dictam civitatem Cremone 25 tunc in nostra fidelitate manentem et intrinsecos eiusdem tunc fideles et nostros. Propter que in Lombardia predicta excitata sunt guerrarum discrimina, scandala plurima et turbationes comote in terris quam pluribus dicte nostre provincie Lombardie, [comittendo predicte communitates omnes et][f] singule et speciales persone superius nominate predicta omnia et singula temporibus in inquisitione, quam inde fieri 30 [fecimus, denotatis contra nos et Romanum imperium et in derogationem iuris et honoris nostri atque imperii, prout hec omnia][f] et singula publica et [notoria esse[1] quam plurium fide dignorum est] regalibus auribus pate[factum][f].

3. [Et licet hec omnia et alia per universas Lombardie et Tuscie partes fama notoria divulgaret, divinum][f] sequentes exemplum descendere voluimus et videre et 35 per discretos viros Palmerium de Altovitis de Floren[tia legum professorem, et Andream] Calandrinum de Advocatis de Roma, consiliarios et aule nostre iudices, contra predictas civitates de Tuscia et de Lombardia earumque homines et dictos Ghibertum Iohannem et Opeçinum inquirere fecimus[1] de predictis facinoribus, felloniis ac criminibus memoratis ipsaque comunia, civitates et homines et quemlibet ipsorum citari et requiri 40 fecimus per nostros iudices antedictos, predictorum publicorum proposita voce preconia, ut certo iam elapsso termino coram nobis et dictis nostris iudicibus dicte comunitates per eorum syndicos et dicte speciales persone personaliter comparere curarent, nostra facturi mandata et sese de premissis excusaturi si possent. Quod nequaquam facere curaverunt. Postmodum et iterato eosdem citari fecimus, certis et legiptimis terminis 45 eis[l*] pro secundo et tertio et perhemtorio assignatis per iudices prelibatos, ut coram nobis et dictis nostris iudicibus conparerent, nostris prituri mandatis et se si poterant defensuri de predictis. Alioquin a dictis terminis inantea pro confessis et legitime con-

768. f) *uncis inclusa corrosa sunt* 1. g) Anzolla *semper* 2. h) Ac etiam 2. i) Dyonini *male* 1. k) terre 2. l) sunt 2. l*) eis terminis 2.

50 1) *Cf. supra nr. 721.*

victis haberentur et singulis predictorum et tanquam legitime convictos et confessos ex predictis dapnaremus et exbanniremus eosdem. Qui ex tantorum scelerum comissione contra eorum regem et dominum protinus desperati nostram misericordem clementiam non actendentes, que petentibus quantumcunque peccantibus misericordiam debitam non negavit, pro obedientia contumaciam elegerunt, reatus reatibus, scelera sceleribus iugiter in deterius cumulando. Quis ergo rex et dominus superni Regis iram provocare non timet, si tam enormia et detestabilia inulta dimittat, et si contra tales iura et leges inanimate armantur, quomodo animata lex arma valet[m] deponere contra eos, quos quia Dei timor non retraxit a malo, rigor saltim nostre debet corrigere discipline. Nec enim rex iustus esse censetur, qui bonos premiis non exortatur et malos pena debita non affligit.

4. Volentes igitur morem gerere iusti regis et ne superioris iram contra nos aducere videamur, tales subditorum nostrorum excessus ac scelera punire et corigere negligendo, arma iustitie sumimus ad predictorum rebellium punitionem, ut eorum exenplo alii terreantur, ut nostrum de vultu Dei iudicium prodeat[1], Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes, habentes dicta comunia, civitates et homines speciales superius denotatos ex notoriis et ex eorum contumacia pro confexis et legiptime convictis de predictis omnibus et singulis excessibus et delictis, de plenitudine regie maiestatis contra eos ut infra sententias proferimus in hiis scriptis:

(I) Privamus quidem comunia et homines dictarum civitatum Luce, Senarum, Parme et Regii et quodlibet et quemlibet ipsorum mero et misto imperio et iurisditione omnique iure et dominio potestarie seu rectorie et regimine ipsarum civitatum, que habent vel habuerunt vel quibus utuntur seu uti consueverunt in ipsis civitatibus et eorum districtibus, ipsaque merum et mistum imperium, omnem iurisdictionem ac regimen ipsarum necnon omnia ipsarum civitatum castra, villas, possessiones et bona intus et deforis, ubicunque sint, omnesque ipsarum et cuiuslibet ipsarum civitatum introitus, redditus et proventus nostris et Romani imperii erario et camere adnotamus, publicamus et confiscamus. Privantes etiam easdem et quamlibet ipsarum civitatum et comunitatum et personarum et privatos declarantes omnibus franchitiis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus et honoribus, feudis et omnibus iuribus a nobis vel ab imperatoribus seu regibus Romanorum predecessoribus nostris concessis seu qualitercunque eisdem a[c]quisitis ipsaque revocantes cassamus, irritamus et ex certa scientia annullamus. Pronuptiantes et declarantes dicta comunia et personas dictas et quodlibet et quamlibet eorum felloniam, proditionem et lese maiestatis crimen contra regiam celsitudinem nostram et Romanum imperium ex predictis excessibus incurrisse.

(II) Et nichilominus ipsa comunia et homines et quodlibet ipsorum comunium multamus atque condempnamus fisco et[m*] camere nostre et Romani imperii, videlicet comune et homines civitatis Luce in tribus milibus libris auri puri, comune et homines civitatis Senarum in tribus milibus libris auri puri, comune et homines civitatis Parme in duobus milibus libris auri puri, comune et homines civitatis Regii in mille libris auri puri.

(III) Predictum vero Ghibertum declaramus felloniam et crimen lese maiestatis et proditionem contra nos et Romanum imperium conmisisse et etiam fecisse contra formam fidelitatis per eum prestite nobis pro feudo dicti castri Guastalle, quod eidem concesseramus in feudum, privantes eum et privatum declarantes feudo castri predicti ipsumque castrum eiusque districtum, vasallos et habitatores cum omni iurisdictione et iure et omnibus pertinentiis suis ad nostram cameram revocantes. Necnon predictos[n] Ghibertum, Iohannem Chirici, Opeçinum de Ançola tanquam rebelles et pro-

768. m) vellet 2. m*) et *deest* 2. n) ipsos 2.

1) *Cf. Ps. 16, 2.*

ditores imperii et lese maiestatis crimine reos de toto Romano imperio exbannimus et eorum et cuiuslibet eorum bona omnia camere nostre et Romani imperii adnotamus et publicamus, privantes eos et quemlibet eorum omni honore et dignitate, inmunitate, privilegiis, franchitiis et libertatibus a nobis et a Romanis regibus vel 5 imperatoribus predecessoribus nostris et quibuscunque aliis concessis seu qualitercumque eis acquisitis. Et eos et quemlibet eorum perpetua volumus laborare infamia. Et si aliquis predictorum singularium in fortiam nostram seu Romani imperii pervenerit, furcis suspendatur ita quod moriatur.

(IV) Ançianos quoque, priores, consules et consiliarios dictarum terrarum et 10 cuiuslibet earum, qui tempore dicte rebellionis erant et subcessive fuerunt et in futurum fuerint dicta rebellione durante, de toto Romano imperio exbannimus et perpetua notamus infamia, privantes eosdem et quemlibet ipsorum omnibus privilegiis, honoribus, franchitiis et inmunitatibus a nobis vel Romanis inperatoribus seu regibus predecessoribus nostris concessis vel aliter eisdem a[c]quisitis. Et inabiles esse volumus 15 adiudicandi et assidendi officio et cuiuslibet magistratus honore.

(V) Potestates vero, iudices et notarios, qui tempore dicte rebellionis et ab inde citra de predictis obnoxii sunt et qui deinceps in regimine dictarum terrarum prefuerint et absque nostra vel subcessorum nostrorum licentia ad ipsarum regimen exercendum accesserint, privamus et privatos esse volumus ab officio iudicandi et 20 assidendi et notariatus et cuiuslibet magistratus et perpetue infamie volumus subiacere. Ac etiam omni privilegio, franchitiis, inmunitatibus, honoribus et iuribus a nobis vel predecessoribus nostris concessis vel aliter eisdem quesitis privamus, ipsa privilegia, honores, franchitias et inmunitates et iura ex certa scientia revocantes. Ipsosque exbannimus tanquam rebelles Romani imperii, a cunctis nostris et dicti imperii 25 fidelibus volumus personaliter et realiter inpune posse offendi, iudices quoque, advocatos et notarios dictarum civitatum earumque districtuum cives et incolas adiudicandi et assidendi et tabelionatus officiis privamus et perpetue volumus infamie subiacere.

(VI) Item quia dictarum civitatum comunia in dicte rebelionis et tam detestabilium scelerum obstinatione publica tanto tempore nullatenus perdurassent sine 30 ipsorum civium et incolarum patientia vel assensu et ut pene metu cohacti se et dicta eorum comunia a dictis nefandis erroribus retrahant[o] et ad debitam reverentiam nostram et Romani imperii reducantur[p], universos et singulos dictarum civitatum earumque districtuum cives et incolas tanquam nostros et Romani imperii rebelles de toto Romano imperio exbannimus. Mandantes quod nulla civitas, castrum vel villa 35 seu baro vel alia singularis persona prestet deinceps ipsis omnibus vel alicui ipsorum vel singularibus personis eorum vel dictis Ghiberto, Iohanni et Opeçino vel alicui ipsorum[q] auxilium aliquod vel favorem nec dicta communia vel aliquod ipsorum vel ipsorum cives, incolas, districtuales vel dictos Ghibertum, Iohannem et Opeçinum vel aliquem ipsorum receptet, post unius mensis spatium a recitatione huius nostre sen-40 tentie decurrendum, sub pena quinquaginta librarum auri pro qualibet civitate et XX[r] librarum auri pro quolibet castro vel barone et decem librarum auri pro qualibet alia persona contrafacientibus et quotiens contrafieret[s], et plus et minus ad nostrum arbitrium considerata qualitate personarum et modo delicti, nostre camere persolvendis[t]. Decernentes quod quilibet possit et debeat cives et incolas et districtu-45 ales dictarum civitatum tanquam bannitos et rebelles Romani imperii personaliter capere et in nostram fortiam consignare et ipsorum bona capere et habere. Inhibentes quod nullum dictorum comunium vel singularium personarum ipsorum[u] vel alicuius

768. o) retrahantur 1. p) re- *corr. ex* de- 1. q) vel — ipsorum *deest* 1. r) viginti 2. s) contrafecerint 1. t) *sic* 1. 2. u) eorum 1.

ipsorum comunium debitores de ipsorum debitis eisdem satisfaciat vel respondere presumat.

5. Ab omnibus autem predictis excipimus illos omnes qui sunt de nostra familia et illos qui sunt exules a dictis civitatibus ratione partium eorumque familias et bona, quos familiares nostros et exules eorumque familias et bona a dictis sententia, penis et bannis eximimus et sub protectione nostra et Romani imperii reservamus[1], necnon et illos omnes qui iam ad nostra mandata venerunt et sunt vel qui infra unum mensem proxime subsequentem ad nostra et Romani imperii mandata redierint. Volumus tamen de benignitate regia, ut spem misericordie peccantibus non tollamus, set ut eis prebeamus materiam ad gratiam redeundi, quod dicta communia, si venerint infra terminos infrascriptos nostris super premissis parituri mandatis, videlicet comune Luce infra decem dies, comune Senarum infra XV, comunia Parme et Regii infra XX dies proxime subsequentes, a nexibus dicte sententie sint soluta.

6. Contra comune vero civitatis Florentie eiusque cives et districtuales et officiales alios processus et sententias, penas et banna de dictis criminibus et excessibus[v] per nos et iudices nostros fecimus et protulimus[2], qui et que in arcivo nostro et Romani imperii conservantur, confirmamus, corroboramus ac etiam inovamus, reservata nobis potestate in predictis omnibus mutandi, corigendi, addendi et detrahendi, prout de nostre maiestatis processerit voluntate.

7. Et predicta omnia et singula ex certa scientia et plenitudine nostre regie potestatis pronunptiamus, facimus ac etiam promulgamus, statuentes predictas sententias et processus super hiis habita valere et tenere roboris perpetui firmitatem. Non obstantibus si iuris ordo et solempnitas in predictis non fuerint observata vel si aliquis alius defectus opponi posset quomodolibet contra ea. Non obstantibus etiam legibus aliquibus, quibus cavetur absentes dapnari non posse et quod ordo iuridicus sit servandus. Quibus omnibus et aliis contra facientibus quoad predicta ex certa scientia et ex potestate plenaria derogamus.

Lata[w] et pronuptiata fuit dicta sententia per dictum serenissimum regem pro tribunali sedentem et lecta et publicata mandato et in presentia ipsius domini regis per me[x] Paulum condam ser Ranuccini de Podioboniçi notarium et officialem ipsius regie maiestatis et in presentia[y] Leopardi Frenecti notarii[z] in civitate Pisarum sub logia domus viridarii Gherardi et Bonacursi Ganbacurte in capella sancti Egidii. Quibus nobis Paulo et Leopardo[a] notariis suis supradictis idem dominus rex mandavit de predictis fieri publica instrumenta. Et hec omnia ibidem acta fuerunt, convocata et adunata ibi multitudine copiosa civium Pisanorum et diversarum terrarum Ytalie et aliunde dicte[b] regie maiestatis mandato. Presentibus[c] dominis Henrico de Flandria mariscalco predicti[d] domini regis, Roberto de Flandria, Guifredo comite de Leninghena[e], Nicholao de Bonsignoribus de Senis, Thoma de Septemfontibus[f], Branchaleone de Aurea[g], Ubertino de Lando[h] Pis(arum) potestate, Simone domini Iohannis de Spoleto capitaneo Pis(ani) populi et Mense de Vico iudice, Matheo de Cantone iudice[i], Vanne T[ortino], Grugnetto Grasso, Gogno Leoli, Bartrameo Gonis, Becto Bonaiuti et Pardo Boticella ançianis Pisani populi[k], Anthonio Surdo de Placentia, Bartholo[l] de Spoleto iudicibus, domino[m] Iohanne Çeno[n] de Pisis, Symone Phylippi de Pistorio et domino Sofredo

768. v) quos et que, *quae desunt* 1. 2, *hoc loco inserenda esse videntur.* w) ⁞ L ⁞ ata 1; Data *male* 2 x) me *deest* 2. y) mei *add.* 2. z) camere ipsius domini regis *add.* 2. a) Leopardo et Paulo 2. b) de 2. c) magnificis et nobilibus viris *add.* 2. d) ipsius 2. e) ī *supra lineam add.* 1; Lenigana 2. f) camerario ipsius domini regis *add.* 2. g) de Genua *add.* 2. h) de Placentia *add.* 2. i) iudice *deest* 2. k) et *add.* 2. l) Bartholomeo 2. m) *deest* 2. n) de domo Lafrancorum *add.* 2.

1) *Cf. infra nr. 769.* 2) *Supra nr. 715. 716.*

domini Lippi[o] de Pistorio, Iohanne Iacotti et Iohanne de Cerchiis[p] de Florentia et aliis pluribus fidedignis testibus ad hec. Dominice nativitatis anno millesimo CCCXII, indic. decima, die undecima mensis Aprilis, ac regni ipsius domini regis anno quarto.

(S. N.)[q] Ego Paulus condam sere Ranuccini de Podioboniçi auctoritate imperiali 5 iudex ordinarius et notarius publicus et nunc dicti serenissimi domini regis notarius et officialis predictis sententie et pronuptiationi interfui et predicta omnia et singula de mandato dicti domini regis scripssi, publicavi, in publicam formam redegi et signum proprie manus apposui[q].

769. *EXCEPTIO TRIUM IUDICUM PARMENSIUM.* *Apr. 18.*

10 *Denuo contulimus* 1) *autographon eiusdem tabularii l. c. 'Mazzo 4 nr. 7' servatum, quod Bernardus de Mercato exaravit, cuius manu in verso scripta leguntur:* gra fca duobus *(sic)* iudicibus de Parma; 2) *apographon eiusdem notarii inter Acta eius exstans l. c. 'Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) fol. 6' (cf. iam supra ad nr. 756). Edidit ex* 1 *et* 2 *Doenniges l. c. II, 178 nr. 41. — Böhmer, Reg.* 15 *Heinr. 479.* *(P. decst.)*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem millesimo tricentesimo duodecimo, inditione decima, decima octava die mensis Aprilis, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto ac regni serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti anno 20 quarto. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod prefatus dominus rex ex certa scientia dixit, voluit et edicto regio decrevit, quod domini Bernardinus de Coliculo, Thomasinus de Uliveriis et Francesquinus de Gzannetis iudices, cives Parmenses et nunc iudices cum strenuo viro domino Ubertino de Lando de Placentia vicario sive potestate in civitate Pisana pro regia[a] maiestate, non teneantur 25 nec astringantur teneri nec astringi intelligantur sententia lata per ipsum dominum regem contra comune Parme et singulares personas dicti comunis, que quidem sententia lata fuit Pisis die undecima huius mensis Aprilis nuper preterita[1]. Set ab ipsa sententia et *Apr. 11.* ab eius vinculis sint totaliter et esse intelligantur exempti, liberi et absoluti ipsosque et heredes eorum, qui in rebellione ipsius domini regis non existunt, et eorum bona, 30 cum ipsi iudices in vera obedientia et servicio eiusdem domini regis persistant, ab ipsa sententia et eius vinculis idem dominus rex ex certa scientia, ut iam dictum est, absolvit et penitus liberavit. Precipiens michi Bernardo camere sue notario infrascripto, ut de predictis ipsis iudicibus faciam unum vel plura publica instrumenta.

Actum est hoc Pisis in domo Girardi et Bonacursii Guambacurta[b] fratrum, quam 35 inhabitat idem dominus rex, presentibus domino Anthonio de Surdis de Placentia iudice aule dicti domini regis, Leopardi Freneti camere dicti domini regis notarii testibus vocatis ad premissa.

(S. N.) Et ego Bernardus de Mercato de Yanna[c] Bellicen. dyoces. sacrosancte ecclesie Romane ac sacri imperii auctoritate publicus notarius hiis omnibus presens fui 40 et de mandato dicti domini regis hanc cartam scripsi et tradidi signoque meo consueto signavi.

768. o) *loco* domini Lippi 2*:* de Vercelensibus. p) Ioh. de C. et Ioh. Iac. 2. q) *authenticatio notarii deest* 2.

769. a) regea 2. b) Bonacursi Gambacurta 2. c) Yenna 2.

45 1) *Supra nr. 768 cap. 4 (V) et 5.*

770—773. SCRIPTA PRO CIVITATE SAVONENSI.

1312. Apr. 11.—13.

Denuo nos ipsi contulimus autographa tabularii communis Savonensis. Ediderunt minus accurate C. Cipolla et G. Filippi 'Atti e Memorie della Società storica Savonese' II (1890) pag. 298 sqq. nr. 4—6 et 8.

770. *RECEPTIO IN PROTECTIONEM IMPERII. Apr. 11.*

Ex autographo signato 'Pergamene sparse nr. 20'. Sigillum, quod olim pendebat loro membranaceo, iam desideratur. In verso scriptum est manu cancellariae: R (= Registrat.) *Cf. l. c. pag. 301 nr. 7.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Affectantes prudentum virorum . . vicarii, consilii et communis Saonensis dilectorum nostrorum fidelium propter fidem sinceram et puritatis fidei constantiam, quam incessanter ad nos et sacrum gerunt imperium, prout ex officii nostri tenemur debito, ubilibet sollicitudine regia precavere dispendiis et comoditatibus providere, ipsos in nostram et eiusdem imperii protectionem recipimus specialem. Mandantes vobis universis et singulis firmiter et districte, quatinus eosdem Saonenses in nullo penitus offendatis nec ipsos perturbari seu molestari ab aliquo permittatis, sed ipsos contra insultus et gravamina quorumlibet auctoritate nostra regia manuteneatis et efficaciter defendatis, sicut indignationem regiam volueritis evitare. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Pysis, III. Idus Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

771. *CASSATIO TELONEI. Apr. 12.*

Ex autographo signato 'Raccolta I nr. 205'. Sigillum, quod olim pendebat loro membranaceo, iam desideratur. In verso item legitur R. *Scriptum est manu admodum negligenti, quam cancellariae Savonensis esse crediderim.* *(P. deest.)*

Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Quamquam pridem nobili viro Branchaleoni filio Barnabovis Aurie de Ianua fideli nostro dilecto, quod de qualibet bestia onerata salma in nemore sito inter Saonam et Altare quatuor denarios a transeuntibus valeret nomine pedagii recipere et levare, per alias nostras litteras[1] de spetiali gratia in feodum usque ad nostre voluntatis beneplacitum duxerimus concedendum, tamen quia postmodum nobis innotuit, dictam concessionem in dispendium quam plurium[a] redundare, propter quod rei publice et prefato Branchaleoni, qui ipsius existit spetialis amator, debet minus grata existere, et ex certis causis ad hoc rationabiliter nos moventibus dictas litteras et concessionem cessare volumus. Decernentes ipsas nullius ulterius existere firmitatis nec per ipsas posse ali-

771. a) um *in loco raso or.*

1) *Servatae non sunt.*

quem ad solucionem dicte pecunie de cetero choartari. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Bysis[b], II. Idus Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

5 **772.** *PRIVILEGIUM DE NON EVOCANDO. Apr. 12.*

Ex autographo signato 'Pergamene sparse nr. 21'. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In verso item legitur ℞. *Scriptum est eadem manu negligenti ut nr. 771.* *(P. deest.)*

Heinr(icus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobilibus et prudentibus 10 viris . . vicario, consilio et comuni Saonensi, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Quanto civitatem nostram affectu sinceriori complectimur et favoris gratia prosequimur plenioris, tanto liberalius vestris precibus, quas nobis digne porrigitis, exauditionis dexteram aperimus. Eapropter desideriis vestris benignius annuentes, quod preterquam 15 coram illis iudicibus, qui ad presens nostre Saonensis[a] civitatis presunt regimini vel preerunt pro tempore, coram aliquibus aliis iudicibus nisi forte de mandato nostro spetiali vel in casibus a iure permissis non possitis ad iudicium aliquod evocari seu quomodolibet trahi, vobis auctoritate regia de spetiali gratia indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu 20 temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumserit, gravem nostram indignationem se noverit incursurum.

Datum Bysis[b], II. Idus Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

773. *MANDATUM CONTRA FACINOROSOS. Apr. 13.*

25 *Ex autographo signato 'Raccolta II nr. 224'. Sigillum desideratur, loro membranaceo relicto. In verso item legitur* ℞. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobilibus et prudentibus viris . . vicario, abbati, consilio et comuni Ianue necnon universis marchionibus, comitibus, baronibus ceterisque civitatum aliorumve locorum vicariis, rectoribus, communitati- 30 bus et singularibus personis, ad quos presentes littere pervenerint, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ut status civitatis et districtus Saonensis eo fiat maiori tranquillitate securus, quo facinorosi quique, per quos quies et tranquillitas illorum civitatis et districtus perturbari merito formidatur, a conversatione partium earundem fuerint alieni, fidelitati vestre sub 35 pena nostro arbitrio infligenda districte precipimus et mandamus omnino volentes, quatinus omnes illos et singulos, qui de civitate Saone eiusque districtu pena mortis sunt proscripti, de civitatibus, castris, locis et domibus vestris sublato more dispendio totaliter expellatis eisque auxilium, consilium vel favorem aliquem nullatenus impendatis, eos deinceps ad vos intrare seque vobiscum recipere minime permittentes.

40 Dat. Pisis, Idus Aprilis, regni nostri anno quarto.

771. b) *sic or.*

772. a) ad — Saonensis *in loco raso or.* b) *sic or.*

774. SCRIPTUM PRO OPPIDO LEUTKIRCH.

1312. Apr. 13.

Denuo contulimus autographon, quod servatur Stuttgardiae in tabulario regio. Pendet sigillum fere illaesum fasciis sericis coloris rubri fusci. In medio dorsi in margine superiori manu cancellariae regiae scriptum est: R̷ (= Registratum). *Edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 453 nr. 647. — Böhmer, Reg. Heinr. 476. (P. deest.)* 5

Heinr(icus) Dei gracia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris . . ministro, cons(ulibus) et civibus in Lůtkirche, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ad hoc precipue nostri culminis elaborat intencio, ut submotis quorumlibet mali- 10 gnorum incursibus cunctis nostre dicioni subiectis pacis et tranquillitatis commodum preparemus. Sane querelam vestram gravem nuper recepimus continentem, quod occasione obligacionis vestre per nos facte strennuo viro Dyetdeg(en)[a] de Castello advocato nostro provinciali pro certa pecunie quantitate ab eiusdem Dyetdegen[b] nonnullis creditoribus, servitoribus et aliis per impignoraciones et offensas indebitas incommoda plurima 15 sustinetis, super quo vobis supplicastis per excellenciam regiam oportuno remedio provideri. Cupientes igitur statum et commodum vestrum propter obligacionem huiusmodi non diminui, sed augeri, vobis hanc graciam duximus faciendam, quod vos in personis vel rebus vestris quibuslibet mobilibus vel immobilibus pro prefato Dyetd(egen)[b] ab aliquibus creditoribus seu servitoribus suis aut ab aliis quibuscumque obligacionis pre- 20 dicte de causa impignorari vel gravari de cetero nullatenus debeatis ac quomodolibet non possitis. Advocato nostro provinciali, qui est vel pro tempore fuerit, necnon universis civitatibus sui regiminis dantes tenore presencium firmiter in mandatis, ut vos in huiusmodi gracia manuteneant et defendant nec vos permittant contra tenorem ipsius ab aliquibus indebite pregravari. Obligacione tamen eadem prefato Dytdeg(en)[c] facta 25 in omnibus semper salva, cui per premissa nullum volumus preiudicium generari. In cuius rei testimonium nostre maiestatis sigillum presentibus est appensum.

Datum Pysis, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, Ydus Aprilis, regni vero nostri anno quarto.

---

775. 776. ASSIGNATIO TERMINI IUDICIALIS. 30

1312. Apr. 20.—Oct. 3.

775. *SCRIPTUM REGIS. Apr. 20.*

Servatum est in duabus formis, quae inter se valde discrepant. Formae A *apographon ex minuta ut videtur negligenter descriptum superest inter archivi Heinrici VII. reliquias Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1348 signatum. Edidit Ficker loco 35 supra ad nr. 237 citato pag. 94 (= 230) nr. 77. Denuo nos ipsi accuratissime contulimus.*

774. a) *secunda* d *corr. ex* t *or.* b) *secunda* d *in loco raso or.* c) deg *in loco raso or.*

Formae B *emissae transsumtum praebet scriptum archiepiscopi Coloniensis infra nr. 776. — Böhmer, Reg. Heinr. 480. Regesten der Pfalzgrafen 1681.*

(P. deest.)

A.	*B.*
Heinricus etc.	Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

(1) Causas et questiones principum[a] Romano subiectorum imperio, maxime que inter consortes vertuntur et possent, si diu vigerent[b], in detrimentum et ignominiam ipsorum[a] et in[a] dedecus nostri et imperii[c] redundare, sopiri[d] summa diligencia cupientes, ut corda sedentur[e] discordium et in pacis tranquillitate quiescant, igitur[a] ad supplicacionis instanciam illustris Růdolphi[f] comitis palatini Reni ducis Bawarie[g] principis nostri dilecti omnes causas et questiones, que inter ipsum ducem Růdolphum ex una parte[h] et fratrem suum ducem Lůdewicum[f] super quibusdam[i] negociis vertuntur seu verti sperantur ex altera et que per

illustres Fridericum ducem Austrie, Ottonem ducem Bawarie, Heinricum ducem Karinthie et venerabilem Chunradum Saltzburgensis ecclesie archiepiscopum	venerabilem Chunradum Saltzburgensem archiepiscopum ac illustres Fredericum ducem Austrie et Henricum quondam illustris Meinhardi ducis Karinthie filium

principes nostros dilectos[k], communes amicos et arbitros predictorum Růdolphi et Lůdewici, in concordia et composicione Frisingie[l] inter ipsos Růdolphum et Lůdwicum duces Bawarie celebrata[1] ad nostram

seu vicarii nostri

audienciam sunt delate, iuxta ipsorum[m] continenciam litterarum in Almania[n] in loco dicto zů dem Hůpte[o], ubi Mogus fluvius Reni flumen ingreditur, quem locum ipsis partibus ad hoc[p] exnunc specialiter deputamus, audire [proponimus et promittimus][q], si necesse[r] fuerit et commode[s] fieri poterit, ac[t] fine debito terminare. (2) Si vero ipso iudicio in loco predicto et tempore in ipsarum parcium instrumentis [conscripto][q] non possemus adesse, extunc venerabilem Baldewinum Trever[ensem

archiepiscopum etc.	archiepiscopum princip]em[q] et germanum nostrum karissimum,
et eo predictis interesse forte[u] impedimento	aliquo predictis loco et tempore nequeunte,
venerabilem H(enricum) sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopum etc., quo forte ex aliqua causa predicta audire eisdem loco et tempore non valente, Gerhardum spectabilem comitem Iuliacensem	Henricum Coloniensem archiepiscopum principem nostrum dilectum

auctoritate regia nostro nomine subrogamus illi[v], quem super hoc cognoscere[w] continget. Presencium tenore mandantes ac eciam[x] committentes, ut partibus convocatis causas et questiones predictas[y] audiat et fine decidat debito[z] et[a] quod in premissis decreverit mediante iusticia[b], faciat[c] auctoritate predicta firmiter observari. (3) Cete-

775. a) *deest A.* b) vigerent, er *supra lineam add. A.* c) nostri *add. B.* d) sopiti; *sequitur lacuna quatuor fere litterarum A.* e) sendentur *A.* f) Rud., Lud. *semper A.* g) Baurie *semper B.* h) parte una *A.* i) quibuscunque *A.* k) amicos *male B.* l) Frisinge *A.* m) ipsarum *male B.* n) Almaia *A.* o) ze den hape *(corr. ex* hapte*) A.* p) ad hoc ips. part. *A.* q) *uncis inclusa corrosa in B.* r) neccessarie *A.* s) comode *A.* t) et *A.* u) eo forte pred. int. *A.* v) eidem *A.* w) audire *A.* x) *loco* ac eciam *A:* et. y) *deest B.* z) deb. fine dec. *A.* a) *deest A.* b) mediante iusticia *deest A.* c) faciat quod in prem. decrev. *A.*

1) *A. 1311. Aug. 3. 4; Regesten der Pfalzgrafen 1667—1669.*

rum volumus ac ipsis partibus seriose iniungimus et mandamus, quatinus cum eisdem per nos vel aliquo predictorum iudicum procedente | aut per aliquem predictorum iudicum procedentem
in hiis dies iudicii nominabitur seu designabitur[d] iuxta instrumentorum continenciam predictorum[e], ipse partes ad locum prefixum superius[f] omni intervallo cessante[g] accedant, recepture[h] ibidem iusticie conplementum[i].

In cuius etc. | In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Pysis, XII. Kal. Maii, anno Domini MCCC duodecimo, regni nostri vero anno quarto.

776. *SCRIPTUM ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. Oct. 3.*

Transsumtum a. 1312. Nov. 11 confectum[1], *cuius autographon servatur in tabulario secreto domus regiae Bawaricae, denuo contulit vir d. H. Herre Monacensis. Pendet sigillum episcopi Ratisponensis parum laesum loro membranaceo. Edidit Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II (= 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte' VI) pag. 210 nr. 245. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 309. Regesten der Pfalzgrafen 1692. (P. deest.)*

Henricus Dei gracia sancte[a] Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archycancellarius illustribus principibus Růdolpho ac Lůdewico fratribus ducibus Bavarie, fidelibus suis dilectis salutem et mandatis regiis firmiter obedire.

(1) Noveritis nos litteras serenissimi principis et domini nostri domini Henrici tunc Romanorum regis, nunc autem imperatoria fungentis dignitate recepisse sub consignacione sigilli regie maiestatis non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas in hec verba:

'Henricus Dei gracia — anno quarto.' *supra nr. 775.*

(2) Cum igitur idem R(ůdolphus) dux nos requisierit, ut in dictis negociis procedamus, cum nec idem dominus noster rex, nunc imperator, nec dictus dominus . . archiepiscopus Treverensis ad presens sint in Alemanie partibus constituti, immo in remotis, utpote in urbe Romana vel circa urbem demorentur[2], nos ad dicti ducis requisicionem, ne cuiquam in iure suo deesse videamur, procedere volentes, harum igitur auctoritate litterarum vobis et cuilibet vestrum firmiter iniungimus et mandamus ac pro primo, secundo, tercio et peremptorio edicto vos et quemlibet vestrum evocamus[b] [et][c] citamus,

775. d) assignabitur *A.* e) iuxta ipsorum instrumentorum continencium *(sic) A.* f) supiū *A.* g) cescante *A.* h) recepturi *A.* i) complementum *A.*

776. a) *supra lineam add. tr.* b) evotamus *tr.* c) *deest tr.*

1) *Verba transsumti sunt haec:* Nos Chunradus Dei gracia ecclesie Ratisponensis episcopus tenore presencium profitemur, quod nos quasdam litteras sigillo venerabilis domini et patris domini Heinrici sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi sacri imperii per Italiam archycancellarii sigillatas non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas vidimus, legimus et tractavimus scriptas per omnia in hec verba:
'Henricus Dei gracia—MCCC duodecimo.' *supra nr. 776.*
Et in testimonium premissorum presentes conscribi fecimus et sigilli nostri robore communiri. Dat. Ratispone, anno Domini MCCC duodecimo, III. Idus Novembris.
2) *Morabantur iam circa Florentiam in castris.*

ut in crastino purificationis beate Marie virginis proximo futuro hora meridiana in loco dicto zû dem Hûpte, ubi Mogus fluvius Reni flumen ingreditur, predicto vobis a dicto domino nostro suis premissis litteris prefixo personaliter coram nobis compareatis, facturi et recepturi super hiis, que quilibet vestrum contra alterum prosequitur seu prosequi hinc inde intenditis, id quod dictaverit ordo iuris. (3) Vobis itaque et cuilibet vestrum premissa notificamus cum intimacione debita, videlicet quod si aliquis ex vobis non comparuerit, altera parte comparente, nos cum parte que conparuerit procedemus, prout de iure fuerit procedendum, alterius absencia non obstante. Et in horum testimonium has litteras sigilli nostri consignacione fecimus consignare.

1313. Febr. 3.

Datum Colonie, tercio die mensis Octobris, anno Domini MCCC duodecimo.

777—780. TRACTATUS CUM CARDINALIBUS DE CORONATIONE ROMANA FIENDA.

1312. Mai. 10.—Mai. 31.

Cf. de his etiam ea quae refert Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 55 sq. lin. 59 sq.

777. *REQUISITIONES REGIS PRIORES. Mai. 10.*

Registratae (R) *inter Protocolla et acta Bernardi de Mercato notarii Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' asservantur (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 9. Manu Bernardi scriptae sunt. Praecedit rubrum:* Registrat(um)*; item in margine superiori omnium quae sequuntur paginarum repetitur forma abbreviata:* R̷. *Edidit Doenniges l. c. II, 35 nr. 18a. Nos denuo accuratissime contulimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 481.* *(P. deest.)*

Anno Domini millesimo CCC duodecimo, indic. X, VI. Idus Maii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno septimo[a] ac reg[n]i serenissimi principis domini Henrici Dei[b] gratia etc. anno quarto, in Urbe in palatio Lateranensi. Presentibus domino Baldwino Trev[er]ensi, Guallardo Arelatensi archiepiscopis, Theobaldo Leodyensi, Henrico Tridentino et fratre Nycholao[c] Butrentino episcopis, Amedeo comite Sabaudie, Roberto et Henrico de Flandria, Iohanne comite Foresii, Ludovico de Sabaudia alme Urbis senatore[d], Lapo electo Castelle Veniciarum, Hubaldino de Ubaldinis, Pandulfo de Sabello domini pape notario, Nycholao de Bonsignoribus de Senis, Symone Philippi de Pistorio militibus et pluribus aliis fidedignis testibus ad infrascripta vocatis et rogatis. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod serenissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus dixit, requisivit et protestatus fuit reverendis in Christo patribus dominis Arnaldo sedis apostolice legato Sabinensi et fratri Nycholao Ostiensi episcopis et Luce Sancte Marie in Via lata dyacono cardinali ea que inferius continentur:

1. Et primo inter cetera, que idem dominus rex dixit dictis dominis cardinalibus, narravit, qualiter ipse venerat ad Urbem coronandus dyademate imperii et sacro cris-

777. a) *corr. ex* sexto *R.* b) *sequitur* Re *delet. R.* c) *stilo acutiori post add. R.* d) alme— senatore *supra lineam add. R.*

mate[e] inungendus, et quod voluntas eius et desiderium erat ipsas coronationem et[f] i[n]unctionem suscipere in basilica principis apostolorum, dum tantum ad ipsam basilicam comode pervenire posset. Verum tamen quia per maliciam aliquorum malivolorum ipsius domini regis tale impedimentum prestatur, sicut manifeste apparet, quod etiam non potest aliqua tergiversatione celari, quod idem dominus rex ad eandem basilicam comode accedere non potest sine magno periculo personarum, requisivit idem dominus rex et rogavit ipsos dominos cardinales, ut ipsum impedimentum amoveant[g], taliter quod ipse dominus rex ad dictam basilicam libere pervenire possit, maxime cum facto, dolo vel culpa ipsius domini regis dictum impedimentum non sit nec esse debeat. Quod si forte esset, quod non credit, obtulit se paratum omnem causam amovere et emendare ad arbitrium ipsorum cardinalium et omnium proborum virorum sine suspicione, si qua[h] esset ex parte ipsius domini regis, que ipsis malivolis dare deberet iustam occasionem vel materiam dandi dictum impedimentum.

2. Item alia ratione requisivit idem dominus rex dictos dominos cardinales, quod dictum impedimentum facerent amoveri, videlicet quia ipsum impedimentum non prestabatur occasione ecclesie Romane nec per utilitatem vel honorem ipsius ecclesie nec occasione rei tangentis ecclesiam particularem sive universalem, set potius ad dedecus et contemptum ipsius ecclesie et summi pontificis et contra voluntatem et expressam et publicam ordinationem ipsius summi pontificis et tocius sacri collegii dominorum cardinalium ac grave periculum tocius populi christiani gloriamque et exaltationem inimicorum fidei orthodoxe.

3. Item obtulit et presentavit idem dominus rex dictis[i] dominis cardinalibus se paratum pro se et gente sua dare et prestare in manibus eorum incontinenti omnem fidem, omnem cautionem et omnem securitatem, quas ipsi domini cardinales et alii probi viri sine suspicione cognoverint esse sufficientes et ydoneas, de non offendendo illos, qui dictum impedimentum prestant, sive quemquam ipsorum in personis vel rebus[k], eundo ad[l] dictam basilicam, stando ibidem vel inde redeundo[m], dummodo ipsum regem et gentem suam permittant pacifice transire, ire, stare et redire.

4. Et quia mora et retardacio dicte coronationis est dampnosa et periculosa[n] sacrosancte Romane ecclesie et sacro imperio et omnibus fidelibus christianis et[o] retardacio p(roc)h dolor negocii Terre Sancte, idcirco idem dominus rex iterato rogavit et instanter requisivit ipsos dominos cardinales, ut pro laude et gloria omnipotentis Dei et gloriose virginis Marie et tocius celestis curie et pro exaltatione catholice fidei ac pro honore, bono et pacifico statu sacrosancte Romane ac universalis ecclesie et tocius populi christiani dictum officium coronationis et inunctionis predictarum sibi commissum accelerare velint, videlicet quod supradictum impedimentum toto posse faciant cessari et amoveri[p], ut in basilica principis apostolorum ipse coronatio et inunctio pacifice valeant celebrari.

5. Quod impedimentum si comode amovere[q] non possint nec predicta comode fieri possint in basilica antedicta, rogavit idem dominus rex et requisivit instantissime ipsos dominos cardinales, ut ipsum coronare et inungere velint in ecclesia sancti Iohannis Lateranensis, cum[r] a iure canonico vel civili, statuto[s] vel privilegio non[t] videtur prohibitum, quominus in ipsa ecclesia Lateranensi valeat et debeat coronari.

777. e) carisma *R.* f) *in fine lineae bis scriptum R.* g) admoveant *similiter semper R.* h) *corr. ex* quia *R.* i) *sequitur* dnis *delet. R.* k) *sequitur* eundo *delet. R.* l) *corr. ex* adcām *R.* m) *sequitur* vel *delet. R.* n) sa *supra lineam add. R.* o) *sequitur* rat *delet. R.* p) *hic* am *corr. ex* ann *R.* q) admovere, *praecedit* am *delet. R.* r) *supra lineam, praecedit* cī *delet. R.* s) to *supra lineam add. R.* t) *fini lineae in margine adiectum R.*

6. Et ad informationem ipsorum dominorum cardinalium, quod hoc facere possint et debeant, produxit et allegavit[u] idem dominus rex[v] multas[w] rationes et iura et ea legi fecit per magistrum Henricum de Geldognia clericum et consiliarium suum in presencia ipsorum dominorum cardinalium et testium suprascriptorum[*].

5 ## 778. *ALLEGATIONES CARDINALIBUS DATAE.*

Item ex R, *ubi fol. 10—11' instrumentum nr. 777 statim sequuntur. Item a Bernardo scriptae sunt. In fine nonnulla desunt, quae notarius addere supersedit. Edidit Doenniges l. c. II, 37—39 in nr. 18b. Nos denuo accuratissime contulimus.*

Servantur etiam in P *rotulo chartacco tabularii Parisini 'Carton J. 611' nr. 33* 10 *omnino coaevo, in cancellaria quidem Heinrici regis exarato et ab Heinrico ad Philippum Franciae regem misso, ut eum de tractatibus tam cum Roberto rege quam cum cardinalibus m. Maio habitis certiorem faceret*[1]. *In cuius dorso leguntur manu Pauli de Podio Bonizi notarii scripta haec verba:* Assignetur magnifico viro domino Guillelmo de Nugareto regni Francie cancellario; *item alia manu cancellariae ut videtur Philippi* 15 *regis:* Instrumentum tangens reges Romanorum et Sicilie. *Huic rotulo inscripta sunt documenta sequentia hoc ordine: Instrumentum infra nr. 782, Requisitio altera infra nr. 779, Allegationes nr. 778. Iam olim diligentissime exemplavit Waitz b. m., nos ipsi denuo inspeximus.*

Allegationes nostras in P *praecedit rubrum:* Allegationes date per regem Roma- 20 norum dominis cardinalibus super tollendo impedimento coronationis sue et super coronatione alibi fienda, si non possit fieri in Sancto Petro, et misse per eosdem cardinales domino pape de civitate Romana.

Varias lectiones fere omnes adnotavimus. Capita ita indicavimus, ut in Rotulo scripta sunt. Numeros arabicos adiecimus. *(P. deest.)*

25 1. Questio talis est. Sanctissimus pater dominus Clemens papa commisit[a] per suas litteras quinque cardinalibus, quod dominum Henricum regem Romanorum in imperatorem electum nomine suo et vice ipsius ipsum in imperatorem coronarent et dyadema imperiale capiti suo imponerent sub[b] illa clausula etc., quod si non omnes, quatuor ex eis vel tres vel duo vel[c] unus ipsorum huiusmodi negocium exequeretur[d. 2], 30 adiectis[e] in eisdem litteris verbis istis, videlicet: 'ne autem error in huiusmodi negotio intervenire possit modum, formam et locum presentibus duximus inserendum[f], prout in archivo ecclesie et in pontificali ordinario continetur'[g. 3]. Modo ita est quod in[h] archivo ecclesie et in pontificali ordinario continetur[g], quod rex Romanorum apud Sanctum Petrum in Urbe in imperatorem coronetur. Nunc autem casus[h*] accidit, quod propter 35 maliciam aliquorum malivolorum commode[i] nec secure nec sine maximo periculo nec sine scandalo coronari ibidem potest. Et hoc est notorium, manifestum, evidentissimum nec[k] tergiversatione celari potest. Queritur ergo, numquid virtute dicte commissionis in

*) *sequuntur a Bernardo addita, sed post cancellata:* Et protestatus fuit de addendo etc. et ad probandum predicta de iure fecit idem dominus rex produci et legi per predictum[x] magistrum 40 Henricum de Geldognia clericum et familiarem suum coram dictis cardinalibus iura et rationes in hunc modum.

777. u) et allegavit *supra lineam R.* v) *sequitur delet.* in scriptis *R.* w) *supra lineam add. R.* x) *sequitur* đ (= dominum) *delet. R.*

778. a) comissit *P.* b) cum *R.* c) aut *R.* d) exequerentur *P.* e) adiecto *R.* f) in- 45 serendam *P.* g) continentur *R.* h) *deest P.* h*) causus *R.* i) comode *R.* k) et *R.*

1) *Quae notat W. Israel 'König Robert von Neapel und Kaiser Heinrich VII.' (Diss. Berol. 1903) pag. 34 not. 2, omnino erronea sunt.* 2) *Supra pag. 609 lin. 23 sq.* 3) *Ib. lin. 24 sqq.*

alio loco Urbis solempni[l] coronari possit. Videntur[m] iura expresse dicere quod sic. Nam iura dicunt, quod ea movere debent delegatum[n], que merito moverunt delegantem. Set ita est, quod si delegans presens esset et de impedimento eidem constaret, quod alibi coronaret nec est dubium, quin hoc facere posset. Ergo hoc delegati[o] facere debent. Probatur extra de rescriptis c. 'super litteris' ad finem[1] et fortificatur sic. Certum est per litteras commissionis, quod dominus papa ipsum regem[p] gratiose et favorabiliter prosequitur, nam eum in regem Romanorum approbavit, in imperatorem promovendum nominavit, pro impositione dyadematis imperialis vices suas commisit, quod alias visum non est. Modo ita est quod beneficia principum, specialiter gratiosa latissime sunt interpretanda, favores autem applicandi[q], maxime ut res commissa pocius valeat quam pereat. Et specialiter cum hec gratia iuri communi concordat[r], sicut est in proposito. Nam ex quo dominus papa ipsum regem in regem Rom(anorum) approbavit in imperatorem promovendum, promovere debet eum in imperatorem, alioquin faceret sibi iniuriam. Argumenta ff. de constitutionibus principum l. ultima[2], de rebus dubiis l. 'quociens'[3], extra de re(gulis) iuris c. 'odia'[4] et extra de electione in c. 'venerabilem'[5].

2. Item etsi in proposito duo mandantur, videlicet coronatio fienda et certo loco fienda, quod non est verum, quia eciam[s] certo loco fieri non mandatur, ita simile alibi in iure mandatur. Pone, iudex alicui mandat, quod ad certam diem sibi proximam coram eo compareat. Hic duo mandantur, videlicet quod compareat et quod certo die compareat. Pone ergo, quod certo die comparere non possit propter aliquod impedimentum, numquid nichilominus[t] comparere debet. Iura dicunt quod sic. Simile dicitur alibi, iudex precipit, quod aliquid certo die solvatur a debitore, debitor certo die non solvit, numquid liberatus erit. Iura dicunt quod non. Eodem modo in proposito, ubi duo mandantur, videlicet coronatio fienda et certo loco, si non possit fieri loco prefixo, non liberatur exequtor, quin alio loco facere teneatur, ff. de arbitris l. 'Celsus'[6], ff. Si quis cau(tionibus) l. 'et si post tres'[7], extra de dolo et contu(macia) c. 'cum dilecti'[t*, 8]. Item sicut ego video hic, quod[u] etsi hic duo mandantur, ita alibi video de[v] iure, quod duo exequi mandantur[w], et sicut in proposito aliquid certo loco fieri mandatur, sic video alibi, quod aliquid certo loco exequi[x] committitur. Pone, dominus papa committit alicui delegato inquisitionem fieri certo loco[x] vel quicquid aliud expediri, propter potenciam vel maliciam partis vel aliam causam rationabilem inquisitio fieri non potest in loco decreto, numquid idem delegatus exequi poterit quod sibi mandatur in alio loco. Iura dicunt quod sic, ne tali pretextu mandatum apostolicum quomodolibet impediatur aut differatur. Eodem modo in proposito fieri debet[x*], cum sit eadem[y] ratio, extra de off(icio) delegati in c. 'hiis per quem'[9], ff. ad le. Aqui. l. 'illud'[10]. Et propter hoc in[z] c(apitulo) predicto notabiliter dicitur 'statuimus', quasi hoc[z] noviter sit inductum. Nam iure antiquo quando[a] delegatus nolebat exequi mandatum sibi iniunctum propter aliquod impedimentum, quod ei obstare videbatur, illud suo[b] superiori denunciabat et super hoc expectabat voluntatem sui superioris. Quod locum habebat, ubi aditus[c] de facili haberi poterat ad superiorem et mora non trahebat ad se periculum.

778. l) sollempni *R.* m) videtur *R.* n) legatum *P.* o) del. hoc *R.* p) *bis scriptum R.* q) ampliandi *R.* r) iure communi innitatur *R.* s) *loco* quia eciam *R:* nam. t) nichilhominus *semper R.* t*) dilectu *R.* u) *deest P.* v) in *R.* w) mandatur *P.* x) exequi—loco *per dittographiam desunt P.* x*) fieri debet *bis scriptum R.* y) *deest R.* z) in—hoc *item desunt P.* a) *deest R.* b) *bis scriptum P.* c) additus *R.*

1) *c. 20 X de rescr. (I, 3).* 2) *Dig. 1, 4, 3.* 3) *Dig. 34, 5, 12.* 4) *c. 15 in VI. de reg. iur. (V, ult.).* 5) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 6) *Dig. 4, 8, 23.* 7) *Dig. 2, 11, 8.* 8) *c. 6 X de dolo et cont. (II, 13).* 9) *c. 13 in VI. de off. et pot. iud. deleg. (I, 14).* 10) *Dig. 9, 2, 32.*

Secus autem erat, ubi mora erat periculosa nec de facili haberi non poterat aditus[d] ad superiorem, sicut est in proposito, extra de rescriptis c. 'si quando'[1].

3. Item licet locus adiectus pro aliquo facto explendo observari debeat, hoc intelligitur[e], si observari secure potest et sine incommodo partium. Probatur per decretalem 5 all(egatam) et ff. de arbitris l. 'si cum dies' c. 'si arbiter'[2] et ff. de iudiciis l. 'si locus'[3] et extra de rescriptis in c. 'statutum'[4] et c. 'statuimus'[5] l. VI, ubi est casus expre(ssus)[f].

4. Item sicut video, quod isti legati pro facto coronationis explere tenentur sibi iniunctum in loco decreto, nisi impedimentum obstaret, sic video alibi, quod ille qui iurat iuramentum servare tenetur et ille qui vovet votum adimplere compellitur, nisi 10 causa subsit. Pone ergo, qui iuravit ex certa causa iuramentum deseruit, numquid periurus est. Lex dicit quod non. Et[g] eodem modo qui vovit[h] et ex causa votum[i] in melius commutat, votum infringere non videtur. Et[g] eodem modo in proposito. Delegati, quibus commissum est aliquid certo loco exequi per mandatum eis directum, si alio loco exequantur ex causa, fines mandati non videntur excedere, ff. qui satisdare 15 coguntur l. ultima[6], de iure patronatus l. 'adigere' §. finali[7], C. de non numerata pecunia l. finali[8], extra de iureiurando c. 'pervenit'[9], de voto et voti redemptione c. 'scripture' et c. 'licet'[10]. Nec mirum si aliquando ab iniuncto ex[i*] necessitate recedatur aut propter periculum. Nam necessitas non habet legem nec in argumentum trahi debent, que propter necessitatem aliquando sunt concessa, C. de operis liber- 20 tinorum l. I[k, 11], ff. de officio consulum l. prima[l, 12], extra de re(gulis) iuris l. 'in argumentum'[13].

5. Item sicud[m] video in questione proposita, quod istis delegatis certus actus committitur sub certis modo et forma complendus, sic video alibi[n] in iure, quod aliquando similiter actus aliquis committitur sub certis modo et conditione explendus. Pone ergo, 25 dicit lex[14], aliquis a testatore est institutus heres[o], si monumentum post mortem testatoris in[g] triduo proximo mortis eius fecerit. Monumentum in triduo perfici non potest, numquid[p] nichilominus heres est[q]. Lex dicit quod sic. Nam conditio evanescet et actus principalis, videlicet heredis institutio valere debebit. Et[g] eodem modo testator heredem instituit, si in tali loco municipi[i] statuam erexerit[r]. Statuam erigere non potest 30 propter impedimentum municipum ipsius municipii, numquid nichilominus actus institutionis valebit. Lex dicit quod sic. Et est ratio. Non enim videtur defectus[s] conditione, qui parere conditioni non potest, sicut dico in proposito. Ex quo certus actus est ipsis delegatis commissus certo modo complendus, videlicet in certo loco, si modus servari[t] non potest, videlicet locus nichilominus actus principalis alibi perfici debebit, ff. de 35 condicionibus institutionum in l. 'si quis ita institutus'[14] et in l. 'que sub condicione' § 'non videtur'[15], de conditionibus et demostracionibus [l.] 'si Ticius'[u, 16].

6. Item mens et intentio domini pape committentis inspici debet et servari potius quam verba commissionis. Certum autem est, quod dominus papa, qui ipsum regem in Romanorum regem approbavit, ydoneum, sufficientem et habilem ad dignitatem celsi-

40 **778.** d) aditum *P;* additus *R.* e) hoc int. *desunt R.* f) et — expre(ssus) *desunt R;* ubi — expre(ssus) *atramento pallidiori scripta P.* g) *deest R.* h) vovit *corr. ex* votum *P.* i) *deletum P.* i*) ob *R; loco* ab iniuncto *lacuna duorum verborum in R.* k) prima *R.* l) I. *R.* m) sicut *R.* n) *deest P.* o) h. est inst. *R.* p) *deletum in R.* q) *loco* nich. heres est *lacuna quatuor fere litterarum in R.* r) erexerit *R.* s) deffectus, deffuncti *similiter semper R.* t) servare *R.* u) *loco* 45 si Ticius *R:* stitius.

1) *c. 5 X de rescr. (I, 3).* 2) *Dig. 4, 8, 21, 10.* 3) *Dig. 5, 1, 59.* 4) *c. 11 in VI. de rescr. (I, 3).* 5) *c. 1 in VI. de elect. (I, 6).* 6) *Dig. 2, 8, 16.* 7) *Dig. 37, 14, 6.* 8) *Cod. 4, 30, 16.* 9) *c. 3 X de iureiur. (II, 24).* 10) *c. 4 et 6 X de voto (III, 34).* 11) *Cod. 6, 3, 1.* 12) *Dig. 1, 10, 1.* 13) *c. 78 in VI. de reg. iur. (V, ult.)* 14) *Dig. 28, 7, 6.* 15) *Dig. 28, 7, 8, 7.* 16) *Dig. 35, 1. 14.*

tudinis[v] imperialis obtinendam declaravit adque[w] decrevit eidem regi per suas manus loco et tempore oportunis[x], non referens se ad certum locum, debere concedi unctionem et ipsius imperii dyadema, ipsum coronari voluit et vult virtute dicte commissionis. Non ergo impedire debet huiusmodi actum modus de loco adiectus, qui servari non potest. Nam lex dicit, quod in condicionibus et modis primum locum voluntas principis delegantis aut defuncti obtinet eaque regit conditiones. Non autem conditiones principis aut defuncti regunt voluntatem nec defectus modi, videlicet loci non servati, impedire debet huiusmodi actum. Nam ubi in ipsa commissione mentio fit de dicto modo, ibi dominus papa loquitur enunciando[y] seu narrando, non autem disponendo. Et ideo si non servatur[z] modus, non debet impediri actus principalis nec videntur verba loquentia[a] de loco facere modum aut condicionem. Nam ex quo illa eadem verba, que in illa parte commissionis continentur, in archivo[b] ecclesie et in[c] pontificali ordinario inserta sunt, non videtur dominus papa velle facere modum, sed potius ipsos delegatos circa officium coronationis eis commissum sollicitasse, ff. de conditionibus et demostrationibus l. 'in condicionibus'[1], C. de probacionibus l. 'rationes'[2], communia utriusque iudicii l. 'scriptura'[3], de testamentis l. 'verba testamenti'[4], ff. de legatis II [l.] 'Titia' § 'Gaius'[d, 5], in auctentica de nuptiis c. 'disponat'[6]. Preterea in summo pontifice[e] idem statuitur, videlicet quod Rome debet intronizari sive coronari, et si ibi fieri non potest ex aliqua causa, tunc alibi intronizetur[f], ut XXIII. di. 'in nomine Domini'[7]. Inmo[g] habetur pro intronizato, ut dicit textus expressus XXIII. di. 'in nomine Domini'[g].

779. *REQUISITIONES REGIS ALTERAE. (Mai. ex.)*

Item ex R, *ubi fol. 11' Allegationes supra nr. 778 editas statim sequuntur, et* P, *ubi easdem praecedunt adiecto rubro:* Protestatio facta dominis legatis et cardinalibus missis ad coronandum eundem regem Romanorum super impedimento sue coronacionis tollendo et quod si non poterant eum coronare in Sancto Petro, alibi coronarent eundem. *Ex* R *edidit Doenniges l. c. II, 39—41 in nr. 18b. Nos denuo inspeximus. Capita servavimus, ut in* P *indicantur; numeros arabicos adiecimus.*

Cf. infra nr. 794. *(P. deest.)*

1. Licet a vobis dominis Arnaldo Sabinensi episcopo apostolice sedis legato et Nicolao[a] episcopo[b] Ostiensi infrascripta per[c] dominum regem petita, requisita et protestata fuerunt, propter tamen adventum reverendi patris domini Luce[d] Sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis a vobis et quolibet vestrum iterato requiruntur et protestantur, non recedendo a primis protestationibus et requisitionibus[e].

2. Coram vobis reverendis[f] patribus et dominis[f] dominis Sab(inensi), Ostien(si) episcopis et domino L(uca) cardinalibus et quolibet vestrum petit et requirit dominus Henricus Dei gratia[g] Romanorum rex semper augustus, quod cum sanctissimus in Christo pater dominus Clemens episcopus[b] vobis commiserit una[h] cum quibusdam aliis reverendis patribus dominis Leonardo Albanensi et Francisco Sancte Lucie in Silice bone memorie apostolice sedis cardinalibus cum illa clausula, quod si non omnes, quatuor ex vobis aut tres aut duo vel unus vestrum huiusmodi negotium vobis commissum exequeretur[i, 8], qua-

778. v) solicitudinis *P.* w) ac *R.* x) opp. *R.* y) enumerando *R.* z) servetur *R.* a) *deest P.* b) publico *add. P.* c) *deest R.* d) § Gaius *desunt P.* e) *hic desinit R, reliquis omissis, sed spatio complurium linearum vacuo relicto.* f) introzuzetur *P.* g) Immo — Domini *alia manu addita esse videntur P.*

779. a) Nycholao *P.* b) *deest P.* c) dictum *add. R.* d) L. *P.* e) requ. et prot. *R.* f) rev.—dominis *desunt R.* g) Dei gratia *desunt P.* h) unam *R.* i) exequiretur *R.*

1) *Dig. 35, 1, 19.* 2) *Cod. 4, 19, 6.* 3) *Cod. 3, 38, 10.* 4) *Cod. 6, 23, 6.* 5) *Dig. 31, 34, 5.* 6) *Auth. 22, 2 (ed. Heimbach pag. 211).* 7) *c. 1 D. 23.* 8) *Supra pag. 609 lin. 23 sq.*

tinus eundem regem, quem idem dominus Clemens de consilio suorum fratrum iusticia exigente reputavit, nominavit, approbavit, denunciavit et declaravit regem Romanorum ac fore ydoneum, sufficientem et habilem ad dignitatem imperialis celsitudinis obtinendam decrevitque loco et tempore oportunis debere concedi unctionem[k] et ipsius imperii dyadema, quatinus nomine et vice domini summi pontificis predicti secundum commissionem vobis factam in basilica principis apostolorum de Urbe unctionem huiusmodi et ipsius imperii dyadema die convenienti, quam[l] duxerit eligendam et paratus est eligere, tradere[m] velitis. Protestatur enim et offert cum effectu coram vobis et in presentia et sub testimonio astantium, quod si dominus Iohannes frater illustris regis Roberti aut ipsi Ursini de Urbe vel Tusci* vel alii quicunque, qui basilicam predictam[n] et locum, per quem itur ad eam, detinent occupatos in preiudicium sedis apostolice necnon ipsius domini regis, impedimentum prestando[o] iniuste et[p] sine causa, quominus idem rex ibidem[q] coronari non[p] possit nec[p*] officium vobis commissum exercere, in aliquo dubitent de adventu ipsius domini regis aut suorum sequacium ad dictum locum, ne eis inferatur iniuria, violentia vel molestia seu quodcunque aliud dispendium, quod idem dominus rex vobis nomine ipsorum aut cuicunque alteri recipere volenti nomine ipsorum plene, sufficienter et ydonee cavere et assecurare pro se et suis sequacibus, quod si tollere voluerint impedimentum, sic quod dominus rex ibidem[q] coronari possit pacifice et vos domini cardinales quod vestro incumbit[r] officio exercere, quod nulli ipsorum per eius adventum iniuria, violencia aut molestia seu quodcumque aliud dispendium inferetur[s], et super hoc offert dare cautionem, quam arbitrio vestro duxeritis ordinandam.

3. Item dicit idem rex, ne videatur recedere a voluntate[t] domini nostri summi pontificis predicti, quia eius[u] voluntati semper vult complacere, quia[p] alias voluit contrahi amiciciam, parentelam et affinitatem inter ipsum regem Romanorum ex una parte et illustrem regem Robertum ex altera per contractum matrimonii inter filiam regis Romanorum et primogenitum regis Roberti, ne etiam videatur aliud velle post coronam imperii susceptam, licet idem summus pontifex impedimentum, quod eidem prestatur ex parte regis Roberti, ignoret, paratus est et paratum se offert vobis cum effectu[v] nomine quorum interest, plene et ydonee cavere cautione, que vobis videbitur expedire[w], quod habita[x] sua corona imperiali in dicta basilica dicta die eligenda, curabit dictum matrimonium perficere, si et prout summo pontifici videbitur expedire. [Et quod si aliquis habet potestatem nunc perficiendi, paratus est nunc perficere et complere parentelam predictam secundum tractata]**.

4. Item [petit][y] et requirit a vobis cum instantia, quod die[z], quam pro sua coronatione duxerit eligendam, versus dictam basilicam procedere velitis pro vestro officio complendo, et ipse idem rex gressus vestros incontinenti sequetur vel ad latera vestra procedet, prout vobis placuerit, protestando, quod per eum non stat neque stabit quin sibi debitum per vos tribuendum consequatur.

5. Item petit et requirit humiliter et devote cum instancia, quatinus si officium vestrum, quod vobis incumbit in facto predicto, in dicto loco[a] exercere non possitis, in alio loco Urbis, qui vobis expedire videbitur, officium vestrum compleatis. Paratus est enim recipere idem rex unctionem predictam necnon ipsius imperii dyadema a vobis et quolibet vestrum in loco, quem duxeritis deputandum. Paratus est etiam idem rex et

*) vel Tusci *desunt R.*

**) et quod – tractata *in P post addita, desunt R.*

779. k) uncionem *semper P.* l) qua *R.* m) traddere *P.* n) pred. basil. *R.* o) impedimento prestato *R.* p) *deest R.* p*) vos *addendum esse videtur; cf. infra pag. 778 lin. 8.* q) ibi *R.* r) incombit *R.* s) inferatur *R.* t) dicti *add. R.* u) *loco* quia eius *R:* cuius. v) cum effectu vobis *R.* w) exp. vid. *R.* x) habito *R.* y) *deest P.* z) diem *R.* a) loco predicto *R.*

offert et obtulit cum effectu vos et quemlibet vestrum informare plene et sufficienter, quod sine offensa iuris et sine transgressione commissionis vobis facte hec facere potestis et debetis. Obtulit etiam et offert se[b] paratum cum effectu predicta recipere et omnia facere et prestare, que in predictis et circa predicta et occasione predictorum per eum facienda fuerint et prestanda, et quod[c] per eum non stat neque stabit. Et super hoc publice protestatur.

6. Item protestatur publice et expresse[d], quod nisi hoc feceritis, eidem iniuriam facitis maximam. Et primo summo Creatori conqueretur, domino etiam Clementi summo pontifici necnon sacro eius[e] collegio et omnibus suis amicis et fidelibus, dicens quod si non feceritis, actores eritis omnium iniuriarum, malorum et dampnorum, que exinde sequentur. Protestatur etiam expresse, quod propter hoc non dimittet, salva in omnibus reverentia dicti domini summi pontificis et sacrosancte Romane ecclesie, quin iura sua et imperii prosequatur, prout crediderit habito consilio diligenti convenire.

7. Dicentes etiam et protestantes pro honore domini summi pontificis, sacrosancte ecclesie Romane[f] et pro statu pacifico totius christianitatis et maxime Urbis[g], partium vicinarum et ut mala et scandala plurima cessent, que ex tardatione[h] huius negotii provenire[i] verisimiliter presumuntur[k], quod predicta expedire et accelerare velitis, cum mora sit plura et varia pericula allatura[l]. Que mala et scandala, si occasione huiusmodi retardationis quod absit eveniant, cum per nos non stet, quin predicta sicud decet compleantur, protestamur, quod non nobis, set vobis pocius debeant imputari.

8. Propter[m] huiusmodi tamen petitionem et protestationem ab aliis petitionibus et protestationibus propositis recedere nolumus, set illam et illas nobis salvas esse volumus, que magis pro nobis fecerint et ad intentionem nostram fundandam magis expedire videbuntur.

780. *LITTERAE CARDINALIUM IOHANNI COMITI GRAVINAE MISSAE.* *Mai. 31.*

Denuo contulimus transsumtum eodem die confectum[1], *cuius autographon servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 12'. Edidit Doenniges l. c. II, 182 nr. 44. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 481.* *(P. deest.)*

779. b) eum *R.* c) *deest P.* d) exprese *P.* e) eius sacro *R.* f) Rom. eccl. *R.* g) et *add. R.* h) tarditate *R.* i) pervenire *R.* k) *corr. in R.* l) delatura *R.* m) Per *R.*

1) *Verba transsumti in adnotatione ponimus:*
In nomine Domini amen.
Hoc est exemplum quarundam litterarum munitarum tribus sigillis cere rubee pendentibus, in uno quorum sculte erant ymago quedam[a] episcopalis cum croccia in manu sinistra et cum mitra in capite et quodam ceburium et quodam scabellum sub pedibus dicte ymaginis et circa hoc in circuitu huiusmodi littere: 'S. Arnaldi Dei gratia episcopi Sabinensis.' In alio sculte erant tres ymagines scilicet ymago unius fratris, sculti ad modum ordinis sancti Dominici et ymago beate Virginis et ymago episcopalis cum croccia in manu destra et libro in manu sinistra et ymago Christi crucefixi, ad pedes cuius erat ymago cuiusdam episcopi genuflexi cum manibus iuntis et in circuitu huiusmodi littere: 'S. Nicolai Hostiensis et Velletrensis[b] episcopi'. In tertio sigillo sculte erant ymagines beate Marie virginis, beatorum Petri et Pauli apostolorum et quedam ymago cardinalis cum mitra in capite, mediante quadam regula et in circuitu eius erant huiusmodi littere sculte: 'S. Luce Sancte Marie Vie late diaconus cardinalis.' Quarum tenor talis est:
'Magnifico viro domino — anno septimo'.
Et ego Laurentius Stephani Dei gratia auctoritate sacre prefecture publicus notarius predictas litteras ut ab autenticis sumpsi nil addens[c] vel minuens, per quod sensus seu substantia poset comodolibet viciari, ita hic fideliter exemplavi et in ha[n]c publicam formam redegi de mandato et cum

a) quodam *tr.* b) Velletriensis *tr.* c) audens *tr.*

Magnifico viro domino Iohanni clare memorie Ierusalem et Sysilie regis filio comiti Gravine et honoris[1] Montis sancti Angeli domino et venerabilibus dominis Bertuldo preposito Montisfalconis et Iohanni Gaytano canonico Parisiensi[a] ac nobilibus et sapientibus viris dominis Gentili et Romano militibus, Poncello, Francisco et Poncellecto de Monte de filiis Ursi ceterisque de domo Ursinorum miseratione divina Arnaldus Sabinensis episcopus ac apostolice sedis legatus, frater Nicolaus Hostiensis et Velletrensis episcopus et Lucas Sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis, eiusdem apostolice sedis nuncii salutem et sincere dilectionis affectum.

(1) Rei geste, quam scribere cogimur, horrenda conditio intrinsecus acutissime nos molestat, dum ubi Christianorum paci ferventius accomodatur intentio, ibi pacis emulus et humani generis inimicus venena diffundendo dissidii sue fallacie nubilo rationabilium hominum oculos offuscare et eorum corda in devia herroris inpellere ac perniciosis conactibus inflectere sue nequitatis invidia nititur contra pacem. Sane non ignorare vos scimus, qualiter sanctissimus pater et dominus noster dominus Clemens divina providentia papa quintus nos ad Urbem transmiserit, ut coronaremus in imperatorem serenissimum principem dominum Henricum Dei gratia Romanorum regem in principis apostolorum basilica ipsique traderemus iuxta modum et formam, quos in directis nobis ab eo idem summus pontifex exprimebat litteris[2], diadema. Qui licet iuxta modum apostolicum nobis in hac parte directum ad Urbem profecti parati essemus et simus iniunctum nobis adimplere mandatum, invenimus tamen et adhuc invenimus ad hoc per vos et sequaces vestros impedimenta prestari, cum basilicam apostolorum principis memoratam, ubi nobis predictum expediendum negotium est commissum, detinueritis et detine[a]tis occupatam, in tantum quod eidem Romanorum regi sine armorum strepitu ac hominum stragis non parve periculo nullatenus pateat ad basilicam eandem accessus. (2) Et quamvis venerabilis pater . . episcopus Botruntinus et venerabilis vir dominus Pandulfus domini pape notarius nobis Sabinensi et Hostiensi episcopis presentibus apud Baccanellum, priusquam veniremus ad Urbem, ex parte vestra concordi assertione[b] retullerint, quod vos domine Iohannes eis, qui ab eodem domino rege premissi fuerant, quod ab inllustrissimo principe domino rege Ruberto fratre vestro habueratis in mandatis, ut dictum dominum Romanorum regem quibusvis[c] modis in coronatione sua studeretis pro viribus impedire, vos vero domini Ursini respondistis ei[s]dem, quod dicto domino regi Ruberto tradideratis fortalitias vestras et domos nec eum deserere poteratis, nos tamen relata non modicum admirantes ac volentes an ex corde procederent experiri, Urbem ipsam tandem ingressi vobiscum simul et separatim pluries curavimus habere colloquium, qui nobis concorditer respondistis, quod impedimentum predictum sine mandato dicti domini regis Ruberti nullatenus auferretis[d]. (3) Cum igitur opera vestra huiusmodi nullus sane mentis ignoret inimica fore iusticie, pacis emula novercha concordie[e], domino nostro summo pontifici ac nobis et Romane ecclesie contumeliosa non parum, magnificentiam et nobilitatem vestram omni quo possumus affectu requirimus et rogamus, quatinus divine considerationis intuytu et zelo iusticie domini nostri prefati sanctissimi pontificis et ecclesie Romane nostroque deferentes honori, christianorum quieti et augumento nominis christiani nullum ut christianos decet

780. a) Pansaen̄? *tr.; sed cf. Jean XXII 'Lettres communes' (ed. Mollat) I (1904) nr. 713.* b) assertioni *tr.* c) quibus visis *tr.* d) aufereretis *tr.* e) *sic tr.*

decreto et auctoritate magnifici viri domini Nicolai de Bonsingioribus de Senis alme Urbis sacri senatus vicarii generalis. Anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, pontificatus sanctissimi patris domini Clementis pape quinti, inditione decima, mense Maii die ultima, presentibus hiis testibus: ser Petro Alcherucii camerario camere Urbis, ser Paulo de Podiobonici, Angelino notario de Tuderto ad hoc specialiter vocatis et rogatis. (S. N.)

1) *i. e. districtus.* 2) *Supra nr. 644.*

opponentes obstaclum, ab impedimento huiusmodi quomodolibet desistatis sine contradictionis obice permittentes, quod idem serenissimus princeps iuxta iuris debitum et apostolice sedis commissum in eadem principis apostolorum basilica coronetur et alia plene recipiat, que in commissione facta nobis super hoc expressius iniunguntur, presertim cum prefatus dominus rex Romanorum coram nobis infrascriptis fuerit publice protestatus[1], quod paratus est plenam, ydoneam et sufficientem offerre pro iure moderationis arbitrio cautionem, quod si predictum volueritis obstaculum vel inpedimentum auferre, sic quod idem dominus rex Romanorum in eadem possit basilica coronari ibidemque nos[f] iniuntum nobis officium exercere, nulli vestrum sequaciumque vestrorum per ipsum dominum regem aut suos vis aliqua vel iniuria, violentia, molestia seu quodcunque aliud despendium inferetur. (4) Alioquin si nostris quod absit[g] tam iustis petitionibus duxeritis abnuendum[h], in divine magestatis oculis protestamur, preter domini nostri serenissimi pontificis et apostolice sedis iniuriam, cuius vos non ambigimus reos esse futuros, tot bellorum, dissidiorum, discriminum, exitiorum hominum, depopulationis et aliorum malorum, que presumuntur ex talibus veresimiliter perventura, necnon violate iustitie ac totius Urbis turbationis et orbis[i] fore participes et actores, quod studio vestro cessare possunt et debent vobis annuentibus ex debito postulatis. (5) Insuper latere vos nolumus, quod Florentius domini Anthii de Cancellario, Nicolaus Sobactanus, dominus Matheus domini Petri Mardoni et Iacobus Tyneosus Roman(i) cives ad nostram presentiam accesserunt, nos ex parte vicarii, consilii et populi Romani cum instantia requirentes, ut ne apud Romanos destructionem Urbis appetere videremur, et ad predicta vos efficaciter inducere studeremus et ad vestram deduceremus noticiam, quod si super predictis negresseritis[k] dare responsum vel contra petita duxeritis respondendum, predictorum vicarii, consilii et Romani populi prorsus intentionis existit, illico pulsata campana in vos et sequaces vestros in civitate et extra potenter inruere vestramve vestrorumque duritiam quocunque valebunt demoliendo molimine demoliri, ne non sic insurgentibus ipsis Romanam urbem, quod est etiam referre pro maxime detestando, proditionibus hominum, ruinis menium, execrabilis orribilitatis incendiis totque quibus est modo subiecta periculis inmaniter patiamur affligi, quin immo Romani cives in eius afflictione tam mortifere quam crudeliter affligantur. (6) Quicquid autem super predictis decreveritis faciendum, nobis si placet per latores presentium vestris litteris intimetis.

Dat. Rome, die ultima Maii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno septimo.

781—787. TRACTATUS CUM ROBERTO REGE SICILIAE.

1312. Mai. 12.—Iun. 20.

781—783. *ACTA TRACTATUUM. Mai. 12.—18.*

Cf. iam supra nr. 751 et ea quae de hac legatione refert Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 48 sqq. Ex quibus nonnulla (l. c. pag. 56) in adnotatione ponere liceat[2].

780. f) *infra add. tr.; cf. supra pag. 775 lin. 13.* g) ausit *tr.* h) adbnue|ndum? *tr.* i) *sic addendum esse videtur tr.* k) *sic pro* neglexeritis *tr.*

1) *Supra nr. 777 cap. 3. et nr. 779 cap. 2.* 2) Illis diebus reversus fuit frater Iohannes de Lucidomonte magister in theologia et dominus Iohannes de Venestingue utriusque iuris professor de Neapoli. Et

781. *LITTERAE CREDENTIALES REGIS SICILIAE. Mai. 12.*

Servantur in instrumento Receptionis infra nr. 783. In Indice documentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, sic indicari videntur: Tria paria litterarum clausarum missarum domino ante coronationem per Robertum quondam regem, *adiecto verbo* cur.
5 *(Doenniges l. c. II, 115). — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 308.*

(P. deest.)

Excellenti et magnifico principi domino Henrico Dei gratia Romanorum regi illustri, honorabili amico suo Robertus eadem gratia rex Ierusalem et Scicilie vitam yllarem et amorem sincerum.

10 Venientibus ad nos venerabile et religioso viro fratre Iohanne de Lucidomonte sacre teologie doctore et magistro Iohanne de Vestinga utriusque iuris professore, ambasciatoribus et nuntiis vestris, missis nobis ad respondendum ex parte vestre excellentie super illis que, dum ageretis in partibus Ianue, sublimitati vestre senescalcus nostre Provincie et Aquensis archidiaconus ex nostra commissione proposuerunt tractanda,
15 super quibus habitis nobiscum collationibus diligentibus et examinatis diversis ad vestram presentiam redeunt de intentione nostra verbo et scripto plenius informati. Vestram ideo rogamus preminentiam, ut ipsis super illis velitis fidem indubiam adhibere.

Datum Neapoli, die XII. Maii, X. indiction.

782. *PROPOSITIONES EIUSDEM.*

20 *Servantur* (P) *ibidem, itemque* (B) *inter Protocolla et Acta Bernardi de Mercato Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 63; in dorso manu Bernardi scripta leguntur:* Articuli super hiis que petebat rex Robertus[1]. *Edidit ex* B *Doenniges l. c. II, 117 sub nr. 2. Nos denuo inspeximus; numeros arabicos adiecimus nos.*
25 *De his propositionibus cf. infra lin. 32 sqq.* *(P. deest.)*

1. Nos dicimus et petimus, quod videtur nobis primo, quod transducatur filia per totum mensem Septembr., et hoc iuret vel iuretur pro parte sua in eius animam, facere de[a] hoc bona fide[b] posse suum, et ad tardius si non posset per totum mensem Ottubr.[c]

782. a) ad *B.* b) *loco* bona fide *B:* facere *repetitum.* c) Octobris *B.*

30 quid sibi respondit rex Robertus super parentela facienda, quam sicut potestatem habentes sibi offerebant secundum condiciones et articulos, qui fuerunt ante Brixiam concordati, credo quod dominus legatus vobis dixit. Que in sedula manu dicti regis Roberti scripta continebantur, que volebat adimpleri, antequam ipse vellet facere parentelam, de quibus alias inter tractatores nulla erat facta mensio. Plura in sedula continebantur, de quibus non recordor. Recordor autem, quod volebat, quod
35 vicarius Tuscie esset ad vitam filius suus et quod ipse rex Robertus esset admiraldus per mare et vicarius in Lumbardia ad aliquos annos, et multa talia, que nullo modo rex Romanorum fecisset. Per hec iudicet sanctitas vestra intentionem utriusque ad faciendum vel impediendum predictam parentelam.

1) *Praecedunt l. c. fol. 62' sequentia, omnia manu Bernardi exarata et ad usum imperatoris, ut videtur, e documentis ipsis excerpta:* Remembrance que entre les autres choses qui sont contenues en la letre
40 des ordenances faites et covenencies par les nobles homes monsegnour Loys ayne fil dou conte de Clermont chamberier de France e maistre Piere de Latilli archidiaquen de Chaalons, procureurs del escelle[n]t prince monser PH. pour la grace Dieu roi de France, e monsegnour Jehanc de Flandres conte de Namur et maistre Symon de Marville tresurier de Mez, procureurs de tres escellent prince monser H. pour la grace de Dieu rois des Romains, ansi comme procureurs dous segnours dessus diz,
45 sont contenues les paroles qui s'ensieuent:

'Item nous avons traities — de Rome.' *supra nr. 353 cap. 4. 5, paucissimis verbis omissis.*

Encores sont contenues en la devant dite letre les austres choses, les paroles qui s'ensieuent:

'E toutes les choses — en partie.' *supra pag. 302 lin. 10—17.*

Cf. Doenniges l. c. II, 117.

2. Item rex Scicilie promictet, quantum cum sua decentia poterit, procurare bona fide, quod in omnem eventum et casum filii procreandi ex duce Calabrie et filia regis Romanorum succedent in rengno Scicilie [d], presertim per viam coronationis ipsius ducis, remanentibus nobis titulo et administratione regni Scicilie [e], quantum sine preiudicio nostro et aliorum filiorum nostrorum qui erunt pro tempore fieri poterit, in casu ubi dux prefatus nobis superviveret, liberis non relictis ex ipsa filia.

3. Item de Tuscis [f], quod dux primogenitus [g] ipsius regis Sicilie per regem Romanorum [g] efficiatur vicarius Tuscie ad vitam suam. Qui quidem vicarius sit ad conservandum eos in prospero et pacifico statu. Et quod rex Romanorum a Tuscis predictis annuatim recipiat certam quantitatem pecunie, utpote a Florencia XXX [h] milia florenorum, a Lucca XX milia, a Senis XVIII milia, et sic de aliis parvis communibus secundum conditionem suam.

4. Item si in partibus Tuscie vel prope unam dietam fiat exercitus de mandato imperatoris, Florentia dabit CC equites et II milia peditum, Luca C equites et pedites M, Sene octuaginta equites et pedites noningentos suis expensis pro tribus mensibus. Si [i] autem exercitum fecerit [k] in partibus remotioribus infra iurisdictionem imperii, possint dicta communia secundum conditionem patrie dicte gentis subsidium in pecuniarium [l] commutare [m], et sic de aliis communibus Tuscie iurisdictionis imperii secundum conditionem suam.

5. Item quod dicta communia Tuscie eligant officiales modo consueto et vicarius confirmabit.

6. Item exteri non intrent usque ad certum tempus ordinandum per reges Romanorum et Sicilie [e], sed recuperent bona sua statim et ipsa teneant et tractent vel per se ipsos vel per alios, prout dicti reges super hoc amicabiliter concordabunt.

7. Item de Romanis reges predicti ordinabunt pacem et facient inter Ursinos et Columpnenses. Et si aliqua partium contraveniret pactis predictis [n], dicti reges assistent efficaciter bona fide, quod forefacta statim emendentur et pax duret ut prius in firmitate.

8. Item rex Romanorum iurabit in animam suam vel pro parte sua iurabitur et de hoc habebuntur sue lictere [o] oportune tam de iuramento quam obligacione bonorum suorum facienda ecclesie Romane vel regi Sicilie, quod tempore receptionis corone sue, quando veniet ad Sanctum Petrum, Columpnenses et eorum sequaces non ducet, ut veniant [p] secum, sine voluntate Ursinorum.

9. Item quod post coronationem non debeat Rome ad plus nisi per dies quatuor remanere vel circa nec gens sua aut illi, qui pro sua coronatione venerunt. Sed quam citius sine suo impedimento redire poterit, ad terras iurisdictionis sue redeat.

10. Item quod placeat regi Romanorum in Lombardie partibus [q] ponere vicarium regi Sicilie non suspectum et ad annos circa decem, prout inter se concordabunt.

11. Item quod placeat sibi, quod de communi voluntate eorum ordinetur aliquis communis admiratus suus et noster.

12. Item intentionis nostre est, quod rex Romanorum sit amicus regis Francie et filiorum [r] et fratrum. Alioquin rex Sicilie [e] non teneatur [s] sibi nisi in hiis, in quibus tenetur sibi ratione imperii.

13. Item si Tusci, facta concordia de predictis cum rege et Tuscis [t], nollent adimplere [u] predicta, dux insistet bona fide ad observandum ea.

782. d) Sicilie *fere semper B.* e) Sycilie *B.* f) Tuscys *B.* g) primogenitus — Romanorum *exciderunt B.* h) triginta *similiter semper B.* i) Sin *B.* k) faceret *B.* l) *loco* subs. in pecun. *B:* in pecuniam. m) *corr. videtur ex* committere *P.* n) pacis *B.* o) littere sue *B.* p) *loco* ut veniant *B:* nec venient. q) *loco* Lomb. part. *B:* Lombardia. r) suorum *add. B.* s) tenetur *B.* t) Tusci *P.* u) implere *B.*

14. Item omnia, que ordinabuntur super matrimonio predicto et aliis substantialibus conventionibus, firmabunt ambo reges iuramentis et obligacionibus omnium bonorum suorum. Et ista obligacio fiet ecclesie.

783. *INSTRUMENTUM SUPER RECEPTIONE NUNTIORUM. Mai. 18.*

5 *Servatur in* P *rotulo tabularii Parisini 'Carton J. 611' nr. 33, de quo plura v. supra ad nr. 778. Praecedit rubrum:* Instrumentum super articulis [transmissis][a] per regem Sicilie ad obvencionem sibi factam per regem Romanorum de parentela contrahenda [inter eos][b] de mandato domini pape, de filia scilicet ipsius regis Romanorum cum primogenito regis Sicilie. *Exemplavit Waitz. Nos denuo contulimus. Edidit etiam* 10 *Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 223 nr. 143 non omnino recte lectum. — Böhmer, Reg. Heinr. 482.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo XII, inditione decima, octava decima die mensis Maii. Per hoc presens instrumentum appareat presentibus, quod 15 venerabiles viri frater Iohannes de Lucidomonte sacre theologie doctor et magister Iohannes de Venstinga utriusque iuris profexor, ambassiatores serenissimi principis ac domini domini Heinrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti, missi ad illustrem principem dominum Robertum Dei gratia regem Sicilie in ipsorum reversione in presencia mei notarii infrascripti et testium infrascriptorum propter hoc specialiter 20 vocatorum dicto domino regi Romanorum presentaverunt quandam litteram sigillatam vero et integro sigillo dicti domini regis Sicilie. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur in hec verba:

'Excellenti et magnifico principi — X. indiction.' *supra nr. 781.*

Qua littera lecta in presentia dicti domini regis Romanorum dicti ambasciatores 25 virtute credentie eis concesse per dictam licteram articulos infrascriptos dicto domino regi Romanorum ex parte dicti domini regis Roberti retulerunt. Quorum articulorum tenor sequitur in hunc modum:

'Nos dicimus et — fiet ecclesie.' *supra nr. 782.*

Acta sunt hec Rome in palatio Lateranensi, anno, die, mense et indictione pre-30 dictis, presentibus reverendis in Christo patribus ac dominis Balduino Dei gratia archiepiscopo Treverensi et Henrico eadem gratia episcopo Tridentino, domino Amadeo comite Sabaudie, domino Ticardo comite de Catzelemboge, domino Thoma de Septemfontibus ac magistro Henrico de Geldonia prothonotario dicti domini regis testibus ad premissa rogatis.

35 Et ego Iohannes de Dist dictus de Cruce, clericus Leodiensis dioc., sacrosancte Romane ecclesie ac imperiali auctoritate publicus notarius presentationi dicte lictere ac dictorum articulorum ac omnibus aliis supradictis una cum dictis testibus interfui et hoc publicum instrumentum inde confeci et scripsi meoque signo signavi rogatus.

784—787. *LITTERAE FLORENTINORUM. Iun. 17.—20.*

40 *Litteras et instructiones Florentinorum ad hos tractatus spectantes non in Appendice Variorum, sed potius hic proponere liceat. Quas repetimus ad editionem, quam paravit Bonaini l. c. II, 105 sqq. e tabulario regio Florentino 'Capitoli tom. XXII'* (= C) *et 'Signori Carteggio Missive Minutari I Cancelleria nr. 3'* (= D).

783. a) *fere omnino evanida P.* b) *evanuerunt P.*

784. *LITTERAE PRIORES REGI SICILIAE DIRECTAE.* *Iun. 17. 18.*

Apud Bonaini l. c. II. 105 sq. ex C *fol. 13'* (A) *et 15* (B) *et* D *nr. 109* (A *et* B). *(P. deest.)*

Domino Roberto regi Ierusalem et Sicilie.

(1) Sicut celsitudo regia bene novit, omnem tractatum omnemque compositionem cum rege Alamanie palam vel secrete habere omnino negavimus, et hoc celsitudini eidem pluries per ambaxatores et licteras fecimus manifestum, et quod Florentini devoti vestri aliique etiam in parte non modica universaliter omnes aborrent et singulariter singuli plus quam mortem, cognoscentes ab experto et ex preteritis proxime videntes aperte, quod non solum tractatus et compositionis effectus, sed verbalis ipse tractatus esset ad necem vestram et partis Guelfe et comunis et populi Florentie omniumque devotorum regie maiestatis. Quod videntes apertius et cognoscentes et vos nobis pluries affirmastis, quod cum ipso rege Alamanie nullum tractatum, nullam parentelam nullamque concordiam volebatis, set vestrum exfortium micteretis et personaliter veniretis ad Urbem ad mortem, expulsionem et confusionem dicti Alamanie regis et complicum ipsius, nosque mixtim cum huiusmodi assertionibus multipliciter induxistis, ut ad predictum effectum ad Urbem nostra micteremus exfortia et sua procuraremus per fratres nostros Tuscie destinari. Quod per nos est fideliter et effectualiter adimpletum, sicut operum experimenta declarant. (2) Nunc autem deprehense inveniuntur alique lictere cum certis articulis[1] ipsis licteris interclusis, que indicant inter vos et eum compositionis et concordie fore tractatus. De quibus miramur et turbamur quam plurimum, licet hec de regia non procedere conscientia firmiter confidamus, sed ex callidis operationibus aliquorum, qui in nobis ipsis scisma et scandala et indignationem domini et patris in filios et devotos ponere moliuntur et cogitant, sicut alias de nobis serenitati regie retulerunt. Quapropter serenitati eidem affectuosissime supplicamus, quatinus consideratis predictis dignetur et velit ab omni tractatu, concordia, compositione et parentela, que post verborum dulcedinem vobis et nobis omnibusque devotis predictis necem parerent et venenum, omnino aures avertentes[a], ad Urbem cum vestra potentia, sicut ex dictis et scriptis attendimus, sine more dispendio venire ad mortem tanti hostis et ad exaltationem et vitam vestram et nostram et omnium devotorum. Nos quidem nostra exfortia iterata et arnensia misimus et nichilominus residuas vires nostras habemus ad vestra mandata et beneplacita preparatas. (3) Quicquid etenim mentibus revolvamus, in hoc nostro proposito firmiter radicamur, et quicquid oculi nostri sive corporei sive mentales respiciant, ad Urbis tamen negotia soliciti revertuntur. Super quibus de intentione vestra certificari licteris regie maiestatis exhibendis latori presentium instantissime supplicamus, parati omni tempore regiis parere beneplacitis et mandatis. Quorum articulorum in ipsis inventorum licteris copiam, ut pleniorem inde habeatis notitiam, ecce mictimus presentibus interclusam.*

Data Florentie, die XVII. mensis Iunii, X. indictionis.

*) *In* B *litteris die 18. m. Iunii emissis adduntur haec:* Et quia sperari potest et debet, quod ipsi articuli ad domini pape curiam destinentur, quod posset in amicis scandalum generare et dominum nostrum summum pontificem inducere ad imponendum cardinalibus suis constitutis in Urbe aliud quam velimus, supplicamus actentius, quatinus sine dilatione providere dignemini in predictis et scribere dominis cardinalibus amicis vestris et aliis, quod provideant in predictis et se opponant. Et ultimo repetimus quod cum vestro exfortio veniatis ad Urbem, ut que vos et nos intendimus, effectum quem cupimus citius consequantur.

Iterato scriptum est domino regi predictis superadditis verbis. Die sequenti.

784. a) advertentes *ed.*

1) *Supra nr. 782.*

785. *LITTERAE AD GENTILEM URSINUM.* *Iun. 20.*

Apud Bonaini l. c. II, 108 ex C *fol. 14 et* D *nr. 95.* *(P. deest.)*

Magnifico viro domino Gentili de filiis Ursi amico karissimo priores artium et vexillifer iustitie, populus et comune civitatis Florentie salutem et in agendis salubriter providere.

(1) Sicut ad vestram potuit perduci notitiam, omnem tractatum omnemque compositionem cum rege Alamanie omnino negavimus, quem Florentini omnes et singuli aborrent et fugiunt plus quam mortem, cognoscentes et ex preteritis colligentes aperte, quod nedum tractatus et compositionis effectus, set verbalis ipse tractatus esset ad necem nostram et omnium amicorum et devotorum regie maiestatis et universaliter partis Guelfe. Quod cognoscens etiam regia providentia pluries nobis scripsit et scribi fecit, quod cum rege Alamanie tractatum, parentelam aut concordiam aliquam non volebat, set suum exfortium micteret et personaliter veniret ad Urbem ad mortem, expulsionem et confusionem dicti hostis et complicum, et nos multipliciter induxit, quod ad predictum effectum ad Urbem nostra exfortia micteremus et micti sua procuraremus a sotiis Tuscie et amicis. Quod per nos et eos est fideliter et effectualiter adimpletum, sicut operum experimenta declarant. (2) Nunc autem deprehense inveniuntur alique lictere cum certis articulis[1], que indicant inter utrumque regem haberi tractatus. De quo miramur multipliciter et turbamur, licet hoc de domini nostri regis Roberti conscientia procedere non pensemus, set ex aliquorum calliditate, qui in nobis ipsis scisma et scandala et inter patrem et filios indignationem ponere moliuntur. Quapropter magnificentiam vestram affectuose precamur, quatinus vos interponere velitis incontinenti apud ipsum regem, quod consideratis predictis ab omni dignetur parentela, concordia et tractatu recedere, que post verborum dulcedinem sibi, vobis et nobis omnibusque devotis necem parerent et venenum, et ad Urbem cum suo exfortio, sicut ex scriptis et promissis attendimus, accedere sine mora ad mortem tanti hostis et ad exaltationem et vitam suam, vestram et nostram et omnium amicorum. Nos quidem et fratres ipsi repetita nostra exfortia et oportuna camere nostre arnensia misimus et nichilominus residuas vires nostras paratas habemus ad regia beneplacita et mandata. Quicquid enim mentibus revolvamus, in hoc nostro proposito nos et ipsi firmius radicamur, et quicquid oculi nostri sive corporei sive mentales respiciant, ad Urbis tamen negotia soliciti revertuntur. (3) Et si rex ipse in predictis deficeret et non veniret ad Urbem et ad tractatus intenderet, gentes nostras ab Urbe revocare nos et fratres nostri cogeremur inviti, ut in potenti brachio essemus in Tuscia, ad defensionem nostram et amicorum, cum omnem omnino spernere firmaverimus concordiam et tractatum, quicquid per aliquos alios ordinetur et fiat. Quorum articulorum copiam misimus dicto regi et ambaxatoribus nostris constitutis vobiscum. (4) Audivimus insuper, quod dominus Lucas cardinalis venit ad dominum nostrum regem, ut ipsum ad tractandum fortificet et inducat. Et ideo vos rogamus, quatinus considerantes, quid Lombardis contigit ex tractatibus ipsius, velitis insistere apud ipsum dominum nostrum regem, quod ad tractatum aliquem suis aliquibus suasionibus vel elocutionibus non intendat, set devotis suis antiquis et Romane ac Tuscane provincie provideat, consulat et assistat, sicut vestre sapientie videbitur convenire.

Data Florentie, die XX. mensis Iunii, X. indictionis.

786. *LITTERAE ALTERAE REGI SICILIAE MISSAE.* *Iun. 20.*

Apud Bonaini l. c. II, 113 ex C *fol. 13 et* D *nr. 96.* *(P. deest.)*

1) *Supra nr. 782.*

Serenissimo domino domino Roberto Dei gratia regi Ierusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, provincie Forcalquerii ac Pedimontis comiti devotissimi sui Gentilis domini Berardi de Camerino potestas, Rogerinus de Servideis de Parma capitaneus et defensor, priores artium et vexillifer iustitie, consilium, populus et comune civitatis Florentie cum recommendatione se ipsos pronos ad reverentiam debitam et devotam.

(1) Post alias nostras licteras [1] vobis missas, facientes de certis deprehensis licteris et articulis mentionem, tractatus esse concordie inter vos et regem Alamanie ostendentes, et per quas intentionem nostram aperuimus et regiam nobis aperiri petivimus assignatis causis et rationibus oportunis, percepimus, quod dominus Lucas cardinalis ad partes vestras se transtulit, ut vobiscum tractet et conferat de concordia cum rege Alamanie facienda. Et licet sciamus vos scire, quales sint ipsius domini Luce tractatus et quid devotis vestris Lombardis accidit in brachiis et sub tractatibus ipsius, verumtamen ex abundanti et ad cautelam alte regie providentie supplicamus, quatinus cumque sub tractatibus, elocutionibus et suasionibus dicti domini cardinalis mortis periculum lateat et venenum cumque, sicut alias scripsimus, omnis tractatus omnisque compositio esset ad mortem, dignemini ab omni omnino tractatu desistere et venire ad Urbem cum vestro exfortio sine mora pro salute vestra omniumque devotorum vestrorum et pro morte dicto regi Alamanie, prout res parata est, suisque sequacibus inferenda. Et nos et fratres nostri secundum requisitionem et voluntatem vestram ad Urbem nostra exfortia misimus et nichilominus residuas vires nostras paratas habemus ad regia beneplacita et mandata. (2) Super quibus de intentione vestra certificari clarius supplicamus, cum si regia celsitudo nobis aliisque devotis suis deficeret et non veniret ad Urbem et ad tractatus intenderet, quod credere non possumus vel debemus, consideratis processibus dicti Alamanie regis factis in Guelfos et devotos ecclesie in partibus Lombardie nullis pactis, promissionibus vel conventionibus observatis, et potius consideratis hiis, que pluries nobis scripsit et scribi mandavit ipsa regia celsitudo, nos et alii condevoti eius gentes nostras existentes in Urbe revocare cogeremur inviti, quicquid per aliquos alios ordinaretur vel fieret, ut essemus in potentiori brachio in partibus Tuscie ad defensionem nostram et provincie supradicte, cum omnem omnino spernere firmaverimus huiusmodi concordiam et tractatum. Nulla etenim nobis de ipso rege Alamanie suisque gentibus nobis et animis et loquela et moribus semper et quasi naturaliter omnino contrariis confidentia esse potest.

Data Florentie, die XX. Iunii, X. indictionis.

787. *INSTRUCTIO NUNTIORUM AD EUNDEM MISSORUM.* *Iun. 20.*

Apud Bonaini l. c. II, 110 ex C *fol. 18.* *(P. deest.)*

Informatio agendorum per ser Iohannem [2].

1. In primis namque exponere debet regie maiestati, qualiter populus et comune Florentie semper fuerunt et erant adversarii regi Alamanie suisque nuntiis et omnem recusarunt tractatum cum ipso et concordiam.

2. Item quod summus pontifex se interponere voluit et comunia sotietatis Tuscie concordare cum ipso rege Alamanie, etiam tempore quo ipse rex Alamanie triumphaverit [a] in partibus Lombardie cum fama maxima et clara et militum honorabili et numerosa comitiva, et quod ipsa nunquam descendere voluerunt, quod ipse rex vel aliquis pro eo

787. a) triumphaliter *ed.*

1) *Supra nr. 784.* 2) *Videtur intelligi ser Iohannes Benedicti, orator Florentinorum saepius ad regem Siciliae missus; cf. Bonaini l. c. II passim.*

iurisditionem haberet in eis. Immo semper deinde, quod ipsa comunia semper remaneant ut nunc sunt in plena libertate. Et quod postremo ab omni fuit tractatu et concordia discessum, licet summus pontifex assentiret quasi omnibus, que petebant dicta comunia.

5 3. Item quod licet aliquod comune sotietatis predicte contra velle comunis Florentie assentiret alicui tractatui, demum tamen firmarunt et concordarunt omnia dicta comunia, nullum velle tractatum vel concordiam cum ipso, sed sibi bellum indicere elegerunt.

4. Item quod regia maiestas predicta facere persuasit eisdem comunibus et ipsa, 10 licet firmissima in eo proposito, confirmavit et addidit, si quid addi potuit firmitatis. Et quod eisdem obtulit suum auxilium, consilium et favorem, primo in quantum tacite fieri posset, postea expresse.

5. Item quod ipsa regia celsitudo scribi fecit et dici comunibus predictis, quod si contingeret regem Alamanie versus Urbem dirigere suos gressus, quod gens armigera 15 et exfortium mictantur, ita quod Rome sint, quando ipse rex Alamanie, vel primo. Et quod ipse suam gentem armigeram haberet Rome et ipse veniret, ita quod de rege Alamanie victoria haberetur, dicendo etiam, quod si non micterent, quod ipsa proditores appellaret. Et quod antea licteras suas misit omnibus comunibus amicis, quod gentes haberent paratas, ut quando fuerint requisita, ipsas mittant et suam comitentur regiam 20 maiestatem, quod intelligebatur in Urbe.

6. Item quod ipsa regia celsitudo scribi et dici fecit dictis comunibus, nulla federa nullamque concordiam seu parentelam velle cum ipso rege Alamanie, set ipsum concludere et vincere, et gentem suam armigeram et numerosam ad Urbem mictere et personaliter ipse venire, seque infra diem VIII. Iunii iter arrepturum et die XV. in Iun. 8. 15. 25 Urbe futurum.

7. Item quod dicta comunia gentem armigeram et eorum exfortium ad Urbem miserunt et augmentaverunt[a]. Et ad victoriam intendentes cum ipsa regia celsitudine facere intendunt omnia que expediunt.

8. Item quod nuper cum certis litteris inventa fuerunt capitula et articuli conti- 30 nentes tractatum concordie[1] inter ipsam regiam maiestatem et regem Alamanie et qui ad Romanam curiam dirigebantur. Et quod populus et comune Florentie firmiter credit et tenet, quod predicta non processerunt de voluntate ipsius regie maiestatis seu etiam de sua conscientia, set quod ex malignitate et calliditate adversariorum et emulorum ipsius regie maiestatis et comunium predictorum ficte facta[b] fuerunt, ut facilius 35 que optant possint in curia obtinere et ut subspitionem et timorem generent et inferant dictis comunibus, confidendi spem et securitatem tollant in ipsam regiam maiestatem, scandalum et scisma generent, ut etiam falso persuasum fuit ipsi regie maiestati, quod dicta comunia concordaverant cum ipso rege. Set fallitur eorum fallax intentio. Habent enim et tenent pro certo dicta comunia, ipsam regiam maiestatem sibi posterisque per- 40 petuam securitatem, gloriam et triumphum parare velle, vincendo ipsum regem Alamanie suosque fautores et complices, conservare velle promissa et fidem. Que divulgata et notoria sunt universo orbe, in quibus etiam salus et vita consistit.

9. Item quod dicta comunia omnem prorsus excludunt, aborrent et evitant concordiam et tractatum cum ipso rege Alamanie, etiam magis quam mortem, et quod 45 ipsum et sibi complices totis viribus expugnare et impugnare volunt et intendunt.

10. Item dicant, quod nuper relatum est eis, quod dominus Lucas cardinalis ivit ad regiam maiestatem predictam et quod suspitio gravissima est de ipso, ne iverit pro

787. a) adgmentaverunt *ed.* b) facti *ed.*

1) *Cf. supra nr. 782.*

aliquo tractatu, maxime quia fertur et creditur, quod ipse mictebat articulos predictos ad curiam. Et propterea supplicent eidem regie maiestati, ne verbis eius fidem adhibeat. Novit enim regia celsitudo, quod sub eius tractatu Guelfi Lombardie morti, trucidationi, destructioni bonorum et pars Guelfa in partibus Lombardie in desolatione et destructione posita est. Que erat in victoria, immo ipse rex Alamanie confusus discessisset, nisi fuissent ipsi tractatus et maxime civitatis Brixie et civitatis Ianue.

11. Deinde supplicent regie maiestati predicte pro parte dictorum suorum devotorum comunium et universa parte ecclesie et Guelfe orbis, quod providendo sibi et ipsis Romam venire dignetur et servare divulgata in Urbe, Tuscia, Lombardia, immo in orbe quodammodo universo, ibique sua gente et comunium Tuscie et alia comitatus regem Alamanie concludere velit et vincere. Dicendo quod hec est via et semita veritatis et securitatis et per quam tollitur omnis spes futuris regibus Alamanie, si qui crearentur, veniendi ad partes Italie. Et quod omnem velit abicere tractatum, concordiam et parentelam cum ipso rege Alamanie, que exaltant ipsum regem Alamanie et sibi complices et mortem et confusionem parant ipsi regie celsitudini et comunibus predictis et omnibus devotis ipsius. Et quod ipsa comunia dignaretur reddere certiora et facere etiam clarissima tam de adventu ipsius ad Urbem quam etiam quod recuset et abiciat omnem tractatum, concordiam et parentelam cum ipso rege Alamanie, et quod ipsum regem Alamanie concludere et vincere velit. Et quod predicta facere dignetur sine mora, ut omnis suspitio et timor tollatur vulgis comunium predictorum, qui non recte intelligunt et sapiunt, et abhominatio cesset. Et quod etiam provideat in curia, ut per predicta capitula transmissa rex Alamanie non possit aliquid sibi et ipsis comunibus nocivum procurare vel facere. Et bene novit regia providentia, quod parentela non tolleret appetitum dominandi regi Alamanie et accipiendi eidem.

12. Si dominus rex Robertus respondeat clare super predicta, nil aliud dicatur, set insistatur, quod veniat. Si vero diceret, quod tractare velit secundum articulos predictos vel alio modo, ipsi oratores omnibus viis et modis quibus poterunt procurent ipsum revocare a predictis et predictum inducere, quod velit vincere et facere supradicta, narrando inter cetera, quod comunia sotietatis Tuscie sibi devota nulli concordie vel tractatui assentirent, set impugnabunt ipsum regem Alamanie totis viribus, invocatis undique amicis. Et quod novit providentia regie maiestatis, quod si quo casu quod Deus avertat fortuna ipsis comunibus invideret vel contraria foret, quod parentela non proderit eidem nec tutum foret duci, si esset in Tuscia, cum ibi esse non posset, nisi in fortia et posse illorum, quorum maiores fidelissimus et dive et clare memorie serenissimus dominus avus eius et pater trucidarunt, occiderunt, bonis omnibus spoliarunt, exules fecerunt, qui omnes ad vindictam prompti essent. Et si Ghibellini dominarentur in Lombardia et Tuscia, si suo regno paratur securitas? Et si ipsum revocare possunt et retrahere a suo proposito, procurent quantum possunt de celeri ipsius adventu ad Urbem.

13. Postremo si ipsum revocare non possent a proposito, dicant et exponant, quod non est intentionis populi et comunis Florentie et aliorum comunium Tuscie, quod gens eorum que est in Urbe expectet ibidem coronationem regis Alamanie. Et quod discedat et veniat ad loca, ubi dicta comunia intendunt facere totum eorum exfortium et gentem quantam poterunt congregare et se regi Alamanie opponere ipsumque et suos complices impugnare. Et omnia que viderit expedire pro tuenda eorum et aliorum devotorum ecclesie Guelforum libertate et statu.

Et in predictis dicant et faciant que viderint expedire.

Data Florentie, die XX. mensis Iunii, X. indictionis.

788. MANDATUM ADVOCATO PROVINCIALI BURGUNDIAE MISSUM.

1312. Iun. 13.

Denuo contulimus autographon tabularii regii Taurinensis 'Diplomi imperiali Mazzo 4 5 *nr. 8' asservatum. Sigillum deest, foraminibus relictis. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 184 nr. 45. Cf. iam supra nr. 289. — Böhmer, Reg. Heinr. 483.*
(P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Ottoni comiti de Strazberg advocato provinciali vel eius substituto necnon prudentibus viris . . scul- 10 teto, consulibus et civibus in Solodro ceterisque castellanis, officialibus et communitatibus in advocacia dicti Ottonis constitutis, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Fidelitati vestre sub obtentu nostri favoris et gratie districte precipiendo mandamus, quatinus ad requisicionem balivi vel iudicis seu castellanorum spectabilis viri 15 Amedei comitis Sabaudie principis et affinis nostri karissimi cum armatis exeatis et veniatis sine dilacione qualibet ad auxilium et defensionem ac subsidium terrarum dicti comitis, quociens et quandocunque super hoc ab eisdem balivo vel iudice seu castellanis fueritis requisiti. Hoc nullatenus omittendo.

Dat. Rome apud Milicias, Id. Iunii, regni nostri anno quarto.

20

789. CESSIO IURISDICTIONIS IN URBE REGI FACTA.

1312. Iun. 13.

Instrumentum, cuius imbreviatura (J), *ut videtur, inter Acta et protocolla Bernardi de Mercato servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doen-* 25 *niges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 22 scripta manu eiusdem notarii, denuo accuratius contulimus. In verso Bernardus exaravit:* Concessio facta per[a] senatorem Urbis imperatori de iurisdictione in Urbe. *Edidit Doenniges l. c. II, 41 nr. 19. — Böhmer, Reg. Heinr. 484.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

30 Cum serenissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad Romanam urbem causa sue coronationis accesserit et propter quorundam perversorum nequiciam, qui nituntur sue coronationis sollempnia impedire, in Urbe moram prolixiorem trasserit et trahere oporteat, quam fuerit opinatus, et ipsum dominum regem et suos officiales oporteat semper intendere circa plura et circa processus 35 varios et diversos, in presentia eiusdem domini regis constitutus vir nobilis dominus

789. a) *sequitur* imper *delet. J.*

Ludovicus de Sabaudia alme Urbis senator ex certa scientia[b] concessit eidem domino regi pro se et sua curia et omnibus et singulis suis iudicibus et officialibus et sibi et sue curie et omnibus et singulis suis iudicibus et officialibus liberam licentiam et potestatem[c] sedendi pro tribunali in urbe Romana eiusque territorio et districtu et inquirendi et procedendi, sentenciandi et diffiniendi in causis et de causis civilibus et criminalibus. Et omnia et singula faciendi et exercendi, que pertinent ad merum et mixtum imperium ac etiam ad omnem iurisdicionem et cognicionem. Et quod omnia et singula supradicta prefatus dominus rex et sui iudices et officiales possint de licencia, consensu et voluntate predicti senatoris facere et exercere in urbe Romana eiusque territorio et districtu. Predicta tamen concessio et licencia non trahatur ad ea, que ad placitum[d] et ordinationem summi pontificis et Romanorum pertinent in urbe Romana et[e] eius territorio et districtu[e].

Actum[f] Rome in palatio vocati les Milites, presentibus archiepiscopo Treverensi, episcopo Butrentino, comite Sabaudie, comite Foresii, Theobaldo de Sancto Eustachio, Iordano de Columpna civibus Romanis, P(etro) de Tuderto, magistro Petro de Bona phisico, die XIII. Iunii[f].

---

790. SCRIPTUM SUPER SCULTETATU SLETSTADIENSI PRIMUM.

1312. Iun. 19.

Denuo contulimus autographon tabularii secreti reipublicae Bavaricae. Sigillum parum laesum pendet loro membranaceo. In verso manu cancellariae regiae scriptum est: R (= Registratum). *Edidit etiam Albrecht loco supra ad nr. 750 citato I, 214 nr. 299. Cf. infra ad Iul. 14 et Nov. 11. — Böhmer, Reg. Heinr. 485.*

(P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro Heinrico de Rapoltstein fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Etsi cunctorum nostrorum et imperii subiectorum delectamur status extollere, eorum tamen commodis et profectibus favorabilius providere disponimus, qui nos et dictum imperium suis devotis obse[quiis p]lus[a] [cete]ris[a] venerantur. Sane cum officium scultetatus in Sletstat strennuo viro Heinrico dicto [Wafler][a] pro quadringentis marcis argenti dudum certis de causis obligaverimus[1], per nos aut nostros successores in imperio pro dicta summa argenti quocunque tempore redimendum, tibi propter grata que non cessas nobis impendere servitia duximus indulgendum et concedendum, ut idem officium pro dictis quadringentis marcis argenti vice et nomine nostris ac ipsius imperii redimere valeas ab eodem simili condicione, qua dictus Wafler ipsum hactenus tenuit, per te tuosque heredes exercendum, tenendum et possidendum tam diu, quousque iam dictum officium a nobis seu nostris in imperio successoribus pro memorata summa pecunie redimatur. Dantes vobis potestatem plenariam prefatum officium exercendi,

789. b) ex certa scientia *supra lineam add. R.* c) *corr. ex* ? petente *R.* d) *super* dispositionem *delet. R.* e) et eius — districtu *stilo acutiori post add. R.* f) Actum—Iunii *stilo acutiori exarata R.*

790. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

1) *De hac obligatione litterae servatae non sunt.*

prout singuli[b] in eodem officio vestri[c] predecessores ipsum exercere et regere consueverunt. In cuius rei testimonium presentes nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Rome apud Milicias, XIII. Kal. Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo 5 duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

791—793. LITTERAE CLEMENTIS V. REGI MISSAE.

1312. Iun. 19.

791. *LITTERAE PRIORES.*

10 *Denuo accuratissime contulimus autographon tabularii capituli maioris ecclesiae Pisanae nr. 1375 signatum. Bulla deest. In verso leguntur solita inscriptio, itemque manu Bernardi de Mercato exarata haec:* significat se scribere cardinalibus, qui debent eum coronare, utrum possit fieri coronatio alibi quam in Sancto Petro, et hortatur, quod compromittat in eum de iniuriis factis inter dominum et Robertum. *Cf. Indicem* 15 *documentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, ubi indicantur hoc modo:* Papa significat domino de coronatione et hortatur, quod compromittat in eum de iniuriis factis inter dominum et Robertum sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 115). Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 231 nr. 145.*

Ad easdem res spectare videtur, quae in eodem Indice indicatur: Notula litterarum 20 missarum per dominum pape de facto Urbis et[a] qualiter Robertus et Iohannes et Colunnenses[b] iam contrariabantur domino[a] *(Doenniges l. c. II, 116). Quam deperditam esse valde dolemus.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

25 (1) Nuper ex tenore litterarum[1] venerabilium fratrum Arnaldi Sabinensis legati et Nicolai Ostiensis episcoporum ac dilecti filii nostri Luce Sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, nuntiorum apostolice sedis, non sine grandi mentis turbatione percepimus et multorum etiam relatione didicimus, quod licet tu, fili carissime, ad Urbem perveneris, tamen dilecto filio nobili viro Iohanne fratre carissimi in Christo filii nostri 30 Roberti Sicilie regis illustris et nonnullis de parte Guelforum impedientibus, dicti episcopi et cardinales unctionem impendere et Romani coronam imperii in basilica principis apostolorum de Urbe tibi concedere nequeunt secundum tenorem commissionis super hoc per nos hactenus eis facte[2]. Unde tu ab episcopis et cardinalibus predictis, quod impedimentum tibi prestitum, ne ad predictam basilicam posses accedere ad 35 recipiendum unctionem et imperii diadema, removere vellent vel predicta[c] tibi impendere in alio loco u[ti]li, et demum idem a nobis per tuum specialem nuncium[c] postulasti. Nos igitur, qui de impedimento huiusmodi dolemus plurimum et turbamur, habito

790. b) prout singuli *in loco raso or.* c) officio vestri *in loco raso or.*

791. a) et—domino *ductu mutato post addita sunt a Bernardo.* b) colūn *scripsit Bernardus.* c) pre-40 dicta—nuncium *in loco raso artius scripta or.*

1) *Servatae non sunt.* 2) *Supra nr. 644.*

super hiis cum fratribus nostris consilio et tractatu multiplici diligenter, volentes super hiis in quantum possumus[d] providere, quod nobis et eisdem fratribus super premissis visum est, episcopis et cardinalibus prefatis per nostras patentes sub certa forma litteras[1] duximus intimandum. (2) Quare magnificentiam tuam rogamus et hortamur attentius, quatinus cum id, quod eisdem episcopis et cardinalibus, ut predicitur, duximus intimandum, credamus firmiter Deo gratum, tuo honori congruum et tam tue serenitati quam multis aliis quietis, pacis et prosperitatis comodum multiplex allaturum, ad faciendum et adimplendum, quantum in te fuerit, ea, que per dictas litteras circa premissa mandamus fieri, disponas effectualiter mentem tuam ac illis, que super predictis episcopi et cardinales predicti vel alter eorumdem tibi ex parte nostra duxerint suadenda, per effectum operis liberaliter acquiescas. Solennes[e] nuncios seu procuratores, viros quidem ydoneos, viros pacificos, ad pacem et concordiam animum et sufficiens mandatum habentes ac suffultos potestate plenaria compromittendi in nos de omnibus iniuriis, offensis ac questionibus, que inter te ac prefatum regem Sicilie usque in diem compromissi faciendi erunt vel esse poterunt, necnon vallandi compromissum huiusmodi penis aliisque remediis oportunis, nostrum super illis beneplacitum audiendi et emologandi infra octavas[f] proximi futuri festi sancti Martini hyemalis ad nostram presentiam transmissurus. Sicque te in premissis laudabiliter habiturus, quod evidenter videaris zelare concordiam et proinde tibi a Rege pacifico meritum vendices nostramque et apostolice sedis benedictionem et gratiam uberius consequaris.

Nov. 18.

Dat.[g] in prioratu de Grausello, prope Malausanam Vasionen. dioc., XIII. Kal. Iulii, pontificatus nostri anno septimo.

792. *LITTERAE ALTERAE.*

Item contulimus autographon Pisis in tabulario Roncioniano nr. 608 servatum. Bulla deest, membranae parte inferiori exsecta. Praeter solitam inscriptionem manu Bernardi dorso inscripta sunt haec: Quod nobiles Romanos per ipsum detentos dimittat et restituat eis eorum palatia. *Quibuscum concordare videtur notitia Indicis documentorum citati:* Quod nobiles Romanos detentos per dominum restituat sub bulla papali; *sed ibidem etiam enumeratur:* De restituendis captis et palaciis Romanis sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 115). Edidit Bonaini l. c. I, 232 nr. 146.*

(P. deest.)

Clemens episcopus servus servorum Dei carissimo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Singularis, fili carissime, ad personam tuam nos urget affectio, ut tibi ea, que decori excellentie tue congruere novimus, paternis affectibus efficaciter suggeramus. Et quidem ad nos fidedigna perduxit assertio, quod tu pridem nonnullis Romanis civibus, qui nec fuerant magnitudini tue contrarii nec quod futuri essent habebantur probabili coniectura suspecti, ad tui presentiam evocatis eisque, ut palatia seu fortalitia sua in tuis manibus traderent, pro parte tua requisitis instanter, aliquos ex eis ad faciendum tibi traditionem huiusmodi per captionis et detentionis personalis iniuriam coegisti, reliquos vero recusantes id facere adhuc captos detinere presumis[a]. De quo, fili, si veritati consonat, materia nobis eo maioris admirationis ingeritur, quo circa tui presertim processus inicium ab hiis, in quibus notari posset iniuria, per te fuerat consultius

791. d) *sequitur unius vocis rasura or.* e) *abhinc stilo mutato post add. or.* f) u *corr. ex* b *or.* g) *linea dati atramento pallidiori exarata or.*

792. a) *sequitur rasura 10 litterarum or.*

1) *Servatae non sunt.*

abstinendum. Nunquid enim non iniuriosum et nota dignum est, cives ipsos, qui confidenter ad regiam mansuetudinem venerant, quibus evocatio tua securum ad te polliceri presumebatur accessum, unde nec suspicari captionis materia occasionem vel causam nec de requisitionis violentia formidare verisimiliter poterant, sic insontes opprimere, 5 sic innoxios impremeditate gravare. Profecto, si hec attente discutias, si ut debes in rationis examen adducas, te in hiis reprehensibiliter egisse comperiens, palatia seu fortalicia predicta hiis, a quibus ea sic illicite recepisti, absque dilatione restitues et detentos prompte ac liberaliter liberos abire permittes. Quod et nos, ut tue saluti provideas, ut tue fame consulas, ut iusto placeas iudici et nobis materiam tribulationis 10 infeste precidas[b], et paterno affectu et omni qua convenit instantia petimus et ad id omni quo possumus studio tuam magnificentiam invitamus. Quanto enim intensius premissorum executio nostris desideriis insidet, tanto nobis nimirum erit acceptius, si ea devotus impleveris, tantoque pro certo molestius, si quod absit in hiis te inexorabilem exhibebis, cum procul dubio hec nulla possint excusatione defendi, quin presumpta 15 fuerit in evidens nostrum et ecclesie Romane preiudicium et usurpationem etiam indebitam iuris nostri et ecclesie memorate.

Dat.[c] in prioratu de Grausello, prope Malausanam Vasionen. dioc., XIII. Kal. Iulii, pontificatus nostri anno septimo.

793. *FRAGMENTUM LITTERARUM.*

20 *Litterarum pontificis, quas huic tempori vindicandas esse crediderim, fragmentum autographum superest Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae numero carens. Membrana valde corrosa iam olim dissecta esse videtur. Lineae septem servantur vel rectius tertia fere pars cuiusque lineae.*

In Indice documentorum citato notatur: Significatio quod mittitur domino copia 25 litterarum, quas misit Roberto sub bulla papali *(Doenniges l. c. II, 115). Sed num illae litterae intelligantur, quarum fragmentum hic proponitur, nescio. (P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei carissi[mo in Christo filio Henrico regi Romanorum illustri salutem][a] | et apostolicam benedictionem.

Volentes, fili carissime, te de omnib[us . . . .] | p[ersonam tuam][b] 30 contingentibus carissimo in Christo filio nostro [Roberto Sicilie regi illustri . . . .][a] | Iohanni c[omiti fratri suo][c] per nostras litteras scribimus, plen[. . . . .] | et libentius te coaptes, copiam omnium litterarum[1] i[. . . . . per venerabiles][a] | fratres Arnaldum Sabinensem legatum, Nicolaum [Ostiensem episcopos ac dilectum filium nostrum Lucam Sancte][a] | Marie in Via lata dyaconum cardinalem nuntios[d] [apostolice 35 sedis . . . .][a] |

792. b) as *in loco raso 4 litterarum or.* c) *linea dati artius scripta or.*

793. a) *supplevimus nos.* b) *omnino incertum; decem fere litterarum spatium.* c) *omnino incertum; duodecim fere litterarum spatium.* d) *ita desinit fragmentum.*

1) *De his nihil servatum est.*

794. REQUISITIONES ITERATAE CARDINALIBUS FACTAE.

1312. Iun. 22.

Imbreviatura J *maximam partem a Bernardo de Mercato exarata superest Taurini in tabulario regio inter eius Acta et Protocolla 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 14—15. Edidit Doenniges l. c. II, 48 nr. 21. Nos denuo accuratissime contulimus. Cf. iam supra nr. 777 et 779. — Böhmer, Reg. Heinr. 486. (P. deest.)* 5

In nomine Domini amen.

(1) Anno eiusdem etc. Rome[a] in palatio vocato vulgariter les Milites in aula 10 ipsius palatii[a]. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod cum per sanctissimum in Christo patrem dominum Clementem divina providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summum pontificem decretum et ordinatum fuerit, quod serenissimus princeps dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus coronetur et coronari debeat dyademate imperiali in Urbe et inhungatur et 15 inhungi debeat ibidem per sacras manus dominorum cardinalium talis et talis etc., ad hoc ab eodem summo pontifice specialiter destinatorum et missorum, hinc est quod cum basilica principis apostolorum sit per emulos et inimicos dicti domini regis adeo occupata, quod dictarum coronationis et inhungtionis sollempnia non possunt ibidem comode celebrari, quod quidem impedimentum nulla potest tergiversatione celari, prefatus 20 dominus rex cum instancia requisivit[1] ipsos dominos cardinales et[b] eorum quemlibet, quod ex quo dicte coronationis et inhungtionis sollempnia in basilica antedicta ut iam dictum est fieri non possint propter impedimentum predictum, cuius impedimenti idem dominus rex asserit se non esse in causa vel culpa aliqua, ipsum in ecclesia sancti Iohannis Lateranensis vel in alia quavis ecclesia in Urbe coronare et inhungere debeant. 25 Pretendens idem dominus rex multas rationes[2] iuris et facti ad probandum, quod ipsi cardinales ipsas coronationem et inhungtionem[c] facere possint et debea[n]t alibi quam in basilica predicta, maxime cum eis manifeste constet de impedimento predicto et de innocentia ipsius domini regis. Dicens idem dominus rex, quod ipsi domini cardinales hoc facere possunt et debent multis rationibus, tum quia iura et canonica et civilia in 30 hoc concordare videntur, tum quia per retardationem dicte coronationis multe strages, multa homicidia, rapine, depredationes et mala alia quam plurima specialiter[d] in Urbe et etiam alibi[d] iam evenerunt et venire in posterum formidantur. Et per felicem expeditionem ipsius coronationis speratur firmiter cum divino auxilio, quod mala ipsa[e] et scandala plurima hic et alibi cessabunt iusticiaque pax[f] et tranquillitas in christiano 35 populo multiplicabitur. Offerens idem dominus rex se facturum et prestaturum in[g] dicta coronatione sua et ante et post[g] universa et singula, que facere et prestare deberet, si in predicta basilica principis apostolorum fierent coronatio et inhungtio supradicte, ea videlicet que sibi sunt possibilia, secundum quod in litteris papalibus continetur[3].

794. a) Rome — palatii *supra lineam add. J.* b) *sequitur* q *delet. J.* c) *praecedit eadem vox* 40 *deleta J.* d) specialiter — alibi *supra lineam add. J.* e) *sequitur* cessabunt *delet. J.* f) panx *J.* g) in—post *supra lineam add. J.*

1) *Supra nr. 777 et 779.* 2) *Supra nr. 778.* 3) *Supra nr. 644.*

(2) Quibus sic petitis et presentatis cardinalibus predictis, ipsi cardinales ad partem ad[h] consilium unanimiter se traxerunt et deliberato consilio inter se et ad locum predictum redeuntes de intentione et voluntate ipsorum responsionem in[i] effectu inter multa bona et honesta verba alia[i] dederunt ipsi domino regi per relationem[k] domini cardi-
5 nalis Hostiensis in modum qui sequitur:

videlicet quod consideratis malis et periculis, que ex retardacione dicte coronationis bonisque et utilitatibus, que ex ipsius coronationis celeritate possunt multipliciter evenire, ut malis ipsis et periculis celeriter succurratur bonaque[l] et utilitates, que inde evenire sperantur, promoveri possint[m], iustis suplicationibus ipsius domini regis
10 favorabiliter annuentes[n], considerantes manifestum impedimentum, quod in basilica predicta prestatur et ipsius domini regis innocentiam, dixit idem dominus cardinalis Hostiensis, ordinavit, direxit et concessit pro se et dictis dominis legato [et] Luca cardinalibus dictas coronationem et inhunctionem fieri posse et debere per eosdem in ecclesia sancti Iohannis Lateranensis de Urbe. Et eas ibidem faciendas decrevit ad[o]
15 diem[p], quam[q] ipse dominus rex[r] daret[s], hoc salvo quod ipsi cardinales volebant habere spacium temporis[t] et dilationem[u] de dicta coronatione facienda[v] usque ad aliquam diem inter ipsos dominos regem et cardinales comuniter ordinandam, infra quod tempus expectare deberent mandatum et responsionem summi pontificis vel cardinalium unius vel plurium, cui vel quibus deberent fidem plenariam adhibere.
20 Quod quidem mandatum vel responsionem si[w] infra diem predictam per ipsos dominum regem et cardinales ut iam dictum est eligendam recipiant, ipsi mandato et responsioni stabunt. Si vero mandatum[x] predictum et responsionem infra dictam diem non receperint[y], ipsum dominum regem ad diem, quam infra tempus predictum ipsam diem subsequens[z] idem rex eligere voluerit, ipsi regi[a] predicte coronationis
25 sollempnia in Urbe in ecclesia sancti Iohannis Lateranensis auxiliante Domino ministrabunt in forma, que in supradictis litteris papalibus continetur.

(3) Supradicti[b] vero domini legatus et Lucas cardinales hec omnia dicta et concessa per ipsum dominum Hostiensem eorum nomine unanimiter[c] voluerunt, ratifficaverunt et approbaverunt et ea ut supradictum est fieri ordinaverunt, voluerunt, decre-
30 verunt[c] et promiserunt[b].

(4) Quibus sic peractis prefati domini rex et cardinales de aula[d] predicta[e] simul[f] recedentes intraverunt cameram ipsius domini regis et ibidem de electione diei, infra quam expectare debeant mandatum et responsionem dicti summi pontificis, diu ad invicem contulerunt et post multas collationes diem Sabbati in octabis festi nativitatis Iul. 1.
35 beati Iohannis baptiste proxime venturi, que erit prima dies mensis Iulii proxime venturi, idem rex et domini cardinales unanimiter et concorditer eligerunt. Volentes, concedentes et ordinantes ipsi domini cardinales, quod ipsi domino regi licitum sit ipsa die Sabbati prima die mensis Iulii vel etiam ante si voluerit eligere quamcunque diem sibi placuerit post ipsam diem Sabbati ad dicte coronationis sue sollempnia celebranda.
40 Volentes etiam et concedentes eidem domino regi, quod nisi infra ipsam diem Sabbati a supradicto summo pontifice per ipsius litteras bullatas aliud contrarium in mandatis

794. h) *sequitur* se *delet. J.* i) in—alia *supra lineam add. J.* k) relactionem *J.* l) *post* bona *sequitur deletum* q̄ et *J.* m) *sequitur* volunt *delet. J.* n) *sequuntur deleta* volunt, consentiunt et concedunt quod *J.* o) *sequitur* certum *delet. J.* p) *sequitur* de *delet. J.* q) quā; *sequitur* inter
45 *delet. J.* r) ipse dominus rex *corr. ex* ipsum dm̄m regem; *sequuntur deleta* et ipsos cardinales *J.* s) *corr. ex* concordarent *J.* t) *sequuntur deleta* infra quod respons *J.* u) dilactionem *J.* v) *sequitur* infra quod *delet. J.* w) *in linea post add. J.* x) *sequitur* vel res *delet. J.* y) reciperint *J.* z) subsequentem *J.* a) ipsi regi *supra lineam add. J.* b) supradicti — promiserunt *manu Bernardi signo intercalandi posito in margine inferiori instrumenti post addita sunt J.* c) *supra lineam scripta J.* d) *corr.*
50 *ex* loco *J.* e) *corr. ex* predicto *J.* f) *sequitur* rece *delet. J.*

receperint, quod per ipsos cardinales ad diem, quam idem rex eligere voluerit ut supradictum est, debeat coronari et inhungi. Item voluerunt, ordinaverunt et eidem domino regi concesserunt, quod si forte ipsa die per ipsum dominum regem ut supradictum est eligenda ad dictam coronationem suam in loco predicto[g] ipsi omnes cardinales non interessent, quod duo aut unus eorum qui interesset ipsum dominum regem possit et debeat coronare et inhungere et sibi dicte coronationis sollempnia ut supradictum est ministrare[h].

Acta[i] sunt hec anno Domini MCCCXII, indic. X, XXII. die mensis Iunii, presentibus reverendis in Christo patribus et dominis Balduyno Dei gratia[k] archiepiscopo Treverensi, . . archiepiscopo Arelatensi, Henrico Tridentino, Nycolao Botrontino episcopis, [l] electo de Venetiis, Bernardo abbate Sancti Syri in Ianua, dominis Amedeo comite Sabaudie[m], Roberto nato domini Roberti comitis Flandrie, domino Luduyco de Sabaudia, magistris Iohanne de Venstingha, Henrico de Geldonia, Homine de Peretulo, Scotto Bertoleto de Spoleto iudice et aliis pluribus fidedignis testibus ad premissa specialiter rogatis.

---

795. CESSIO BONORUM IMPERII.

1312. Iun. 24.

Proponere liceat accuratissime inter se collatis duobus autographis 1) *et* 2), *quae servantur Argentinae in tabulario, quod dicitur 'Bezirksarchiv des Unterelsass', benivolenter nobis transmissis. Signata sunt 'Série G. 81. nr. 1 et 1a'; autographi* 1 *sigillum laesum pendet linis sericis rubri flavique coloris; autographi* 2 *sigillum deest, linis sericis flavi caeruleique coloris relictis. In dorso nihil exaratum est. Ex* 2 *iam edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 454 nr. 648. Cf. infra nr. 813. 814. — Böhmer, Reg. Heinr. 487. (P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Religio munda et inmaculata[a] Deo placens, quam sacer Cysterciensis habitus et ordo demonstrat, sic sincere caritatis et dilectionis vinculo mentem regiam attrahit et inducit, quod ipsius honorem et commodum ac incrementa profectuum nos delectat ubilibet procurare. Quidquid enim monasteriis vel ecclesiis seu personis Deo dicatis offerimus aut boni fecerimus per nostre clemencie largitatem, hoc in gazaphilacium thesauri celestis reponimus tamquam in loco tuto, ubi nec a fure furatur nec a tinea demolitur[1], proinde recepturi sicut speramus eterne vite premium salutare. Sane religiosorum virorum . . abbatis et . .[b] conventus monasterii in Bŏngarten[c] Argentinensis dyocesis Cysterciensis ordinis peticio nobis exhibita continebat, quod cum mons dictus Eychelberg iuxta monasterium ipsum[d] situm habens, cuius proprietas nobis et imperio per-

794. g) *sequuntur* aliquo casu interesse non possent aut nollent *deleta J.* h) *usque huc manu Bernardi scripta J.* i) *abhinc manus Iohannis de Dyst; praecedunt eiusdem manu scripta, sed postea cancellata* Acta sunt hec Rome *(statim cancellatum)* anno die mense et indic. predictis presentibus reverē in Christo *J.* k) Dei gratia *supra lineam J.* l) *spatium nomini inserendo vacuum relictum J: cf. supra pag. 769 lin. 29.* m) *sequitur* Io *delet. J; de Iohanne comite Foresii, qui fere semper comitem Sabaudiae testis insequitur, cogitari licet.*

795. a) īmaculata 2. b) *deest* 2. c) Bomg. *semper* 2. d) ium ipsum *in loco raso* 1.

1) *Cf. Luc. 12, 33. Matth. 6, 20.*

tinet, sit ipsis et eidem monasterio ad ipsius boni status conservacionem utilis plurimum et[e] eciam pro suis usibus et indigenciis oportunus, ipsis et dicto monasterio montem eundem tradere et donare celsitudo regia dignaretur, nos qui inter cetera dicti ordinis monasteria circa prefatum monasterium in Bŏngarten et conventum ibidem cum propter
5 eiusdem conventus conversacionem honestam et devotam vitam ac bone fame sue fragranciam, tum eciam propter altare, quod idem conventus in eodem monasterio de novo[f] construxit, ubi karissime consortis[f,g] nostre quondam Margarete[g] inclite Romanorum regine memoria colitur et in ipsius anime remedium divina misteria iugiter celebrantur, afficimur intime caritatis affectu, dictorum . .[h] abbatis et . .[h] conventus votivis
10 supplicationibus inclinati ob honorem et reverentiam sanctissimi Iohannis precursoris Domini[i] baptiste Ihesu Christi, patroni dicti monasterii, in cuius nativitatis sollempnitate, de qua multi gaudebunt et gavisi sunt, huiusmodi preces devote pro largicione montis predicti nobis oblate fuerunt, necnon in remedium sempiternum anime dicte consortis nostre prefatum montem Eychelberg necnon omnem proprietatem et ius, quod
15 in eodem nobis et imperio pertinet, sepedictis . . abbati et conventui ac monasterio in Bŏngarten de plenitudine potestatis regie ex certa sciencia donamus, concedimus, apropriamus et[e] eorumdem perpetuis usibus applicamus. Statuentes et sub indignacionis nostre pena gravissima firmiter inhibentes, ne aliqua deinceps persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis aut comunitas[k] civitatis, oppidi sive ville ipsos . . abbatem et
20 conventum ac monasterium in Bŏngarten in huiusmodi largicionis nostre dono contra tenorem presencium audeat molestare seu quomodolibet impedire. Quod qui secus fecerit, preter indignacionem regiam, quam ex hoc incurret, centum marcas argenti puri pro pena[l] componat, medietatem fisco nostro, reliquam vero prefato monasterio totaliter applicandam. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussi-
25 mus communiri[m].

Dat. Rome apud Milicias, VIII. Kalen.[n] Iulii, indictione decima[o], anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni vero nostri anno quarto.

796—812. CORONATIO ROMANA.

1312. Iun. 29.—Iul. 6. 1312. (Iul. ex.)—1313. Apr. 30.

30 *Cf. Commissionem pontificis supra nr. 644 et litteras nr. 646. 647.*

796—798. *SCRIPTA AD IPSAM CORONATIONEM SPECTANTIA. 1312. Iun. 29.*

796. *IURAMENTA ET PROTESTATIO REGIS IN DIE CORONATIONIS.*

Ea forma et eo ordine, quibus a rege praestanda erant, conscripta sunt a Bernardo
35 *de Mercato in folio chartaceo, quod Taurini in tabulario regio servatur inter eius*

795. e) ac 2. f) vo — con *in loco raso* 2. g) nsortis — Margarete *in loco raso* 1. h) *deest* 2. i) soris Domini *in loco raso* 1. k) conmunitas 2. l) pro pena *in loco raso* 2. m) cōmuniri 1. 2. n) Kalend. 2. o) X. 2.

Acta et protocolla 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 17. In verso leguntur manu Bernardi inscripta: Forma iuramenti faciendi per dominum in Urbe. *Edidit Doenniges l. c. II, 50 nr. 22a—c. Nos denuo contulimus. Quae concordant cum formis in Ordine coronationis supra pag. 609—611 praescriptis, ea typis minoribus cudenda curavimus.* 5

Sequuntur eidem folio 17 inscripta adhuc verba litterarum pontificis: Quia autem— est expressum *(= supra pag. 613 lin. 11—18). Quae hic omisimus; v. Doenniges l. c. nr. 22d.* *(P. deest.)*

pag. 611 l. 41. 42. Ego Henricus rex futurus imperator iuro me servaturum Romanis bonas consuetudines suas. Sic Deus me adiuvet et hec sancta Dei euangelia. 10

---

pag. 259 l. 1—10. Promittimus et iuramus per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et per hec sancta Dei euangelia et per hoc lignum vivifice[a] crucis et per has reliquias sanctorum, quod numquam vitam[b] aut membra domini nostri summi pontificis neque* honorem quem habet voluntate mea aut consensu meo aut consilio meo aut exortatione mea perdet. Et in Roma nullum placitum aut ordinationem faciemus de omnibus, que ad ipsum pertinent aut Romanos, sine eius consilio aut 15 consensu. Et quicquid de terra Romane ecclesie pervenit ad nos vel perveniet, ei reddemus quam cito potterimus. Et quandocunque aliquem mittemus in Lumbardiam et Tusciam pro terris et iuribus nostris recuperandis, quotiens mit[t]emus eum, iurare faciemus*, quod adiutor eius sit ad deffendendum terram sancti Petri et Romane ecclesie secundum suum posse.*

---

pag. 612 l. 8—10. Si sanctissimus pater dominus noster dominus Clemens summus pontifex esset hic presens, 20 sibi offerrem aurum istud presentialiter. Sed propter eius absentiam offero*, vobis domini[s] cardinalibus eiusdem domini pape vice et nomine recipientibus.*

---

797. *TESTIMONIUM NUNTIORUM APOSTOLICORUM DE CORONATIONE EFFECTA.*

Servatur in transsumto a. 1312. Oct. 18. iussu imperatoris scripto, quod infra edemus. 25 *Autographon in Indice documentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, indicatur hoc modo:* De coronatione domini imperatoris sub sigillis cardinalium *(Doenniges l. c. II, 112). Cf. Böhmer, Reg. Heinr. post 487.* *(P. deest.)*

Universis presentes litteras inspecturis myseratione divina Arnaldus Sabinensis apostolice sedis legatus, frater Nycholaus Ostiensis et Velletrensis episcopi et Lucas 30 Sancte Marie in Via lata dyaconus cardinalis, eiusdem sedis apostolice nuncii imperpetuum.

Ut ea que digna sunt recoli tanto teneantur firmiori stabilita memoria, quanto maiorum testimoniis coadiuta veritatis sue causam mentibus audientium imprimunt et[b] perhibentia fidem indubiam retinenda tenacius[c] se commendant, nos que circa corona- 35 tionis negocium serenissimi principis domini Henrici divina favente clemencia Romanorum imperatoris semper augusti pro varietate temporum occurrerunt, ad eternam rei

796. a) vivice *B.* b) iura *male B.*

797. a) quorum *tr.* b) *in nova linea bis scriptum tr.* c) *super* tenacius *deleto tr.*

memoriam dignum duximus[d] inserenda. Cum itaque dudum sanctissimus pater et dominus noster dominus Clemens divina providencia papa V. nos una cum bone memorie domino Albanensi ad partes Italie destinavit, dans nobis per suas litteras in mandatis, ut accedentes ad Urbem prefatum principem dominum Henricum tunc regem Romanorum una cum reverende memorie domino Francisco Sancte Lucie in Sylice dyacono cardinali inungeremus nos Ostiensis et coronaremus nos omnes in imperatorem ac imponeremus ei imperii dyadema et gladium, pomum et sceptrum tribueremus eidem sub certis modo et forma, quos nobis super hoc facte commissionis littere continebant[1], nos prefati domini nostri summi pontificis volentes obedire mandatis ad Urbem accessimus, bone memorie Albanensi episcopo et domino Francisco prefatis viam universe carnis ingressis, invenimus ecclesiam beati Petri apostoli taliter occupatam, quod ad eam dicto domino regi[e] patere nequisset accessus, sicque[f] propositum nostrum de coronando eundem in predicta principis apostolorum basilica prout voluimus nequivimus ullatenus adimplere. Propter[g] quod prefatus dominus tunc rex Romanorum necnon inmensa multitudo populi Romani a nobis petierunt instanter, ut cum prefata basilica principis apostolorum absque culpa dicti domini regis esset taliter occupata, quod ibidem memoratus tunc dominus rex coronari[h] non posset propter impedimenta tam notoria, quod nulla poterant tergiversatione celari, dominum regem prefatum in Lateranensi ecclesia vel alia, quam ad hoc eligere vellemus, inungere ac coronare vellemus et alia facere, que nobis per dictas commissionis litteras mandabantur, asserentes illa nos facere posse, quin immo facere[k] debere de iure, assertionem suam multorum sapientum et iurisperitorum allegationibus[2] roborantes ac proponentes et asserentes omnino bella, mortes hominum et strages, ruinas domorum, incendia, depopulationes et alia multa mala, quibus Urbs[l] propter dilationem coronationis eiusdem affligebatur[m] continue, si petita fierent il[l]ico, cessatura. Quorum domini tunc regis et Romani populi predictorum frequentibus instanciis requisiti necnon auditis super hoc opinionibus sapientum asserentium, nos petita facere posse de iure, sperantes nichilominus secundum assertionem eorum, quod si que de coronatione predicta per eos fuerant postulata fierent, universa mala, quibus urbs[n] eadem miserabiliter subdita desolabiliter premebatur, cessarent omnino, ne quod absit inveniremur occasio tanti mali, annuendum duximus postulatis. Igitur die Iovis III. Kal. Iulii, hoc est in die festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno a nativitate Domini MCCCXII, ind. X, pontificatus eiusdem sanctissimi patris domini Clementis pape quinti anno septimo, quem diem idem dominus tunc rex pro die sue coronationis elegit, ab ipso domino tunc rege nobis ecclesie Romane nomine recipientibus, que prestare debuit, prestitis sacramentis et aliis rite servatis, que circa coronationem regum Romanorum in imperatores in archivo ecclesie et ordinario continentur, prout litteris fuerant dicte nobis facte commissionis[1] inserta, preter loca, que in eodem ordinario ac commissionis eiusdem litteris sunt expressa, que propter impedimenta predicta, sicut nec in prefata principis apostolorum basilica prelibata nequivimus ad litteram exercere, sed pro locis expressis locis[o] aliis quam simili proportione fieri potuit observatis, et eo excepto, quod rex idem non fuit a canonicis basilice principis apostolorum predicte [receptus][p], cum nullus ex eis adesset, qui ipsum recipere vellet et posset[q] in fratrem, et auro, quod rex ipse summo pontifici, si presens fuisset,

Iun. 29.

797. d) dignum duximus *supra lineam super* d (*spatium vacuum relictum*) duximus *deleto tr.* e) *praecedit* regi *delet. tr.* f) *praecedit* sicqȝ *delet. tr.* g) *praecedit* p̄ter quod *delet. tr.* h) *praecedit* con *subpunctum tr.* i) *sequitur* nobis *delet. tr.* k) *sequitur* posse *delet. tr.* l) ubrs *super* urbis *delet. tr.* m) *corr. ex* affligebantur *puncto subposito tr.* n) *super* urbis *delet. tr.* o) lociis *tr.* p) *deest tr.* q) vellent et possent *tr.*

1) *Supra nr. 644.* 2) *Supra nr. 778.*

quantum voluit fuerat oblaturus, nomine et vice dicti summi pontificis recipientibus nobis ab eodem oblato, per nos Ostiensem in memorata ecclesia beati Iohannis Lateranensis fuit inunctus et postmodum nobis[r] Ostiensi predicto misse sollempnia in maiori altari dicte Lateranensis ecclesie celebrante, post epistolam decantatam, nos tres, quod ex forma commissionis eiusdem facere poteramus, prefato regi mittram imposuimus 5 clericalem et super illam imperii dyadema ac pomum, sceptrum et gladium eidem tribuimus, debitis in eisdem sollempnitatibus observatis et omnibus aliis, que ex forma commissionis predicte nobis facte facere debuimus et implere, absque illis que etiam superius sunt excepta. In cuius rei testimonium presentes litteras nostris sigillis duximus muniendas. 10

Datum in Urbe, die, anno Domini, inditione ac anno pontificatus sanctissimi patris domini nostri domini Clementis summi pontificis predicti ut supra.

798. *LITTERAE CONSENSUS IMPERATORIS.*

Supersunt adhuc autographa duo A *et* B, *servata in tabulario secreto Vaticano 'Arm. I c. VI nr. 6 et 7'. Bulla aurea filis sericis rubei flavique coloris iam pendenti* 15 *excellit autographon* A; *autographi* B *bulla desideratur, filis sericis relictis. Manibus diversis scripta, sed omnino ad modum bullarum papalium ingrossata sunt. In tergo legitur autographi* A*:* due sunt littere eiusdem tenoris et est ad huiusmodi signum ☞ ; *autographi* B*:* Alia est littera eiusdem tenoris ad huiusmodi signum ☞ . *Contulit* A *et* B *vir cl. Paulus Kehr*[1]. 20

Varias lectiones litterarum Commissionis iam supra ad calcem nr. 644 adnotavimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 489. *(P. 529—535.)*

‖ Henricus ‖ divina favente clementia[a] Romanorum imperator semper augustus ad perpetuam rei memoriam.

Cum sanctissimus in Christo pater dominus Clemens sacrosancte Romane et uni- 25 versalis ecclesie summus pontifex reverendis in Christo patribus dominis Arnaldo Sabinensi apostolice sedis legato, Nicolao Ostiensi et Velletrensi episcopis ac Luce Sancte Marie in Via lata diacono cardinali[b] necnon felicis recordationis Leonardo Albanensi episcopo et Francisco Sancte Lucie in Sylice diacono cardinali, qui postmodum ambo diem clauserunt extremum, per suas litteras duxerit committendum, ut nos inungerent 30

797. r) *corr. ex* nobieñ *tr.*

798. a) *loco* div. fav. clem. *B:* Dei gratia. b) *erasum ex* cardinalibus *B.*

1) *In Catalogi a. 1366. confecti, supra ad nr. 114 citati codice Estensi fol. 35 his verbis memorantur (apud Muratori l. c. VI, col. 96 A):* Sequuntur tres *(sic)* littere eiusdem tenoris auro bullate tam in data quam in serie earumdem. 35

Littera imperatoris Henrici sub bulla aurea, continens formam inscriptam, missa super coronatione dicti Henrici in imperatorem electi per dominum Clementem papam quintum dominis Arnaldo Sabinensi, Leonardo Hostiensi episcopis et cardinalibus et quibusdam aliis dyaconis cardinalibus. Eciam continet modum inungendi, coronandi et alia insignia necessaria concedendi pro dicta coronatione tam imperatoris quam eius uxoris. Et ante coronationem fuerunt facte pro parte ecclesie 40 Romane multe protestationes per certos commissarios per dominum Clementem deputatos eidem domino imperatori. Que omnia, ut ex tenore dicte littere apparet, idem dominus Henricus ratifficavit, approbavit et confirmavit et in signum perpetue rei memorie huiusmodi litteram suo sigillo aureo fecit communiri. Datum Lateran., III. Kal. Iulii, anno Domini MCCCXIII *(sic)*, indictione X, post susceptum imperii dyadema regni sui anno IIII, imperii vero anno primo. 45

Et quia sunt alie due littere eiusdem tenoris, hic non sumuntur.

et imperiali diademate[c] coronarent ceteraque ipsius coronationis solennia[d] peragerent, idemque dominus summus pontifex, ex eo quod multe observantie multaque solennia multeque reverentie et honorificentie Romano pontifici competentia propter sui absentiam obmitti debebant, in eisdem fuerit protestatus litteris ac voluerit et apostolica
5 auctoritate decreverit, nullum ex hoc iuris vel facti Romane ecclesie ac sibi suisque successoribus preiudicium generari, quin cum casus regem Romanorum in imperatorem coronandi occurrat, omnia exhibeantur et fiant per coronandos Romanis pontificibus, sicut in forma, que in archivo ecclesie et pontificali ordinario continetur, in predictis descripta litteris seriosius est expressum, quarum quidem litterarum de[e] verbo ad ver-
10 bum[e] tenor dignoscitur[f] esse talis:

'Clemens episcopus servus — anno sexto'. *supra nr. 644.*

nos igitur prefatus Henricus Romanorum imperator, qui exaltationem Romane ecclesie ubilibet affectamus et eiusdem[g] iura et bonas consuetudines diminuere non intendimus, sed[h] augere, predictis protestationi et[i] decreto tenore presentium consentimus ex-
15 presse, dantes et concedentes ad ipsius Romane ecclesie ac eiusdem domini summi pontificis et successorum[k] suorum conservationem iuris atque cautelam has nostras litteras consensum nostrum eiusdem protestationis ac decreti expressum continentes imperiali bulla aurea[l] communitas.

Dat. Laterani, III. Kal. Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo,
20 indictione X, post nostri susceptum imperii diadema regni nostri anno quarto, imperii vero nostri anno primo.

799. 800. *CONSTITUTIO CONTRA HAERETICOS ET SACRILEGOS.* *(Iun. 29.)*

Constitutionem, quae signo chronologico caret, ad exemplum Friderici II. in ipso
25 *coronationis die ab imperatore editam esse, inter viros doctos constat itemque ex eo elucet, quod in fasciculo Actorum et collectaneorum Bernardi de Mercato ordine chronologico conscripto praecedit instrumenta fidelitatum infra ad diem 5. m. Iul. edenda (nr. 825 et 827).*

799. *FORMA LATINA.*

30 *Sistimus ope horum subsidiorum:* 1) *apographo, quod servatur inter Acta Bernardi l. c. fol. 13; rubrum scripsit:* Constitutio facta per imperatorem ℞ *; edidit Doenniges l. c. II, 51 nr. 23, denuo contulimus nos;* 2) *cod. Vatic. lat. 3978. saec. XIV/XV. fol. 13, quem contulit vir d. Iohannes Haller*[1]*;* 3) *Alberici de Rosciate Commentario in Cod. super rubrica C. de summa trinitate (I, 1) (ad editionem principem Mediolani 1492); prae-*
35 *cedunt apud Albericum haec:* Et quia imperator Henricus huic titulo adiecit unam legem, que comuniter non habetur, eam hic subicio. *Linea dati, quam praebet 3, ex Constitutionibus Pisanis infra ad a. 1313. Apr. 2 edendis sumpta esse videtur.*

Reliquos codices vel editiones utpote peiores lectiones praebentes negligendos esse censuimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 488. *(P. 535.)*

40 798. c) dyademate *similiter semper B.* d) solempnia *semper B.* e) de—verbum *in loco raso A.* f) dinoscitur *B.* g) *in loco raso B.* h) set *B.* i) i et *in loco raso A.* k) rum *in loco raso B.* l) bulla aurea, a *et* ea *in loco raso A. B.*

1) *Cf. 'Archiv' V, 311. XII, 242.*

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper[a] augustus ad perpetuam rei memoriam.

Reddentes honorem et debitam reverentiam summe et[b] individue Trinitati, cuius providentia et miseratione benigna Romani imperii dyadema[c] suscepimus et gubernamus imperium, in qua spem nostram precipue ponimus, credentes firmiter, simpliciter pro- 5 fitemur, Patrem ingenitum et[d] Filium ex patre genitum[d] et Spiritum sanctum ex utroque precedentem unam deitatem sub pari maiestate et sub[a] pia trinitate secundum apostolicam disciplinam euangelicamque doctrinam esse colendam. Hec est fides recta, que contra omnes premunitur[e] errores, quam divinum apostolum[f] Petrum[g] et Paulum doctorem[h] gentium novimus tradidisse Romane[i] ecclesie[k], qua[l] dive[m] memorie Constan- 10 tinus noster inclitus[n] predecessor Romanum munivit et auxit imperium, cunctosque[o] populos nostro subiectos imperio, nostre dicioni subditos[p] in ista volumus religione versari. Et presenti imperpetuum[q] lege valitura[r] sanciendo[s] omnes hereticos utriusque sexus, quocunque nomine censeantur, perpetua dampnamus infamia[t], diffidamus[u] atque bannimus, confirmantes predecessorum nostrorum constitutiones et penas, que adversus 15 hereticos, credentes[v], fautores, defensores et[w] receptatores[x] eorum, sine quibus diucius manere non possent, hactenus sunt statute[1]. Mandantes insuper[y] cunctis secularibus potestatibus, ut constitutiones Romanorum pontificum[2] contra predictos[z] vel in causa fidei editas observent et faciant ab aliis inviolabiliter[v] observari. Sanctam Romanam ecclesiam sicut matrem et ipsius sedis antistitem tanquam[a] Christi vicarium et beati Petri apostoli[b] 20 successorem[c] veneramur et precipimus a cunctis[d] ex debito venerari. Ipsam enim Romanam ecclesiam in spiritualibus divine providencie altitudo universis dispositione incommutabili ecclesiis pretulit[e] et tocius orbis cura precipua insignivit, et ideo hanc[b] esse omnium ecclesiarum capud, et patrum regule et principum statuta declarant ac serenissimi nostri testantur[e*] affectus[f]. Quapropter Romanum pontificem et ipsius ecclesie 25 cardinales, qui sunt eius corporis pars preclara, ab omni iniuria esse cupimus[g] et precipimus[h] alienos. Mandantes presenti nostra constitutione, ut seculares quecunque[i] potestates constitutiones tam pontificum quam principum Romanorum contra tales sacrilegos editas observent et faciant arcius[b] ab aliis observari. Hanc itaque nostre serenitatis constitutionem in corpore iuris sub debita rubrica volumus inseri[k] et mandamus. 30 Datum in Urbe etc.[l]

800. *FORMA GALLICE CONSCRIPTA.*

Servatur in membrana a Bernardo satis nitide exarata Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 13', ubi statim sequuntur Constitutiones Pisanae infra ad a. 1313. Apr. 2 edendae. Edidit Doenniges l. c. II, 225 nr. 3a. Nos denuo contuli- 35 *mus. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 488.* *(P. deest.)*

Henris settimes par la grace de Dieu empereres des Romains a perpetuel memoire.

Rendenz honour e dehue reverence a la soveraine e neant divisible Trinite, de la cui pourveance e benigne grace nous avons recheve la corone de l'empire e governons

799. a) *deest* 3. b) *deest* 1. c) diadema 3. d) et Filium—genitum *desunt* 2. e) premit 3. 40 f) apostulum 1. g) Petrum apostolum 3. h) doctores 3. i) *deest* 2. 3. k) *deest* 1—3. l) ac 1. 2. m) divine 3. n) inclytus 3. o) cunctos 1. 2. p) nostre dit. subd. *desunt* 3. q) in perpetuum 2. 3. r) valitura lege 3. s) sentiendo 2; sancimus 3. t) perp. dampn. inf. *desunt* 3. u) diffamamus 2. v) *deest* 3. w) defens. et *deest* 3. x) receptores 3. y) a *add.* 1. 2. z) predictas 2. a) sicut 3. b) *deest* 3. c) *deest* 1. d) *loco* a cunctis 3: ab aliis. e) pret. eccl. 3. 45 e*) testatur 1. f) affatus 2. g) cupimus esse 3. h) et precip. *deest* 2. 3. i) quicunque 3. k) inseri volumus 3. l) Datum in Urbe etc. *in solo* 2; Dat. Pisis, MCCCXIII, mense Aprilis, imperii nostri anno primo, regni vero quinto 3, *cf. supra in prooemio.*

1) *Supra tom. II, 106 nr. 85, 194 nr. 157, 280 nr. 209, 284 nr. 211.* 2) *X de haeret. (V, 7).*

l'empire, in la quel trinite nous metons seur toutes autres choses nostre esperance, creanz fermement e simplement confessanz, le Pere neant engendre, le Fil dou pere engendre, le Saint esprit venant del un e del autre une deite dessouz semblable maieste e dessouz pie trinite selon la discipline des apostres e selon la doctrine des euangiles 5 devoir estre aouree e tenue. Ceste est fois droite, la quele est garnie contres toutes errours, la quele nous conoissons estre ballie de saint Pierre le divin apostre e de saint Pol le doctour des genz a la eglise de Rome, par la quele foi e de la quele dive memoire Constantins nostres tres nobles ancestres guarni e acrut l'empire de Rome, touz les pueples sougiz a nostre empire volons converser en ceste religion. E par ceste 10 presente loy durable a touz jours fermement estaublissenz touz hereges malles e femeles, par quelque nom k'il soient apeles, dapnons de perpetuel infamia e les deffions e bannissons, confermanz les constitutions e les peines de noz ancestres estaublies encontres touz hereges e ceux qui les croent, deffendent, receptent ou donent favour, senz les queuz il ne pourroient longuement durer. Mandanz enseure tout a touz seculers justi- 15 ciers, que il les constitutions des apostoiles de Rome faites encontres les devant diz hereges ou en cause de la foi guardent e facent des autres non corrumpablement estre guardees. La sainte eglise de Rome tant come mere e le saint pere le papa tant come vicaire de Jhesu Christ e successour de saint Pierre henorons e commandons estre henores de touz par devoir. Celi eglise la pourveance de la divine hautece par orde- 20 nance non muable de toutes eglises a fait soveraine en les esperitualtes e la ennoblie de ceste especial cure en tout le siecle, e pour ce les regles des peres e les estatuz des princes declarent eles paroles de nostre serenite le tesm[o]gnent, cesti estre chief de toutes eglises. E pour ce[a] le pape de Rome e les cardenaux de celi eglise, li quel sunt clere partie dou cors de celi, de toute enjuire nous volons e commandons estre 25 estranges. Mandanz par ceste nostre constitution, que touz seculers justiciers e poestes les constitutions des apostoiles e des empereours Romains encontres cieuz sacrileges faites guardent e facent estroitement estre guardees. Ceste constitution de nostre serenite volons et commandons estre mise en cors de droit en droite rubriche.

801—803. *LITTERAE ENCYCLICAE IMPERATORIS. 1312. Iun. 29.*

30 801. *ENCYCLICA IN FORMA MAIORI.*

Subsidiis uti licuit his: 1) *exemplari Heinrico II. Cypri regi misso, quod registratum est inter Acta Bernardi loco supra ad nr. 796 citato fol. 64 sq.; inscriptum est manu eiusdem notarii:* Forma litterarum coronationis; *edidit Doenniges l. c. II, 52 nr. 24, nos denuo accuratissime contulimus;*

35 2) *exemplari Edwardo III. Angliae regi directo, quod insertum est cod. bibliothecae Parisiensis fragmento 'Nouv. acq. lat. 321' signato*[1] *saec. XIV. in. fol. 5' nr. IV; contulit vir d. A. Dopsch; editionis, quae parata est apud Rymer 'Foedera' ed. Clarke et Holbrooke 1818 II, 1 pag. 170 ex autographo valde corroso, varias lectiones adnotare supersedimus, cum Karolus Hampe tunc socius noster quamvis investigans autographon 40 a. 1895. nactus non sit; apud Rymer praebetur inscriptio haec:* Illustri principi Edwardo regi Angliae amico nostro dilecto;

3) *exemplari Iohannis episcopi Argentinensis, quod servatur in codice notissimo bibliothecae Vindobonensis lat. 410 (Iur. Can. 60), de quo vide supra ad nr. 457, fol. 8'*

800. a) *supra lineam add. B.*

45 1) *Cf. Delisle 'Manuscrits latins et français ajoutés 1875—1891' I, 11.*

nr. 61. Rubrum fol. 24' indicatur ita: Quomodo imperator H. scripsit domino Argentinensi de bonis successibus suis, ut sibi ex hoc congauderet; *edidit iam olim Chmel loco supra citato II, 327 nr. 17; nos denuo contulimus.*

Variae lectionis minutias, praesertim e 2, non omnes adnotavimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 490. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus

1. 2.	3.
illustri principi Cypri regi consanguineo dilecto[a] salutem et sincere dilectionis affectum.	venerabili Iohanni Argentinensi episcopo principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

(1) Magnus Dominus et laudabilis valde, qui in excelso divinitatis[b] sue solio[c] residens universis, que sue[d] magestatis[e] ineffabili potencia condidit, clementer et[f] suaviter imperat, tanto dignitatis honore ac decore glorie hominem[g] quem inter universa[h] creaverat extulit[i], ut cui imaginem[k] sue divinitatis impresserat, super cuncta[l] que fecit[m] tribueret[n] principatum et[o] ut creatura tam nobilis a celestium ierarchia[p] non differret similitudine ordinis, cum quibus convenit grandi parilitate[q] nature, voluit, ut quemadmodum sub se[r] Deo uno omnes ordines celestium[s] agminum militant, sic universi homines distincti[t] regnis et provinciis separati uni principi monarche subessent, quatinus eo consurgeret machina mundi preclarior, quo ab uno Deo suo factore[u] progrediens sub uno principe moderata et in se pacis ac unitatis augmenta susciperet et in unum Deum et dominum per amoris gressum et devote fidei stabilimenta[v] rediret[w]. Et quamvis huiusmodi[x] principatus prioribus seculis in[y] diversis fuerit[z] nationibus quasi cum gentibus a suo factore oberrantibus errans, novissime tamen appropinquante plenitudine temporis[1], quando idem Deus et dominus[a] noster inenarrabili dignationis sue[b] munificencia homo fieri voluit, ut hominem per culpe lapsum perditum et per obrupta[c] deviaque viciorum labentem ad loca virtutum irrigua et eterne beatitudinis pascua[d] virentia revocaret, dictum imperium transiit[e] ad Romanos provide Dei disponente clemencia, quod illuc preiret[f] imperialis excellencie thronus[g], ubi futura erat sacerdotalis et apostolica sedes, ac[h] in eodem loco pontificis et imperatoris auctoritas refulgeret illius vicariam[i] representans imaginem, qui pro nobis ex intemerato[k] virginis utero natus sacerdos ipse sacerdocium eternum[l] instituit ac[m] tamquam rex regum et dominus dominorum[n, 2] ad culminis sui fastigium omnia trahens sub sue ditionis[o] imperio universa subgessit[p].

(2) Sane ipsa evidencia rerum ad vestram[q] et aliorum scimus advenisse[r] noticiam, quod ab olim post transitum Frederici[s] quondam predecessoris nostri olim Romanorum[t] imperatoris[u] eodem vacante imperio, licet quam plures preclare fame et grandium meritorum principes ad ipsum imperium per principes Alamagnie[v], quibus huiusmodi incumbit electio, concorditer et rite fuissent electi, nullus tamen eorum temporis impediente malicia aut fortune furentis[w] invidia ad imperii dyadema pervenit. Cum autem

801. a) *loco* Cypri—dilecto 2*:* Eduardo regi Anglie amico dilecto. b) divinitati 1. c) sollio 1. d) *deest* 2. e) maiestatis *similiter semper* 3. f) ac 2. 3. g) tante dignitatis honorem ac decorem glorie homini 2. h) que *add.* 2. i) contulit 2. k) inmaginem 1*;* ymaginem *similiter semper* 3. l) cunta 2. m) fecerat 3. n) tribuere 1. o) *deest* 2. p) *praecedit* ge *delet.* 1*;* gerarchia 2. q) parelitate 1*;* paritate 2*;* parilitate *in loco raso* 3. r) se sub, se *delet.* 2. s) *praecedit* hoīnū *delet.* 1. t) distinctis 1. u) factore suo 2*;* factore suo, factore *super* suo *delet.* 3. v) stabilementa 1. w) redirent 3. x) eiusmodi 3. y) et 2. z) fuerint 3. a) dom. et Deus 2. b) *deest* 3. c) abruta 2. 3. d) *loco* et—pascua 2*:* pascuaque. e) transtulit 2. f) prehiret 1. g) tronus 1. h) et 2. 3. i) vicarii 1. k) intemerate 2. l) iterum 2. m) et 2. 3*;* ipse *add.* 2. n) dominancium 2. o) dominacionis 2. p) subiecit 2. 3. q) tuam 3. r) devenisse 2. 3. s) Friderici 3. t) Romani 1. u) in *add.* 1. v) Almanie 2; Alemanie 3. w) furientis 2.

1) *Cf. Gal. 4, 4.* 2) *Cf. 1. Tim. 6, 15.*

illustris memorie Albertus[x] rex quondam[y] Romanorum, qui nuperrime nos precessit de presenti regno fuisset Deo volente subtractus et prefati[z] principes, ad quos ut prediximus imperialis spectat electio, nos tunc comitem Lucemburgensem[a] in regem Romanorum futurum imperatorem concorditer elegissent, nosque[b] licet sciremus humeros nostros 5 ad tam pregrande[c] onus inhabiles, de omnipotentis Dei benignitate[d] confisi prebuissemus facte de nobis electioni consensum, mox decrevimus, regnis Alamagnie[d*] Boemieque dispositis, ad Urbem pro suscipienda[e] consecratione et imperiali[f] dyademate proficisci, mittentes sollempnes nuncios[g] ad sanctissimum patrem[h] dominum Clementem sancte Romane ac universalis ecclesie summum pontificem, ad quem de consuetudine et more 10 maiorum coronatio nostra spectat[i], ut ad Urbem dignaretur venire et nobis coronationis prefate sollempnia exhibere. Qui ex innata sibi clementia et paterno affectu, quem habet ad nos specialiter et[k] ad sacrum imperium, satisfecisset liberaliter[l] votis nostris, nisi grandia negocia sacri concilii in proximo celebrandi et indicti iam prius, quam super predictis requireretur a nobis, illum detinuissent in remotioribus partibus occupatum. 15 Verum nolens[m] idem pontifex et indignum iudicans[n] ac dispendiosum eidem imperio, propter sui absenciam prefate nostre coronationis et consecrationis[o] gaudia retardari, venerabilibus patribus dominis Arnaldo Sabinensi apostolice sedis legato, Leonardo Albanensi et Nycholao[p] Ostiensi ac[q] Velletrensi[r] episcopis et Francisco Sancte Lucie in Silice ac Luce Sancte Marie in Via lata[s] dyaconis cardinalibus vices suas plenissimas 20 in hac parte commisit, in suis litteris expresse declarans[t] et[u] volens, ut si aliquem vel aliquos eorum contingeret impediri, per superstites vel superstitem dictum coronationis nostre negotium compleri valeret, ipsosque ad nos et nobiscum ad Urbem pro exequenda commissione illis facta celeriter venire[v] mandavit, iniungens eisdem, ut in[w] die assumptionis virginis Marie, quem nos iam[x] elegeramus, ad perficiendum celebritatem pre- 25 dictam vel alia die, quam[y] nostra celsitudo duceret eligendam[z], memorate nostre coronationis sollempnia celebrarent. (3) Quia vero dum per Lombardiam[a] terram nostro imperio[b] subiectam contenderemus ad Urbem, ut in die[c] assumptionis prefate de coronationis nostre felicibus auspiciis gauderemus, civitas Brixiensis nefando[d] ausu nostro culmini rebellavit, et indignum erat minusque[e] providum[f], nos inde discedere, donec 30 sub sceptro nostro colla submitteret, ne forte fieret reliquis Lombardie civitatibus[g] in scandalum et ruinam, ad tempus negocium coronationis predicte[h] suspendimus et dictam civitatem tam diu dura obsidione vexavimus, donec non valens diucius potencie nostre resistere, se libere[i] nostris manibus[k] reddidit et clemencie nostre arbitrio de commisso[l] in magestatem nostram crimine castigandam puniendamque submisit.

[1311. Aug. 15.]

35 (4) Hac ergo pestifera civitate victoriose subacta, festum perficiendum[m] coronationis nostre resumpsimus et pervenientes ad Urbem in presencia prenominatorum dominorum cardinalium, Albanensi et Francisco dumtaxat exceptis, quos ab humano consortio conditio vite mortalis[n] absolverat, ad perficiendum[o] coronationis eiusdem[p] sollempnia diem festum apostolorum[q] Petri et Pauli duximus eligendum. Qua[r] die in ecclesia 40 beati Iohannis Lateranensis[s] per dictos dominos cardinales oleo sacro uncti fuimus ac[t]

[1312. Iun. 29.]

801. x) *sequitur* q̊nd *delet.* 1. y) quondam rex 2. z) et prefati *desunt* 1. a) Luzenbergensem 2. b) nos 3. c) grande 3. d) benenigtate 1. d*) Almanie 2; Alemanie 3. e) *sequitur* coronacione *delet.* 1. f) imperii 2; imperialis 1. g) nostros *add.* 3. h) *deest* 2. i) *sequitur* dig *delet.* 1. k) et specialiter 3. l) libenter 3. m) *deest* 1. n) iuducans 1. o) et consecrationis *desunt* 3. p) Nycolao 3. 45 q) et 2. 3. r) Voletrensi 2. s) in vio lata *male* 2. t) declaratis 1. u) ac 2. v) *sequitur* mandans *delet.* 1. w) *deest* 1. x) *deest* 3. y) alio . . . quem 2. 3. z) eligendum 2. 3. a) Lumbardiam *similiter semper* 2. b) imp. nostro 2. 3. c) festo 3. d) nephando 2. 3. e) nimisque? *in fine lineae* 1. f) provide 3. g) civ. Lumb. 2. h) negot. coron. nostre 2; nostre coron. negot. 3. i) in *add.* 2. k) man. nostr. 3. l) commissio 1. m) *deest* 2; perficiende 3. n) mortualis 3. 50 o) perficienda 2. 3. p) nostre 2. 3. q) beatorum 3. r) Quo 2. 3. s) *loco* beati Ioh. Lat. 2. 3: Lateranensi. t) immo eciam 2; necnon 3.

imperiali dyademate coronati et[u] omnibus aliis sollempniis[v], que tam celebria[w] requirunt facta, prout decuit[w] insigniti, presente copiosa multitudine archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et aliorum prelatorum ac[x] ecclesiasticorum ordinum Urbis necnon ducum, comitum, baronum, militum, nobilium et universa pompa imperialis curie, nostrorum fidelium et[y] populi numerosa[z] caterva, qui ad videndum mundo nova exorta gaudia[a] et congaudendum Romano imperio[b] iam renato, sicut flagranti desiderio videre dudum[c] optaverant, convenerunt.

(5) Hec autem magnificencie vestre insinuare[d] curavimus[e], certi quod eo amplius pre ceteris hominibus vos regio decore prefulgidi de imperii nostri successibus[g] felicibus gaudeatis, quo proximior est imperiali maiestati regia dignitas[h], et sicut ibi invicem sunt quadam glorie[i] vicinitate consimiles, sic debent esse amoris participio et caritatis unione conformes. Quales nos esse[k] erga[l] magnitudinem vestram, quando fuerit oportunum, per operum evidenciam cognoscetis.

(5) Hec autem sinceritati tue volumus intimare, ut de nostris felicibus successibus, sicut ex sincere fidei tue devotione teneris[f], valeas exultare.

Dat.[m] Rome, III. Kal. Iulii, regni nostri anno quarto, imperii vero primo[n].

802. *ENCYCLICA IN FORMA MINORI.*

Superest nonnisi exemplar abbati Waldsassensi directum hodie deperditum, quod olim a. 1585. publici iuris fecit Chr. Urstisius 'Germaniae historici illustres' II, 73 ad calcem Conradi Vecerii 'De rebus gestis imperatoris Henrici VII'. In minutiis correximus. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 490. (P. 535.)

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus venerabili abbati Waldsassensi Cisterciensis ordinis, devoto suo ac dilecto gratiam suam et omne bonum.

(1) Magnus dominus et laudabilis valde in excelso divinitatis sue solio residens imperium suum, quod pro meritis eius inter nationes diversas quasi cum gentibus a suo creatore degenerantibus vacillabat, transire voluit ad Romanos, ut illic preiret imperialis excellentie thronus, ubi erat sacerdotalis sedes et apostolica affutura, ita quod in eodem loco summi pontificis et imperatoris auctoritas reniteret. Novissimis quippe temporibus illo translato in Germanos post quam plures principes ad ipsum vocatos imperium, quorum quidam ipsius imperii assumpsere diadema, quidam non, divina cooperante clementia per eos, ad quos spectat, in Romanorum regem futurum imperatorem rite et concorditer electi, proposuimus ad Urbem pro coronationis nostre suscipiendis solenniis proficisci ac sanctissimum in Christo patrem dominum Clementem summum pontificem requisivimus, ut ad Urbem accedens prefata solennia nobis ibidem tradere dignaretur. Qui cum ex certis causis iuxta nostrum immensum desiderium interesse nequiret, ne dicta coronatio ob sui absentiam impediri valeret, venerabilibus patribus dominis Arnaldo[a]

801. u) ac 2. 3. v) debitis et consuetis *add.* 2. 3. w) *loco* celebria — decuit 2. 3: solempnia (sollempnia 3) requirunt celebria. x) et 2. 3. y) ac etiam Romani 2; et Romani 3. z) innumerosa 2; universa 3. a) nova ex. mundo gaud. 2. 3. b) imp. Rom. 3; donuo *add.* 2. 3. c) dud. vid. 2. 3. d) e *corr. ex* i 1. e) curamus? 2. f) tenueris 3. g) successoribus *male* 1. h) dign. regia 2. i) gloria 2. k) *deest* 2. l) ergo 1. m) Data 2; *linea dati in* 3: Datum Rome et cet. n) Explicit *add.* 2.

802. a) Arnoldo; S. *add. U.*

sedis apostolice legato, Leonardo[b] Albanensi et Nicolao Hostiensi ac Velletrensi[c] episcopis ac Francisco Sancte Lucie necnon Luce Sancte Marie in Via lata diaconis cardinalibus commisit in hac parte plenarie vices suas, cum clausula ut si non omnes hi[i]s exequendis interesse valerent, quatuor, tres, duo vel unus eorum dicte coronationis 5 nostre negotium expediret.

(2) Verum dictis Leonardo[b] et Francisco de hac luce subtractis, per dictos dominos cardinales superstites die festo beatorum Petri et Pauli apostolorum, quem ad hoc ut Iun. 29. poteramus virtute dicte commissionis elegimus, in ecclesia sancti Iohannis Lateranensis, presente archiepiscoporum, episcoporum, abbatum et aliorum prelatorum ac ecclesiasti- 10 corum ordinum Urbis ducumque, comitum, baronum, nobilium ac Romani populi innumerosa caterva, oleo sacro uncti fuimus necnon imperiali diademate coronati ac aliis debitis ac consuetis solenniis insigniti. Hec autem devotioni tue voluimus intimare, ut de nostris felicibus successibus valeas exultare.

Datum Rome, III.[d] Kal.[e] Iulii, regni nostri anno quarto, imperii vero anno primo.

15 ## 803. *ENCYCLICAE FORMA TERTIA.*

Servatur forma in solo codice Monacensi lat. 21242 (Ulm. 42), de quo v. supra ad nr. 676, fol. 86. Edidit Guilelmus Meyer Spirensis l. c. XIX, 93 nr. 15. Denuo contulimus. *(P. deest.)*

Heinricus etc. nobilibus et prudentibus viris talibus fidelibus etc.

20 Ut votiva[a] novi rumoris veneranda festivitas totum divulganda per orbem et celebris in Urbe fama, multorum regum et principum christianorum et aliorum fidelium dudum anxiis desideriis expectata, que ipsorum suspensa temporibus ad alveum Romane urbis modernis delata pervenit sub gaudiorum cumulis et aurora leticie, nedum vobis, quos mater et alumpna fidelitas erga nos et imperium semper hactenus servavit illesos 25 et cum quibus memori meditacione libenter status nostri verba conferimus et quoslibet successus prosperitatis nostre partimur, sed cunctis orthodoxe fidei elucescat, ecce presenti stilo notatur, quod illo summo et eterno Opifice, qui aliquando rerum ordines suspendens ad tempus et in iusticie statera trutinans ipsorum exitus exhibet iuxta nutum[b], in nos rorem sue swavitatis fundente, post multas turbacionum procellas post 30 multaque obstacula iam vadata, que nobis Tuscorum rebellium et quam plurium aliorum nephanda temeritas et audacie detestanda pararant, sub victricibus nostris[c] aquilis Sabbato die VI. Maii Urbem potenter intravimus. Et licet contra nostre maiestatis adventum Mai. 6. pariter atque statum nonnulli Romani et certi alii sine causa rationabili licenciam darent excessibus, quorum pro parte non modica rebellionis errorem accidnum[d] nostrarum fragor 35 virium[e] edomuit, propter quod coronacionis nostre sollempnia ad tempus fuerunt prorogata, tamen nonnullis erroribus fugata caligine, qui dicte coronacionis prorogacionem et dispendii materiam tribuebant, venerabiles in Christo patres domini cardinales ad hoc per sedem apostolicam deputati in virtute Altissimi consurgentes concorditer, adhibitis sollempniis oportunis, prout eis ex forma litterarum domini pape super hoc directarum 40 eisdem et iuris beneficio conpetebat, in die festo beatorum Petri et Pauli apostolorum Iun. 29. sacra unccione recepta suppremum et gloriosum imposuerunt capiti regio Romani imperii[f] dyadema, quod de ipsorum manibus attenta devocione et diligencia ad Dei laudem, Romane ecclesie et imperii exaltacionem ac statum tranquillum tocius christianitatis coram multis archiepiscopis, episcopis etc. in sancti Iohannis Lateranensis ecclesia

45 **802.** b) Leonhardo *U.* c) Veltrensi *U.* d) quarto *U.* e) Kalendarum *U.*

803. a) votiuā *c.* b) *an pro* votum? c) notis *c.* d) *sic pro* accidiosum *c.* e) iuriū *c.* f) *ultima* i *ex* o *c.*

recepimus reverenter. Quapropter, fideles karissimi, vires fortes et animos in fide nostri nominis assumentes, imperiale cesaree magnificencie festum sollempni iubilo celebrantes de tanti triumphi preconiis ingenti leticia gaudeatis.

Datum Rome apud Sanctam Sabinam, III. Kalen. Iulii, indic. X, anno Domini MCCC duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo. 5

804. 805. *LITTERAE REGRATIATORIAE CARDINALIBUS MISSAE.* *(1312. Iun. 29.)*

Servantur formae in eodem solo codice Monacensi, quem denuo contulimus.

804. *LITTERAE PRIORES.*

E cod. Monac. lat. 21242 (Ulm. 42) fol. 86. Edidit Guilelmus Meyer l. c. XIX, 95 10 *nr. 17.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia etc. reverendis in Christo patribus . . sacro cetui sacrosancte Romane ecclesie cardinalium, amicis suis karissimis salutem et sincere dileccionis affectum.

Graciarum carismata, que de affluenti irriguo fontis ecclesie incessanter emanant, 15 ad vos potissime mente[m] gratam per favoris recognicionem extendunt, qui velud bases solide in vinea domini Sabaoth superius situate illius fluminis canalia supportatis, quod[a] Dei letificat civitatem. Siquidem, dilectissimi, diligenter advertimus, quod sancte matris ecclesie dulcia pabula nobis noviter ministrastis ac uberum suorum lactea propinastis pocula, dum nostre inunccionis et imperialis coronacionis sollempnia effectualiter promo- 20 vistis. Et clare conspicimus, quam vehementer inducimur, ut nostrorum honorum et status condicionem et ordinem vobis specialiter intimemus. Vestre ergo dileccioni nostra cara affeccio presentibus manifestat, quod post multos eventus etc. prosequere narracionem. Quocirca, dilectissimi, quia predictorum fuistis diligentissimi promotores, graciarum vobis referimus multiplices acciones. Maxime quia firmiter credimus de nostris 25 successibus prosperis in Domino vos gaudere, sicut et nos vestra promoveri negocia magna affeccione diligimus et de vestris prosperitatibus congaudemus.

Dat. Rome ut supra[1].

805. *LITTERAE ALTERAE.*

Ex eodem codice fol. 86. Editae sunt l. c. XIX, 96 nr. 18. *(P. deest.)* 30

Heinricus Dei gratia etc. venerabilibus in Christo patribus, amicis karissimis, sacro cetui . . dominorum sacrosancte Romane ecclesie cardinalium salutem ut supra.

Gratitudinis debitum, in quo vobis, reverendi patres, nos obligatos esse fatemur, nostram manum inducit ad calamum et mentem ad meditandum sollicite, qualiter illud decentibus modis et terminis persolvere debeamus. Nam intervenientibus propicia- 35 cionibus vestris honores nobis eximios collatos esse cognoscimus et nichilominus imperio sollicitudini nostre commisso, a quo mundi et reipublice status dependet, adminicula novimus pie ac meritorie reformationis impendi. Cum assistencia enim et favore condigno apostolice sedis, cuius vos post sanctissimum in Christo patrem et dominum

804. a) qui *c.* 40

1) *Id est supra nr. 803.*

summum pontificem curam geritis et onera supportatis, ne dictum imperium per diutinam vacacionem multipliciter deformatum periculosiora deploraret viduitatis[a] incommoda, nos postquam fuimus in regem Romanorum etc. narracionem prosequere. Hec itaque vobis, quos confidimus in imperii felicibus delectari rumoribus, ad gaudium intimantes 5 et super hiis graciarum acciones multiplices referentes, vestram dileccionem requirimus et caritatem exposcimus, quatinus pia meditacione pensantes, quam periculosa sit istis temporibus orbis condicio et specialiter populi christiani et quam sit populus ipse peccatis exigentibus pronus ad malum, velitis apud misericordiarum patrem supplices preces effundere, ut ipse nobiscum virtutem faciens[1] det nobis in gentibus pacem disserere, 10 fundare quietem, quemlibet in suo iure tenere ac christiane religionis terminos feliciter ampliare. Valete diu ad vota et in hiis, que pro vobis possumus, nos fiducialiter requiratis.

Datum etc.[2]

806. *ENCYCLICA ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS DE CORONATIONE* 15 *IMPERATORIS. 1312. Iun. 30.*

Exemplar vicario Cariensi missum servatur in pretiosissimo Copiario Balduini, qui est tabularii capituli maioris ecclesiae Trevirensis, fol. 9' nr. 27. Codicem benivolenter nobis transmissum denuo contulimus. Edidit minus accurate W. Friedensburg 'Westdeutsche Zeitschrift für Geschichte und Kunst' III (1884), pag. 303. (P. deest.)

20 Baldewinus Dei gratia etc. strennuo viro vicario Cariensi pro imperatoria maiestate necnon consilio et comuni eiusdem loci salutem et sincere dilectionis affectum.

Quia de eventibus prosperis imperialis celsitudinis confidimus vos libenter grata nova suscipere, ad noticiam dilectionis vestre deducimus, quod nuper dies nobis diucius expectatus illuxit, videlicet quod serenissimus princeps et dominus dominus H(enricus) 25 Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus in urbe Romana apud Lateranum concorditer per venerabiles patres dominos fratrem N(icolaum) Hostiensem et Arnaldum Sabinensem episcopos necnon Lucam Sancte Marie in Via lata dyaconum sacrosancte Romane ecclesie cardinales, qui super hoc a summo pontifice commissionem receperant specialem, in festo principum apostolorum Petri et Pauli victorioso imperiali dyademate Iun. 29. 30 cum sollempnitate, qua convenit, leticia maxima et statu pacifico extitit coronatus. Scientes, quod Dei favente proposito facta imperialis celsitudinis prosperantur et de bono in melius credimus in posterum prosperari.

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, die ultima mensis Iunii.

C Et sic de singulis.

35 807—809. *SCRIPTA AD IURAMENTUM PRAESTITUM SPECTANTIA. 1312. Iul. 6.*

807. *IURAMENTUM IMPERATORIS.*

Litterarum de iuramento imperatoris confectarum quatuor exemplaria autographa iam servantur in tabulario secreto Vaticano Arm. I c. VI nr. 2—5 (= 1—4). Bulla 40 *aurea filis sericis rubri flavique coloris adhuc pendenti omnia excellunt. Scripta sunt*

805. a) viduatis *c.*

1) *Cf. Ps. 117, 16.* 2) *Id est supra nr. 803.*

ut iam supra autographa litterarum nr. 798 ad usum cancellariae papalis; 2 et 3 eadem manu ingrossata, diversa ab illis manibus, quae 1 et 4 scripserunt. In dextra parte plicae autographi 1 nomen scriptoris apparet: Sy. de No.; *quinam fuerit, nescio.*

Autographa omnia accuratissime contulit vir cl. Paulus Kehr [1]. — *Böhmer, Reg. Heinr. 496.* *(P. 536.)* 5

⁞ Sanctissimo ⁞ in Christo patri et domino suo domino Clementi sacrosancte[a] Romane ac[b] universalis ecclesie summo pontifici Henricus divina favente clementia[c] Romanorum imperator semper augustus cum reverentia[d] debita devota[e] pedum oscula beatorum.

Dudum antequam susceperimus imperii dyadema[f], in humilitatis spiritu[2], que 10 virtutum comprobatur origo, sicut sancte matris ecclesie filius nostre devotionis ac fidei[g] çelum[h] vobis et ipsi ecclesie ferventi desiderio ostendere cupientes, reverenter in manibus discreti viri Iohannis de Molans scolastici Tullensis capellani vestri, de mandato per vos ei facto vestro, ecclesie predicte et sedis apostolice nomine recipientis, sacrosanctis euangeliis corporaliter per nos tactis prestitimus iuramentum, quod tenor litterarum 15 nostrarum[i] super hoc confectarum nostro regio pendenti munitarum[k] sigillo continet, seriose promittentes nosque firmiter obligantes cum omni efficatia et effectu, quod post imperialis dyadematis a nobis coronationem susceptam omnia in iuramento et litteris contenta predictis ratificaremus, confirmaremus, recognosceremus, faceremus, servaremus atque iuraremus et de hiis omnibus infra octo dies post coronationem huiusmodi ad 20 perpetuam rei memoriam ac vestram[l] et successorum vestrorum et ecclesie ac sedis predictorum securitatem atque cautelam vobis patentes[m] quadruplicatas imperialis maiestatis typario communitas concederemus litteras huiusmodi litterarum nostrarum seriem continentes, que talis est:

'Sanctissimo in Christo — anno secundo'. *supra nr. 454.* 25

Tanto itaque ferventius[n] ad sanctitatem vestram, sanctam Romanam ecclesiam et apostolicam sedem zelo[o] fidei et devotionis accensi, quanto sumus amplius per susceptionem imperialis dyadematis divine gratie[p] munere sublimati, omnia in iuramento et[q] litteris contenta predictis ratificamus, confirmamus, recognoscimus et ea servabimus et etiam[r] faciemus ac predicta omnia et singula inviolabiliter observare et observari facere 30 et nullo unquam tempore contravenire de novo iuramus ad sacrosancta Dei euangelia,

807. a) sancte *in loco raso* 1. b) *in loco raso* 4. c) clemencia 2. 3. d) reverencia 2. 3. e) reverencia—devota *in loco raso artius scripta* 2. f) diadema 4. g) fi *in loco raso* 1. h) zelum 4. i) ñ *in loco raso* 4. k) *prima* u *in loco raso* 1. l) [ac vestr] *lacuna in* 4. m) *sequitur rasura* 1. n) fervencius 2. o) çelo 2. 3. p) gracie 3. q) *in loco raso scriptum* 1. r) eciam 2. 3. 35

1) *In Catalogi a. 1366. confecti codice Estensi fol. 35' ita enumerantur (apud Muratori l. c. VI, col. 96 A):* Secuntur alie quatuor littere eiusdem tenoris auro bullate tam in data quam in serie earumdem, de quibus hic non sumitur nisi una:

Littera sub bulla aurea bullata missa domino Clementi pape quinto per dominum Henricum imperatorem, continens primo, qualiter ipse imperator ante coronationem suam in manibus domini 40 Iohannis de Molan(is) capellani et nuncii apostolici nomine dicti domini pape et sedis apostolice praestitit iuramentum fidelitatis, recognitionem et confirmationem omnium privilegiorum et terrarum ad ecclesiam Romanam pertinentium, et specialiter privilegiorum Constantini, Caroli, Henrici, Ottonis quarti, Frederici secundi atque Rodulphi regum et principum seu imperatorum Romanorum, quocunque tempore concess(orum) sancte Romane ecclesie Romanisque pontificibus et sedi apostolice. Et pre- 45 cipue super concessione marchie Anchonnitane et plurium aliarum terrarum hic conten(tarum) et in aliis privilegiis superius expressis. Concludens in fine, quod ipse imperator post receptionem dyadematis seu coronationem omnia confirmavit, recognovit, ratifficavit et de novo dedit ac eciam iuravit in manibus dominorum legatorum hic nominatorum. Datum Rome apud Sanctam Sabinam, II. Non. Iulii, anno Domini MCCCXII, regni sui quarto, imperii primo. 50

2) *Cf. Dan. 3, 39 et supra pag. 616 lin. 22.*

corporaliter tacto libro in manibus venerabilium dominorum miseratione divina Arnaldi Sabinensis apostolice sedis legati et fratris Nicolai[s] Ostiensis et Velletrensis episcoporum, nomine Romane ecclesie, sedis apostolice ac vestro et de mandato vestro specialiter recipientium, de qua[t] receptione tam[u] per[v] nostras presentes[w] quam ipsorum recipientium
5 litteras plene constat. Et ad predictorum omnium perpetuam rei memoriam et sancte Romane ecclesie ac sedis apostolice et Romanorum pontificum securitatem atque cautelam presentes litteras quadruplicatas, tenore predictarum litterarum nostrarum in eis inserto[x], imperialis[y] maiestatis typario communitas iuxta[z] promissionem et obligationem nostras[a] predictas sanctitati vestre concessimus et eas per eosdem venerabiles dominos
10 Sabinensem et Ostiensem episcopos[b] duximus transmittendas.

Dat.[c] Rome apud Sanctam Sabinam[d], II. Non. Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero nostri anno primo.

808. *PROTESTATIO IMPERATORIS SUPER IURAMENTO PRAESTITO.*

Documentum gravissimum hucusque ineditum ex autographo a Bernardo de Mercato
15 *scripto tabularii camerae computationum Taurinensis*[1] *iam olim exemplavit Bethmann*[2]*; nos ipsi denuo accuratissime contulimus. In verso leguntur manu eiusdem notarii scripta:* protestatio imperatoris super iuramento facto card(inalibus) post coronationem*; itemque* protestatio imperatoris. — *Böhmer, Reg. Heinr. 592 (Addit. I).* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

20 Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo duodecimo, inditione decima, pridie Non. Iulii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno septimo, regni serenissimi principis domini Henrici divina favente clementia Romanorum imperatoris anno quarto, imperii vero eius anno primo. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod cum prefatus dominus imperator hac die presenti
25 prestiterit quoddam iuramentum supradicto domino summo pontifici et ecclesie Romane in manibus reverendorum patrum dominorum Arnaldi sedis apostolice legati Sabinensis et fratris Nycholay Ostiensis et Velletrensis episcoporum ac Luce Sancte Marie in Via lata dyaconi cardinal(is), recipientium vice et nomine dicti domini summi pontificis et ecclesie[a] Romane, forma cuius iuramenti continetur in litteris patentibus imperialis
30 typarii impressione bullatis, datis[b] anno, die et inditione quibus supra[3], hinc est quod dictus dominus imperator in prestatione eiusdem iuramenti dixit et protestatus fuit in hunc modum:

'Nos facimus et prestamus hoc iuramentum bona fide et intendimus agere et quod nobiscum agatur de bona fide. Et in hoc iuramento salvamus et excipimus
35 expresse iuramentum per nos prestitum apud Aquis in Alamania tempore electionis, acceptationis sive coronationis nostre in regem Romanorum et omnia, que in forma eiusdem iuramenti continentur. Que omnia semper volumus, intendimus et protestamur nobis et imperio esse salva. Et hoc modo iuramentum predictum prestamus et iuramus'.

Precipiens idem dominus imperator michi Bernardo de Mercato infrascripto notario
40 et magistro Iohanni notario et familiari dicti domini legati infrascripto, ut de predictis sibi faceremus publicum instrumentum.

807. s) Nicholay 4. t) *sequitur rasura* 1. 3. u) *in loco raso* 1. 3; *post add.* 4. v) *in loco raso* 1. w) re *in loco raso* 2. x) nostrarum—inserto *in loco raso* 4. y) *in loco raso* 3. z) *in loco raso* 1; iuxta pro *in loco raso* 4. a) ras *in loco raso* 1. b) iuxta—episcopos *in loco raso artius*
45 *scripta, valde evanida* 2. c) Datum 4. d) *sequitur rasura* 4.

808. a) eccle *or.* b) bullatas, datas *or.*

1) *Signatum est 'Inventario Generale. Piemonte Art. 846 nr. 17'.* 2) *Cf. 'Archiv' XII, 599.* 3) *Supra nr. 807.*

Actum Rome in palatio Sancte Sabine, presentibus venerabili in Christo patre domino Henrico episcopo Tridentino imperialis aule cancellario, domino Amedeo comite Sabaudie et magistro Henrico de Geldognia testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(S. N.) Et ego Bernardus de Mercato de Yanna Bellicen. dyocesis sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius hiis omnibus presens fui 5 et rogatus hanc cartam scripsi et tradidi signoque meo consueto signavi[c].

(S. N.)[d] Et ego Iohannes Nicolai de Yvodio clericus Trever. diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius predicte protestacioni ac omnibus aliis suprascriptis una cum prefato magistro Bernardo et testibus predictis presens fui ac huic publico instrumento me subscripsi et signum meum consuetum apposui in testimonium 10 premissorum.

809. *LITTERAE NUNTIORUM PONTIFICI DIRECTAE.*

Autographon tabularii secreti Vaticani signatum Arm. I c. VI nr. 8 descripsit vir cl. Paulus Kehr. Pendent sigilla cardinalium linis sericis rubri coloris. In verso scriptum est: Littera . . Ostien(sis) et . . Sabinen(sis) continens, qualiter receperunt iuramentum 15 et litteras a domino . . imperatore[1]. *Editae sunt apud Raynaldum ad a. 1312 c. 42. (P. decst.)*

Sanctissimo in Christo patri et domino domino Clementi divina providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici miseratione divina Arnaldus Sabinensis apostolice sedis legatus et Nicolaus Ostiensis episcopi sedis eiusdem apostolice 20 nuncius devota pedum oscula beatorum.

Dudum a sanctitate vestra recepimus litteras in hac forma:

'Clemens episcopus servus — anno sexto.' *supra nr. 647.*

Volentes igitur vestris ex corde, prout tenebamur, obedire mandatis, ab eodem domino imperatore post susceptum imperii diadema recepimus iuramentum et alia fecimus 25 et recepimus, que in predictis sanctitatis vestre litteris continentur, prout in ipsius domini imperatoris quadruplicatis litteris[2] imperialis maiestatis typario communitis, quas vestre sanctitati concessit vobis per nos vel nostrum alterum deferendas, videbitis plenarie contineri. In quorum omnium testimonium has scribi litteras per magistrum Iohannem de Yvodio capellanum et notarium nostrum . . Sabinensis et sigillorum nostrorum fecimus 30 appensione muniri.

Acta fuerunt predicta in Urbe apud Sanctam Sabinam in palacio, quod inhabitabat ibi dictus dominus imperator, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione decima, die Iovis VI. Iulii, pontificatu[s] sanctissimi in Christo patris et domini domini Clementis divina providentia pape quinti anno septimo. Presentibus reverendis in Christo 35 patribus dominis Luca Sancte Marie in Via lata diacono cardinali et Henrico episcopo Tridentino dicti domini imperatoris cancellario ac magnificis viris Amadeo Sabaudie et Iohanne Forensi[a] comitibus ac Roberto de Flandria milite et discretis viris magistris Henrico de Geldonia et Bernardo de Yenna de Mercato clericis domini imperatoris memorati testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. 40

808. c) signoque — signavi *alio atramento scripta or.* d) *alia manus or.*

809. a) Foren̄ *or.*

1) *In Catalogi a. 1366. confecti codice Estensi fol. 36 ita indicantur (apud Muratori l. c. VI, col. 96A):* Littera testimonialis continens, qualiter reverendi domini Ostiensis et Sabinensis episcopi et sancte Romane ecclesie cardinales receperunt iuramentum a domino Henrico imperatore rege Roma- 45 norum. Et littera aurea bulla munita iuxta formam litterarum apostolicarum eis missarum et traditarum, quas eidem domino pape miserunt. Datum anno Domini MCCCXII, die VI. Iulii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno septimo. 2) *Supra nr. 807.*

(S. N.) Et ego Iohannes de Yvodio Trever. diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, capellanus et notarius reverendi patris domini Arnaldi Dei gratia episcopi Sabinensis apostolice sedis legati predicti, omnium predictorum ratificationi, confirmationi, recognitioni et iuramenti prestationi et receptioni prefatis et aliis, 5 que in eisdem imperialibus litteris continentur, una cum testibus suprascriptis presens fui et has litteras de mandato dictorum dominorum . . Sabinensis et . . Ostiensis inde conscripsi et in hanc publicam formam redegi, me subscribens eisdem, et eas solito meo signo signavi.

810—812. *RESPONSIONES AD ENCYCLICAM IMPERATORIS.* 10 *(1312. Iul. ex.) — 1313. Apr. 30.*

810. *RESPONSIO CLEMENTIS V. PAPAE. (1312. Iul. ex.)*

Nuperrime publici iuris fecit ex apographo coaevo, quod servatur in tabulario secreto Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea' a. 1355, Henricus Otto 'Die Eide und Privilegien Heinrichs VII. und Karls IV.' pag. 26 sq. (= 'Quellen und Forschungen aus ita- 15 *lienischen Archiven und Bibliotheken' IX (1906) pag. 339 sq.). Cuius editionem hic repetimus. In verso leguntur:* Transcriptum littere imperatori per fratrem Iohannem eius nuncium misse. *(P. deest.)*

Imperatori.

(1) Magnitudinis[a] tue litteris nobis per dilectum filium fratrem Iohannem de Luci- 20 domonte ordinis Predicatorum theologie magistrum et Hugolinum de Martiano archidiaconum Alnisiensem in ecclesia Xanctonensi tuos nuncios presentatis, per quas nobis intimare curasti, te in festo apostolorum Petri et Pauli proxime preterito de manibus venerabilium fratrum nostrorum Arnaldi Sabinensis apostolice sedis legati et Nicolai Ostiensis episcoporum ac dilecti filii nostri[b] Luce sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, 25 quos ad partes illas pro iis exequendis[c] antea specialiter miseramus, imperii diadema et alia imperialia insignia suscepisse, [presente][d] episcoporum, abbatum et aliorum prelatorum ac ecclesiasticorum virorum necnon ducum, principum, comitum, baronum, nobilium, militum et aliorum imperii fidelium ac Romani populi, qui ad hec videnda gaudenter convenerant, multitudine numerosa, leta manu receptis, exultavit cor nostrum in 30 Domino[1] nosterque animus, qui votis ferventibus ad illa semper anelat, que tui nominis exaltationem respiciunt et honorem, suscepit exinde multiplicis leticie incrementum, ei qui universa sua provida moderatione disponit et sue habundancia pietatis merita supplicum et vota excedit, pro premissis ad gratiarum acciones supplices assurgentes. (Iun. 29.)

(2) Sane dudum, fili carissime, antequam diadema vel alia imperialia insignia susce- 35 pisses, legato et card(inalibus) supradictis nostris dedisse meminimus litteris in mandatis, ut cum inter te ac carissimum in Christo filium nostrum R(obertum) Sicilie regem illustrem desideraremus desiderio vehementi pacem, largiente ipsius auctore, reformare solidam et caritatis sincere ad divini nominis laudem et gloriam ac ad tui et ipsius ac tocius christianitatis statum pacificum et tranquillum ponere unionem, te ac ipsum modis et viis quibus 40 possent inducerent, ut super omnibus iniuriis, offensis, dampnis et questionibus quibuscunque, que inter vos erant vel esse poterant usque ad diem, qua per te et ipsum in nos fieret compromissum, nostre curaretis ordinationi parere[2]. Cum autem tu, sicut dictus legatus nobis suis insinuavit litteris et in quodam instrumento publico[3] vidimus

810. a) *praecedit* C *apogr.* b) nostrorum *apogr.* c) excequendis *apogr.* d) *deest apogr.*

45 1) *1. Reg. 2, 1.* 2) *Cf. supra nr. 791 cap. 2.* 3) *Servatum non est.*

contineri, responsum ad hec dederis, quod nobis per tuos speciales nuncios taliter respondere curares, quod exinde deberemus esse contenti, miramur non modicum, que causa fuerit, quod a tempore responsi huiusmodi, a quo multorum mensium curricula sunt elapsa[1], predictos nuncios iuxta eiusdem responsi tenorem non miseris nec nobis super premissis aliter curaveris respondere. Firma siquidem tenebamus credulitate, quod 5 si tua excellencia nobis predictos transmisisset nuncios et nostris super premissis te beneplacitis per omnia coaptasses, hoc cessisset ad honorem tui culminis et negocii imperii quod prosequeris favorem non modicum et forsan expeditionem celeriorem divina opitulante gratia prebuisset. (3) Super eo insuper mirati fuimus, quia licet olim cum de contrahendo inter primogenitum dicti regis et natam tuam matrimonio 10 ageretur, celsitudo tua, sicut predictus legatus nobis per suas litteras[2] intimavit, responderit, quod cum ipsam natam tuam in nostris manibus posuisses, parentelam cum aliquo absque voluntate nostra contrahere nullatenus intendebas, tu tamen postmodum parentelam huiusmodi nobis inconsultis, sicut audivimus, contraxisti. Profecto tua serenitas ex hiis, que nobiscum hactenus facere habueras, presumere probabiliter potuisset, quod 15 nos in casu premisso vel etiam quovis alio tibi non consuluissemus aliquid, quod in tui honoris vel status quoquo modo cederet detrimentum. (4) Postremo cum memorati tue celsitudinis nuncii nobis ex parte tua quasdam litteras credencie[3] duxerint presentandas, nos auditis, que virtute credencie huiusmodi proponere voluerunt, quia per eos proposita non tenebamus omnino memoriter, eis persuasimus, ut ipsa nobis, prout nuncii 20 aliorum regum ad nos cum litteris de credencia venientes facere sunt soliti, in scriptis traderent, ut ad illa possemus certius respondere, vel illa in consistorio aut coram aliquibus ex nostris fratribus sancte Romane ecclesie cardinalibus ad hoc specialiter evocandis proponere procurarent. Ipsi vero asserentes, se ad hoc non habere mandatum et contentos existere de propositione, quam verbo ut premittitur fecerant coram nobis, 25 ac de responsione per nos postmodum simpliciter eis facta, predicta per eos proposita, ne fines sibi traditos excedere viderentur, in scriptis tradere recusarunt sicque a nobis petita postea et habita licencia cum nostra benedictione et gratia recesserunt.

Datum etc.

811. *RESPONSIO PHILIPPI REGIS FRANCIAE. (1312. Iul. ex.—Aug.).* 30

Servatur in 1) *cod. Vaticano Reginen. 1653 fol. 29' saec. XIV., quem iam olim descripsit Bethmann*[4]*;*

2) *cod. bibliothecae Cameraeensis*[5] *940 (olim 839) saec. XIV. ex.—XV. in. fol. 19', quem adhibuimus ad editionem a Kervyn de Lettenhove a. 1869. paratam 'Oeuvres de Froissart. Chroniques' tom. 9 (1377—1382) pag. 538, ubi litterae tempori Wenceslai regis 35 (1378) adscribuntur.*

Nuperrime ex 1 *et* 2 *edidit K. Wenck 'Philipp der Schöne von Frankreich, seine Persönlichkeit und das Urteil der Zeitgenossen' (Marburg 1905) pag. 71. Sed non omnia recte legit*[6]. *(P. deest.)*

1) *Certe spatium temporis in maius extollit pontifex.* 2) *Servatae non sunt.* 3) *Ad quasnam* 40 *res spectaverint, plane nescimus.* 4) *Cf. 'Archiv' XII, 324 et Wenck loco supra citato pag. 73.* 5) *Cf. 'Catalogue général des manuscrits. Départements' XVII, 385. Loco apud Wenck citato 'Archiv' VIII, 94 et 435 de codice nihil indicatur.* 6) *Hic adnotamus, virum doctissimum de litteris Heinrici et Philippi regum, quas signo chronologico omnino carentes ex codice H. III. 38. saec. XIV. universitatis Taurinensis vulgavit Doenniges l. c. II, 230, male referre l. c. pag. 73 not. Quarum textus ab usu cancellariae tam* 45 *imperatoris quam regis ita abhorrent, ut potius librarii opus censendae sint. Eodem modo intelligatur epistola Heinrici VII. de his rebus pontifici missa, quam ex rectoris cuiusdam scolarum formulario in bibliotheca Parisiensi servato edidit Hauréau, repetit Wenck l. c. pag. 74. Hanc epistolam ab illo rectore suo Marte satis lepide compositam esse, nemo est quin videat.*

Philippus[a] Dei gratia Franc(ie) rex illustri principi H(enrico) eadem gratia[a] Romanorum imperatori semper augusto amico carissimo salutem et prosperos vel felices ad vota successus.

(1) Vestre serenitatis litteras, quibus vestram nobis coronationem nuntiare curastis, recepimus, ei a quo bona procedunt omnia laudes et gratias referentes, quia personam vestram, quam semper caram procul dubio habuimus et habemus, diebus nostris tanta sublimitate disposuit honorare. Sperantes etiam in eo firmiter, quod si tantum eius beneficium humiliter agnoscentes, per viam mandatorum ipsius viriliter studueritis ambulare eiusque voluntatem libenti animo ad conservationem pacis ecclesie sancte Dei directionemque piissimi negocii Terre Sancte imitari[b] curaveritis, gressus vestros et actus cothidie[c] de bono in melius prosperabit.

(2) Sane litterarum vestrarum prefatione diligenter attenta, celsitudini vestre presentibus aperire decrevimus, quam plures regni nostri principes et potentes, quibus ipsam vestram coronationem sicut et nobis scripsistis, ex ipsius loquendi modo in admirationem non modicam incidisse. Ex verbis namque prefationis ipsius innui[d] videbatur, vos intendere et tenere, quod sicut in ierarchia celesti omnes agminum supernorum ordines sub uno Deo militant, sic et in terris homines universi distincti regnis et separati provinciis Romano imperatori tanquam soli principi monarche subesse debeant et sub eius temporali potentia militare. Verum si regni nostri Francie conditiones et status, quos ipsi satis novistis, ante vestre considerationis intuitum vestra serenitas adduxisset, ab huiusmodi generali subiectione merito regnum ipsum excipere debuisset. Notorie namque et generaliter predicatur ab omnibus et ubique, quod a tempore Christi citra regnum Francorum[e] solum regem suum sub ipso Ihesu Christo rege regum et domino dominorum[e] ac omnimode creature dominatore habuit, nullum temporalem superiorem cognoscens aut habens, quocumque imperatore regnante. Sic tenuerunt progenitores nostri, nos etiam et universi regnicole tenemus et nostri successores tenebunt imperpetuum Domino concedente. Nec vestra propter hoc in admirationem excellentia provocetur. Ille[f] nimirum, qui in altis habitat et humilia respicit[1], qui regibus dat salutem[2], altissimus Ihesus Christus in regno ipso pre ceteris mundi partibus sancte fidei et religionis christiane stabile fundamentum repperiens[g] sibique et eius vicario[h] ac ministris summam impendi devotionem considerans, sicut se in eo pre ceteris magis amari, timeri et honorari[i] conspexit, sic ipsum pre ceteris regnis et principatibus singulari quadam eminentie prerogativa disposuit honorari, ipsum a cuiuscumque principis ac domini temporalis superioritate potenter eximens et in exempto regem suum solum quodammodo monarcham perpetua stabilitate confirmans, sicut ex veterum historiarum[k] veridica narratione probatur. (3) Preterea prefatis nostris principibus et magnatibus non inmerito causam admirationis adauxit, quia in litteris vestris dilectis civibus nostris Lugdunensibus super dicta coronatione vestra[l] directis[3] ipsos fideles vestros et[l] subditos appellastis, cum in nullo[m] predecessoribus vestris fuerint nec vobis sint subditi aut[n] vobis ad aliquam fidelitatem teneantur astricti, sed semper fuerunt[o] notorie in et de[p] regno Francie et[q] prestante Domino sunt et erunt. Unde premissa superioritatis animo non credimus vos scripsisse. Quod si forsan prescripte intentioni nostre vestra quod absit adversaretur intentio, nobis procul dubio non placeret nec id haberemus acceptum.

811. a) Philippus—gratia *desunt* 2. b) mutuari 2. c) *sic* 1. 2; *cf. supra pag. 802 lin. 31.* d) nuntii *male* 2. e) Francie 2. f) Illis 1. g) reperiens 2. h) vicariis 2. i) honori 1. k) hystoriarum 2. l) vestra—vestros et *desunt* 2. m) *loco* in nullo 2: nullo modo 2. n) nec 2. o) firmiter et *male* 2. p) *loco* et de 2: nostro. q) *deest* 2.

1) *Ps. 112, 5. 6.* 2) *Ps. 143, 10.* 3) *Cf. ea quae ex inventario veteri tabularii Parisini notat Wenck l. c. pag. 73:* Item copia littere, quam H. imperator misit Lugdunum.

Sed illo auxiliante, pro cuius fide et nomine progenitores nostri proprium fudisse sanguinem predicantur[r], hanc libertatis excellentiam pro viribus manutenere intendimus et tueri.

Dat.[s]

812. *RESPONSIO EDWARDI REGIS ANGLIAE. 1313. Apr. 30.* 5

Denuo contulit Karolus Hampe tunc socius noster Rotulum tabularii regni Britannici ('Public Record Office'), qui signatus est 'Close Roll 6 Edw. II. 135. m. 6 d.' Est rubrum: Littera missa imperatori per regem. *Edita est etiam apud Rymer 'Foedera' in editione supra ad nr. 801 citata II, 1 pag. 210.* *(P. dccst.)*

Excellentissimo principi domino Henrico Dei gratia imperatori Romanorum illustri 10 semper augusto, amico suo karissimo Edwardus eadem gratia etc. salutem et semper felicibus successibus habundare.

Dum imperium a Dei filio, qui Rex regum ac dominus dominancium[a] esse non ambigitur, viri providi regimini committitur et periti, tam spiritualium quam temporalium negocia sperantur ubique terrarum felicius prosperari. Ex quibus inmensam leticiam 15 assumere debet non inmerito totus populus christianus et exinde devotas gratias exsolvere bonorum omnium largitori. Receptis siquidem leta manu serenitatis vestre litteris, quas nobis super electione de vobis in Romanum imperatorem per principes Alemann(ie), ad quos imperialis spectat electio, celebrata et victoriosa subiectione et submissione civitatis Brixien(sis), que prius vestre celsitudini rebellavit, sicut Domino placuit, qui 20 superborum cornua deprimit, postmodum vobis facta vestreque consecracionis et coronacionis solempniis ac aliis in eisdem litteris expressis nobis seriosius nunciatis vestra transmisit sublimitas, ipsarum tenorem audivimus et intelleximus diligenter, de contentis in eisdem litteris grandem leticiam assumentes, vestre magnificencie de missione litterarum ipsarum grates uberimas referendo. Speramus etenim in domino Ihesu Christo, 25 quod per vestre strenuitatis potenciam ac circumspectionis industriam providam universa gens catholica precipue ad inimicorum crucis Christi confusionem et depressionem perpetuam ac nostre fidei christiane exaltacionem salubria in Domino suscipiet incrementa. Volumus autem et corditer affectamus, prout iustum et rationabile fuerit, vestris adesse desideriis atque votis. 30

Dat. apud Westm(onasterium), XXX. die Aprilis.

813. 814. INNOVATIO PRIVILEGIORUM MONASTERII BAUMGARTEN.

1312. Iun. 30.—Iul. 1.

813. *SCRIPTUM CONFIRMATIONIS. Iun. 30.* 35

Supersunt duo autographa 1 *(in forma maiori) et* 2 *tabularii Argentinensis, quod dicitur 'Bezirksarchiv des Unterelsass', quae benivolenter nobis transmissa accuratissime contulimus. Signata sunt 'Série G. 81. nr. 2 et 2a'; sigilla desunt, autographi* 1 *filis*

811. r) in *add.* 1. s) Datum etc. 2.

812. a) *cf. supra pag. 802 lin. 47 not.* n. 40

serieis rubri flavique coloris relictis. In dorso nihil exaratum est. Ex 1 *edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 455 nr. 649. Cf. supra nr. 795. — Böhmer, Reg. Heinr. 491. (P. deest.)*

Henricus[a] divina favente[b] clemencia Romanorum imperator semper augustus
5 omnibus imperpetuum.

Imperialis excellencie dignitas tunc vere laudis titulis sublimatur et gloria ac eminenti decore prefulget, dum humilium suorum devocionem clementer attendit et eis de imperialis clemencie liberalitate innovat, que prius regalis excellencia condonavit. Est enim imperio magnificum et decorum, ut cum suo rectori nominis consurgit exaltacio,
10 devotis eciam suis accrescat liberalitatis titulus clarioris. Sane religiosorum virorum Ebehardi[c] abbatis et conventus monasterii in Bångarten[d] Cysterciensis ordinis Argentinensis dyocesis, devotorum[e] nostrorum, quorum sacrum ordinem, qui veluti splendi[di]ssimum luminare inter alia in catholice fidei firmamento micancia sydera luce rutilanciore preradiat et sereniori coruscacione prefulget, specialis dilectionis ardore
15 complectimur et sincero prosequimur caritatis affectu, devotis supplicacionibus favorabiliter inclinati, ipsis et monasterio predicto graciarum litteras super iure patronatus ecclesie in Brunner prope Sletzstat dicte Argentinensis dyocesis necnon super monte dicto Eychelberg sito iuxta predictum suum monasterium nobis et imperio pertinentibus, quos cum adhuc regali fungeremur titulo eisdem concessimus, donavimus, appropriavimus
20 et suis perpetuis applicavimus usibus iuxta prefatarum nostrarum litterarum tenorem [1], ratificamus, approbamus, innovamus et imperiali auctoritate eciam communimus. Memoratos quoque abbatem, conventum et monasterium in Bångarten, ecclesiam et montem prefatos necnon homines et alia bona sua, que nunc tenent et imposterum dante Domino iuste acquisicionis poterunt adipisci titulo, in nostram et sacri imperii protectionem
25 specialiter duximus assumendos. Statuentes et hoc edicto imperiali sub indignacionis nostre pena gravissima firmiter inhibentes, ne aliqua deinceps persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis aut conmunitas[f] civitatis, oppidi[g] sive ville, cuiuscunque status seu condicionis existat, ipsos abbatem, conventum ac monasterium in Bômgarten contra huiusmodi nostre approbacionis, ratificacionis, innovacionis, communicionis et recepcionis
30 protectionis tenorem audeat molestare seu quomodolibet impedire. Quod qui secus fecerit, preter indignacionem imperialem, quam ex hoc incurrere se noverit, centum marcas auri puri pro pena componat, medietatem fisco nostro, reliquam vero prefato monasterio irremissibiliter persolvendam.

Testes[h] vero sunt: venerabilis Baldewinus Treverensis archiepiscopus germanus
35 noster et illustres Rudolfus comes palatinus Reni dux Bauwarie et Amedeus comes Sabaudie principes nostri necnon nobiles viri Henricus de Flandria marscalcus et Ioffridus de Liningen magister magne curie imperialis consanguinei et fideles nostri et alii quam plures.

⁞ Signum domini Henrici septimi (M.) Romanorum imperatoris invictissimi[h]. ⁞

40 In cuius rei testimonium presentes scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, II. Kalen.[i] Iulii, indictione X[k], anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

Ego[l] frater Henricus Tridentinus episcopus sacre imperialis aule cancellarius vice domini Henrici Coloniensis archiepiscopi per Italiam archicancellarii recognovi[l].

45 **813.** a) ⁞ Heinricus ⁞ 2. b) fav. div. 2. c) Eberhardi 2. d) Bôngarten *semper* 2. e) dilectorum 2. f) cōmunitas 2. g) opidi 2. h) Testes—invictissimi *desunt* 2. i) Kal. 2. k) decima 2. l) Ego—recognovi *desunt* 2.

1) *Böhmer, Reg. Heinr. 447 et supra nr. 795.*

814. *MANDATUM ADVOCATO PROVINCIALI MISSUM.* *Iul. 1.*

Autographon eiusdem tabularii nr. 4 signatum denuo descripsimus. Sigillum deest, quod olim pendebat loro membranaceo. In verso nihil exaratum est. — Böhmer, Reg. Heinr. 492. *(P. deest.)*

Heinricus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus nobili viro . . advocato provinciali Alsacie, qui est vel pro tempore fuerit, et eorum substitutis fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Imperialis excellencie [nostr]e dignitatem condecet, quod personas Deo dicatas et monasteria quecunque in laudem Dei et honorem sanctorum suorum constructa in graciis et largicionibus sibi pie collatis a nobis conservemus illesas ipsasque per nostre potentie manum fortem in possessionem earundem inductas in esse pacifico et statu stabili defendamus. Quocirca fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus[a] sub obtentu gracie nostre vobis nichilominus iniungentes, quatinus religiosos viros abbatem et conventum monasterii in Bômgarten Cysterciensis ordinis Argentinen. dyoc. in possessionem corporalem iuris patronatus ecclesie in Brunner prope Sletzstat dicte dyocesis necnon in possessionem montis dicti Eychelberg siti iuxta monasterium predictum, que dum nobis et imperio pertinerent, ipsis ob remedium anime quondam inclite Margar(ete) Romanorum regine karissime consortis nostre largiti sumus, litterarum auctoritate nostrarum[1] inducatis et inductos defendatis efficaciter in eisdem. Et specialiter nedum in possessione plena et pacifica predictorum iuris patronatus ecclesie in Brunner et montis dicti Eychelberg, sed in omnibus possessionibus, bonis et rebus dicto monasterio in Bômgarten pertinentibus prefatos abbatem et conventum ibidem functi auctoritate nostri culminis manutenere et defendere nullatenus omittatis. Non permittentes ipsis super premissis contra litterarum nostrarum tenorem a quoquam impedimentum vel obstaculum interponi aut iniuriam aliquam irrogari, sicut indignacionem nostram volueritis evitare. Presencium testimonio litterarum.

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, Kalen. Iulii, anno Domini MCCCXII. regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

815—823. TRACTATUS UNIONIS CUM FRIDERICO REGE TRINACRIAE ITERATI.

1312. Iul. 4.

Cf. iam supra nr. 765. 766.

Ad edenda scripta imperatoris ad hos tractatus spectantia, quae sola servata sunt, praesto nobis fuerunt:

1) *exempla, quae ex apographis fasciculi chartacei tabularii Barcinonensis, de quo v. iam supra ad nr. 101—104, 'nr. 4387' signati parata nobiscum benivolenter communicavit vir cl. Henricus Finke; in dorso fasciculi leguntur manu coaeva scripta:* Inter

814. a) mu *corr. ex* nte *or.*

1) *Böhmer, Reg. Heinr. 447 et supra nr. 795 et 813.*

imperatorem et regem Fredericum ac regem Robertum; *sed textus documentorum nr. 817 et 820 non integros vir cl. exemplavit;*

2) cod. Monac. lat. 21242 (Ulm. 42), de quo v. supra ad nr. 676, fol. 85 sq. E quo iam edidit Guilelmus Meyer Spirensis l. c. XIX, 88 sqq. Documenta nostra in hoc codice plus minusve ad modum formarum redacta vel decurtata sunt.

Supersunt in solo 1 documenta nr. 815. 817. 820. 821; nr. 816. 818. 819 servantur item in 2; nr. 822 in solo 2 traditur.

De scriptis ex parte regis Trinacriae editis v. Indicem infra nr. 823. De homagio ipsius internuntii v. infra nr. 825. 826.

815—822. *SCRIPTA EX PARTE IMPERATORIS EMISSA.*

815. *PROCURATORIUM IMPERATORIS DE UNIONE CONTRAHENDA.*

Servatur in solo 1 sub nr. 1.

Procuratorium de eadem re ex parte regis Trinacriae emissum notatur in Indice infra nr. 823 sub nr. 22. *(P. deest.)*

Henricus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus.

Notum facimus presencium inspectoribus universis, quod cum per nodum dilectionis amice et mutuam confederacionem principum inter subiectos pacis pulchritudo, patrie commodum, terrarum et regnorum stabilitas et firmatio necnon quies et tranquillitas ac rei publice utilitas per consequens salubriter procurari speretur, confisi de fide, prudencia et legalitate nobilis viri Henrici de Flandria marescalci magne imperialis nostre curie, consanguinei et fidelis [nostri] karissimi, in presencia venerabilium Baldewini Treverensis[a] archiepiscopi germani nostri, Henrici Trident(ini) cancellarii nostri et fratris Nicolai Botront(ini) episcoporum ac illustrium Rud(olfi) comitis palatini Reni ducis Bavarie[b] et Amedei comitis Sabaudie principum nostrorum karissimorum ac spectabilium et nobilium virorum Lud(ovici) de Sabaudia alme Urbis senatoris, Iohannis comitis de Foresio[c] et Robberti de Flandria, Ioffridi de Liningen magistri curie nostre ac Ditherii comitis Kaczenellembogen consanguineorum et fidelium nostrorum dilectorum ad hoc testium vocatorum, constituimus, facimus et ordinamus memoratum Henricum nostrum procuratorem legitimum et specialem presentem et in se hanc procuracionem voluntarie recipientem ad ineundum, tractandum et efficaciter faciendum procuratorio nomine predicto ad honorem Dei et sacrosancte Romane ecclesie unionem mutuam, amiciciam et confederacionem inter nos ex una parte et excellentem principem Fridericum regem Trinacrie illustrem amicum nostrum karissimum ex parte altera per omnem viam et modum, qui sibi magis videbitur expedire, ac factam, initam et firmatam promissionibus, obligacionibus et penis quibuscunque, prout oportunum fuerit, necnon etiam iuramentis super animam nostram vallandum. Dantes ei in premissis et quolibet premissorum et ea etiam contingentibus plenam, generalem et liberam potestatem. Volumus etiam, quod predictus Henricus procurator noster ita plenam, generalem et liberam in premissis habeat potestatem, quod si forte aliqui casus sive articuli essent in presentibus necessario exprimendi, sine quorum expressione dicta unio, amicicia et confederatio tractari, fieri, firmari et perfici non valeret, omnes hii casus et articuli et quilibet eorum in presentibus comprehendantur et specialiter intelligantur, ac si in eis essent nominati particulariter et distincti. Promittentes firma, rata et grata habere, tenere et inviolabiliter observare omnia et singula, que in premissis ac quolibet premissorum dictus procurator in hiis duxerit faciendum. In

815. a) Treuareñ 1. b) Bauerie 1. c) Foresti 1.

cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, IIII. Nonas Iulii, indictione X, anno Domini MCCCXII, regni nostri anno IIII, imperii vero primo.

816. *SCRIPTUM FOEDERIS.*

5

Exemplar imperatoris servatur in 1 sub nr. 2 et 2 fol. 85. Ex 2 edidit Guilelmus Meyer l. c. XIX, 90 nr. 11.

Scripta tam internuntii quam ipsius regis Trinacriae notantur in Indice infra nr. 823 sub nr. 5 et 17. *(P. deest.)*

Henricus[a] etc. universis presentes[b] litteras inspecturis gratiam suam et omne 10 bonum[b].

(1) Dum attente* conspicimus, dum infra pectoris nostri claustra revolvimus debitum sacri Romani imperii nobis crediti, hoc in nostris votis geritur, in hiis studii sedulitate nos urget instancia, ad ea mens nostra et desideria se coaptant, ut mature ac provide exponentes in huiusmodi exolucione debiti nos et nostra, que laudem divini nominis, 15 exaltacionem et statum sancte Romane ecclesie matris nostre ac prefati imperii necnon reipublice ac fidei ortodoxe defensionem, commodum et augmentum respiciant, peragamus et sic omnibus fructificemus salubriter, quod sapiat singulis fructus noster*. (2) Attendentes itaque** devocionis et benivolencie zelum ac clare constantie nexum, quibus illustris Fridericus rex Trinacrie princeps et amicus noster karissimus sanctissimo patri 20 domino summo pontifici et ecclesie memorate necnon nobis et imperio retro continuatis temporibus coppulatur, ac etiam quod catholicus et christiane fidei propagator heretice pravitatis fasciculos ubique persequitur et dissolvit, et pro nobis et imperio circa recuperacionem et redempcionem illius Terre Sancte Christi Ihesu sanguine precioso resperse[c], que manu polluta canina facta est sub tributo et ancillaria Sarracenis, in cuius memoria 25 vehementi ad compassionem movemur et sentimus acutas in animo punctiones, erit virtutis et potentie nostre nobile membrum, ac alias suas dotes, quibus eum eternus Opifex fecundavit, et cum eo unionem, confederacionem et amiciciam animo libenti habemus et ipsum tanquam corporis nostri partem diligimus et amamus**. (3) Sane quidem† cunctis volumus esse notum, quod nos premissorum intuytu in quam plurium 30 venerabilium personarum, archiepiscoporum, episcoporum et aliorum prelatorum, principum, baronum, nobilium et aliorum presencia per nobilem virum Henricum de Flandria magne imperialis nostre curie marscalcum, consanguineum et fidelem necnon procuratorem nostrum ex una parte et rex Fridericus predictus per spectabilem virum Manfridum de Claromonte comitem Mohac eiusdem regis senescalcum, procuratorem suum ex altera, 35 habentes super hoc tam a nobis quam ab ipso rege plena et specialia mandata†, ad invicem fecimus, inivimus, contraximus et firmavimus unionem, confederacionem et mutuam ac perfectam[d] amiciciam per nos et ipsum regem ac nostros et ipsius heredes bona fide observandas perpetuo, in hunc modum videlicet quod quia idem rex Fri-

*) *loco* Dum attente—fructus noster 2: Dum attente conspicimus . . de verbo ad verbum ut 40 supra in precedenti littera[1] usque ad narracionem.

**) *loco* Attendentes itaque—et amamus 2: Attendentes itaque ut supra per omnia, excepto eo quod ubi dicit in superiori[1] cum eo amiciciam et parentelam dicas hic cum eo unionem, confederacionem et amiciciam et animo libenti habemus et ipsum tanquam etc.

†) *loco* Sane quidem—specialia mandata 2: Sane ut supra[1] usque ad litteram ubi conti- 45 netur specialia mandata, sponsalia et matrimonium dic hic ad invicem *etc.*

816. a) Heinricus 2. b) *loco* presentes—bonum 2: et cet. c) respersam 1. 2. d) perpetuam 2.

1) *Scilicet nr. 818.*

d(ericus) promisit se nostrum verum et fidelem amicum existere et, veluti bonus princeps et fidelis ac verus amicus tenetur imperatorem et amicum suum iuvare, tam per terram quam per mare nos iuvabit, nos vice versa ipsum regem Fridericum, sicut imperator debet principem et amicum suum iuvare*, similiter tam per terram quam per mare iuva-
5 bimus ac bonus et fidelis amicus[e] et adiutor sibi erimus. (4) Promittentes ad invicem scilicet unus alteri, in quantum commode fieri poterit, consiliis et favoribus oportunis assistere propriis in expensis contra quoscunque reges, principes, barones, milites singulasque personas, civitates, communitates, universitates, castra et loca cetera, quocunque nomine nuncupantur[f]. Exceptis sanctissimo in Christo patre domino Clemente divina
10 providentia[g] papa V. et sancta Romana ecclesia, quos tam nos quam idem rex Fridericus[h], ac illustribus principibus Philippo[i] rege Francie[k] et successoribus suis regibus Francie[k], quos nos imperator excipimus, et Iacobo[l] rege[m] Aragonum[n] fratre predicti regis Friderici et successoribus ipsius regibus Aragonum[n], quos ipse rex Fridericus excepit, et hoc in casibus et negociis propriis ipsos reges Francie[k] et Aragonum[n] et
15 ipsorum regna principaliter tangentibus. Eo etiam de beneplacito nostro excepto quod idem rex Fridericus racione huiusmodi unionis in Alamannia[m][o] iuvare vel accedere non cogatur.

(5) Que omnia et singula supradicta per dictos procuratores vice nomineque nostre et dicti regis Friderici sollennibus[p] stipulacionibus intervenientibus contracta, inita et
20 promissa ad invicem et in animas nostras iuramento vallata ratificamus, approbamus, ea omnia habere, tenere, observare et adimplere perpetuis temporibus promittentes. *In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, IIII. Nonas Iulii, indictione X, anno Domini
25 MCCCXII, regni nostri anno IIII, imperii vero primo.

817. *PROCURATORIUM IMPERATORIS DE MATRIMONIO COMPLENDO.*

Servatur in solo 1 sub nr. 3.

Procuratorium de eadem re ex parte regis Trinacriae emissum in Indice infra nr. 823 sub nr. 21 notari videtur.

30 *Cf. iam supra Procuratorium nr. 751, cuius textus in nonnullis enuntiatis cum nostro concordat.* *(P. deest.)*

Henricus divina favente clemencia etc.

Notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod nos confisi de fide, prudencia et legalitate nobilis viri Henrici de Flandria marescalci magne imperialis nostre
35 curie [consanguinei et fidelis nostri karissimi, in presencia venerabilium Baldewini[a] Treverensis[b] archiepiscopi germani nostri, Henrici Trident(ini) cancellarii nostri et fratris . . Botrontin(i) episcoporum ac illustrium Rud(olfi) comitis palatini Reni ducis Bavarie[c] et Amedei comitis Sabaudie principum nostrorum karissimorum ac spectabilium et nobilium virorum Lud(ovici) de Sabaudia alme Urbis senatoris, Iohannis comitis de Foresio[d] et

40 *) *abhinc* 2: In cuius rei etc. Datum loco, die et anno ut[q] supra in p[re]cedenti[1] littera.

816. e) amicus fidelis *signo transponendi posito* 2. f) nuncupentur 2. g) div. prov. *deest* 2. h) Fredericus 1. i) Ph. 2. k) Franc. 2. l) Iac. 2. m) regem 2. n) Aragon. 2. o) Alemanniam 2. p) sollempn. 2. q) *corr. ex* quo 2.

45 **817.** a) Balderami 1. b) Treuareñ 1. c) Bauiorie 1, *ubi in margine eadem manu adduntur haec, post deleta:* In hystoriis Longobardorum dicitur Baueria Barroaria ut dux Barroariorum. d) Foresti 1

1) *Scilicet nr. 818.*

Robberti de Flandria, Ioffridi de Liningen magistri curie nostre ac Ditherii comitis Kaczenellembogen consanguineorum et fidelium nostrorum dilectorum ad hoc testium vocatorum][e] constituimus, fecimus et ordinavimus, facimus et ordinamus eundem Henricum nostrum procuratorem legitimum et nuncium generalem et specialem presentem et in se huiusmodi procuracionem voluntarie suscipientem ad tractandum, contrahendum 5 et perficiendum procuratorio nomine predicto sponsalia et matrimonium vel tractatum eorundem inter inclitam Beatricem filiam nostram karissimam ex una parte et spectabilem Petrum primogenitum excellentis principis Friderici regis Trinac[r]ie illustris amici karissimi nostri ex altera. Et ad promittendum, constituendum et assignandum[f] dotem constituendam dicte filie nostre pro predicto rege seu filio suo contemplacione dicti 10 matrimonii et versa vice ad recipiendum promissionem et assignationem donationis propter nuptias seu dotalicii pro nobis pro predicta filia nostra et ad suscipiendum obligacionem et cautelam predicte donacionis propter nupcias a predicto rege pro nobis et dicta filia nostra et ad obligandum nos curaturos et facturos, ut ipsa sponsalia et matrimonium compleantur et consumentur. Et ad iurandum in animam nostram 15 procuratorio nomine predicto, diligenter nos attendere et curare debere, quod omnia et singula commissa effectualiter compleantur, et versa vice ad exigendum et recipiendum pactum et iuramentum a predicto rege pro predicto filio suo, quod predicta omnia et singula compleantur cum effectu. Dantes eidem Henrico procuratori nostro generale et speciale, liberum et expressum mandatum ad contrahendum, tractandum et perficien- 20 dum, quecumque ad essenciam contractus huiusmodi sponsalium et ma[trimo]nii et[g] ad ipsorum solennitatem requiruntur, ac omnia et singula faciendum, que nos ipsi faceremus et facere deberemus vel possemus et que natura et qualitas huius negocii exigit et requirit [pr]o predictis sponsalibus et matrimonio contrahendis et perficiendis, et omnia alia faciendum, que speciale requirunt mandatum. Et promittentes gratum, ratum et 25 firmum nos semper habere, tenere et inviolabiliter observare, quicquid per predictum procuratorem et nuncium nostrum fuerit tractatum et ordinatum ut supra, sub ypotheca omnium rerum nostrarum, et contra ea, que memoratus procurator et nuncius noster fecerit circa prefata sponsalia, matrimonium, donacionis propter nupcias et dotis constitucionem et assignacionem ac obligacionem nostram, per nos vel alium ullo umquam 30 tempore directe vel indirecte seu quomodolibet non venire, immo potius facturos et curaturos, ut premissum est, omnia et singula supradicta per nos et dictam filiam nostram fieri et compleri. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, IIII. Nonas Iulii, indictione X, anno Domini 35 MCCCXII, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

818. *SCRIPTUM SPONSALIORUM.*

Exemplar imperatoris servatur in 1 sub nr. 4 et 2 fol. 85. Ex 2 edidit Guilelmus Meyer l. c. XIX, 88 nr. 10. Capita 1 et 2 concordant supra cum nr. 816 cap. 1 et 2.

Scripta tam internuntii quam ipsius regis Trinacriae notantur in Indice infra 40 *nr. 823 sub nr. 7 et 19. Cf. etiam litteras Balduini archiepiscopi Treverensis post imperatoris mortem scriptas, a. 1314. Sept. 28 ut videtur vindicandas, quas vulgavit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 771 nr. 1108.* *(P. deest.)*

Henricus[a] divina[b] favente clementia universis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum[b]. 45

817. e) *uncis inclusa nostro Marte posuimus ex nr. 815 repetita, cum in apographis* 1 *omissa sint.* f) assignandi *apogr.* g) eorum que *add.* 1; *sed cf. supra pag. 739 lin. 8.*

818. a) Heinricus 2. b) *loco* divina—bonum 2: etc. universis etc.

(1) Dum attente conspicimus, dum infra pectoris nostri claustra revolvimus debitum sacri Romani imperii nobis crediti, hoc in nostris votis geritur, in hiis studii sedulitate nos urget instantia, ad ea mens[c] nostra et desideria se coaptant, ut mature et provide exponentes in huiusmodi exolutione debiti nos et nostra[d], que laudem 5 divini nominis, exaltationem et statum sancte Romane ecclesie matris nostre ac prefati imperii necnon reipublice ac fidei orthodoxe defensionem, commodum et augmentum respiciunt, peragamus et sic omnibus fructificemus salubriter, quod sapiat singulis fructus noster. (2) Attendentes itaque devotionis et benivolencie zelum ac clare constantie nexum, quibus illustris Fridericus rex Trinacrie princeps et amicus noster karissimus 10 sanctissimo patri . .[e] domino summo pontifici et ecclesie memorate necnon nobis et imperio retro continuatis temporibus copulatur[f], ac etiam quod catholicus et christiane fidei propagator heretice pravitatis fasciculos[g] ubique persequitur et dissolvit, ac quod[h] nobis et imperio circa recuperacionem et redempcionem illius Terre Sancte Christi Ihesu sanguine pretioso resperse[i], que manu polluta canina facta est[c] sub tributo et 15 ancillaria Sarracenis, in cuius memoria vehementi ad compassionem movemur et sentimus acutas in animo punctiones, erit virtutis et potentie nostre nobile menbrum valde, ac alias suas dotes, quibus eum eternus opifex fecundavit, et cum eo amiciciam et parentelam animo libenti habemus et ipsum tanquam corporis nostri partem diligimus et amamus. (3) Sane quidem[c] cunctis volumus esse notum, quod nos premissorum 20 intuytu in quam plurium venerabilium personarum, . .[e] archiepiscoporum, . .[e] episcoporum et aliorum[c], . .[e] prelatorum, . .[e] principum, baronum, nobilium et aliorum presentia per nobilem virum H(enricum) de Flandria magne imperialis nostre[c] curie marscalcum, consanguineum et fidelem necnon[k] procuratorem nostrum ex parte una et rex Fridericus predictus per spectabilem virum Manfredum de Claromonte comitem Mohac eiusdem 25 regis senescalcum, procuratorem suum ex altera, habentes super hoc[l] tam a nobis quam ab ipso rege plena et specialia mandata, sponsalia et matrimonium per verba de presenti iuxta sacrorum canonum instituta inter inclitam Beatricem filiam nostram karissimam ex parte una et spectabilem Petrum prefati regis Friderici primogenitum ex altera contraximus et firmavimus cum dote et dotalicio seu donatione propter nuptias, quas statuendas 30 duxerimus et secundum quod idem comes procuratorio nomine predicti[m] regis Friderici arbitrio nostro ordinandum[n] tam in quantitate et modo securitatis et assignationis quam de loco vel locis, in quo vel in quibus in quacumque parte terre dicti regis, quam habet vel habiturus est, ipsam dotem et donationem propter nuptias seu dotalicium voluerimus assignari. Hoc tamen salvo quod si heredes de predicto matrimonio supersint, ad ipsos 35 huiusmodi dos et donatio propter nuptias seu dotalicium, alioquin ad ipsos dantes pervenire debeant et redire. (4) Firmiter promittentes, sponsalia et matrimonium predicta cum dote et donatione propter nuptias statuendis modo et loco predictis dictorum procuratorum stipulacionibus intervenientibus, iuramentis prestitis in animas nostras vallata, firma et rata[o] habere[p], tenere[p], observare et[q] taliter facere et curare, quod pre- 40 dicta sponsalia et matrimonium suum effectum optatum et debitum assequantur. In cuius rei testimonium presentes[r] litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri[r].

Datum Rome apud Sanctam Sabinam, IIII.[s] Nonas Iulii, indictione X, anno Domini MCCCXII, regni nostri anno IIII[t], imperii vero primo.

45 **818.** c) *deest* 2. d) *sequitur deletum* mens 2. e) . . *deest* 1. f) coppulatur? 1. g) fasciculas 2. h) *loco* ac quod 1: et pro. i) respersam 1. 2. k) nostrum 2. l) super hoc *post* rege 2. m) dicti 2. n) ordinandam 2. o) et rata firma 1. p) et *add.* 2. q) ac 2. r) *loco* presentes—communiri 2: etc. s) III. *male* 2. t) quarto 2.

819. *COMMISSIO OFFICII ADMIRATIAE.*

Servatur in 1 *sub nr.* 5 *et* 2 *fol.* 85'. *Ex* 2 *edidit Guil. Meyer l. c. XIX, 91 nr. 12.*
Scripta fidelitatis ut videtur ad hanc commissionem spectantia tam internuntii quam ipsius regis Trinacriae notantur in Indice infra nr. 823 sub nr. 8 et 18. *(P. decst.)*

Henricus[a] divina favente clemencia[b] etc. illustri Friderico regi Trinacrie principi 5 et amico suo karissimo salutem et sincere dilectionis affectum.

(1) Multipharie multisque modis[1] in omni mansuetudine et lenitate studia et vias exquirimus, per que miserabilis orbis condicio status instabilis, dudum varie fortune livoribus lacessita ac frequenti tyrampnorum[c] mutabilitate depressa, propulsis undique turbacionibus[d] et quiescentibus[e] nephariis mocionibus, que ubique[f] terrarum et quoque 10 locorum flante errorum turbine procellarunt, ad prioris culmen honoris, pacis et quietis ocia reducatur, ecclesie sancte Dei promoveatur gloria et procedat tuicio et devocio fidei christiane, rebellium supprimatur[g] intencio et contradictores ecclesie contremiscant, pereat scismatica pravitas et detestabilis pravitatis heretice supersticio ac fides Maumettica[h] confundatur, percurrat maris undas[i] secura navicula firmis armata remigiis et, dum 15 imperii adheret anchoris, committat impavide vela ventis. Ad que, licet desideremus in hiis nostram adhibere presenciam, ut quo mente ferimur[k], ibi presencialiter existentes divina fulti potencia proprios pro evidencia operis explicaremus affectus, tamen quia adesse in omnibus ingruencium negociorum universalis imperii varietas non permittit, eos in talibus mature assumimus in sollicitudinis nostre partem, quos magnanimitas, 20 potencia et voluntas insimul concurrentes decorant et reddunt iuxta cor nostrum per rerum experienciam comprobatos. (2) Igitur quia vobiscum affinitatem, unionem, confederacionem ac mutuam amiciciam contraximus et fecimus nuper, quas credimus perpetuo duraturas, et quia speramus vos in premissis, ad que specialis animi compunctio nos coartat[l], ingi fideli et legali exercicio[m] et conamine Domino permittente perficere, ideo 25 ad vos nostre convertimus[n] deliberacionis intuytum[o] et[p] in vestrarum[q] consideracione docium vobis a Deo in habundancia concessarum, de ipsius Omnipotentis inmensa benignitate sperando, nostre mentis anxietate vacante, vos premissorum intuytu et ob causas predictas supremum[r] et generalem nostrum et sacri Romani imperii facimus maris et constituimus quoad vixeritis admiratum[s] et officium a[d]mirati[t] imperii, curam in hoc 30 et omnia et singula, que ad ipsum officium pertinent et pertinere consueverunt et debent, tam in mari quam in terra, bene legaliter et fideliter exercendi, administrandi, procurandi et exequendi per vos et[u] alios, prout honori, commodo et augmento nostro[v], imperii et[w] reipublice expediens fuerit et etiam oportunum, vobis committimus plenam[x] et liberam potestatem[y]. (3) Recepto a spectabili viro Manfrido[z] de Claromonte comite Mohac 35 senescalco vestro, dictum officium vestri procuratorio nomine acceptante, de ipso officio ut premittitur bene, fideliter et legaliter exercendo in animam vestram debito iuramento. In* cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Rome aput Sanctam Sabinam, IIII. Nonas Iulii, indictione X, anno Domini 40 MCCCXII, regni nostri anno IIII, imperii vero primo.

*) *abhinc* 2: In cuius rei testimonium etc. Data ut supra in precedenti prima[2].

819. a) Heinricus 2. b) div.—clem. *desunt* 2. c) tyrannorum 2. d) turbantibus 2. e) quienscentibus 2. f) ubilibet 2. g) subpr. 2. h) Machometica 2. i) undas maris 2. k) *ex* ferimus 2. l) cohartat 1. m) excerc. 2. n) aciem mentis et *add.* 2. o) intuitum *semper* 2. 45 p) ut 2. q) vestrorum 2. r) suppr. 2. s) ammiratum 2. t) amirati 1. 2. u) *sequitur* vos *subpunctum* 2. v) et *add.* 2. w) ac 2. x) comm. plen. vobis 2. y) facultatem 2. z) Manfredo 2.

1) *Cf. Hebr. 1, 1.* 2) *Supra nr. 818.*

820. *MANDATUM DE EODEM VENETIS ALIISQUE DIRECTUM.*
Ex solo 1 *sub nr.* 6. *(P. deest.)*

Henricus divina favente clemencia etc. egregio viro duci et nobilibus ac prudentibus viris sapientibus, consilio et communi Venetorum ac omnibus aliis et singulis sacri 5 Romani imperii fidelibus ceterisque, ad quos littere presentes pervenerint, graciam suam et omne bonum.

(1) Habentes ad personam illustris Friderici regis Trinacrie principis et amici nostri karissimi utpote nobis affinitate et amicicia cara coniuncti sincere dilectionis affectum ac sperantes fiducialiter, quod officium sibi commissum laudabiliter exercere debeat, 10 ipsum supremum et generalem nostrum et sacri Romani imperii fecimus maris et constituimus admiratum ac officium admirati imperii, curam super hoc [et] omnia et singula, que ad ipsum officium pertinent . . . . . .[a] (2) Ideoque universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente vobis nichilominus districte precipiendo mandantes, quatinus eidem admirato vel substituto seu substitutis suis in omnibus, que ad dictum 15 officium spectare noscuntur, pareatis devote et efficaciter intendatis. Alioquin penas, quas idem rex iuste in rebelles inflixerit, ratas habebimus et faciemus actore Domino inviolabiliter observari. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, IIII. Nonas Iulii, indictione X, anno Domini 20 MCCCXII, regni nostri anno IIII, imperii vero primo.

Henricus etc. nobilibus et prudentibus viris vicario, ancianis, consilio et com[m]uni Pisan(o) ac omnibus aliis et singulis sacri Romani imperii fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, graciam suam et omne bonum.

Habentes etc. per omnia sicut supra.

---

25 Henricus etc. nobilibus et prudentibus viris vicario, abbati, consilio et communi Ianue ac omnibus aliis et singulis sacri Romani imperii fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, etc.

821. *LITTERAE IMPERATORIS DE FACTO ROBERTI REGIS SICILIAE.*
Ex solo 1 *sub nr.* 7. *Cf. infra nr.* 847. *(P. deest.)*

30 Henricus etc. illustri Friderico regi Trinacrie principi, amico et admirato suo karissimo salutem et sincere dilectionis affectum.

(1) Cum iusticiam colimus excessus corrigimus, benemeritos [prem]iamus[a], nostrum floret imperium, et delinquendi audaciam aliis tollimus, cum contra criminosos procedimus ipsorum facinora penis debitis corrigendo. Sane notum fieri vestre volumus 35 amicicie, quod cum Robbertus rex contra nostram regiam et imperatoriam maiestatem plura et gravia commiserit sine omni iusta vel racionabili causa, eciam colore excusacionis carente, tam in Urbem Iohannem fratrem suum et gentem mittendo, ut coronacionem nostram penitus impediret, homines nostros hostiliter sepius invadendo et occidendo ac in presencia nostra in transitu Pontis Mollis sagittando, portas, vicos et alia 40 loca, quibus ad basilicam Sancti Petri accessus consuevit haberi, muris, barris et arma-

820. a) *reliqua, quae supra cum pag. 822 lin. 31 sq. convenire videntur, in 1 omissa sunt; quae hic ponere non posse dolemus.*

821. a) *uncis inclusa evanuerunt* 1.

torum custodiis obstruendo, ut prefatam nostram coronationem contra Deum et iusticiam in dedecus et contemptum sancte Romane ecclesie et illusionem decreti sanctissimi patris domini Clementis pape V. necnon sacri Romani imperii preiudicium et gravamen possent efficaciter impedire, quam alibi per Ytaliam civitates nostras, castra et terras imperii invadendo et occupando, cum nobis et imperio rebellibus contra nos et imperium societates, uniones, ligas et conspiraciones privatim et publice faciendo, et alia plura commiserit, que omnia notoria sunt et que nulla possunt tergiversacione celari, propter que ipsum in crimen lese maiestatis ipso facto non est dubium incidisse, nos igitur, ne tanta crimina remaneant impunita et sic facilitas venie aliis in posterum incentivum tribuat delinquendi, ipsum Robbertum regem sepedictum inte[n]dimus[1] declarare secundum consuetudinem curie nostre in crimen dicte lese maiestatis ipso facto incidisse, bellum iustum ex iam dictis causis eidem indicendo. (2) Et quia non valeret nostre declaracionis disposicio, nisi ipsa congruis remediis execucioni demandaretur, providimus ad correctionem et punicionem predictorum reges, seculi principes, duces, marchiones, comites, barones et alios fideles imperii convocare, qui tam iure divino [et] naturali quam nostro civili ac debite equitatis exigencia tenentur in predictis nos iuvare et sepedictum Romanum imperium, quod umbra alarum suarum omnes alios seculares principes protegit et excivit[b]. Quare considerata per nos vestra fama laudabili [et] affectione purissima, quam vos et vestri antecessores ad sanctam Romanam ecclesiam et imperium hactenus habuistis et adhuc habetis, super memoratis vestra auxilium et consilium invocamus, vos requirentes, quatinus prout de iure ex officio vestre admiratie[c] tenemini, vestras partes interponatis, ut correctis prefatis excessibus sepedictus Robbertus rex alia similia et exemplo pene ipsius quilibet alius contra nos, successores nostros et sacrum Romanum imperium formidet temere attentare, ipsumque taliter habeatis, ut formidine pene de cetero tale sit delinquere volentibus in exemplum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Rome aput Sanctam Sabinam, IIII. Nonas Iulii, ind. X, anno Domini MCCCXII, regni nostri anno IIII, imperii vero primo.

822. *LITTERAE EIUSDEM DE FACTO TUSCORUM.*

Ex solo 2 fol. 85'. *(P. deest.)*

Heinricus etc. illustri Frid(erico) regi Trinacrie affini, admirato, principi et amico suo karissimo et cet.

Quia Florentinorum, Lucanorum[a] et Senen(sium) nostrorum et sacri Romani imperii rebellium iniquitas sic excrevit, quod ipsi inmemores beneficiorum multiplicium, que ab eodem imperio hactenus iugiter receperunt, non advertentes, quid periculi sit eis inprovisa temeritas allatura, presumpserunt contra nos et imperium calcaneum prodicionis et rebellionis erigere et accensi spiritu Sathane pro posse queque obstacula nobis et dicto imperio incessanter ministrare, crimen lese maiestatis propterea committentes, propter quod nos nec mirum graves ex tanta offensione sencientes in corde puncturas, credidimus ipsos salubribus monitis et inductionibus ad bonum obediencie revocare ipsosque tam per litteras quam ambaxatores nostros sollempnes requiri fecimus et moneri, ut ab huiusmodi rebellione cessantes ad mandata et gratiam imperii gradirentur. Tandem ipsis nostra salubria monita et precepta deducentibus temere in contemptum, ad eorum conterendam proterviam certos processus[2] contra ipsos fecimus,

821. b) excedit 1. c) vestri admiratii 1.

822. a) Lucani c.

1) *Cf. infra nr. 847 et ea quae ibidem in prooemio citavimus ex Nicolao Botrontinensi.* 2) *Supra nr. 715. 716. 768.*

graves senteneias et penas iuxta demeritorum exigeneiam continentes, quas nisi infra certum peremptorie terminum eis prefixum plene ad mandata imperii reverterentur, ipsos decrevimus incurrere ipso facto. Quod semper facere neglexerunt. Igitur ad eorum intencionem et contumeliam edomandam, ne quod ab eis incaute committitur, 5 trahatur aliis in exemplum, vos, quem nuper nostrum et imperii suppremum et generalem maris constituimus ammiratum et cum quo unionem, confederacionem et bonam amiciciam perpetuo dante Domino[b] duraturam contraximus, ut in quantum poteritis et debetis, contra predictos Florent(inos), Lucanos[c] et Senen(ses) rebelles, bannitos et proditores nostros et imperii, contra quos eciam certis ex causis iustum bellum indiximus 10 ac eorum fautores, coadiutores et sequaces et eorum res bonaque procedatis tam per mare quam per terram, tenore presencium requirimus et mandamus. In cuius etc.

Datum ut supra[1].

823. *INDEX SCRIPTORUM EX PARTE REGIS TRINACRIAE EMISSORUM.*

Seriem scriptorum, quam iam hic proponere liceat, deprompsimus ex Indice docu- 15 *mentorum a. 1313. a Bernardo de Mercato confecto, de quo v. supra ad nr. 298. Quem denuo accuratissime contulimus. In margine omnibus documentis adiectum est:* p̃ (= portatur, *ut crediderim). Cf. Doenniges l. c. II, 112 sq. Partim ut videtur non approbata, partim posterius emissa esse videntur.*

Has viginti duas litteras omnes deperditas esse sane dolemus[2]. *(P. deest.)*

20 1. Procuratorium comitis de Claromonte ex parte regis Frederici ad promittendum domino imperatori solutionem C[M] flor(enorum).

Item novem paria litterarum sigillatarum sigillo comitis de Claromonte procuratoris regis Frederici, videlicet

2. Littera dicti comitis procuratorio nomine pro rege Fr(ederico) de promissione 25 facta de incipienda guerra viva per ipsum regem[a].

3. De certo modo faciendo concordiam[b] cum rege Roberto[c].

4. De certo modo concordiam faciendo contra Robertum.

5. Littera unionis approbat(a)[3].

822. b) dn̄o dante *signo transponendi posito* 2. c) Lucanen. *c.*

30 **823.** a) *mutato ductu post add.* b) *sequitur* approbate *deletum.* c) cum—Roberto *mutato ductu atramento fusciori post add.*

1) *Supra nr. 818.* 2) *In adnotatione ponere liceat ea quae narrat Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 60. Sed nonnulla minus recte referre videtur.* Post sui coronationem dominum Symonem de Regalibus de Pystorio tunc suum cambellannium una cum quibusdam militibus, qui ad Urbem venerant, et fratre 35 Peregrino ex parte regis Federici ad eum missis misit in Sciciliam. Et ut credo, isti primo de parentela facienda inter filium dicti regis et filiam imperatoris sunt locuti ad dictum regem Fredericum et de quibusdam pactis et confederationibus inter eos, de quibus modicum recordor ad presens. Tamen credo, quod postea inter eos pro pueris eorum per procuratores in Roma parentela est iurata et quantum ad dotem et ad omnia concordata. Item recordor, quod dominus imperator habuit de pecunia 40 regis Frederici unam summam magnam florenorum, et de illa dominus Lucas et dominus Ostiensis aliquid in Scicilia habuerunt propter suas expensas. Quantum non recordor. Credo etiam, quod pacta erant inter eos, quod unus tenebatur alium iuvare in ista guerra, quam habebat dominus contra Tuscos et contra regem Robertum. Et credo quod post inceptionem guerre contra regem Robertum unus non poterat pacem facere sine alio, et quod quam diu guerra durabat inter eos, omni anno rex Fredericus 45 tenebatur ei dare L milia florenorum, et de hoc quod contra regem Robertum iuste acquirerent, filius suus cum filia imperatoris debebat habere unam partem, et multa talia. Ista pro certo nescio, quia modicum ad talia habebam cor, sed per intellecta a pluribus ista puto vera esse. 3) *Cf. supra ad nr. 816.*

6. De concordia facienda non obstante contramandato approbate.
7. De parentela approbat(c)[1].
8. Procuratio super officio admirati approbat(a)[2].
9. De contractu matrimonii et promisso, quod filius regis F(rederici) succedat in Regno. 5
10. De incipienda guerra et de danda tercia parte acquisita de Regno a Faro citra.

Item novem[d] paria litterarum sigillatarum sigillo regis Fr(ederici), videlicet[e]
11. Quod[f] barones iurarent domino P(etro) filio regis.
12. De concordia non facienda, nisi insula Sicilie remaneat domino regi Frederico et heredibus suis. 10
13. Quod personaliter tam dominus imperator quam dominus rex F(redericus) invadant Regnum.
14. De solvenda pecunia promissa.
15. De unione tenenda non obstante aliquo mandato.
16. De certo modo faciendo concordiam. 15
17. De unione domini regis[3].
18. De officio admiracie[g, 2].
19. De parentela domini regis[1].

20. Instrumentum quod rex Fredericus testificatur duo sigilla pendencia esse sigilla sua propria sub sigillo secreto[4]. 20

21. Procuratorium comitis de Claromonte pro rege F(rederico) ad tractandum etc. sub sigillo secreto[5].

22. Procuratorium comitis de Claromonte pro rege F(rederico) ad tractandum et iniendum concordiam et amicitiam cum domino imperatore sub sigillo secreto[6].

824—830. HOMAGIA ET PRIVILEGIA DIVERSORUM. 25

1312. Iul. 4.—9.

824. *INFEUDATIO WALTHERI IUNIORIS DE GEROLSECK. Iul. 4.*

Superest in Copiario 'Lahr-Malberg Copialbuch 697' saec. XVI. fol. 27 tabularii generalis Karlsruhani, qui curante illius praefecto denuo collatus est. — Böhmer, Reg. Heinr. 493. 30 *(P. deest.)*

Heinricus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

823. d) *super* octo *deleto; cf. not.* g. e) *sequitur* de *deletum.* f) *sine alinea.* g) De — admiracie *mutato ductu stilo acutiori post add.; cf. not.* d. 35

1) *Cf. supra ad nr. 818.* 2) *Ad nr. 819.* 3) *Ad nr. 816.* 4) *Cf. etiam in Inventario post mortem imperatoris a. 1313. die 27. m. Aug. apud Sanctum Vincentium confecto:* Item X paria litterarum sub sigillo regis Trinacrie de conventionibus habitis inter dominum imperatorem et ipsum de matrimonio et confederatione. Item IX paria litterarum sub sigillo comitis de Claromonte de eisdem negociis. 40
5) *Cf. supra ad nr. 817.* 6) *Ad nr. 815.*

Oculi presidentis in solio subiectorum statum et merita debent prudenter advertere illosque benignius prosequi gratiis dignisque rependiis promovere, quos experta constantia comprobat, inconcussa devotio titulat et exhibitio probata commendat. Sane constitutus in nostre maiestatis presentia nobilis vir Waltherus de Geroltseck iunior fidelis noster 5 dilectus nobis exposuit humiliter supplicando, quatinus cum nobilis vir Waltherus de Geroltseck advocatus noster provincialis pater suus castrum Malburg, situm in der Mortenawe cum omnibus suis pertinentiis, quod idem Waltherus et predecessores sui a nobis et antecessoribus nostris tenebant, in feudum sibi et suis manibus resignavit, ipsum sibi eodem modo in feudum concedere et de eodem investire de solita clementia 10 dignaremur. Nos itaque predicta consideratione commoniti et predicti Waltheri iunioris obsequia, que nobis et imperio exhibuit hactenus et nunc in Italia exhibet et exhibere poterit in futurum, gratiosius attendentes, sibi huiusmodi concedentes castrum cum suis pertinentiis in feudum, ipsum de eodem investivimus et tenore presentium investimus, recepto super hoc ab eodem fidelitatis debite sacramento. In cuius rei testimonium 15 presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Rome apud Sanctam Sabinam, IIII. Non. Iul., indict. X, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

825. 826. *SCRIPTA PRO MANFREDO DE CLAROMONTE. Iul. 5.*

825. *INSTRUMENTUM FIDELITATIS PRAESTITAE.*

20 *Autographon* 1) *a Iohanne de Dyst exaratum servatur inter Acta et collectanea Bernardi de Mercato Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 14'; in verso legitur manu Bernardi scriptum:* Instrumentum fidelitatis Manfredi de Claromonte comitis Mohac. *Item ab ipso Bernardo registratum est* 2) *inter eius Acta et protocolla l. c. 'Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 3, ubi* 25 *rubrum:* de fidelitate comitis Mohac; *cf. iam supra ad nr. 799. 800. Ex* 1 *et* 2 *edidit Doenniges l. c. II, 185 nr. 46; nos denuo contulimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 495.*

(P. deest.)

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo[a] duodecimo, inditione decima, 30 quinta die mensis Iulii. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod in presentia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum propter hoc specialiter vocatorum et rogatorum nobilis vir[b] Manfredus de Claromonte Dei et regia gracia comes Mohac, dominus Ragusie et serenissimi principis domini regis Frederici Trinacrie senescalcus fecit homagium seu fidelitatem serenissimo principi[c] ac 35 domino domino[d] Henrico divina favente clementia Romanorum imperatori semper augusto ac eidem prestitit fidelitatis debitum iuramentum in modum qui sequitur, recepta tamen prius investitura more solito et consueto ab ipso domino imperatore de ducentis marcis argenti recipiendis et solvendis dicto comiti a camera dicti domini imperatoris singulis annis, pro medietate in festo assumptionis beate Marie virginis et pro alia medietate in festo nativitatis Domini, quousque dictus dominus imperator eidem comiti tantam terram 40 assignaverit[1], in qua dictus dominus comes dictam pecunie summam plenarie recipere possit: *Aug. 15.* *Dec. 25.*

825. a) CCC 2. b) *abhinc mutato atramento* 1. c) *excidit* 1. d) . . *add.* 1.

1) *In adnotatione nonnulla ex Nicolai Botrontinensis relatione (ed. Heyck) pag. 79 ponere liceat:* 45 De huiusmodi feodis predictis et comites et alii tenebantur facere servitia imperio secundum modum et formam, quam faciunt illi qui habent feoda talia in regno, licet eis modus et forma gravis et dura

Ego[e] Manfredus de Claromonte Dei et regia gratia comes Mohac, dominus Ragusie et serenissimi domini Frederici regis Trinacrie senescalcus[e] iuro ad hec sancta Dei ewangelia, quod ab hac hora inantea ero fidelis vobis domino Henrico[f] Romanorum imperatori semper augusto, successoribus vestris ac sacro Romano imperio contra omnem hominem, excepto dicto domino Frederico rege Trinacrie. Et quod non ero in consilio vel tractatu, quod perdatis vitam aut menbrum aut aliquem vestrum vel imperii honorem vel quod capiamini mala captione. Et si scivero aliquem vel aliquos illud tractare, pro posse meo impediam et si illud inpedire non potero, vobis revelabo per me vel per meum nuncium vel per meam epistolam[g]. Et si aliquod secretum michi dixeritis aut imponetis, illud nemini pandam ad vestram lesionem. Et si aliquod consilium a me petieritis, illud vobis iustum, bonum et utile dabo secundum meam conscientiam. Et imperium quod habetis et terras et iura vestra et imperii adiutor ero ad manutenendum et defendendum et recuperandum contra omnes. Hec et omnia alia, que in forma sacramenti fidelitatis nova et veteri continentur, attendere et observare promitto. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei ewangelia.

Acta sunt hec Rome, anno, die, mense et inditione predictis, apud Sanctam Sabinam. Presentibus reverendo in Christo patre[h] domino[e] Balduyno archiepiscopo Treverensi, domino Amedeo comite Sabaudie, dominis Roberto[i] nato domini Roberti comitis Flandrie, Henrico de Flandria marescalco domini imperatoris predicti, Bertolo[k] de Spoleto iudice et aliis fidedignis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(S. N.) Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce clericus Leodien. dyoc. sacrosancte Romane ecclesie ac imperiali auctoritate notarius publicus premissis omnibus et singulis una cum Bernardo notario infrascripto et testibus predictis presens interfui et hoc publicum instrumentum inde confeci et scripsi meoque signo signavi rogatus.

826. *PRIVILEGIUM IMPERATORIS.*

Superest in solo codice Monacensi lat. 21242 (Ulm. 42), de quo v. supra ad nr. 676, fol. 85'. Edidit Guilelmus Meyer Spirensis l. c. XIX, 92 nr. 13. Denuo contulimus. (P. deest.)

Heinricus etc. spectabili viro Manfredo de Claromonte comiti Mohac, illustris Frid(erici) regis Trinacrie senescalco et cet.

Quamvis cunctis nostre dicioni subiectis expandamus libenter munificencie nostre sinum, in illos tamen libencius graciam[a] nostre liberalitatis extendimus, quos serviciorum nostrorum continuus labor exagitat et in magnis probatos et arduis illustrium personarum favor et benivolencia coadiuvat. Igitur ob clara tuarum virtutum merita[b] nobis nota et grata servicia, que nobis exhibuisti et exhibere poteris in futurum, volentes personam tuam specialis dono gracie prevenire, ducentas marcas argenti singulis annis, videlicet medietatem in proximo festo assumpcionis beate Marie semper virginis et medietatem aliam in festo nativitatis Domini subsequente, de imperiali camera percipi-

Aug. 15. Dec. 25.

825. e) .. *add.* 1. f) Henricio 1. g) spitolam 2. h) patri 1. i) Robterto 1. k) Bertholo 2.

826. a) grē *c.* b) merita virtutum *signo transponendi addito c.*

videatur aliquibus, et pluribus assignavit eis in illis partibus castra et circa castra magis prope summam datam. Et quia non tot erant castra in sua obedientia sicut milites, eis assignavit de sua camera recipere annuatim, donec in Ytalia in aliquibus locis certis eis predicta assignasset. Omnibus Theotonicis militibus, paucis exceptis, in Alemannia in suis partibus alias terras in feoda assignavit secundum conditiones et merita personarum.

endas per te et tibi solvendas de ea, quousque ipsas provisione nostra previa in terris percipiendas tibi deputaverimus[1], in feodum de liberalitate nostra tibi et tuis heredibus in perpetuum duximus largiendas, recepto super hoc fidelitatis debito sacramento. In cuius et cet.

5 Datum ut supra[2].

827—829. *SCRIPTA AD ARCHIEPISCOPUM ARELATENSEM SPECTANTIA. Iul. 5.—9.*

827. *INSTRUMENTUM FIDELITATIS. Iul. 5.*

Servatur autographon 1) *loco ad nr. 825 citato 'Mazzo 4 nr. 15', item a Iohanne* 10 *de Dyst exaratum; in verso scripsit Bernardus:* Instrumentum fidelitatis archiepiscopi Arelatensis, *itemque alia manus coaeva:* Instrumentum fidelitatis homagii facti domino imperatori Henrico per dominum archiepiscopum Arelatensem in recognicione per eum facta. *Registratum est* 2) *a Bernardo loco supra citato fol. 4, ubi rubrum:* de fidelitate archiepiscopi Arrelatensis; *cf. iam supra ad nr. 799. 800. Ex* 1 *et* 2 *edidit Doenniges l. c.* 15 *II, 186 nr. 47; nos denuo contulimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 494. (P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo tricentesimo[a] duodecimo, indic. decima, quinta die mensis Iulii. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod in presentia serenissimi principis ac[b] domini domini Henrici divina 20 favente[c] clemencia Romanorum imperatoris, mei notarii infrascripti et testium subscriptorum propter hoc specialiter rogatorum et vocatorum personaliter constitutus venerabilis in Christo pater ac dominus dominus Galliardus Dei gratia Arelatensis archiepiscopus, iam dictus archiepiscopus homagium seu fidelitatem fecit domino imperatori predicto ac eidem humiliter et devote more solito nomine suo et ecclesie sue predicte fidelitatis 25 sacramentum prestitit in hunc modum, recepta tamen prius solempni investitura regalium nomine suo et ecclesie sue predicte a dicto domino imperatore per septrum imperiale:

Ego Galliardus Arelatensis archiepiscopus recongnoscens[d] nomine meo et ecclesie Arelatensis, vos serenissimum principem dominum Henricum divina favente clementia Romanorum imperatorem esse et esse debere verum et legitimum dominum tempo-30 ralem, iuro ad hec sancta Dei ewangelia coram me presentialiter[e] preposita, quod ab hac[f] hora[g] inantea ero fidelis vobis et successoribus vestris et sacro Romano imperio tamquam vero et legitimo domino meo temporali. Et quod non ero in consilio vel tractatu, quod perdatis vitam aut menbrum aut aliquem vestrum vel imperii honorem vel quod capiamini mala captione. Et si scivero aliquem vel aliquos illud 35 tractare, pro posse meo impediam et si impedire non potero, illud vobis revelabo per me vel meum nuntium vel per meam epistolam. Et si aliquod secretum michi dixeritis ac[h] inponetis, illud nemini pandam ad vestram lesionem. Et si aliquod consilium a me petieritis, illud vobis iustum, bonum et utile dabo secundum conscientiam meam. Et imperium quod habetis et terras et iura vestra et imperii adiutor ero ad manu-40 tenendum et defendendum et ad recuperandum contra omnes. Insuper confiteor et recognosco nomine quo supra, me tenere et tenere debere regalia ecclesie supradicte

827. a) CCC 2. b) et 2. c) clemente *add.* 1; clemencia *sequ. cancellatum* 2. d) recognosco 2. e) *abhinc mutato atramento* 2. f) *in margine add.* 1. g) ora 2. h) aut 2.

1) *Cf. pag. 827 not. 1.* 2) *Supra nr. 818 (Iul. 4), ut videtur; sed certe eidem diei (Iul. 5) ut supra* 45 *nr. 825 vindicandum est.*

Arelatensis a vobis solo et Romano imperio et non alio et eadem de dominio vestro et imperii aliquo tempore subtrahere[i] non intendam. Consueta quoque servicia et debita vobis et imperio devote et fideliter exhibebo. Hec et alia, que in forma sacramenti fidelitatis nova et veteri continentur, attendere et observare promitto. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei ewangelia. 5

Acta sunt hec Rome apud Sanctam Sabinam, anno, die, mense et indicione predictis. Presentibus venerabili in Christo patre domino Henrico Dei gratia episcopo Tridentino ac cancellario dicti domini imperatoris, Rodulpho duce Bavarie, Luduyco[k] de Sabaudia cenatore alme Urbis, Roberto nato domini Roberti comitis Flandrie, Henrico de Flandria marescalco dicti domini imperatoris viris nobilibus ac dominis Amedeo 10 comite Sabaudie, Manfredo prefecto alme Urbis, magistro Iohanne de Lucidomonte sacre theologie doctore, dominis Homini[l] de Peretulo, Iohanne de Venstinga[m], Bertulo[i] de Spoleto iudicibus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(S. N.) Et ego Iohannes de Dyst dictus de Cruce clericus Leodyensis dyocesis[n] sacrosancte Romane ecclesie et imperiali auctoritate publicus notarius premissis omnibus 15 et singulis una cum dictis testibus presens interfui ac cum magistro Bernardo notario infrascripto et hoc presens publicum instrumentum inde confeci et scripsi meoque signo consueto signavi rogatus.

828. *PRIVILEGIUM IMPERATORIS PRIUS. Iul. 9.*

Repetimus editionem nostram ex autographo bibliothecae Parisiensis 'Collection de 20 *Baluze Chartes nr. 671' (in cod. Baluziano 393) iam 'Neues Archiv' XXIX, 594 nr. 16 paratam. Scriptum est ad modum bullarum papalium; cf. l. c. not. 1. Bulla aurea desideratur.* *(P. decst.)*

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam 25 suam et omne bonum.

Imperialem decet celsitudinem, ecclesiis sibi subiectis et earum prelatis ac personis ab iniuriosis precavere dispendiis necnon earum comodis et utilitatibus ubilibet per effectum operis providere. Sane venerabilis Galhardi Arelatensis archiepiscopi principis nostri dilecti nobis porecta petitio continebat, quatinus cum a retroactis tem- 30 poribus bona quedam ipsius ecclesie per plures et diversos temporibus suorum in eadem ecclesia predecessorum improvide nimis occupata sint hactenus et detenta non in modicum eorum preiudicium et gravamen, super premissis sibi providere dignaremur de remediis oportunis. Actendentes igitur, quod iustis votis fidelium benignus est adhibendus assensus, huiusmodi quoque precibus favorabiliter annuentes, sibi et suc- 35 cessoribus suis ac ecclesie Arelatensis predicte de speciali gratia duximus indulgendum, ut per se vel procuratores suos, quos ad hoc statuendos duxerint, possint a quibuscumque personis, cuiuscumque condictionis, eminentie vel status existant, in iuditio coram competenti iudice petere et exhigere sua necnon ecclesie sue bona mobilia et immobilia, res et iura quecumque. Non obstante cuiuscumque legittimi temporis prescriptione, 40 etiamsi quadraginta vel centum annorum curriculis insistat, cuius in singulis ipsius ecclesie casibus tenore presentium ex certa scientia auctoritate imperiali vires favorabiliter evacuamus, quod imprescriptionibus[a] in futurum contra eandem ecclesiam Arelatensem

827. i) *deest* 2. k) Ludoyco, *prima* o *super* u *correcta* 2. l) Homoni 1. m) Venstingua 2. n) *in margine add.* 1. 45

828. a) *sic or.*

emersuris volumus similiter observari. Non obstantibus iuribus et legibus, quibus posset impediri nostra gratia sic indulta, et precipue legibus dicentibus, bona sive iura ecclesiastica quadraginta vel centum annorum spacio legittime posse prescribi. Salvis in omnibus predictis iuribus imperii Romani aut eius fisci, quibus per hanc nostre largi-
5 tatis gratiam beneficium iuris communis adimere non intendimus vel artare. Nulli ergo liceat hanc nostre indultionis et gratie paginam infringere vel ei ausu temerario contrahire. Quod qui facere presumpserit, nostre celsitudinis indignationem et penam, quam eidem nostro arbitrio infligendam duxerimus, se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presentes litteras imperialis nostre maiestatis bulla aurea iussimus communiri.
10 Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, VII. Idus Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo duodeci[m]o, indictione decima, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

829. *PRIVILEGIUM EIUSDEM ALTERUM. Iul. 9.*

Documentum grave hucusque ineditum benivolenter descripsit vir d. Henricus Pogatscher Romanus ex R *Registro Clementis VI. comm. anni II. lib. III, iam in serie*
15 *Registrorum tabularii Vaticani tom. 159, ubi fol. 369' epistolae nr. 1615 insertum solum servatur. V. Werunsky 'Excerpta ex Registris Clementis VI. et Innocentii VI.' nr. 42 et Riezler 'Vatikanische Akten' nr. 2177a. Cf. privilegium imperatoris Iul. 7 concessum ibidem nr. 43 et 2177b. (P. deest.)*

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper augu-
20 stus venerabilibus archiepiscopo Ebredunensi et episcopo Diensi dilectis et fidelibus principibus suis gratiam suam et omne bonum.

Sedentis super cherubin et intuentis abyssos[1] inspiratione perdocti dignum exercitium nos consumasse confidimus, dum utilitati communi nostrorum fidelium intendentes venerandas personas, morum gravitate modestas, litterarum sciencia proditas parte nostre
25 solicitudinis suffulcimus. Igitur cum ex parte venerabilis Galhardi Arelatensis ecclesie archiepiscopi principis nostri dilecti nostre celsitudini nuper extiterit humiliter supplicatum, quatinus cum propter viarum discrimina et ipsius Arelatensis ecclesie a nostra imperiali curia frequentem distanciam idem archiepiscopus nostram presenciam accedere commode non possit, propter quod dicta sua Arelatensis ecclesia non modicam sentit
30 sepissime lesionem, sibi et dicte sue ecclesie de nostra consueta mansuetudine[a] vellemus oportunis remediis ex speciali gracia providere, nos ad ipsius Arelatensis archiepiscopi et ecclesie memorate precipue nostre considerationis benivolenciam convertentes, eiusdem archiepiscopi devotis precibus inclinati, vos et quemlibet vestrum super omnibus causis maioribus et minoribus tam criminalibus quam civilibus, quas dictus[b] Arelatensis
35 archiepiscopus idem et successores eius nomine sue ecclesie predicte contra quascumque personas, cuiuscumque conditionis vel status existant, eciamsi regali vel alia quacumque fulgeant dignitate seu corpus, collegium aut universitatem habe[a]nt vel eos habere contigerit, pro iuribus ipsius ecclesie Arelatensis iam competentibus et competituris eciam in futurum auditores et diffinitores et iudices facimus et presentibus ordinamus,
40 donec aliud super hoc per nos aut aliquem successorum nostrorum in imperio fuerit ordinatum. Dantes et commictentes vobis et cuilibet vestrum auctoritate nostra imperiali iurisdictionem et plenam potestatem audiendi et cognoscendi in huiusmodi causis summarie et de plano et sine strepitu et figura iudicii et ipsas examinandi et tandem fine debito decidendi, que vos ambo decreveritis in eis aut aliquo ipsorum vel alter vestrum

45 829. a) consueta mansuetudine *in loco raso R.* b) dc̄e *R.*

1) *Cf. 2. Reg. 6, 2. Dan. 3, 55.*

decreverit, faciatis vos aut alter vestrum faciat imperialis nostri culminis auctoritate firmiter observari. Volumus eciam, quod per concessionem nostram huiusmodi iudiciarie cognitionis non sit melior conditio occupantis, quin immo causam vel causas per alterum vestrum inchoatas alter possit modo predicto iuris tramite terminare[c], nec iurisdictionem huiusmodi expirare volumus re integra per obitum commictentis. Nulli ergo liceat 5 hanc nostre indultionis et gracie paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, nostre celsitudinis indignationem et penam, quam eidem nostro arbitrio infligendam duxerimus, se noverit incurrisse. In cuius [rei] testimonium presentes litteras imperialis nostre maiestatis bulla aurea iussimus communiri.

Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, VII. Id. Iulii, anno Domini millesimo trecen- 10 tesimo duodecimo, ind. decima, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

830. *FORMA CONCESSIONIS FEUDI.*

Signo chronologico carentem hic adiungere liceat ex codice notissimo Vindobonensi lat. 410 (Iur. Can. 60) fol. 19 nr. 134, ubi rubrum in margine: Item concessio pheodi ab imperatore. *Edidit iam olim Chmel loco supra ad nr. 457 citato II, 345 nr. 50.* 15 *Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

H(enricus) divina favente clementia Ro(manorum) imperator semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Dum vota fidelium nostrorum benigno favore prosequimur gratiose, imperialis excellentie decus extollimus et mentes illorum ad devotionem imperii ferventius incitamus. 20 Eapropter nosce volumus universos, quod nos fidem et multiplicia servicia nobilis viri H. nostri fidelis, quibus nobiscum in Ytalie partibus constitutus nobis et imperio studuit mente sollicita conplacere, quodque inantea perserverare debeat fortius in eisdem, gratiosius intuentes sibi et suis heredibus feodum, quod C. de tali loco super curia sita in tali villa nec non aliis redditibus sive bonis a nobis et imperio tenebat, dum vixit, 25 quodque nobis et eidem imperio dinoscitur nunc vacare, motu liberalitatis nostre duximus conferendum. Tenore presentium universis et singulis inhibemus firmiter et districte, ne quis prefatum H. aut heredes suos in huiusmodi feodo presumat impedire vel quomodolibet molestare. Fidelitate et homagio, que dictus H. post investituram, quam sibi de predicto feodo et bonis nobis et imperio ex morte prefati quondam C. vacantibus 30 sollempniter fecimus, nostre maiestati, prout moris est, prestitit, nobis et eidem imperio etiam inantea cum debitis et consuetis de dicto feodo serviciis semper salvis. In cuius rei et cet.

---

831. PROMISSIO PRO COMITE DE BUCHECK.

1312. Iul. 8. 35

Descripsit iam olim Iaffé b. m. ex autographo tabularii Bernensis (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 260 nr. 408). Sigillum fere illaesum olim pendebat fasciis sericis rubei flavique coloris. In verso manu cancellariae regiae exaratum est R̷ (= Registrat.). *Cf. infra ad a. 1313. Mai. 20. — Böhmer, Reg. Heinr. 497.*

(P. deest.) 40

829. c) terminare tramite *signo posito R.*

HEnricus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Hugoni comiti de Bůchecke fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Grata servicia, que nobis in Ytalia exhibuisti hactenus, nos inducunt, ut te ad serviendum nobis inantea astringamus. Quia igitur nobis servire promisisti in Ytalia 5 vel ubi tunc fuerimus per unum annum cum quinque dextrariis hominibus, equis et armis decenter expeditis, eo excepto quod consweta sunt stipendia tibi salva, nos pro huiusmodi servicio centum et viginti marcas argenti promictimus tibi daturos. Sed quia paratam pecuniam non habemus, pro eisdem centum et viginti marcis theolonium nostrum in Berno et Cawerschin(os) ibidem, quorum utilitas et redditus ad duodecim marcas 10 argenti se annis singulis extendere dicuntur, ut est propositum coram nobis, tibi tuisque heredibus presentibus obligamus tenendos, utendos, fruendos et possidendos tam diu per te et tuos heredes, donec vobis per nos vel nostros successores in imperio de predictis centum et viginti marcis argenti fuerit plenarie satisfactum. Mandantes et iniungentes theoloniariis ac omnibus qui ad ipsum teoloninum[a] spectare dinoscuntur ac Cawerschinis 15 predictis, ut tibi et tuis heredibus iuxta predicta in omnibus obediant et intendant, ac inhibentes . . sculteto. . . consulibus[b] et civibus nostris in Berno, ut te et heredes tuos in premissis non presumant aliqualiter impedire. Set volumus pocius, ut tibi tuisque successoribus ad consecucionem predictorum prestent consilium, auxilium et iuvamen. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

20 Dat. Rome apud Sanctam Sabinam, VIII. Idus Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione X. regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

---

832. SCRIPTUM SUPER SCULTETATU SLETSTADIENSI SECUNDUM.

1312. Iul. 14.

25 *Denuo contulimus autographon tabularii secreti reipublicae Bawaricae. Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. In verso manu cancellariae regiae scriptum est:* R (= Registratum). *Edidit etiam Albrecht loco supra ad nr. 750 citato I, 215 nr. 301.*

Quae concordant cum Scripto primo Iun. 19. edito supra nr. 790, typis minoribus excudenda curavimus. Cf. Scriptum tertium infra ad Nov. 11. — Böhmer, Reg. Heinr. 498.
30 *(P. deest.)*

HEnricus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Heinrico de Rapoltstein fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Etsi cunctorum nostrorum ac imperii subiectorum delectamur status extollere, tamen eorum maxime profectibus et commodis providere disponimus, qui nos et dictum imperium suis devotis 35 obsequiis plus ceteris venerantur. Sane cum officium scultetatus in Sletstat strennuo viro Heinrico dicto Waphler pro quadringentis marcis argenti dudum certis de causis obligaverimus, per nos aut nostros successores in imperio pro dicta summa argenti quocunque tempore redimendum, tibi . . propter grata que non cessas nobis impendere servicia duximus indulgendum*, ut idem officium pro dictis quadringentis marcis argenti vice et nomine nostris ac ipsius imperii redimere valeas 40 ab eodem simili condicione, qua dictus Waphler ipsum officium hactenus tenuit, per te tuosque

831. a) *sic or.* b) . . *add. or.*

heredes exercendum, tenendum et possidendum tam diu, quousque iam dictum officium a nobis sive nostris in imperio memorato successoribus pro prememorata summa pecunie redimatur. Dantes vobis potestatem plenariam prefatum officium exercendi, prout singuli in eodem officio vestri predecessores ipsum exercere et regere consueverunt. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis imperialis sigillo iussimus communiri. 5

Dat. Rome apud Milicias, pridie Idus Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indicc. decima, regni* nostri anno quarto, imperii vero primo.

---

833. PRIVILEGIUM ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI CONCESSUM.

1312. Iul. 18. 10

Praesto fuerunt duo autographa 1 *et* 2 *tabularii regii Confluentini, quae nos ipsi descripsimus vel contulimus. Manibus diversis scripta sunt. In verso autem eadem manu cancellariae regiae exaratum est* ℞ (= Registratum). *Autographi* 1 *sigillum laesum pendet filis sericis rubei flavique coloris; in dorso legitur:* obligacio Bopard. et Wezal. Henr. Bald. .2. *Autographi* 2 *sigillum fere illaesum pendet fasciis violacei coloris; in dorso legitur:* 15 obligatio Bopardie et Wesalie. Henr. Bald°. .2. *Ex* 2 *edidit Günther 'Codex diplomaticus Rheno-Mosellanus' III, 1 pag. 148 nr. 53.*

Adnotare liceat formam[1] *arengae, quae a textu privilegii emissi valde discrepat, servatam in codice Monacensi lat. 21242 (Ulm. 42), de quo v. supra ad nr. 676, fol. 86. Edidit Guilelmus Meyer Spirensis l. c. XIX, 94 nr. 16. Nos denuo contulimus.* 20

Cf. mandatum imperatoris civitatibus directum infra ad Dec. 8. — Böhmer, Reg. Heinr. 500. *(P. deest.)*

‖ Henricus ‖ divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus tam presentibus quam futuris gratiam suam et omne bonum. 25

(1) Romani providentia principis divine et humane legis auctoritate vallata, inter assiduas curas et immensas sollicitudines, que ministerio imperialis dignitatis incumbunt, ea pro augmento magnificentie sue ac conservatione obsequentium sibi debet precipua

1) Heinricus Dei etc. Romanorum providencia cesaris divine et humane legis auctoritate vallata, inter assiduas curas et immensas sollicitudines, que ministerio imperialis dignitatis incum- 30 bunt, ea pro augmento magnificencie sue et conservacione obsequencium sibi debet precipua[a] meditacione vigere, ut sic principum et collateralium suorum, qui non solum sua, verum eciam semet ipsos eius obsequiis dedicarunt et quorum grata devocio alta consilia et virtutes innumeras[b], quibus eos fecundavit Altissimus, non solum prestitit placens[c] obsequiis, set speratur inantea pocius placitura prestandis, merita et indempnitates digne respiciat, quod ipsos[d] et bona eorum, que nonnunquam 35 pro emergentibus negociis imperii, cui dante Domino feliciter presidemus, exigere nos oportet, conservemus illesa, et ubi de exhibitis non sic celeriter satisfactio sequi poterit, promissiones, obligaciones et cauciones alie subsequantur, ita quod nos et debitum exolvamus et ipsi non debilitati viribus ad predicta servicia intrepide se exhibeant promciores. Sane quidem venerabilis germanus noster etc.

a) precipue *c.* b) innumeres *c.* c) placet *c.* d) ipsas *c.* 40

meditatione vigere, ut sic principum et collateralium suorum, qui non solum sua, verum etiam semet ipsos eius obsequiis dedicarunt, merita digne respiciat, quod ipsi non debilitati viribus ad predicta servicia intrepide se promptiores exhibeant et ubi de exhibitis non sic celeriter satisfactio consequi poterit, promissiones, obligationes et cautiônes alie
5 subsequantur. (2) Sane noverit presens etas et futura posteritas, quod nos attendentes fidem puram, devotionem sinceram et grata servicia, que venerabilis Baldewinus Trevirorum archiepiscopus princeps et germanus noster carissimus non sine magnis laboribus, periculis et expensis, quibus se ipsum et ecclesiam Treverensem gravavit multis oneribus debitorum, nobis et imperio fideliter exhibuit hactenus tam in Alamania quam in Italia
10 et in Urbe incessanter ad presens exhibet et exhibere poterit devocius in futurum, et volentes liberalitate nostra ipsius remunerare labores et indempnitati sue ecclesieque Treverensis favorabiliter providere, ut inantea nobis et imperio forcius servire valeant, ad quod ipsos teneri volumus, eidem archiepiscopo et ecclesie sue predicte duodecim milia librarum Hallensium duximus largiendas. Pro quibus opida et castra nostra et
15 imperii. videlicet Bopardiam et Wesaliam, sibi et successoribus suis ac ecclesie Treverensi auctoritate imperiali obligavimus et tenore presentium obligamus tali modo et forma, quod idem archiepiscopus et successores sui predicta opida et castra teneant et possideant et potestatem instituendi et destituendi advocatos et alios officiales in eisdem habeant ac sturas, exactiones et collectas tam christianorum quam Iudeorum necnon
20 alias utilitates dictorum opidorum seu castrorum nobis inibi competentes et imperio cum omnibus iuribus et pertinentiis eorumdem[a], regalibus et vasallorum fidelitatibus exceptis, tam diu colligant et percipiant ac in suas utilitates convertant, donec sibi vel successoribus suis per nos vel successores nostros in imperio fuerit de dicta pecunie quantitate[b] integraliter satisfactum. (3) Qua satisfactione exhibita dicta opida et castra
25 cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, sicut ea obligavimus, sine qualibet alia impetitione debiti, dampni vel interesse ac sine excepcione, impedimento seu obstaculo quolibet ad nos et imperium libere revertantur et ipsi assignare nobis et imperio sine contradictione qualibet teneantur. Perceptis ibidem et percipiendis interim, que sibi et ecclesie sue Treverensi predicte ob hoc, ut de ipsis predictorum opidorum et suorum
30 pertinentium custodiam, retencionem et defensionem bonam et alia necessaria faciant, remittimus et donamus, in sortem principalem minime computandis. (4) Nostre tamen intentionis existit, quod sture seu exactiones predicte imponende christianis et Iudeis opidorum predictorum summam, quam nos seu nostri predecessores convenienter imponere consuevimus, annis singulis non transcendant. (5) Exhabundanti nichilominus
35 reservamus nobis et imperio theoloneum[c] Reni et monetam nostram in opidis memoratis et quod eadem opida et castra pro nobis et imperio guerram faciant, cuicumque et quocienscumque voluerimus, quodque ad quamlibet requisitionem nostram et imperii nobis et eidem imperio sint apperta. Nichilominus in omnibus aliis preterquam superius obligatis specialiter iuribus nostris et imperii semper salvis. (6) Nulli ergo omnino
40 hominum, cuiuscumque status, preeminentie aut condicionis existat, vel comunitati[d], collegio sive universitati liceat hanc paginam nostre donationis et obligationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem et quociens hoc attemptare presumpserit, mille marcarum argenti penam incurrat, quarum medietas fisco nostro, reliqua vero medietas dicto archiepiscopo vel eius successoribus applicetur. In cuius rei testimonium pre-
45 sentes litteras exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Rome in Miliciis, XV. Kal. Augusti, indictione X, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

833. a) eorundem 2. b) quantitate pecunie 2. c) theloneum 2. d) cōitati 1. 2.

834. PRIVILEGIUM PRO DIETHERO DE KATZENELLENBOGEN.

1312. Iul. 20.

Autographon tabularii Darmstadiensis benivolenter transmissum denuo contulimus. Pendet sigillum valde laesum filis sericis rubei flavique coloris. In verso nihil exaratum est. — Böhmer, Reg. Heinr. 501. (P. deest.)

‖ Henricus ‖ divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Ad hoc in specula imperialis fastigii nos a summo Rege cognoscimus collocatos, ut honorificum reipublice statum sollicite promovere ac subiectorum imperii commodis oportunis intendere liberaliter debeamus. Nam dum munificencie nostre beneplacitis ipsorum prosperitati prospicimus, devocionem eorum accendimus in exhibicione promptitudinis et fidei plenioris. (2) Eapropter obsequia grata sincerumque affectum, quibus nobilis vir Dyetherus comes de Katzenelinbogen consanguineus et fidelis noster dilectus hucusque constanter adhesit imperio et nobis iam in partibus Italie suis fidelibus serviciis ferventer studuit et studet complacere, ad memoriam non immerito revocantes et sperantes, ut idem nobis et imperio graciora prebere non cesset obsequia in futurum, ipsius contemplacione castro suo Katzenelinbogen predicto cum valle eiusdem et monte castri sui dicti Leychtemberg cum villa subiacente dicta Bibera et hominibus habitantibus in eisdem favoris imperialis plenitudinem impertimur et concedimus eisdem culminis imperialis auctoritate libertates et immunitates, quibus civitas et cives nostri in Oppenhein gaudere et perfrui dinoscuntur. Addicientes[a] ex habunda[n]cia gratie specialis, quod in valle castri Katzenelinbogen supradicti singulis feriis secundis, in Bibera vero villa prenotata singulis feriis terciis, videlicet exnunc et inantea, forum septimanale ad usum mercacionis cuiuslibet observetur. Ad quod quidem forum confluentes in eundo et redeundo in personis et rebus protectione nostra gaudeant et forensium privilegio libertatum. (3) Insuper dicto Deythero[a] ex uberioris dono gratie concedimus et indulgemus, ut in castro Katzenelinbogen et valle predictis duodecim Iudei hospites et similiter in monte castri Leychtemberg et villa subiacente totidem se recipere valeant ad continuam ibidem residenciam faciendam et eidem comiti serviendum, donec a nobis vel successoribus nostris in imperio dicti Iudei in utraque civitate pro mille ducentis libris Hallensium, pro quibus ipsos eidem tenore presencium obligamus, vel in altera tantum habitantes pro sexcentis libris Hallensium fuerint absoluti. Litteris nostris aliis omnibus, quas sibi super premissis concessimus[1], penitus revocatis. (4) Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre libertacionis, constitucionis et concessionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, indignacionem nostram gravem se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Rome in Miliciis, XIIII. Kalend. Augusti, indicione decima, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

834. a) *sic or.*

1) *Quae servatae non sunt.*

835—837. LITTERAE FLORENTINORUM DIVERSIS MISSAE.

1312. Iul. 20.—25.

Litteras Florentinorum, in quibus mandatorum pontificis deperditorum mentio habe-
5 *tur, non in Appendice Variorum, sed hoc loco proponere liceat ad editionem, quam ex codicibus tabularii regii Florentini supra ad nr. 784—787 citatis paravit Bonaini l. c. II, 126 sqq.*

835. *LITTERAE AD CAPITANEOS EXERCITUS IN URBE. Iul. 20.*

Apud Bonaini l. c. II, 126 nr. 156 ex C *fol. 22 et* D *nr. 117.* *(P. deest.)*

10 Priores artium et vexillifer iustitie civitatis Florentie nobilibus et sapientibus viris capitaneis exercitus Florentini existentis in Urbe salutem et victoriosos ad vota successus.

(1) Licteras vestras datas Rome, die quintadecima huius mensis, inter cetera con- Iul. 15. tinentes, quod de eo quod dominus noster rex Robertus non venit termino constituto,
15 gentes nostre dolebant et mirabantur et quod pedites in parte aliqua recesserunt et de militibus recedere minabantur et quod in predictis provideremus remediis oportunis, et quod domini legatus et Lucas cardinales ex parte vestra venerant et quod ipse dominus Lucas magnum vobis ostendit amorem et quod prout ex dictis domini cardinalis colligitis, videtur quod rex Alamanie de Urbe presentialiter non recedat, recepimus grata
20 manu et earum tenorem intelleximus diligenter. Quibus sic providimus respondendum, quod prout per veras habemus de Neapoli licteras, serenissimus dominus noster rex Ierusalem et Sicilie die Mercurii decima secunda huius mensis arripuit de Neapoli cum Iul. 12. magno exfortio versus Urbem feliciter iter suum, continuatis dietis processurus ad ipsam civitatem, et quod pecuniam pro paga domini marescalli et militum et peditum nostrorum
25 iam misimus per gentes nostras, quas vobiscum habebitis, sine mora et quod contra pedites, qui recesserunt et recedent, sic aspere et realiter et personaliter procedetur, quod erit ceteris in exemplum, et quod de honore per vos collato domino cardinali vestram prudentiam merito commendamus et quod cum dictis gentibus nostris mictimus militem domini potestatis, virum quidem ydoneum et expertum, qui preerit vobis et
30 omnibus nostris gentibus, que veniunt et venerunt, excepto domino marescallo suorumque militum et peditum comitiva. Et quod volumus et mandamus vobis, quod in solita virili constantia permanentes ea que expediunt prudenter, viriliter et solicite faciatis et pedites teneatis, ipsos recedere minime permictentes, et quod ipsos consignetis et conducatis eisque presitis, quousque miles et sotius potestatis venerit antedictus.

35 (2) Noveritis preterea, quod sicut mercatorum nostrorum lictere continent, dominus noster papa scripsit dominis cardinalibus et legato, quod coronent imperatorem ubi sibi placet in Urbe, et dicto imperatori, quod post biduum a coronatione de Urbe recedat et versus Tusciam veniat, et domino Iohanni fratri regio, quod infra tres dies a receptione licterarum de Urbe recedat cum tota gente sua et versus Neapoli[m] revertatur,
40 et quod nuntii die secunda Iulii de Malausia sua itinera cum dictis licteris assumpserunt. Iul. 2. Et quod quando dominus princeps[1] et dominus cardinalis Gallicus[2] dixerunt domino pape, quod non erant ipse lictere concedende et quod dominus rex Robertus et devoti eius

1) *De Philippo principe Achaiae cogitandum est.* 2) *Videtur esse Stephanus presb. card. S. Cyriaci, dictus vulgariter 'Brugensis'; cf. supra nr. 643 sub nr. 11.*

possent exinde incurrere periculum et iacturam, ipse dominus noster papa respondit: 'scribatis domino regi Roberto, quod faciat id quod credit ad suum et amicorum suorum statum et commodum pertinere, et quod quicquid facit ipse dominus noster papa, facit ad exonerationem suam et ut scandalum evitaret. Posset enim, nisi predicta scriberet, nimium reprehendi. Set contentus erat, quod ipse rex Robertus suique devoti et amici 5 faciant quod credunt ipsis esse bonum, respectum ad ea que scribit summus pontifex non habendo.' (3) Habetur etiam per ipsas licteras, quod officiales regii in Provincia existentes banniri fecerunt, quod nullus Theutonicus a triduo inantea se permictat in fortia regia inveniri sub pena bonorum et personarum, et quod iam multi de Provincia recesserunt. Facimus insuper vobis notum, quod quinque galee pessimorum hostium 10 Pisanorum per galeas regias fuerunt posite in conflictu, in quo ultra mille ex ipsis hostibus gladio ceciderunt. Volumus etiam, quod sepe nobis omnia contingentia describatis, et alias florenorum auri quantitates mictimus sine mora, ita quod clamor non erit pecunie vel defectus. Predicta quidem, que de predictis apostolicis licteris supra dicuntur, ad domini Iohannis germani regii memoriam reducatis, solicitantes 15 eumdem, quod provideat in predictis, sicut honori regio et suo viderit expedire.

Data Florentie, die XX. Iulii, X. indictionis.

836. *LITTERAE AD IOHANNEM COMITEM GRAVINAE. Iul. 20.*

Apud Bonaini l. c. II, 128 nr. 157 ex C *fol. 20 et* D *nr. 118. (P. deest.)*

Magnifico viro domino Iohanni Dei gratia illustris Ierusalem et Sicilie regis [fratri], 20 comiti Gravine et honoris Montis sancti Angeli domino devoti sui Guido Savina de Folliano potestas, Rogerinus de Servideis de Parma capitaneus et defensor, priores artium et vexillifer iustitie, consilium, populus et comune civitatis Florentie salutem et honorum et exaltationum continua et felicia incrementa.

(1) Licteras vestras responsivas ad nostras inter cetera continentes, quod licet sere- 25 nissimus dominus frater vester rex Ierusalem et Sicilie decrevissit, quod si contingeret regem Alamanie ab Urbe discedere et ad partes Tuscie infeliciter se transferre, cum tota vestra et nostra comitiva et maiori etiam alio exfortio quo possetis ipsum hostiliter insequi deberetis, donec de ipso vestro et nostro inimico eiusque sequacibus ad vestrum et nostrum perveniretis optatum, nichilominus firmum gerebatis in mente propositum, 30 domino rege tamen fratre vestro non prohibente expresse, predictum inimicum viriliter insequi, donec de ipso possitis victoriam obtinere, et quod idem receperatis noviter ab ipso domino fratre vestro de ipso insequendo cum toto exfortio et quod ipsum insequemini, ad quamcumque partem se vertat, quousque ad mortem et exterminium cum suis Iul. 14. sequacibus perducatur, datas Rome, die decima quarta Iulii, cordium iocunditate rece- 35 pimus et earum tenorem affectuose intelleximus et libenter. Quibus sic providimus respondendum, quod de missione dictarum licterarum et de contentis in eis domino nostro regi et vobis ad gratiarum uberes actiones assurgimus quantas possumus et debemus, vestre magnificentie supplicantes actentius, quatinus circa predicta ordinata per dominum regem et vos solicite ac magnifice intendatis, sicut ad exaltationem expedit 40 regie maiestatis et vestram. Et quod paulo ante receptionem ipsarum licterarum vestrarum recepimus de Neapoli licteras, quod dominus rex frater vester predictus die Iul. 12. Mercurii decima secunda huius mensis sua felicia ceperat itinera de Neapoli versus Urbem, ad ipsam civitatem cum magno exfortio viriliter processurus, et quod militiam et populum nostrum iuxta ipsius domini regis requisitionem iam est diu misimus et in 45 comitiva honorabilissima versus Urbem, sicut iam speramus ad vestram audientiam pervenisse, aliisque in Urbe manentibus gentibus nostris per ipsas ultimas gentes nostras

in magna quantitate pecuniam destinamus. (2) Preterea noveritis, quod prout mercatorum nostrorum lictere continent, dominus noster papa dominis legato, cardinalibus, imperatori et vobis suas licteras destinavit, videlicet ipsis cardinalibus et legato, quod ipsum coronent ubi sibi placet in Urbe, et dicto imperatori, quod post biduum a corona recepta
5 Romam exeat et veniat versus Tusciam, vobis autem, quod post triduum a receptione licterarum cum gente vestra exeatis Romam et versus Neapoli[m] redeatis. Et quod dicentibus dominis cardinali Gallico et principe [1], quod non erant tales lictere destinande et quod ex eis domino nostro regi suisque devotis poterat preiudicium preparari, papa respondit, quod scriberent dicto regi, quod faceret id quod ad bonum statum suum et
10 devotorum suorum crediderit convenire, et quod quicquid scribit, facit pro exoneratione sua pro scandalo evitando, quia redargui nimis posset, nisi eas concederet. Set contentus est, quod dominus rex predictus et sui amici faciant, que ad bonum suum crediderint convenire, non inspiciendo que scribuntur, ut superius continetur. Et ideo vestre magnificentie supplicamus, quatinus in predictis previdere velitis et intenti esse, sicut creditis
15 expedire. Nos quidem parati sumus semper facere grata vobis.

Data Florentie, die XX. Iulii, X. indictionis.

837. *LITTERAE AD ROBERTUM REGEM SICILIAE.* *Iul. 25.*

Apud Bonaini l. c. II, 129 nr. 158 ex C *fol. 20.* *Cf. etiam l. c. II, 134 sqq. nr. 164. 167. 169. 170.* *(P. deest.)*

20 Domino regi Roberto.

(1) Nuper intelleximus per licteras transmissas de Romana curia ac etiam subsequenter per alias de partibus Viterbii et Urbisveteris, summum pontificem scripsisse legato et aliis cardinalibus, qui erant in Urbe, ut regem Alamanie coronarent ubi vellet in Urbe. et si iam eumdem coronassent, quod confirmarent que fecerant, et quod iniungerent
25 eidem regi Alamanie et darent strictius in mandatis, ut post biduum immediate cum tota sua gente de Urbe discederet. Et simile mandatum facerent domino Iohanni fratri vestro ac etiam universe genti, que in Urbe in sua comitiva sunt, et quod inter vos et regem Alamanie concordiam procurarent vel saltem treuguam et quod utrique parti inhiberent, ne novitates nocivas facerent contra alteram. Habemus etiam, quod cardi-
30 nalis de Prato [2] et Delfinus de Vienna cum eorum complicibus cum quantitate quatuorcentum equitum ad civitatem Aretii venturi sunt sine mora, et iam aliqui nostri rebelles, qui cum eis Urbem exierunt, pervenerunt ad ipsam civitatem et de ipsa civitate Aretii guerram movere et facere intendunt contra comune Florentie. Et Senensium continebant lictere que de curia venerunt, quod dicentibus domino principe et cardinali Gallico [1],
35 quod non erant predicte principales lictere concedende, quia erant in preiudicium vestre regie maiestatis et devotorum vestrorum et quod magnum poterant periculum preparare, dominus papa respondit: 'Scribite regi Roberto, quod faciat id quod credit esse bonum sibi et devotis suis, nec respiciat per nos scripta, quia contenti sumus quod faciat, quod credit sibi et devotis suis esse ad commodum et bonum statum.
40 Et nisi scriberemus, possemus reprehendi et scribimus ad scandalum amovendum.' (2) Nos autem, non obstantibus aliquibus que dicantur seu que scripta sint per summum pontificem, in solita constantia et fortitudine persistimus et omnia facere intendimus contra ipsum regem Alamanie, que sint ad exaltationem regie maiestatis et nostram salutem et omnium amicorum et mortem, depressionem et conculcationem ipsius
45 regis Alamanie suorumque complicum. Et supplicibus precibus vestre maiestati regie supplicamus, ut recto et sano consilio honori et exaltationi vestre providentes ac etiam saluti et statui et defensioni vestrorum subditorum et devotorum, cepta

1) *Cf. pag. 837 not. 1 et 2.* 2) *Nicolaus ep. Ostiensis.*

feliciter contra ipsum regem Alamanie cum victoria velitis et dignemini perducere ad effectum, Romam veniendo cum vestro potentissimo exfortio. Et si de Urbe ipsum regem Alamanie exire contingat verentem, ne includatur in ipsa per vestram regiam maiestatem vel quod bello occumbat, dignetur ipsa vestra maiestas dominum Iohannem fratrem vestrum illustrem cum experta et numerosa militia ad partes Tuscie destinare, ut quo iverit ipsum regem Alamanie persequatur et ubique ex opposito sit eidem taliter, quod conatus illicitos ipsius regis Alamanie reprimat. Et sic providere dignetur vestra regia maiestas vestris subditis et devotis, quod bello et sine bello de ipso rege Alamanie habeatur victoria et securitas cum salute vestris subditis sit parata.

Data Florentie, die XXV. mensis Iulii, X. indictionis.

Et alios plures nuntios nostros ad regiam misimus maiestatem, ex quibus nullum rehibuimus usque modo, de quo nobis mirandi materia preparatur considerata arduitate negotii et imminentium qualitate. Et ideo regie celsitudini supplicamus, quatinus ipsos dignetur expediri facere nostris supplicationibus et gratia speciali.

838. MANDATUM DE NEMORE IMPERII.

1312. Iul. 21?

Autographon tabularii Francofurtani denuo contulimus. Sigillum desideratur, foraminibus relictis. In verso legitur manu cancellariae regiae exaratum: ℞ (= Registratum).

In linea dati scribenda scriptorem erravisse manifestum est. Imperator enim die 21. m. Iul. Tibur profectus est; cf. apochas rationum thesaurariae apud Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 330 et 338. Editum est apud Böhmer-Lau 'Codex diplomaticus Moenofrancofurtanus' I, 494 nr. 954. — Böhmer, Reg. Heinr. 499. (P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Cum nos strennuum virum Wigandum[a] de Buches scultetum Frankenforden(sem) magistrum forestarium foreste nostre ibidem que vulgariter dicitur Kunigesforst duxerimus statuendum, eidem pro subforestario et custode foreste predicte providum virum Iungonem de Dyepurg fidelem nostrum dilectum, de cuius fide et legalitate fiduciam gerimus, tenore presencium deputamus. Universitati vestre firmiter iniungentes, quatinus eundem subforestarium in officio custodie foreste predicte aut in iuribus vel pertinenciis ipsius, que ad officium huiusmodi pertinent, impedire nullatenus presumatis, set eidem tanquam subforestario et custo[di][b] dicte foreste nostre in omnibus pareatis. Sicut indignacionem nostram et penam[c] condignam volueritis evitare. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Tybur(e), XVII.[d] Kalen. Augusti, ind. X, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

838. a) Wigangandū *or.* b) custo *or.* c) *sequitur in fine lineae rasura duarum litterarum or.* d) *sic pro* XII? *or.*

839—845. SCRIPTA AD TREUGAM A PAPA INDICTAM SPECTANTIA.

1312. Aug. 1.—15.

Hoc loco documenta etiam adnotare liceat, quae ad has res pertinentia in Indice documentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, citantur, omnia iam deperdita:

Mandatum apostolicum factum cardinalibus, quod imperator recederet de Urbe et de terris ecclesie et quod non invaderet Regnum   sub sigillis cardinalium etc.

De treugis indictis per papam inter dominum imperatorem et regem Robertum   sub sigillis cardinalium *(a Bernardo bis inscriptum).*

Executio mandatorum apostolicorum facta per tres cardinales domino imperatori de non redeundo ad terras ecclesie et de non invadendo Regno   sub sigillis eorum.

Littera trium cardinalium directa episcopo Tudertino[1] de presentando domino imperatori executionem ipsorum cardinalium de non redeundo ad terras ecclesie etc.

Quibus documentis omnibus adiectum est verbum: cur. *Cf. Doenniges l. c. II, 112.*

Eidem tempori vindicanda esse videtur notitia eiusdem Indicis: Per tres cardinales, quod non offendat aliquam terram ecclesie   in papiro, *adiecto verbo:* cur. *Cf. Doenniges l. c. II, 114.*

Quae narrat Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 62, in adnotatione ponimus[2].

839—842. *PROTESTATIONES ET RESPONSIONES IMPERATORIS.* *Aug. 1.—6.*

839. *PROTESTATIO PRIOR. Aug. 1.*

Servatur R *registrata inter Acta et collectanea Bernardi de Mercato Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra*

1) *Tuderti imperator ultimis m. Aug. diebus triduum morabatur.*

2) Post hec littere vestre ad dominos cardinales venerunt, qui simul non erant, sed dispersi. Dominus legatus erat prope Viterbium et dominus Lucas et dominus Ostiensis magis de ipsis remotus. Habita inter eos collatione venit dominus legatus et dominus Lucas in Tyburim. Et litteris vestre sanctitatis lectis domino imperatori in presentia multorum reverendorum dominorum et cum reverentia interlectis, copiam sub sigillis eorum sibi dederunt. Antequam ad ea que eis continerentur et per dominos cardinales distincte et mature propositis responderet, nec respontionem aliquam fecit, donec primo sapientes et iurisperitos Urbis, quos meliores habere potuit, super predictis audivit. Et tunc ipsos cum suis auditoribus copulavit, ordinans iuramentum tunc inter illos, qui alias sibi iuraverant, renovari et de novo facere, qui alias non fecerant, quod sibi veritatem consulerent, quid esset facturus et ad quid tenebatur secundum ea, que in litteris vestris continebantur, et multa talia, que lungua essent enarrare. Quid responderit, cum publicum fuerit, credo quod domini cardinales ibidem existentes sanctitati vestre scripserunt et etiam postquam ad presentiam vestre sanctitatis venerunt, retulerunt viva voce. *Cf. ea quae l. c. pag. 63 sq. sequuntur.*

. . . *(pag. 64)* Ibidem ipse fecit unam protestationem propter predicta, quod licet non intenderet ad presens regem Robertum sibi rebellem et hostem publicum offendere, tamen sue intentionis non erat, cum in suorum discretorum consilio non inveniret, quod ratione treuge indite inter eos per vestram sanctitatem ab offentione dicti regis Roberti abstineret.

Ibidem domini cardinales ipsum requisiverunt, quod vellet quedam iuramenta facere, que in litteris vestris de novo eis missis continebantur. Respondit, quod non intendebat alia iuramenta facere, quam fecisset ante sui coronationem, nec virtute litterarum vestrarum tenebatur iudicio suorum iurisperitorum, quia vestra sanctitas mandabat predictis, quod talia iuramenta ab ipso requirerent, antequam ipsum coronarent, quod si nollet, ipsum non coronarent. Et iam ipsum coronaverant, ideo minime tenebatur.

ad nr. 604) fol. 55 ab ipso notario exarata cum rubro, quod fol. 59' inscriptum legitur: Responsiones et protestationes domini ad treugas et mandata papalia. *Imbreviatura* J, *quam scripsit Iohannes de Dyst, habetur ibidem fol. 48. Edidit ex* R *et* J *Doenniges l. c. II, 54 nr. 25a 1; nos denuo contulimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 502. (P. deest.)*

In nomine Domini amen. 5

Nos Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus coram vobis nobilibus et discretis atque honestis et religiosis viris infrascriptis testibus ad hoc rogatis et vocatis ad provisionem presencium et memoriam futurorum dicimus et protestamur, quod nuper in presencia reverendorum patrum dominorum Arnaldi Sabinensis episcopi[a] apostolice sedis legati et Luce Sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis fuerunt nobis 10 lecte domini summi pontificis littere[1], in quibus inter cetera continetur, quod ipse summus pontifex treugas indicebat per spatium unius anni inter nos et regem Robertum, quas observari mandavit, prout seriosius in ipsis litteris continetur. Quas treugas credimus indici non potuisse nec debuisse nobis de iure eo modo et forma, quibus indicte fuerunt, causis et rationibus infrascriptis: 15

Primo quia nobis insciis et inrequisitis et non cognitis vel auditis iuribus nostris indicte fuerunt. Item quia secundum formam iuris treuge[b] indicuntur inter habentes et facientes guerram. Nos autem nullam guerram fecimus vel facimus ipsi regi Roberto. Licet enim ipse rex Robertus[c] sine aliqua iusta et rationabili causa[c] multa commiserit contra nos, terras nostras quam plures in partibus Ytalie[d] invadendo et occupando, et 20 tractatus, coniurationes et conspirationes contra nos et imperium cum plurimis inimicis nostris et imperii faciendo, et fratrem suum Iohannem, milites et pedites mittendo ad Urbem, ut coronationem nostram totaliter impediret, occupando etiam ecclesiam Sancti Petri, in qua secundum ordinationem summi pontificis dyadema imperii recipere debebamus, et plura alia fecerit et commiserit contra nos, que notoria sunt, nos tamen 25 propterea nullam guerram fecimus nec facimus contra eum. Et si qua in Urbe facta dicerentur per gentem nostram, facta fuerunt, ut ordinatio summi pontificis et que commiserat predictis suis nunciis et legatis super nostra coronatione[e] fienda effectui mandarentur et ut[f] tollerentur impedimenta, que continuo per gentem ipsius regis Roberti contra dictos legatos et nuncios prestabantur et que potius contra summum pontificem 30 et Romanam ecclesiam et in eosdem nuncios et legatos fiebant quam contra nos. Non enim nobis, qui nullam guerram fecimus nec facimus, treuga indici debuit. Et eciam pluribus aliis causis, iuribus et rationibus suo loco et tempore dicendis, ostendendis et allegandis.

Ne igitur per predicta in dictis litteris contenta per taciturnitatem nobis et imperio 35 preiudicium generetur, expresse protestamur et dicimus[g], quod non intendimus iuri nostro[h] et imperii in aliquo derogari nec credimus, quod potuerit vel debuerit ipse summus pontifex predicto modo treugas indicere, et suo loco et tempore predicta notificare intendimus domino summo pontifici et cetui cardinalium et ipsos de iuribus nostris et imperii informare. Protestamur etiam, quod si essemus in presencia sedis apostolice, 40 coram ipsam faceremus ipsam protestationem et quam citius comode poterimus sibi intendimus notifficare predicta.

Et idem dominus imperator precepit nobis Leopardo, Bernardo et Iohanni de Dist notariis suis, ut de predictis conficiamus publica instrumenta.

839. a) ep. Sab. *J.* b) treugue *J.* c) *loco* sine—causa *J:* sine aliquo iure et ratione. d) Italie *J.* 45 e) *loco* nostra coron. *J:* dicta coronatione nostra. f) *deest J.* g) dicitur *male J.* h) iura nostra *R.*

1) *Cardinalibus scil. directe; cf. Nicol. Botr. l. c. Quas servatas non esse dolemus. Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 338 et supra in prooemio.*

Acta sunt hec Tybur(e)[i] in orto fratrum Minorum. Et huius rei testes fuerunt venerabilis pater dominus Baldoinus[k] archiepiscopus Treverensis, frater Iohannes de Lucidomonte de ordine fratrum Predicatorum magister in theologia et domini Amedeus comes Sabaudie, Iohannes comes Foresii, Robertus de Flandria, Stephanus de Columpna 5 de Roma, Ioffredus de Aspromonte, Angelus canonicus Meldensis, Homo de Peretulo[l], Scotus de Sancto Geminiano iudex, Melancius de Bononia iudex et magister Iohannes de Vestinga[m]. Dominice nativitatis anno millesimo CCCXII, indic. decima, die prima mensis Augusti.

840. *PROTESTATIO ALTERA.* *Aug. 6.*

10 *Item ex* R *fol. 56 et* J *fol. 47, quae denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. II, 55 nr. 25a II. — Böhmer, Reg. Heinr. 503.* *(P. deest.)*

In* nomine Domini amen[a].

Hec est[b] protestacio facta per predictum dominum[c] imperatorem reverendis patribus dominis Arnaldo Sabinensi episcopo apostolice sedis legato et Luce Sancte 15 Marie in Via lata diacono cardinali in modum qui sequitur, videlicet*:

'Domini cardinales, nos intelleximus, quod dominus papa indixit treugas inter nos et regem Robertum. Vere in hoc et in aliis omnibus nos intendimus taliter nos habere, quod si Deo placuerit nos non offendemus Deum vel dominum papam seu ecclesiam Romanam. Verumtamen multum miramur rationibus infrascriptis et aliis pluribus, 20 quomodo iste treuge sunt indicte, quia nos non sumus vocati ad hoc neque etiam nos facimus vel fecimus guerram aliquam contra regem Robertum, et quilibet dominus temporalis habet iurisditionem in vassallis et feudatariis[d] suis, et sapientes dicunt nobis, quod hoc posset esse magnum preiudicium nobis et imperio nostro**.

Item in litteris domini pape continetur, qualiter ipse dicit, quod nos sumus 25 ei astricti ad iuramentum fidelitatis. Nos credimus, quod plura scribuntur, pro eo quia quandoque[e] falsitas sug[g]eritur[f], ut veritas taceatur, vel error scriptorum sepe potest intervenire, nec credimus, quod illa verba unquam scripta fuerint de intentione domini pape. Verumtamen qualitercunque predicta fuerint scripta, nos fuimus et semper esse volumus deffensor et pugil sacrosancte Romane ecclesie in omnibus 30 suis iuribus. Sed nos non sumus astricti alicui ad iuramentum fidelitatis nec unquam iuramentum fecimus, propter quod ad iuramentum fidelitatis simus alicui astricti, nec scimus, quod antecessores nostri imperatores Romanorum hoc iuramentum unquam fecerint.'

*) *loco* In—videlicet *J:* Protestatio facta per dominum imperatorem Tybur(e) in ecclesia[g] fratrum 35 Minorum, anno Domini a nativitate ipsius millesimo CCCXII, indic. X, die sexta[h] mensis Augusti, pontificatus domini C(lementis) pape V. anno VII, coram reverendis patribus dominis Arnaldo Sabinensi episcopo et Luca Sancte Marie in Via lata dyacono cardinali.

**) *hic addit J:* et ideo nos protestamur, quod propter taciturnitatem nostram non consensimus alicui rei nec isti nec alteri, que possent esse in preiudicium nostrum et imperii nostri.

40 **839.** i) in Tibur(e) *J.* k) Balduinus *J.* l) Perretulo *J.* m) Vinstinga *J.*

840. a) In—amen *desunt J.* b) Hec est *desunt J.* c) *deest J.* d) feudis *J.* e) quandocunque *R.* f) sucgeritur *J.* g) *super* loco *deleto J.* h) *super* secunda *deleto J.*

Qui* dominus imperator precepit nobis supradictis notariis suis, quod de predictis conficiamus publica instrumenta.

Acta sunt hec in Tibur(e) in ecclesia fratrum Minorum. Presentibus dominis fratre Nycholao episcopo Butrontino, Amedeo comite Sabaudie, Iohanne comite Foresii, fratre Iohanne de Lucidomonte de ordine Predicatorum magistro [in][i] theologia, Roberto de Flandria, Nycholao de Bonsegnoribus de Senis, Stephano de Columpna de Roma et Iacobo Galteroti, Albizo de Stateris, Ceci Giuochi, Francisco de Cruce, Iohanne Rubeo de Gualandis et Iohanne Zeno de Pisis militibus et Petro de Tuderto iudice, Homo de Peretulo, magistro Henrico de Geldognia, Melancio de Bononia iudice, Scoto de Sancto Geminiano iudice, Sanctio de Sancto Martino, Bartolo de Spoleto iudice, magistro Ermanno Theotonico et Petro Mardolo, Petro Maximi, Petro Meta et Matheo domini Petri Mardoli de Roma iudicibus ad hoc rogatis et vocatis. Dominice nativitatis anno millesimo CCCXII, indic. X, die sexta mensis Augusti*.

841. *RESPONSIONES CARDINALIBUS FACTAE. Aug. 6.*

Servantur T *in transsumto infra ad nr. 842 edendo. Item in* R *fol. 57 et* J *fol. 50. Nos omnia denuo contulimus. Ex* R *et* J *edidit Doenniges l. c. II, 55 nr. 25a III. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 503.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Hec sunt responsiones facte per serenissimum** principem dominum Henricum Dei gratia Romanorum imperatorem semper augustum reverendis patribus dominis Arnaldo Sabinensi episcopo apostolice sedis legato et Luce Sancte Marie in Via lata diacono cardinali super contentis in litteris ipsius domini summi pontificis**, de quibus ipsi domini cardinales petunt et petierunt responsum a dicto serenissimo principe[a] domino imperatore. Quarum responsionum tenor talis est[b]:

1. In primis ad contenta in litteris dicti domini[c] summi pontificis in ea parte qua[d] continetur in eis[d],

> quod ipsi domini cardinales faciant ante inunctionem[e] et coronationem regis Romanorum, quod ipse rex Romanorum prestet ipsis dominis cardinalibus nomine ipsius domini[c] summi pontificis et ecclesie Romane recipientibus corporaliter publice iuramentum, quod regnum Sicilie aut terram citra Farum[f] aut partem aliquam earumdem, que quidem terra de predicto regno Sicilie esse dinoscitur, per se vel per alium nunquam invadet aliquatenus vel offendet nec offendentibus vel invadentibus[g] aut

*) *loco* Qui — Augusti *J:* Et testes fuerunt ad predicta venerabilis pater frater Nycholaus episcopus Butrentinus, domini[k] Amedeus comes Sabaudie, Iohannes comes Foresii, frater Iohannes de Luchidomonte de ordine Predicatorum magister in theologia, Robertus de Flandria, Nycholaus de Bonsignoribus de Senis, Stephanus de Columpna de Roma et Iacobus Gualteroti, Albiçus de Stateris, Cheus Juquj, Franciscus de Curte, Iohannes Jenus[l], Iohannes Rubeus de Gualandis milites de Pisis, Petrus de Tuderto iudex, Homo de Peretulo, magister Henricus de Geldonia, Iohannes de Melancio de Bononia, Scotus de Sancto Geminiano, magister Armannus Theothonicus, Iohannes de Vinstinga, Petrus Mardolus, Petrus Mauximi, Petrus Meta, Matheus domini Petri Mardoli et Sanctus de Sancto Martino.

**) *loco* serenissimum — pontificis *R brevius sic:* supradictum dominum imperatorem supradictis cardinalibus super contentis in litteris dicti summi pontificis.

840. i) *deest R.* k) *supra lineam J.* l) jemis? *J.*

841. a) seren. princ. *deest R.* b) quarum — est *deest R.* c) *deest R.* d) *loco* qua — eis *J:* ubi continetur. e) unctionem *R.* f) faurum *R.* g) evadentibus *male J.*

offendere vel invadere volentibus prestabit consilium, auxilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte, quod si contra predicta vel aliquod predictorum veniret, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat ac omnes et singule terre ipsius ecclesiastico subiaceant[h] interdicto, prout sic vel aliter plus vel minus in dictis
5 litteris continetur,

responsio domini imperatoris ad predicta talis est: 'Domini cardinales, ad predicta contenta in dictis litteris vobis taliter[i] respondemus, quod habitis diligentius deliberatione et consilio cum sapientibus et iurisperitis invenimus de consilio eorundem, quod nos non teneamur de iure nec virtute dictarum litterarum apostolicarum huiusmodi
10 iuramentum prestare nec nos etiam credimus, quod ipsum iuramentum prestare teneamur neque etiam[k] quod ligemur in aliquo nec possimus[l] incidere in penam vel sententiam aliquam, si dictum iuramentum non prestamus, nec conscientia nostra in aliquo nos remordet, quod propter hoc modo aliquo penam, sententiam vel onus aliquod[m] incurramus. Veruntamen si vos vel alius scitis nobis ostendere de iure, quod virtute litte-
15 rarum predictarum iuramentum huiusmodi prestare[n] teneamur, vos requirimus et rogamus et etiam protestamur, quod hoc uobis[o] ostendatis, et nos super hoc tantum faciemus, quod de iure sufficere debebit, nec incidemus in penam vel sententiam aliquam neque[p] aliquod onus propter hoc veniet super nos'[1].

2. Item in alia parte qua in dictis litteris continetur,
20 quod ipsi domini cardinales faciant, quod ipse dominus rex[q] Romanorum die qua fuerit coronatus exeat cum tota gente sua de Urbe et continuatis moderatis dietis extra totam terram Romane ecclesie se transferat recto gressu versus terras sibi subiectas, numquam ad illas vel[r] alias terras ipsius ecclesie nisi de speciali licentia sedis apostolice accessurus, prout sic vel aliter plus vel minus in dictis litteris conti-
25 netur,

responsio domini imperatoris ad predicta talis est: 'Domini cardinales, respondemus vobis, quod voluntatis nostre semper fuit discedere[s] ab Urbe incontinenti post coronationem nostram et ire alibi circa alia nostra negocia[t], nisi fuisset hoc quod videbamus Urbem et cives Romanos in guerra, tribulatione et malo statu, et pro hiis evi-
30 tandis et pro dimittenda civitate in bono et pacifico statu, sicut dominus papa hoc idem desiderat, ut apparet per eius litteras, et pro honore ecclesie Romane morati fuimus in Urbe tantum, quantum vos scitis. Et ideo respondemus vobis, quod quando videbitur vobis conveniens et utile ecclesie Romane et vos hoc nobis significabitis[u], habemus voluntatem et intencionem revocandi gentem nostram ab Urbe[2] et eundi ad alia negocia.
35 Quare vos rogamus[v] et requirimus, quatinus[w] sicut scitis et videtis per litteras papales, quod idem dominus papa hoc idem desiderat, faciatis, quod dicta civitas et cives possint morari in bono, securo et pacifico statu, ita quod sit honor[q] et utilitas ecclesie et quod vosmet onus aliquod inde non habeatis'.

3. Item ad alia que continentur in dictis litteris in ea parte qua dicitur,
40 quod idem rex Romanorum in exeundo Urbem ac easdem terras ecclesie ab illorum, qui ei sunt in[x] unctionis et coronationis sue negocio adversati, offensione per se et alios studeat abstinere, ut per hoc a Deo meritum et gratiam sedis apostolice uberius mereatur, prout sic vel aliter plus vel minus in dictis litteris apostolicis continetur,

responsio[y] domini imperatoris ad predicta talis est: 'Domini cardinales, respon-
45 demus vobis, quod declaretis nobis, qui sunt illi homines, de quibus nos requiritis de

841. h) subiacent *J.* i) taliter vobis *R.* k) *deest J. R.* l) possumus *J.* m) non *add. R.* n) de iure vel virtute l. pr. quod dictum iuram. prest. *J. R.* o) nobis hoc *J. R.* p) nec *R.* q) *deest R.* r) ad *add. J. R.* s) recedere *J. R.* t) neg. nostra *J. R.* u) significetis *J. R.* v) rog. vos *J. R.* w) quod *J. R.* x) *loco* ei sunt in *J. R*: in eis sunt. y) dicti *add. R.*

50 1) *Cf. pag. 841 lin. 42 sqq.* 2) *Cf. infra nr. 847.*

non offendendo, et nos super hoc taliter vobis respondebimus, quod debebitis esse contenti'.

4. Item[z] ad alia contenta in dictis litteris in ea parte qua dicitur in eis,

quod ipse rex Romanorum in exitu Urbis abstineat de non offendendo dominum Iohannem et gentem suam nec per se vel alios[a] impediat vel offendat, prout sic vel aliter plus vel minus in dictis litteris continetur,

responsio domini imperatoris ad predicta talis est[b]: 'Domini cardinales, respondemus vobis, quod si ipse Iohannes et gens sua super hoc velit[c] obedire[d] mandatis apostolicis et vestris, nos non intendimus eum et gentem suam impedire nec offendere in recedendo de Urbe et eundo versus Regnum'.

5. Item ad alia que in dictis litteris continentur,

quod vos, domini cardinales, ipsum regem Romanorum efficatius inducatis modis et viis, quibus poteritis, quod super omnibus iniuriis, offensis, dampnis et questionibus quibuscumque, que inter regem Romanorum et regem Robertum sunt ad presens vel esse possunt usque ad[e] diem compromissi per eos in[f] nos faciendi, nostre ordinationi pareat[g], prout sic vel aliter plus vel minus in dictis litteris apostolicis continetur,

responsio domini imperatoris ad predicta talis est: 'Domini cardinales, respondemus vobis, quod super hoc intendimus per nostros nuncios speciales domino summo pontifici respondere, sic quod ipse debebit esse contentus'.

6. Item ad alia contenta in dictis litteris in ea parte videlicet[h] qua continetur in eis,

quod ipsi domini cardinales faciant, quod idem Romanorum rex per suas patentes litteras recognoscat, quod propter ingressum[i] suum, quem fecit ante diem sue coronationis in Urbem, vel propter moram ipsius contractam in Urbe seu captionem vel arrestationem quorumcumque civium urbis eiusdem et requisitionem multorum fortaliciorum Urbis ac occupationem et alia que ibidem exercuit non vult nec intendit, quod aliquid sibi vel successoribus suis accrescat nec[k] dicto domino summo pontifici vel sedi apostolice aut Romanis civibus aliquod preiudicium generetur, prout sic vel aliter plus vel minus in dictis litteris continetur,

responsio domini imperatoris ad predicta talis est: 'Domini cardinales, respondemus vobis, quod concedimus quod de hoc fiant littere'[1].

7. Item ad[l] alia contenta in litteris clausis[2], videlicet de captis et carceratis restituendis et de fortaliciis restituendis, prout in ipsis litteris clausis[2] plenius continetur, de quibus a nobis etiam pluries petiistis responsum, vobis taliter respondemus: 'quod ob reverenciam domini summi pontificis concedimus et volumus, quod omnes carcerati qui sunt in nostra fortia liberentur, excepto . .[m] comite de Biserno, de quo intendimus taliter nos portare, quod dominus summus pontifex debebit merito contentari.'

8. Ad alia vero que a[n] nobis requiritis, quod domos et palatia, que tenemus seu gentes nostre tenent in Urbe, reddamus illis personis, quarum sunt, sic vobis respondemus: 'quod quia de modo, per quem ipse domus et palatia ad manus nostras pervenerunt, dominus papa male fuit[o] informatus, prout per litteras ipsius apparet, nos intendimus ipsum dominum[p] summum pontificem de pura veritate per nostros nuncios taliter informare, quod merito debebit nos excusatos habere. Et quantum ad restitutionem dictarum domorum et palatiorum, sic vobis clarius respondemus, quod domos seu palatia[q] Militiarum, que intelleximus spectare de iure[r] ad dominum Franciscum Gaietanum[s] cardinalem[3], immo quod sua sunt propria, reddemus vobis dominis cardina-

841. z) *deest R.* a) non *add. J.* b) ad—est *deest J.* c) velint *J;* voluerint *R.* d) et *add. R.* e) in *J. R.* f) per *J.* g) pareant *R.* h) in *add. R.* i) propter ingr. *exciderunt R.* k) neque *J.* l) in *J.* m) *deest J. R.* n) *deest J.* o) est *J.* p) dictum *J. R.* q) domus seu palacium *J. R.* r) de iure spect. *J. R.* s) gaytum *J;* gaitonum *R.*

1) *Cf. etiam nr. 847 cap. 2 (II).* 2) *Sunt litterae supra nr. 792.* 3) *Tit. S. Mariae in Cosmedin.*

libus restituenda per vos ad mandatum et ordinationem domini[t] summi pontificis et etiam Colliseum[u] vobis dominis cardinalibus reddemus et alias turres et domos[v], quas tenemus in Urbe, libenter reddemus[w] illis, quorum sunt. Scientes, quod non habemus voluntatem nec intentionem retinendi aliquod ex dictis palatiis vel aliis fortaliciis in 5 Urbe predicta[x]*. Ad** que dictus dominus legatus respondit, se nolle recipere Militias, Colliseum, domos aliquas vel fortalicia, set ipse dominus imperator eadem restitueret illis, quibus erant, sicut superius concesserat, ut de hoc fierent littere[1]. Dominus vero Lucas respondit, se velle recipere dictas Militias restituendas dicto domino Francisco cardinali, cuius erant**.

10 **842.** *INSTRUMENTUM SUPER OMNIBUS CONFECTUM.* *Aug. 6.*

Superest autographon in tabulario secreto Vaticano inter 'Instrumenta miscellanea'. In verso manu coaeva scripta sunt: Hec sunt responsiones imperatoris ad quasdam requisitiones sibi factas per . . legatum et alios cardinales. *Edidit Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. sedis' I, 456 nr. 628; nos denuo accuratius contulimus.* 15 *Quae in cap. II. conveniunt cum Protestatione supra nr. 840, ea typis minoribus excudenda curavimus.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indict. decima, die sexta mensis Augusti, pontificatus domini Clementis pape quinti anno septimo. In presencia mei 20 notarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum. Cum reverendi in Christo patres domini Arnaldus divina faciente clemencia episcopus Sabinensis apostolice sedis legatus et Lucas Sancte Marie in Via lata diaconus cardinalis requirerent serenissimum principem dominum Henricum Dei gratia Romanorum imperatorem semper augustum et peterent ab eodem, ut idem dominus imperator eisdem 25 dominis cardinalibus responderet super contentis in quibusdam litteris apostolicis, quas

*) *hic iam sequuntur in R, quae in J desunt:* Qui dominus imperator precepit nobis suprascriptis notariis suis, quod de predictis omnibus conficiamus publica instrumenta. Acta sunt hec anno, die, inditione et loco et presentibus testibus quibus supra.

**) *loco* Ad que—cuius erant *J in fine documenti post* Sancto Martino *(cf. infra) addita et R post* 30 quibus supra *(cf. supra lin. 28) exarata praebent haec:* Ad que verba dicti domini cardinales responderunt, quod Coliseum nolebant recipere. Et dictus dominus legatus[y] expresse dixit, quod predictas domos Militiarum et fortalicias nullo modo volebat recipere[z].

Post haec statim sequuntur in J: Acta sunt hec in civitate Tybur(e) in ecclesia fratrum Minorum, presenti die sexta mensis Augusti, anno Domini MCCC duodecimo, inditione X[a], 35 presentibus venerabili patre fratre Nycholao episcopo Butrentino, domino Amedeo comite Sabaudie, Iohanne comite Foresii, fratre Iohanne de Luchidomonte de ordine Predicatorum magistro in theologia, Roberto de Flandria, Nycholao de Bonsignoribus de Senis, Stephano de Columpna de Roma et Iacobo Galteroto, Albiço de Stateris, Cheo Juqui, Francisco de Curte, Iohanne Genu[b], Iohanne Rubeo de Galandis militibus[c] de Pisis, Petro de Tuderto 40 iudice, Homo de Peretulo, magistro Henrico de Geldognia, Iohanne de Melancio de Bononia, Scoto de Sancto Gemeniano, magistro Armanno Theuthonico, Iohanne de Vinstinga, Petro Mardolo, Petro Mauximi, Petro Meta, Matheo domini Petri Mardoli et Sancto[d] de Sancto Martino.

841. t) dicti *R:* dicti domini *J.* u) Culiseum *R.* v) dom. et turr. *J. R.* w) redd. lib. *J. R.* 45 x) *deest J. R.* y) sic *J;* Lucas *per errorem R.* z) Die et loco et testibus quibus supra *hic add. R.* a) *sequitur iterum* die sexta mensis Augusti *J.* b) gemi? *J.* c) milites *J.* d) scūs *J.*

1) *Supra cap. 6.*

eidem domino imperatori legi et publicari fecerant anno, indictione et pontificatu predictis, die penultima mensis Iulii, in domo fratrum Minorum civitatis Tiburtine et eundem requisiverant, ut predicta faceret et compleret, prout apparet per publica instrumenta per magistros Hugonem Bovis et Iohannem de Yvodio publicos auctoritate apostolica notarios inde confecta[1], idem dominus imperator premissis quibusdam protestationibus, que inferius subscribuntur, respondit in scriptis eisdem dominis cardinalibus in hunc modum:

Iul. 30.

I. 'In nomine Domini — cuius erant'. *supra nr. 841.*

II. Protestationum autem, quas idem dominus imperator premisit responsionibus antedictis, talis est tenor:

nr. 840.

1. 'Domini Cardinales, nos intelleximus, quod dominus papa indixit treugas inter nos et regem Robertum. Vere in hoc et in omnibus aliis* intendimus taliter nos habere, quod si Deo placuerit nos non offendemus Deum vel dominum papam seu ecclesiam Romanam. Verumtamen multum miramur rationibus infrascriptis et pluribus aliis, quomodo iste treuge sunt indicte, quia nos non fuimus vocati ad hoc neque etiam nos facimus vel fecimus guerram aliquam contra regem Robertum, et quilibet dominus temporalis habet iurisdictionem in vassallis et feudis suis, et sapientes dicunt nobis, quod hoc posset esse magnum preiudicium nobis et imperio nostro. Et[2] ideo nos protestamur, quod propter taciturnitatem nostram non consentimus alicui rei nec isti nec alteri, que posset esse in preiudicium nostrum et imperii nostri.

2. Item in litteris domini pape continetur, qualiter ipse dicit, quod nos sumus ei astricti ad iuramentum fidelitatis. Nos credimus, quod plura scribuntur, pro eo quia quandoque falsitas suggeritur et veritas tacetur vel etiam error scriptorum sepe potest intervenire, nec credimus, quod illa verba unquam scripta fuerint de intencione domini pape. Verumtamen qualitercumque predicta scripta fuerint, nos sumus et semper esse volumus defensor et pugil sacrosancte Romane ecclesie in omnibus suis iuribus. Set nos non sumus astricti alicui ad iuramentum fidelitatis nec unquam iuramentum fecimus, propter quod ad iuramentum fidelitatis simus alicui astricti, nec scimus, quod antecessores nostri imperatores Romanorum hoc iuramentum unquam fecerint'.

III. Quibus protestationibus et responsionibus omnibus publice lectis, factis et datis, ut supra premittitur, domini . . imperator et . . cardinales memorati mandaverunt michi subscripto et aliis notariis, qui presentes erant, exinde conficere et a nobis ipsis cuilibet eorum tradi et reddi publica instrumenta.

Lecte, facte et date fuerunt dicte protestationes et responsiones, ut supra premittitur, Tibur(e) in ecclesia fratrum Minorum. Presentibus reverendis in Christo patribus dominis fratribus Gregorio Castrensi, Nicolao Botruntino et Egidio Ocentinensi[3] episcopis ac venerabilibus et discretis viris . . abbate monasterii sanctorum Gregorii et Andree de Urbe ordinis sancti Benedicti, magistris Iohanne ordinis Predicatorum sacre theologie professore, Iohanne de Fenestrang(is), Henrico, Scoto et Sancio consiliariis et iudicibus dicti domini . . imperatoris ac magnificis viris dominis Amadeo Sabaudie et Iohanne Forensi comitibus ac Roberto de Flandria milite et pluribus aliis clericis et laicis tam religiosis quam secularibus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(S. N.) Et ego Fredolus de Falgayranis clericus Tholosane dioc., publicus auctoritate apostolica notarius, publice lectioni et factioni protestationum ac responsionum dationi predictis presens interfui et iussus per eosdem dominos imperatorem et cardinales hoc publicum instrumentum inde confeci, quod propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi signoque solito meo signavi. Qui domini . . imperator et cardinales predicti pluribus aliis notariis mandaverunt inde conficere publica similiter instrumenta.

1) *Quae servatae non sunt.* 2) *V. pag. 843 not. **.* 3) *Apud Eubel 'Hierarchia catholica medii aevi' pag. 392 Aegidius desideratur.*

843. 844. *LITTERAE ROBERTI REGIS SICILIAE. Aug. 14.*

Subsumere liceat litteras regis Siciliae ad treugam indictam spectantes.

843. *LITTERAE AD PONTIFICEM.*

Servantur inscriptione et linea dati carentes in litteris regi Franciae directis infra 5 *nr. 844, certe eidem diei vindicandae.* *(P. deest.)*

Quoniam[a], clementissime pater, ut firmiter teneo, que presertim pro universali bono providetis agenda, in caritate perfecta et vero iudicio facitis, sic et credo, quod apostolica noviter et paterna non minus provisione commoti decrevistis, ut audio, inter me et illustrem regem Alamanie civesque Romanos per venerabiles tam legatum[b] quam 10 alios sancte Romane ecclesie cardinales, qui cum dicto rege venerunt ad Urbem, denunciandam[c] treugam duraturam unius anni spatio a die denuntiationis illius inantea numerando. Ad quod, alme pater, illud inducit me petita licentia vestre clementie sincera caritas intimare circa formam huiusmodi provisionis omissum[d], quod silicet comunia Tuscie partis Guelfe, partis quidem sancte matris ecclesie et ecclesiastice 15 usque quaque sequele, que in neccessitatibus singulis omnibus perturbationibus quibuscunque subortis progenitoribus meis, silicet regibus profecto ecclesie filiis, verbo et opere, non parcendo laboribus quantumlibet sumptuosis, non vitando pericula vel erumnas, ad honorem et reverentiam ipsius matris ecclesie oportune, continue et fideliter affuerunt, non fuerint dicte treugue signanter inclusa. Et idcirco quia[e] crederem contra legalitatem 20 regiam agere, tante fidelitatis et antiquitatis amicos ac sedulos adiutores, homines quidem dictorum comunium Tuscie partis Guelfe ita post terga relinquere, ut in quocunque casu adverso vel prospero illos michi non facerem equa participatione consortes, duxi ad clementiam vestram inde recurrere, ut benigne dignemini sic equiori remedio providere, quod non sit occasio transire in scandalum, quod credimini fecisse in bonum. 25 Etenim, piissime domine, perquam[f] michi durum et intolerabile fieret, sub omissione tali dictorum comunium partis Guelfe a treugua iam dicta destructionem pati vel desolationem aliquam eorum utique statui proinde necessario secuturam, cum tam nobiles et antiquos amicos et adiutores ferventissimos in adversis relinquerem et michi ad gravem credo infamiam cederet et universale in orbem prodiret exemplum, quod ceteri principum 30 et comunia quevis non se libenter exponerent subsidiis in necessitatis tempore opportunis impendendis.

Scripta Traiecti etc.[g]

844. *LITTERAE AD PHILIPPUM REGEM FRANCIAE.*

Supersunt in codice H. III. 38 fol. 15' bibliothecae universitatis Taurinensis, quem 35 *denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. II, 231 nr. 5.* *(P. deest.)*

Serenissimo principi domino Philippo Dei gratia illustri regi Francorum, honorabili consanguineo suo Robertus eadem gratia Ierusalem et Sicilie rex auspiciorum incrementa felicium et salutem.

Quia[a] nostrorum agenda processuum, eorum presertim que pondus importare 40 videntur, vos latere non cupimus, vobis presentibus intimamus, quod domino nostro summo pontifici per nostras nunc scribimus litteras in serie subsequenti:

843. a) Omnia? *c.* b) legatos *c.* c) denunciaturi *c.* d) obmissum *c.* e) qui *c.* f) *post* per *sequitur* quantum *supra lin. add. c.* g) *reliqua desunt c.*

844. a) Qui *c.*

'Quoniam, clementissime pater — Scripta Traiecti etc.' *supra nr. 843.*

Itaque petimus, rex illustris, ut nostro huiusmodi attento motivo, cui ex rationabili consideratione pretacta nos decet inniti, velitis per intercessiones vestras accomodas apud ipsum dominum summum pontificem taliter operari, quod opportune provideat in hac parte, ita quod dicti amici et coadiutores nostri in treugua predicta includantur 5 expresse.

Datum ibidem[1], XIIII. Aug., X[e]. ind(ictionis).

845. *ASSIGNATIO PECUNIAE CARDINALI EPISCOPO OSTIENSI FACTA.* *Aug. 15.*

Hic subiungimus ad editionem, quam paravit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 247 10 *nr. 148 ex autographo tunc Prati in bibliotheca cl. v. Hermolai Rubieri asservato. Quod ubi iam servetur nescimus. Cf. pag. 825 lin. 40.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

In hac sedulitate studii nostra vigilat imperialis providentia, hec est nobis cura 15 precipua, hoc profecto nostre intentionis existit, ut eos, qui nobis et imperio zelo bone voluntatis in altum ecclesiam Domini supportantes nostra et eiusdem imperii negocia promoverunt et inantea feliciter poterunt promovere, condignis preveniamus honoribus et favoribus gratiosis. Sane attendentes sincere caritatis et dilectionis affectum ac pure et specialis voluntatis zelum, quos venerabilis in Christo pater Nycolaus Ostiensis et 20 Velletrensis episcopus amicus noster carissimus ad nos et sacrum sepe dictum imperium habere dinoscitur, dignum et conveniens arbitramur, ut et nos vice versa actus nostros etiam[a] eiusdem amicitie conformemus. Sperantes igitur, quod idem cardinalis, sicut etiam hucusque per operum evidentiam experti sumus, inantea nostra et ipsius imperii negocia ubicumque et specialiter apud sedem apostolicam debeat promovere, in signum 25 specialis amicitie et dilectionis indicium eidem quingentas marcas argenti singulis annis in festo Pasche de imperiali nostra camera percipiendas et per nos ipsi solvendas de eadem de mera liberalitate nostra duximus largiendas. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Tybur(e)[b], XVIII. Kalendas Septembris, indictione X, anno Domini millesimo 30 trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

---

846. HOMAGIUM TERRAE CORTONAE ITERATUM.

1312. Sept. 6.

Cf. iam supra nr. 757. Conferenda sunt etiam ea, quae narrat Nicolaus Botron- 35 *tinensis (ed. Heyck) pag. 67, non omnino cum documento nostro convenientia:* Illi imperatorem cum magno honore receperunt, et in presentia totius populi fidelitatem sibi fecerunt per sindicos, rogantes ipsum, ut eos ad cameram suam reservaret, ita quod nulli tenerentur servire nisi sibi. Quod facere noluit, et hoc quia in civitate Pisana,

845. a) *sic ed.* b) Tybur *ed.* 40

1) *Scilicet Traiecti.*

antequam ad Cortonam iret, per episcopum Aretinum fuit sibi intimatum, quod Cortona erat ecclesie Aretine. Et de hoc volebat facere fidem dictus episcopus per privilegium Karoli Magni, qui eam ecclesie Aretine dedit, et per confirmationem multorum aliorum imperatorum. Antequam privilegia sua venirent, pro quibus miserat in Aretium, placuit 5 Deo, quod dictus episcopus in Pisis finem universe carnis est ingressus. Unde recordor, quod imperator precepit fieri instrumentum, quod fidelitatem Cortonensium receperat salvo iure ecclesie Aretine [1], nundum tamen sibi declarato nec ostenso.

Cum Registrum antiquum Cortonense inspicere non potuerimus, contulimus inter se editiones, quas paraverunt A *F. A. Alticozzi 'Risposta apologetica al libro* (= G) *dell'* 10 *antico dominio del vescovo d'Arezzo sopra Cortona' II (Livorno 1765) pag. 21 nr. 52 satis accuratam et* G *L. Guazzesi 'Dell' antico dominio del vescovo di Arezzo in Cortona' (Pisa 1760) pag. 176 sqq., potiores tantum lectiones adnotantes textumque in minutiis corrigentes. Quae redeunt, ut indicat* A, *ad 'Registro vecchio della Cancelleria di Cortona' fol. 65. — Böhmer, Reg. Heinr. pag. 304.* *(P. deest.)*

15 In [2] nomine Domini amen.

(1) Anno eiusdem a nativitate millesimo trecentesimo duodecimo, inditione decima, domino Clemente papa residente et domino Henrico imperatore et semper augusto imperante, primo anno sui imperii, die sexta mensis [a] Septembris. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod in presentia dicti 20 imperatoris et testium infrascriptorum et mei notarii infrascripti et coram universo populo terre Cortone ibi congregato personaliter constitutus Bracchius comes quondam Nerii et Landus alias dictus Orlandus notarius quondam Restori de Cortona syndici, actores et nunptii speciales comunis et populi et universitatis hominum terre Cortone ad infrascripta specialiter facienda solepniter et legiptime constituti, prout patet per publicum 25 instrumentum scriptum manu Amadei notarii Hermanni de Cortona publici notarii [3], syndicario et actorio nomine predictorum comunis et populi et hominum dicte terre Cortone eiusque districtus [4],

quod ab hac [h]ora inantea erunt fideles predicto domino imperatori et Romano imperio contra omnem hominem. Et numquam erunt ipsi et alii homines eiusdem 30 districtus in facto vel consilio, quod idem dominus imperator vitam aut membrum amittat aut recipiat in personam vel res aliquam lesionem vel contumeliam aut amittat aliquem honorem, quem nunc habet vel inantea possidebit. Item si sciverint vel audiverint de aliquo vel aliquibus, quod velit vel velint aliquid istorum contra ipsum dominum imperatorem facere, ut non fiat, pro posse suo impedimentum prestabunt 35 et si prestare nequiverint, quam cito poterunt, ipsi domino imperatori intimabunt et

846. a) *deest* A.

1) *Clausula haec in instrumento super homagio confecto deest.* 2) *Transsumti verba sunt haec:* In Dei nomine amen.

Hoc est exemplum cuiusdam publici instrumenti comunis Cortone scripti et publicati manu 40 Ranerii [a] quondam Guidonis de Cortona notarii cum ipsius instrumenti die et consule, cuius talis est tenor videlicet:

'In nomine Domini — scripsi et publicavi.'

Et [b] ego Fucius quondam Mathei de Trebio civis Spoletanus imperiali auctoritate notarius et nunc scriba et officialis reformationum et cancellarie terre Cortone suprascripta omnia et singula, 45 prout supra continentur et scripta sunt, ut in authentico supradicto instrumento inveni, ita hic fideliter exemplando transcripsi et exemplavi nil addens vel minuens, quod ipsius substantiam permutaret, nisi solum signo scribentis ipsius notarii pretermisso. (S. N.)

3) *Quod servatum non est.* 4) *Hic nonnulla verba excidisse videntur; ita enim* A *et* G.

a) Rainerii *G.* b) *abhinc reliqua desunt G.*

contra eum vel eos, prout poterunt, eidem domino imperatori suum prestabunt auxilium. Et si contigerit ipsum dominum imperatorem rem aliquam, quam habet in presenti vel habebit in futurum, quacumque causa amictere, eam recuperare iuvabunt omni tempore et retinere ac omnibus iuribus suis et Romani imperii adipiscendis, retinendis et recuperandis toto posse assistent. 5

(2) Item confessi fuerunt et recognoverunt sindicario nomine quo supra, ipsum dominum imperatorem esse et esse debere verum, naturalem, proprium et immediatum dominum suum et dicte terre Cortone, comunis et populi et districtus eiusdem cum omnibus iuribus suis et pertinentiis et ipsum dominum imperatorem habere et habere debere in predictis omnibus et singulis merum et mixtum imperium et omnimodam 10 iurisdictionem[1].

(3) Et si sciverint, ipsum dominum imperatorem velle aliquem vel aliquos offendere, et inde specialiter vel generaliter fuerint requisiti, eidem domino secundum posse ipsorum prestabunt auxilium, consilium et favorem. Et si aliquid eis idem dominus imperator in secreto manifestaverit, illud sine sui licentia nemini pandent vel facient, 15 quod pandatur. Et si consilium idem dominus imperator ab eis petierit, illud dabunt, quod eis melius videbitur et magis pro eo expedire. Et quod nunquam in personis eorum aliquid scienter facient, quod in ipsius domini imperatoris iniuriam vel[b] contumeliam possit redundare. Et omnia alia et singula facient, ad que veri subditi et fideles tenentur facere suo vero domino et facere consueverunt predecessoribus 20 Romanorum imperatoribus. Et omnia alia et singula, que in forma fidelitatis nove et veteris continentur.

(4) Qui dominus Henricus[c] imperator post dictum fidelitatis et homagii prestitum iuramentum benigne et gratiose dictos syndicos syndicario nomine quo supra terram Cortone cum toto suo districtu per eam solito possideri ac universitatem et homines 25 dicte terre Cortone singulariter et in comuni in suos et sacri Romani[d] imperii speciales et immediate subiectos et fideles et immediate ad cameram imperialem pertinentes et solitos pertinere et ad suam gratiam et favorem admisit et recepit. Et censuit et decrevit ac etiam declaravit, dictam terram Cortone, comune et homines dicte terre Cortone ad ius et proprietatem immediatam sacri Romani imperii pertinere. Volens ac 30 mandans ac etiam decernens, dictam terram Cortone et homines ipsius terre gaudere plene et perpetuo[e] privilegio libertatis omni iure et modo[f], suo nomine et sacri Romani imperii quo melius potuit cum effectu. Predicta omnia et singula ipso populo terre Cortone publice acclamante[g], volente et affirmante et expresse consentiente.

Actum Cortone supra logiam que est ante palatium populi, presente domino 35 Nicholao[h] de Bonsignoribus de Senis, domino Guillelmino domini Uguccii de Cortona, domino Bonaiuncta iudice olim Deodati[i], Bertuldo quondam Meli Bonaguide, Baldacchino notario Bartoli de dicto loco et aliis pluribus testibus ad hec vocatis et rogatis.

Et[k] ego Rainerius quondam Guidonis de Cortona imperiali auctoritate notarius constitutus hiis omnibus interfui et ut supra legitur rogavi, scripsi et publicavi[k]. 40

846. b) aut *G.* c) Hericus *A.* d) *deest A.* e) in *add. A. G.* f) modo et iure *G.* g) clamante *A. G.* h) Nicolao *G.* i) Deotaiti *A.* k) Et—publicavi *desunt G.*

1) *Cap. 2 in* A *et* G *textui homagii ita interiectum est.*

847. RESPONSIONES AD LITTERAS CLEMENTIS V. PAPAE ITERATAS.

1312. Sept. 10.

Cum litterae pontificis de gente imperatoris ex Urbe revocanda aliisque rebus emissae 5 *servatae non sint nec in Indice documentorum a. 1313, de quo v. supra ad nr. 298, memorentur, proponimus instrumentum a notariis de responsionibus imperatoris confectum, cuius minuta vel imbreviatura J manu Iohannis de Dyst exarata servatur inter Acta et collectanea Bernardi de Mercato Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 60 sq. Edidit Doenniges* 10 *l. c. II, 67 nr. 26; nos denuo accuratissime contulimus.*

De his narrat Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 67: In Aretio publicaverunt processus, quos publicari mandastis, in presentia imperatoris quidam abbas Aretinus et prepositus ecclesie, secundum quod cardinales eis mandaverant, et dominus imperator cum reverentia audivit. — *Böhmer, Reg. Heinr. 504.* *(P. deest.)*

15 (1) Anno Domini MCCCXII, ind. X, die decima mensis Sept., in palacio episcopali Aret(ino) pontificatus etc., regni et imperii etc., in presencia infrascriptorum testium et nostrorum notariorum infrascriptorum Bernardi, Io(hannis), Dati quondam Philippi de Aretio. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod cum venerabilis vir dominus Bosus prepositus Aretinus die Sabbati nuper *Sept. 9.* 20 preterita receperit in mandatis a reverendis patribus miseratione divina dominis . . Arnaldo Sabinensi sedis apostolice legato et Nicolao Ostiensi et Valetrensi[a] episcopis ac Luca Sancte Marie in Via lata dyacono cardinalibus per ipsorum dominorum cardinalium patentes litteras, ut quasdam patentes litteras exequtorias quorundam mandatorum apostolicorum, sigillatas sigillis ipsorum dominorum cardinalium[1], in quibus inter 25 cetera continebatur,

quod ipsi domini cardinales mandabant et precipiebant auctoritate apostolica, qua in ea parte fungebantur, serenissimo principi domino Henrico divina favente clemencia Romanorum imperatori semper augusto, ut gentem suam que est in Urbe infra XXI dies a data dictarum litterarum numerandos et continue subsequendos ab eadem Urbe 30 revocaret, et item quod daret litteras suas patentes continentes, quod propter ingressum ipsius domini imperatoris et eius moram in Urbe sive propter detentionem quarundam domorum sive pallaciorum factam per ipsum dominum imperatorem vel suos sive propter aliqua alia per ipsum dominum imperatorem vel suos ibidem gesta domino summo pontifici vel ecclesie Romane aliquod preiudicium generetur nec iura ipsorum 35 summi pontificis et ecclesie Romane in aliquo diminuantur nec ius aliquod ipsi domino imperatori vel Romano imperio propter hoc acquiratur[2],

ipsi domino imperatori presentari et in eius presencia legi et publicari faceret, dictus prepositus mandatis predictis volens efficaciter obedire, ipsas litteras dominorum cardinalium die presenti coram dicto domino imperatore et testibus infrascriptis legi et 40 publicari fecit.

847. a) *sic J.*

1) *Nec litterae pontificis nec executoriae cardinalium servatae sunt. Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 339.* 2) *Cf. iam supra nr. 841 cap. 6.*

(2) Qui quidem dominus imperator tamquam devotus rex catholicus et obedientie filius respondit ad contenta in litteris antedictis,

(I) quod gentem suam existentem in Urbe ab eadem Urbe exnunc revocat, ut infra terminum in supradictis litteris prefixum ab eadem recedant cum effectu, protestans idem dominus imperator, quod si dicta gens sua ultra dictum terminum in 5 dicta Urbe morari presumeret, quod ipsam moram ulteriorem idem dominus imperator gratam non haberet nec eam acceptaret, immo stipendia, que ab ipso domino imperatore recipere debent, si contingat ipsos ibidem morari ultra dictum terminum, exnunc revocat nec ad ea solvenda vult ulterius se teneri, et hec omnia per suas patentes litteras[1] eis celeriter significabit. 10

(II) Item super eo quod dicti domini cardinales requirunt ab eodem domino imperatore, quod det eis litteras suas patentes continentes, quod propter eius ingressum vel moram vel alia, que ipse per se vel alium gessit in Urbe, dicto domino summo pontifici vel ecclesie Romane nullum preiudicium generetur et cetera, respondit dictus dominus imperator, quod super isto articulo meminit ipsis dominis cardinalibus iam 15 alias sufficienter respondisse[2] et adhuc exhabundanti sic respondet, videlicet quod propter ingressum suum sive modum ingrediendi aut propter eius moram vel alia quecunque per ipsum vel gentem suam gesta in Urbe supradicta non vult nec intendit, quod domino summo pontifici vel ecclesie Romane in iuribus suis aliquod preiudicium generetur nec ipsi domino imperatori vel imperio aliquod ius de novo acquiratur. 20

(III) Super ceteris vero contentis in supradictis litteris dictorum dominorum cardinalium respondet dictus dominus imperator, quod per Dei gratiam in eis et super eis proponit et intendit taliter se gerere et habere, quod in culpa non cadet et quod a Deo vel homine non poterit merito reprehendi.

(3) Et de predictis omnibus et singulis preceperunt nobis notariis dicti dominus 25 imperator et prepositus facere publica instrumenta.

Acta sunt hec anno, die, mense et indictione predictis in pallacio episcopali in civitate Aretina. Presentibus dominis H(enrico) Dei gratia Tridentino et Nicolao Botrontino episcopis, fratre Iohanne de Lucidomonte ordinis Predicatorum, dominis Iohanne Westingha, Iacobo quondam magistri Roselli, Wiviano de Dorna, P(etro) de Tuderto, 30 Sanctio cantore Yporegiensi et Homine de Peretulo iudicibus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

---

848. 849. CITATIO ROBERTI REGIS SICILIAE.

1312. Sept. 12. — 1313. Ian. 21.

Cf. iam supra nr. 821 et infra ad a. 1313. Febr. 12. 35

848. *PUBLICATIO EDICTI. 1312. Sept. 12.*

Exemplar autographum servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4' nr. 16. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 187 nr. 48a. Denuo contulimus.

Alius transsumti a. 1313. Ian. 24. confecti ibidem servati varias lectiones utpote nullius valoris non adnotavimus. Adnotat subscriptiones notariorum Doenniges l. c. II, 189 40 *nr. 48b.*

1) *Servatae non sunt.* 2) *Supra nr. 841 cap. 6.*

Cf. gravissima verba quae de his rebus refert Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 67: Utrum in civitatem Tiburtinam vel in Cortonam vel in Aretium inceperint citationes regis Roberti et multarum personarum et civitatum rebellium, non recordor, sed memoriam habeo, quando hoc in Roma tractabatur, quod auditores sacri sui palatii, 5 de quorum consilio specialiter omnes tales processus fiebant, dixerunt imperatori, et iniciare et mediare et terminare talia opportebat in terris imperii. Bene ymaginor ego, quod in altero predictorum locorum facte sunt primo citationes. *Cf. iam supra pag. 824 lin. 8 sqq. — Böhmer, Reg. Heinr. 505.* *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

10 (1) [Nos][a] Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus hoc edicto publice posito requirimus et citamus regem Robertum natum olim regis Karoli, quod usque ad tres menses proxime venturos, quem terminum eidem pro primo, secundo et tertio perhemptorie assignamus ex pluribus iustis et rationabilibus causis et precipue propter viarum discrimina, quia ad eum securus non potest haberi accessus, conpareat 15 personaliter coram nobis ad se excusandum et defendendum ab inquisitione[1], quam facimus contra eum, super eo quod plura et diversa crimina et reatus contra nos et maiestatem nostram comisit ac etiam comitti procuravit et que ad[h]uc comittere non desistit, propter que vel eorum alterum ipsum in crimen legis Iulie maiestatis non est dubium incurrisse, et potissime super articulis et capitulis infrascriptis, que notorie 20 divulgantur per ipsum regem Robertum comissa fore anno, mensibus atque locis in dicta inquisitione insertis, videlicet:

(I) C In primis quod notorie divulgatur, quod ipse rex Robertus tractavit et ordinavit et etiam quod tractari et ordinari effectualiter procuravit in provinciis Lonbardie et Tuscie cum nostris et imperii rebellibus, quod nobis et nostro imperio obedientes 25 non essent et quod nobis totis viribus se opponere[n]t, qui de iure tanquam subditi et fideles imperii nobis obedire et subesse tenentur, pollicendo eisdem auxilium, consilium et favorem super conspiratione et rebellione predicta.

(II) C Item super eo quod notorie divulgatur, quod ipse rex Robertus fecit et fieri procuravit per se et eius procuratores, ambaxiatores et nuntios conspirationes, ligas 30 et societates et uniones contra nos et nostrum imperium cum ipsis nostris et imperii rebellibus, qui de iure sunt subditi et fideles imperii, que unitas et conspiratio ad[h]uc continue durat, et maxime cum Florentinis, Lucensibus et Senensibus et aliis de Lonbardia et Tuscia, qui sunt in liga et societate et conspiratione predicta, et cum eorum et cuiuslibet ipsorum sindicis et procuratoribus et ipsis universitatibus et qua- 35 libet earum, tractando, firmando, ordinando cum eis mortem et confusionem nostram et totius imperii ac etiam eversionem et diminutionem nostri et imperii honoris et status.

(III) C Item super eo quod notorio clamore et publica divulgatione publice et notorie divulgatur et ita manifeste et evidenter, quod nulla potest tergiversatione celari, 40 publice fertur, quod ipse rex Robertus tractavit et ordinavit cum predictis Florentinis, Lucensibus et Senensibus et aliis de Lonbardia et Tuscia, qui sunt in dicta conspiratione cum eis, quod ipsi publice et manifeste cum armis et equis ad Urbem accederent ad se opponendum et pro viribus resistendum, ut dyadema imperiale nullo modo recipere valeremus, et ad pugnandum et preliandum nobiscum et gente nostra, 45 ut nos et nostros milites et barones, duces, marchiones, archiepiscopos, episcopos et

848. a) *excidit or.; cf. infra pag. 857 lin. 13.*

1) *Scriptum inquisitionis servatum non est.*

comitivam nostram et cuiuslibet predictorum morti traderet. Et propter eius tractatus, blanditias, conspirationes, promissiones, ligas et uniones predicti nostri rebelles cum armis et equis in maxima quantitate accesserunt ad Urbem contra nos et imperium. Ipse etiam rex Robertus contra ea, que nobis scripsserat et publice asserebat nostris nunciis et aliis publice, quod Iohannem fratrem suum tra[n]smittebat ad Urbem pro nostro et imperii favore et nobis daret in coronatione nostra auxilium, consilium et favorem, contra nos et imperium cum gente maxima per mare et per terram ad dictam Urbem transmisit. Qui Iohannes simul cum predictis rebellibus et ipsi rebelles cum eo contra nos et nostros milites et barones se pro posse opposuerunt, occupando et occupatam hostiliter detinendo ecclesiam sancti Petri de Urbe, in qua intendebamus dyadema imperiale recipere, veniendo etiam ad prelia cum gente nostra, que ad dictam ecclesiam volebat accedere, et pluries et diversis vicibus aliquos de gente nostra robaverunt, aliquos ad mortem vulneraverunt, aliquos interfecerunt et precipue reverendum patrem dominum Thebaldum episcopum Leodiensem[1].

(IV) C Item super eo quod etiam notorie divulgatur, quod in partibus Lonbardie tractavit et ordinavit de capiendo et contra imperium tenendo plures terras et iura imperii, quas occupavit et occupari fecit per gentem suam et quas continue detinet occupatas, et precipue civitatem de Ast et plura castra districtus eiusdem et castrum de Valentia, castrum de Casali, que inmediate et pleno iure pertinent ad nos et imperium et in ipsa possessione eramus, ponendo in eis vicarios et officiales pro nobis et nostro nomine et nos in eorum dominum recognoverant specialem et nobis fidelitatem solepniter iuraverant[2]. Quos vicarios et offitiales ipse rex Robertus de dictis civitate et castris expelli fecit et de facto sibi fidelitatem iurari contra nostrum et imperii honorem et statum.

(V) C Item super pluribus aliis in dicta inquisitione insertis, que notorie et publice divulgantur ipsum regem Robertum fecisse et comisisse et continuo facere et comittere in diminutionem et detractionem nostri et imperii et que redundant et redundare possunt ad nostram et imperii confusionem, mortem et periculum et iacturam.

(2) Quem regem Robertum sic publice et publico edicto citavimus, ut hec citatio ad eius possit pervenire notitiam, et quia litteras et nuntios ad eum tra[n]smittere non valemus propter viarum discrimina et quia, sicut publice fertur et notorium dicitur, dedit operam et ordinavit atque tractavit, quod nulli nostri nuntii ad eum possint accedere et quod accedentes capiantur, derobentur et occidantur, dicimus tamen et Deo et hominibus publice protestamur[b], quod eidem venienti et se si poterit excusanti quod iustum fuerit intendimus observare et ipso per contumaciam absente nichilominus procedere tam ad sententiam quam ad alia, prout de iure facere debebimus et poterimus, eius absentia non obstante.

Mandantes hoc describi edictum per Paulum de Podioboniçi camere nostre notarium.

(S. N.) Ego Paulus de Podioboniçi notarius camere sacre imperatorie maiestatis eius mandato predicta scripssi. Millesimo CCCXII, inditione X, die XII. Septenbris.

849. *REMOTIO EDICTI.* *1313. Ian. 21.*

Instrumentum super remotione citationis statim sequitur publicationem nr. 848 in eadem membrana conscriptum. Cf. supra ad nr. 848. *(P. deest.)*

848. b) protexstamur *or.*

1) *Ex vulnere mortifero die 26. m. Maii accepto mortuus est paullo post. Cf. apochas Rationum thesaurariae*: Item IIII jour de Juin conte par Renardin pour mille troicent XXXIII libres de cire pour faire le service monsegnour de Liege et l'abbe de Wissembourch az freres Preceurs, pour liguement pour le dite cire ovrer e pour portage des candeles au dit lieu CXXIX florins *(Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 318).* 2) *Cf. supra nr. 468. 459. 460. 463. 464.*

In Dei nomine amen.
Hoc est exenplum cuiusdam instrumenti, cuius tenor talis est:

In nomine Domini amen.
Anno Domini millesimo CCCXIII, tempore domini Clementis pape quinti et 5 domini Henrici Romanorum imperatoris semper augusti, die XXI. mensis Ian., indit. XI. In presentia mei notarii et testium subscriptorum discretus vir Nerius natus domini Stephani de Pistorio de mandato sapientis viri domini Petri Deodati de Tuderto legum doctoris, iudicis et officialis predicti domini Romanorum imperatoris, quoddam edictum dudum per ipsum dominum imperatorem contra regem Robertum[a] editum et scriptum 10 et publicatum manu ser Pauli notarii de Podioboniçi, quod confixum erat cum quibusdam bulettis in hostio episcopatus Aretini, de hostio predicto eruit, elevavit et removit ipsumque edictum in manibus dicti domini Petri sic elevatum de hostio predicto posuit. Quod quidem edictum sic incipit: 'In nomine Domini amen. Nos Henricus Dei gratia Romanorum imperator senper augustus hoc edicto publice posito requirimus et citamus 15 regem Robertum natum olim regis Karoli etc.' et finit ante subscriptionem notarii: 'mandamus[b] hoc scribi[c] edictum per Paulum de Podioboniçi camere nostre notarium'[1].

Actum est hoc in civitate Aretii in ecclesia episcopatus Aretini, presentibus domino Buoso preposito Aretino, Gherardo condam domini Iohannis de Buçacharinis, ser Petro domini Vive de Aretio et multis aliis testibus vocatis et rogatis.

20 Ego Iohannes Nutii de Viterbio imperiali et alme Urbis prefecti auctoritate notarius et iudex ordinarius predictis interfui et ea rogatus et etiam de mandato dicti domini Petri scripsi et publicavi.

(S. N.) Ego Paulus de Podioboniçi notarius camere sacre imperatorie maiestatis autenticum, ex quo supradictum exemplum sumptum est, vidi, legi et transcripssi, prout 25 in ipso inveni, ipsumque ascultavi una cum Pandulfino notario infrascripto et signum proprie manus apposui.

(S. N.) Ego Pandolfinus Scarlattini de Castro Florentino imperiali auctoritate iudex et notarius publicus auctentichum huius publici documenti, ex quo presens adsumptum est, una cum supradicto ser Paulo notario vidi, legi et adscultavi. Et quia utrumque 30 concordare inveni, ideo me subscripsi et signum proprie manus apposui.

850. MANDATUM DE GUERRA VIVA CONTRA REBELLES INCIPIENDA.

1312. Sept. 20.

Superest solum exemplar abbati monasterii Montis Amiati missum, cuius trans- 35 *sumtum servatur Florentiae in tabulario regio. Exempla vero abbatis G. C. Fatteschi sacc. XVIII. inveniuntur Romae in codicibus Sessorianis 213 pag. 669 et 215 pag. 579 bibliothecae nationalis 'Vittorio-Emmanuele'. Quae omnia descripsit iam olim Giesebrecht, edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 456 nr. 650. Nos hanc editionem repetimus.*

Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 597 et 598 (Addit. I). — Böhmer, Reg. Heinr. 593 40 *(Addit. I).* *(P. deest.)*

849. a) *sequitur* s *delet. or.* b) *sic or. pro* mandantes. c) *sic or. pro* describi.

1) *Cf. supra pag. 855 lin. 10 sq. et pag. 856 lin. 38.*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus abbati castri abbatie Sancti Salvatoris fideli suo gratiam suam et omne bonum.

Presentium tibi tenore sub pena privationis omnium feodorum, libertatum et immunitatum, que et quas a nobis et Romano tenes imperio, districte precipiendo mandamus, quatinus visis presentibus contra Senenses et eorum comune ipsorumque 5 complices et fautores, rebelles nostros condempnatos et proscriptos, omni excusatione et dilatione cessante guerram incipere et eam prosequi viriliter non obmittas, ipsos in bonis et personis eorum pro viribus offendendo. Has autem litteras registrari fecimus, de quarum presentatione . . latori earum, nuntio nostro iurato, dabimus plenam fidem[1].

Dat. in castris ante Florentiam, XII. Kal. Octobr., regni nostri anno quarto, imperii 10 vero primo[a].

851—870. SCRIPTA AD IURA ET BONA IMPERII IN TUSCIA SPECTANTIA.

1312. Sept. 29.—1313. Febr. 23.

Syndicatus de homagiis fidelitatis faciendis nonnullos, qui maioris sunt momenti, 15 *mandata varia ad easdem res pertinentia, Inquisitionem denique de bonis imperii in Tuscia institutam omnia non diversis locis divisa, sed hic coniunctim proponere liceat.*

851—865. *SYNDICATUS ET HOMAGIA TERRARUM ET CASTRORUM IMPERII. 1312. Sept. 29.—Nov. 25.*

Autographa syndicatuum servantur omnia Pisis in tabulario Roncioniano, ex quibus 20 *edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 247 sqq. Nos partim denuo inspeximus*[2].

850. a) I° *tr.*

1) *Cf. eadem fere verba iam supra tom. III pag. 576 l. 1—3.* 2) *Syndicatus reliquos, quorum textus in editione nostra ponere longum est, tamen hic citamus. Quorum autographa partim inedita aut Taurini in tabulario regio, aut Pisis in archivo Roncioniano servantur:* 25

1. 1312. Sept. 13 Syndicatus castri de Montemarciano; cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr. (220); *Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 189 nr. 49 extr. ex autogr. Taurin.*

2. 1312. Sept. 16 S. Blasii de Monasterio (Repetti 'Dizionario geografico fisico storico della Toscana' III, 254); Doenniges l. c. II, 190 nr. 50a extr. (falso 'de Moris') ex autogr. Taurin.

3. 1312. Nov. 3 S. Cristinae de Montes(pertuli) (Repetti l. c. V, 10); tabul. Taurin. 'Ducato di Aosta 30 *Mazzo 12' nr. 5, inedit.*

4. 1312. Nov. 4 S. Blasii de Passignano; cf. infra nr. 870 sub nr. (53); *tabul. Taurin. l. c. nr. 4, inedit.*

5. 1312. Nov. 5 S. Marie Montis Macerati (Repetti l. c. III, 7); Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 253 nr. 154 ex autogr. Pisan.

6. 1312. Nov. 6 S. Iacobi ad Mucianum; cf. infra nr. 870 sub nr. (160); *tabul. Taurin. l. c. nr. 7, inedit.* 35

7. 1312. Nov. 6 S. Martini ad Argianum (= S. Martini del rescovo); cf. infra nr. 870 sub nr. (59); *tabul. Taurin. l. c. nr. 9, inedit.*

8. 1312. Nov. 7 S. Martini la Palma (Repetti l. c. III, 105); tabul. Taurin. l. c. nr. 10, inedit.

9. 1312. Nov. 10 S. Nicolai de Rada; cf. infra nr. 870 sub nr. (192); *Doenniges l. c. II, 190 nr. 50b extr. ex autogr. Taurin.* 40

10. 1312. Nov. 11 Imbreviatura de homagio S. Iacobi de Petraficta; cf. infra nr. 870 sub nr. (187); *Doenniges l. c. II, 69 nr. 28 extr. ex autogr. Taurin. valde corroso; cf. infra ad nr. 852.*

11. 1312. Nov. 11 Syndicatus S. Romoli de Tignano; cf. infra nr. 870 sub nr. (48); *tabul. Taurin. l. c. nr. 12, inedit. Ubi inter cetera haec:* cum pleno mandato, balia et altoritate(!) eisdem concessa dandi, pro-

851. *SYNDICATUS COMMUNIS SETTIGNANI. Sept. 29.*

Edidit Bonaini l. c. I, 247 nr. 149 ex autographo nr. 719. In verso legitur: Populi Sancte Marie de Septignano.

In Inquisitione infra nr. 870 nomen communis desideratur. *(P. deest.)*

5 In Dei nomine amen.

Anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione XI, die penultimo mensis Septembris. Pateat omnibus evidenter hanc paginam spectantibus, quod in presentia mey Bartoli notarii et testium infrascriptorum convocato et adunato generali parlamento comunis et populi Sancte Marie de Septignano [1] ad sonum campane et requi-10 sitionem rectoris dicti populi, ut moris est, idem parlamentum totum cum licentia, auctoritate et consensu Vieri rectoris et ipse rector cum consensu plenissimo dicti parlamenti et in solidum quilibet ipsorum, nomine et vice ipsorum et totius universitatis dicti loci et personarum omnium dicti loci, in plena concordia fecerunt [et] constituerunt Verium Iohannis presentem et recipientem eorum et dicte universitatis legiptimum sindi-15 chum, procuratorem, factorem, actorem, missum et nuntium specialem ad comparendum pro eis et eorum nomine et dicte universitatis coram serenissimo principe et domino domino Herigo Romanorum inperatore et semper agusto et ad hobediendum eius mandatis. Et in animas ipsius comunis et universitatis et hominum dicti populi et comunis iurandum et iuramentum prestandum proprie et debite fidelitatis eidem et suis succes-20 soribus et sacro Romano inperio proprie faciende, et ad recongnoscendum eundem dominum inperatorem eorum verum, generalem et legiptimum dominum sine aliquo medio et ipsum dominum inperatorem sine aliquo alio medio habere in eis et ipso comuni et universitati et hominibus dicti loci merum et mistum inperium, iurisdictionem et facultatem omnimodam et iurisdictionem dicti comunis et populi ad ipsum dominum

25 mittendi, solvendi pro dicto populo et comuni illam quantitatem pecunie, quam eis videbitur expedire, aliquibus baronibus serenissimi principis domini nostri imperatoris semper augusti, qui servierunt dicto comuni et populo Sancti Romoli de Tingnano.

12. 1312. Nov. 12 Syndicatus plebis S. Mariae Novellae; cf. infra nr. 870 sub nr. (199)*; Bonaini l. c. I, 260 nr. 161 ex autogr. Pisan.*

30 *13. 1312. Nov. 14 S. Lei de Milazzano plebatus Cintorii; Repetti l. c. III, 186 et infra nr. 870 sub nr.* (177)*; Bonaini l. c. I, 264 nr. 165 ex autogr. Pisan.*

14. 1312. Nov. 15 S. Mariae de Petriolo de Castellina vallis Grevis (Repetti l. c. IV, 145); Bonaini l. c. I, 265 nr. 166 ex autogr. Pisan. Ubi inter alia haec: coram . . . imperatore . . . et coram dicti domini imperatoris vicariis, curia, iudicibus et officialibus et maxime et nominatim coram nobili viro 35 Naldo de Gherardinis vicario pro dicto domino imperatore in liga et partibus lige Vallis Grevis.

15. 1313. Febr. 4 communis Leoninae comitatus Senensis (Repetti l. c. II, 682); Doenniges l. c. II, 170 nr. 37 extr. (male ad a. 1312) ex autogr. Taurin. valde corroso. Homagium praestitum esse die 21. m. Febr., notitia manu Bernardi de Mercato scripta indicatur.

16. 1313. Mart. Aginolfi comitis palatini Tusciae; Doenniges l. c. II, 197 nr. 55 extr. ex autogr. 40 *Taurin. valde corroso.*

Quae de Syndicatibus huius notae nr. 3. 4. 6—8. 11 notat Samanek loco supra ad nr. 703—712 itato XXVII, 237 not. 3, erronea sunt.

Adiungere etiam liceat ex Nicolao Botrontinensi (ed. Heyck) pag. 72 ea quae narrat: Ibi *(scil. ante Florentiam)* de comitatu eorum *(scil. Florentinorum)* et districtu ad obedientiam venerunt tam de valle 45 de Seva quam de valle de Greva et pluribus aliis contratis versus Arnum plus quam XL castra, et meo iudicio plus timore quam amore. Timebant autem ne spoliarentur per Theothonicos. Et postquam obediverant, erant securi et veniebant ad excersitum vendebantque bona sua in duplo quam valerent. *Item pag. 77:* Multe valles et plura castra in ipsis illis diebus *(scil. ante Sanctum Cassianum)* venerunt ad obedientiam et personaliter in exercitu erant et victualia adducebant, et plus iudicio meo 50 timore quam amore, sicut postea apparuit per effectum, quia statim quod exercitus fuit ab eis elungatus, plures ex eis reversi sunt ad obedientiam Florentinorum.

1) *Cf. Repetti l. c. V, 287.*

inperatorem et Romanorum inperium sine ullo medio pertinere. Et generaliter ad omnia alia et singula facienda et procuranda, promictenda, confitenda et recongnoscenda, que in predictis fuerint opportuna et que idem dominus inperator eisdem duxerit iniungenda. Concedentes eidem procuratori et sindicho plenum, liberum et generale mandatum cum libera administratione. Promittentes michi notario infrascripto stipulanti et recipienti pro dicto domino inperatore et omnibus, quorum intererit, ratum et gratum et firmum habere et perpetuo observare omne et quidqnid fecerit de predictis, sub obligatione eorum omnium personali [et] omnium eorum bonorum presentium et futurorum.

Actum in populo Sancte Marie de Septignano apud ipsam ecclesiam, presentibus testibus ser Attaviano rectore dicte ecclesie et Sacchuccio populi Sancti Martini la Melsola[a] ad hec vocatis et rogatis.

(S. N.) Ego Bartolus filius Bulgli de Septignano inperiali auctoritate iudex ordinarius et notarius publicus predictis omnibus interfui [et] rogatus publice scripsi.

852. *SYNDICATUS COMMUNIS MONTIS FAESULIS.* *Oct. 9.*

Edidit Bonaini l. c. I, 249 nr. 150 ex autographo nr. 720. Denuo inspeximus. In verso legitur manu Masi notarii scriptum: Sindicatus populi plebis Sancti Laurentii de Monte Fesulis, *quibus addidit Bernardus de Mercato:* r(egistrat.) per Io(hannem) interfuit Leopardus.

Fragmentum imbreviaturae ut videtur confectae super homagio die 11. m. Nov. ab hoc communi una cum aliis praestito v. Doenniges l. c. II, 69 nr. 28, editum ex autographo tabularii regii Taurinensis valde corroso, quod inter multa instrumenta syndicatuum servatur 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 6'.

Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr. (132). *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

Ab incarnatione eiusdem millesimo trecentesimo duodecimo, indictione undecima, die nono intrante mense Ottubris. Actum in populo Sancti Laurentii de Monte Fesulis, presentibus rogatis testibus presbitero Mattheo rectore ecclesie Sancti Nicholai de Vico[1] et Soffione condam Falchonis populi Sancti Iusti de Cuona[2] et aliis. Torellinus Iacopi, Carninus Boverotti, Soldus Pentole, Tengna Lamberti, Manfinus Chiarini, Ninus Spilgliati, Cione Orlandini, Mazza Bachi, Chiarissimus Gharzonis, Pierus et Benuccius Ciollis, Lore Geppi, Vanni Guillielmini, Rubba Benacche, Iacopus Torellini, Taddeus Monomazzii, Geppus Buoni, Giunta Tani, Chiarinus Pentole, Segolus Guillielmini, Renzzus Bonini, Tanus Giunte, Bachus Mazze, congregatis dictis hominibus in dicto populo plebis Sancti Laurentii de Monte Fesulis, dicentes et asserentes, se esse duas partes et ultra hominum dicti populi plebis, pro se ipsis et aliorum hominum et personarum et universitatis dicti populi plebis Sancti Laurentii de Monte Fesulis unanimiter et concorditer nemine discordante et omni modo et iure, quibus melius potuerunt, fecerunt, constituerunt atque ordinaverunt eorum et cuiusque ipsorum et universitatis dicti populi sindicum et procuratorem, actorem, factorem et nuntium certum, specialem et negotiorum gestorem Carninum condam Boverotti dicti populi plebis presentem et recipientem ad conparendum et se representandum coram santissimo domino nostro domino imperatore ad obbediendum et parendum mandatis eius et coram eius vicariis et officialibus, iudicibus et notariis ad obbediendum et parendum mandatis eorum, et se pro dicto populo et universitate dicti populi representandum, terminum et dilationem petendum, penam promictendum, fideiussores dandum et ad obligandum eos et alios homines et universitatem dicti populi et

851. a) Lamelsola *or.*

1) *Vico di Montefiesole; Repetti l. c. V, 756.* 2) *Quona; Repetti l. c. IV, 702.*

eorum heredes et bona, et ad omnia et singula faciendum, exercendum et procurandum, que in predictis et circa predicta vel aliquod predictorum occurrent opportuna et eidem sindico suo visa fuerint expedire et que ipsimet possent personaliter facere, si adessent. Promictentes se semper firmum et ratum et gratum habere et tenere totum et quicquid 5 per dictum sindicum et procuratorem actum et procuratum fuerit in predictis et circa predicta vel aliquod predictorum. Et si qua evenirent, que in hoc sindicatu non essent inserta, liceat eidem sindico uti pleno iure.

(S. N.) Ego Masus condam Gione de Monte Fesulis imperiali auctoritate iudex et notarius predicta omnia coram me acta rogatus publice scripsi.

10 **853.** *SYNDICATUS POPULI S. PAULI AD EMAM. Nov. 1.*

Edidit Bonaini l. c. I, 250 nr. 152 ex autographo nr. 721. In verso legitur: Instrumentum populi Sancti Pauli ad Emam plebatus Robbiane.

In Inquisitione infra nr. 870 nomen communis desideratur. (P. deest.)

In Dei nomine amen.

15 Anno eius millesimo trecentesimo duodecimo, indictione undecima, die Kalend. Novembris. Infrascripti Ghesus Marchiani, Beringhaccius Buoni, Cecchus Vigorosi, Vanni Baccetti, Baccius Manetti, Terius Donati, Baldanza Ugholini, Corectinus Gherbellini, Terius Amadoris, Loctus Guardi, Ghuccius Bonfanciulli, Nardus Albiczini, Gherardinus Vigorosi, Franceschus magistri Nierii, Benuccius Corsi, Querciolus magistri Graggii, 20 Donatus Contis, Vicinus Corsi, qui omnes predicti sunt de populo Sancti Pauli ad Emam[1] plebatus Robbiane sextus[2] Burgi, cohadunati apud dictam ecclesiam ad sonum campane more solito, dicentes et affirmantes, se esse duas partes et ultra hominum et personarum universitatis dicti populi, pro se ipsis et vice et nomine aliorum hominum et personarum ipsius populi fecerunt, constituerunt et ordinaverunt Gherardinum quondam Vigorosi 25 dicti populi presentem et recipientem eorum et dicti comunis et universitatis sindicum et procuratorem, actorem, factorem et nuntium spetialem ad comparendum et ad representandum se pro eis et dicto populo, comuni et universitate ipsius populi coram domino imperatori cristianorum vel eius vicario semel et pluries et quotienscumque necesse fuerit, et ad promictendum ei vel eius vicario parere et obbedire mandatis, quot et 30 que sibi vel eis fecerit vel fieri fecerit, sub certa pena et ad promictendum solvere penam, si commicteretur et quotiens commicteretur, et ad obligandum eos et eorum heredes et bona et dictum comune et universitatem in persona et rebus pro ipsius mandatis parendo et obbediendo et etiam pena solvenda ad sensum et voluntatem ipsius domini imperatoris vel eius vicarii. Et generaliter et spetialiter ad omnia et singula 35 facienda et promictenda, que in predictis et quolibet predictorum necesse fuerint et viderit expedire et que ipsimet, si presentes essent, facere possent. Promictentes michi notario infrascripto stipulanti et recipienti pro quocumque interest vel intererit, habere firmum et ratum totum et quicquid per ipsum Gherardinum sindicum et procuratorem in predictis et super predictis et quolibet predictorum factum et promissum fuerit, et 40 contra non venire sub obligatione et ypotheca omnium et singulorum eorum et dicti comunis et universitatis bonorum.

Actum apud dictam ecclesiam, presentibus ad hec vocatis et rogatis testibus Bartolino de Manentis dicti populi et Goro quondam Ubaldini de Linari[3] et Benino Brunetti de Paielli curie Fighini[4].

45 (S. N.) Ego Bonsingnore iudex et notarius filius quondam Orlandi de la Strada predicta coram me acta rogatus publice scripsi.

1) *Cf. Repetti l. c. II, 55.* 2) *Scil. de comitatu sextus Burgi Florentini.* 3) *Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr.* (89). 4) *Cf. ibidem sub nr.* (232).

854. *SYNDICATUS COMMUNIS MONTIS CAMPOLESIS.* *Nov. 2.*

Edidit Bonaini l. c. I, 251 nr. 153 ex autographo nr. 722. Denuo inspeximus. In verso scripsit Bernardus de Mercato: Syndicatus Sancte Marie a Campoli, *itemque:* R(egistrat.) per Io(hannem) interfuerunt Ber(nardus) et L(eopardus).

Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr. (64). *(P. decst.)* 5

In Christi nomine amen.

Anno Domini a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo duodecimo, indictione [un]decima, die secundo intrante mense Novembris. Actum in castro Montis Campolesis comitatus Florentie, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis Lapozzo ser Nuti et ser Diedi presbitero ecclesie Sancte Marie de Campoli. Infrascripti Cambius Benci, 10 Pierus Aldobrandi, Lappus Benci, Boninsengna Cenni, Neri Donati, Pepus Donati, Cinus Lippi, Chiarus Gherardi, Bandus Gherardi, Perus Tingni, Vannes Pacini, Maffius ser Bandini, Bencinus Tani, Cechus Bonaiuti, Fede Pucci, Soldus Tedaldi, omnes de populo Sancti Nicholay dicti castri, Mannus Bonamichi, Guiduccius eius filius, Mazza Cambii de populo Sancte Lucie de Liglano[1], Capaccia Giunte et Dreas Nesis de Nuo- 15 vole[2], Vannes Tucci et Cambiuzzus Lottieri populi Sancti Stephani[3], Bandinus Cisti, Nicholosus Bindi, Taddeus Bindi, Ranerius Corsi, Arriguccius Chelis, Bonus Chelis, Grillus Chelli, Iohannes Tenti et Mazza Nesis, omnes de populo Sancte Marie a Campoli[3], et omnes et singuli predicti de curia et comuni dicti castri pro se ipsis et universitate hominum et personarum dicti comunis congregati in dicto castro, concorditer 20 pro se ipsis et universitate hominum et personarum dicte curie et comunis fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et dicti comunis et universitatis sindicos, procuratores et nuncios spetiales Federighum de lo Storto licet absentem et Boninsengnam predictum presentem et recipientem ad conparendum et se representandum pro eis et universitate hominum et personarum dicti comunis et curie coram illustrissimo principe 25 domino Henrico Dei gratia Romanorum inperatore et semper augusto et coram eius maliscalco et quolibet eius iudice, auditore et offitiali, et ad confitendum, se et alios dicte universitatis et comunis esse veros et legiptimos fideles inperii et dicti domini inperatoris et sub eius et inperii iurisdictione, et ad sacramentum fidelitatis eidem et cuilibet pro dicto inperatore recipienti prestandum, et ad promittendum omnibus suis 30 obedire mandatis alte et basse et prout et sicut et quomodo eisdem seu universitati predicte ex parte dicti domini inperatoris iniuntum fuerit. Promictentes pro se ipsis et aliis de universitate dicte curie et comunis, pro quibus et quolibet eorum promiserunt de rato, se omni tempore servaturos omne et totum id, quod per dictos sindicos vel alterum eorum promissum seu factum fuerit circa predicta vel aliquod predictorum, sub 35 ypotheca et obligatione eorum bonorum et dicti comunis et universitatis. Dantes michi licentiam predictorum instrumenta iterum et iterum conplendi per similia verba et per diversa, prout michi placuerit.

(S. N.) Ego Naccius filius ser Bonaiuti Chalgani notarii de Florentia apostolica et inperiali auctoritate publicus notarius predicta coram me acta rogatus scripsi et 40 pubblicavi ideoque subscripsi.

855. *SYNDICATUS POPULI S. MARIAE DE MARLIANO.* *Nov. 8.*

Edidit Bonaini l. c. I, 254 nr. 155 ex autographo nr. 724. Denuo inspeximus. In verso scripsit Bernardus: Syndicatus populi Sancte Marie de Marliano plebatus Sancti Ypoliti, *itemque:* R(egistrat.) per Iohannem. 45

In Inquisitione infra nr. 870 nomen desideratur. *(P. decst.)*

1) *Cf. Repetti l. c. II, 695.* 2) *Cf. ibid. III, 647.* 3) *Cf. ibid. I, 431.*

In Dei nomine amen.

Sue incarnationis millesimo trecentesimo duodecimo, indictione undecima, die octavo mensis Novembris. Convocatis hominibus populi Sancte Marie de Marliano plebatus Sancti Ypoliti[1] Vallis Pese et congregatis infrascriptis hominibus apud dictam 5 ecclesiam Sancte Marie de Marliano ad sonum campane, ut moris est, qui dixerunt se esse duas partes et ultra hominum et universitatis dicti populi, pro se ipsis et quolibet eorum in solidum et vice et nomine aliorum hominum et singularium personarum ipsius comuni concordia et unanimi voluntate ordinaverunt, constituerunt et fecerunt Iunctam filium Berti dicti populi ibidem presentem et suscipientem sindicum et procuratorem, 10 actorem, factorem et nuntium specialem ad comparendum pro eis et quolibet eorum et vice et nomine aliorum hominum et personarum dicti populi coram excellentissimo domino Henrico divina favente gratia Romanorum imperatore et semper augusto ad iurandum et promictendum perpetuam fidelitatem et ad parendum et obediendum mandatis eius suorumque vicariorum et officialium, et ad penam et penas promittendum 15 et ad dandum et prestandum omnes securitates ad beneplacitum et voluntatem eius et ipsius vicariorum, et ad obligandum ipsos homines et eorum et cuiusque ipsorum filios et heredes et singulares homines et personas dicti populi et ipsum populum. Et generaliter ad omnia et singula facienda et procuranda, que noverit convenire et que ipsi homines et universitas dicti populi facere possent, si personaliter adessent. Promittentes 20 michi notario infrascripto stipulanti et recipienti pro omnibus et singulis, quorum interest vel interesse posset, se firmum et ratum perpetuo habere et tenere omne id totum et quicquid per dictum eorum sindicum et procuratorem factum [seu] gestum fuerit in predictis et in nullo contra venire, sub ypotheca et obligatione bonorum eorum et aliorum hominum et personarum dicti populi presentium et futurorum.

25 Nomina quorum hominum, qui predictis interfuerunt, sunt hec: Lapus et Dulcis fratres et filii condam Ricci, Lapus condam Saracini. Maggius eius filius, Ghinus condam Compangnini, Brunaccius filius Salvini, Pangnus condam Sere, Tinghus condam Bandini, Cambiuzzus condam Guinucci, Guinellus condam Gami, Puccius condam Martini, Stephanus filius Berti, Bertus filius Berti, Capuccio filius Camini, Salvuccius filius Guinuci, 30 Bacherellus filius Cose, Bertus filius Manni, Richus filius Berti, Simon filius Berti, Donus condam Seracini, Mannuccius condam Maggi, Tuccius vocatus Corieri, Meus Bernardi, Doffus Boccaccii, Cambiuzus condam Iacobi, Nutus condam Bonaiuti, Lapus condam Bartholi, Cenninus condam Berti, Iohannes filius dicti Cennini, Neri filius Cose, Dolce filius Cose.

35 Actum apud dictam ecclesiam Sancte Marie de Marliano, presentibus Thoro filio Plebani et Guiduccio Miglioris populi Sancti Martini de Thorri[2] testibus ad hec adhibitis et rogatis.

(S. N.) Ego Ranerius filius condam Rinuccii de Pasignano imperiali auctoritate iudex et notarius predictis interfui et hanc inde cartam rogatus scripsi atque firmavi.

40 **856.** *SYNDICATUS POPULI COLLIS PETROSI. Nov. 9.*

Edidit Bonaini l. c. I, 255 nr. 156 ex autographo nr. 725. Denuo inspeximus. In verso legitur manu Bernardi scriptum: R(egistrat.) per Io(hannem) interfuit Leopardus.
Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr. (190). *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

45 Anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione undecima, die nono mensis Novenbris. Pateat omnibus evidenter presentem paginam inspecturis, quod coadunata et congregata universitate hominum et personarum comunis et universitatis

1) *Cf. Repetti l. c. II, 578.* 2) *Cf. ibid. V, 547 in art. S. Vincenzio a Torri.*

populi Sancti Michaelis de Collepetroso plebatus Sancte Marie Novelle apud mercatale de Monterinaldi[1] ad petitionem et requisitionem Nardi Guidi rectoris dicti populi Sancti Michaelis, nomina quorum sunt hec: Dinus Rustichelli, Chellus et Rossus Dini, Guiduccius Redolfi, Coverinus Redolfi, Nardus Guidi, Tura Guilielmi, Linus Soldani, Martinus Cardini, Naccius Bencivieni, Chele Milini, Dese Compagni, Iacomus Loctieri, Martinellus Lapi, Tura Cini et Matus Dese, omnes sunt de dicto comuni, universitate et populo et qui vere sunt due partes et ultra omnium et singulorum hominum et personarum dicti comunis, universitatis et populi, eorum nomine proprio pro se ipsis et quolibet eorum et vice et nomine dicte universitatis, comunis et populi utroque modo et casu fecerunt, costituerunt et ordinaverunt eorum et cuiusque eorum et dicte universitatis, comunis et populi Desem condam Compagni presentem et recipientem sindacum, procuratorem, factorem et nuntium spetialem ad se representandum pro dicto comuni et universitate et eorum vice et nomine coram serenissimo principe et domino domino Herigo Dei gratia Romanorum inperatore et senper agusto et ad promictendum et iurandum et faciendum eidem puram et debitam fachultatem et iuramentum fidelitatis prestandum et faciendum secundum formam iuris, et ad recognoscendum eundem dominum inperatorem et confitendum eorum verum et naturalem dominum prossimum et inmediatum et ipsum habere in dicto comuni et populo merum et mixtum inperium et iurisdictionem et o[m]nimodam facultatem, et ad eius mandatis omnibus fideliter obbediendum. Et generaliter ad omnia et singula facienda et exsercenda, que in predictis et circha predicta viderit expedire, et meram, puram et debitam aministrationem et que natura contractus procurationis postulat et requirit, etiamsi mandatum exigant spetiale, et que ipsimet eorum nomine et vice et nomine dicte universitatis facere possent, si presentes essent. Promittentes nomine iam dicto michi notario infrascripto, vice et nomine quorum omnium interesset vel interesse posset, predicta omnia et singula firma et rata habere et tenere et non contra facere vel venire per se vel alios, que per dictum Desem sindacum facta fuerint in predictis vel aliquo predictorum.

Actum apud merchatale de Monterinaldi, choram testibus rogatis et vocatis Pucciarello condam Rossi de Monterinaldi et Casino filio[a] Cenni dicti loci.

(S. N.) Ego Iohannes Albertini de Monterinaldi auctoritate inperiali iudex et notarius predictis[b] interfui et ea[c] scripsi et publicavi.

857. *SYNDICATUS POPULI VICCHII ABBATIS.* *Nov. 9.*

Edidit Bonaini l. c. I, 256 nr. 157 ex autographo nr. 726. Denuo inspeximus. In verso legitur manu Bernardi scriptum: Reg(istrat)us per Io(hannem) interfuit Leopardus.

Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr. (173). *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo duodecimo, indictione XI, die nona mensis Novembris. Burnaccius Tebaldi, Nutus Ristori, Tieri Perini, Cecchus Ricivuti, Feus et Loctus Ammanati, Orlanduccius et Michael Bernardi, Lapus Clari, Bindus Cenni, Mazzettus Nuti et Micus Banchelli, omnes de populo Sancti Angeli de Vicchio Abbatis plebatus Campoli, comuni concordia et sua bona voluntate nullo eorum discordante fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et totius universitatis hominum dicti populi verum et legitimum syndicum et procuratorem in solidum Duccium Tebaldi de dicto populo licet absentem tanquam presentem ad comparendum nomine ipsorum et cuiuslibet eorum et dicte universitatis in solidum coram serenissimo principe domino

856. a) Casinus filius *or.* b) predicta *or.* c) eas *or.*

1) *Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr.* (185).

Henrico Dei gratia Romanorum imperatore dignissimo et semper augusto et ad iurandum et faciendum sibi fidelitatem et reverentiam et suis mandatis omnibus fideliter et devote per omnia obedire in animas eorum et cuiuslibet eorum in solidum iuxta ipsius domini beneplacita et mandata. Promictentes se ratum, gratum et firmum perpetuo habituros
5 sub obligatione et ypotheca omnium bonorum suorum et diete universitatis in solidum, quicquid per dictum syndicum et procuratorem suum eorum et dicte universitatis nomine in predictis factum et gestum fuerit seu etiam procuratum.

Actum in castro Vicchii Lambardorum[1], presentibus et rogatis testibus ser Lippo Ridolfi de Lupicino notario et Forte Clarii et aliis.

10 (S. N.) Ego Cursus condam Rinucci de Carraria apostolica et imperiali auctoritate notarius predicta omnia coram me acta publice scripsi rogatus.

858. *SYNDICATUS POPULI S. NICOLAI CURIAE SEMIFONTIS.* *Nov. 9.*

Edidit Bonaini l. c. I, 257 nr. 158 ex autographo nr. 727. Denuo inspeximus. In verso scripsit Bernardus: Syndicatus populi Sancti Nycolai curie Semifontis, *itemque:*
15 R(egistrat.) per I(ohannem) interfuit Leopardus.

In Inquisitione infra nr. 870 nomen desideratur. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Dominice incarnationis anno millesimo trecentesimo duodecimo, inditione undecima, die nono mensis Novembris. Pateat omnibus manifeste, quod Matteius Chastellani,
20 Fuccius Barthali, Petrus Galli et Guido Bonfigliuoli, qui sunt populi Sancti Niccholay curie Simifontis[2], coadunati et congregati super podium de Simifonte pro se ipsis et quolibet eorum et eorum filiis et familiis fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et cuiusque ipsorum sindicum et procuratorem, actorem, factorem, defensorem et nuntium spetialem Bartalum olim Bonacursi dicti populi presentem et recipientem ad conparen-
25 dum pro eis et quolibet eorum coram potentissimo et mangnifico domino Henrico inperatore et rege Romanorum necnon coram domino arcepischopo de [a] vicario dicti domini inperatoris et coram eorum et cuiusque ipsorum iudicibus, militibus, notariis et coram omnibus aliis offitialibus dicti domini inperatoris presentibus et futuris, ad satisdandum pro eis et quolibet eorum et ad promittendum pro eis et quolibet ipsorum
30 se representare coram eis totiens et quotiens fuerint requisiti, et ad omnem promissionem opportunam faciendam de parendo mandatis eorum et cuiusque ipsorum et ad obligandum ipsos homines et ad dandum fideiussorem unum vel plures, et ad promittendum fideiussorem conservare indempnem, et ad faciendum obedientiam et fidelitatem dicti santissimi inperatoris et eius vicarii. Et generaliter ad omnia et singula facienda
35 et promittenda, que in predictis et circa predicta fuerint oportuna et que ipsimet omnes homines facere possent, si personaliter interessent, et que verus et legiptimus sindicus et procurator facere posset. Promittentes michi Ranerio notario infrascripto tanquam publice persone recipienti et stipulanti pro omnibus et singulis, quorum interest vel intererit, perpetuo firmum et ratum et gratum habere et tenere totum et quicquid per
40 dictum eorum sindicum et procuratorem factum, gestum et procuratum fuerit, sub ypotheca et obligatione omnium suorum bonorum presentium et futurorum.

Actum super podium de Simifonte curie Simifontis, coram testibus Martino Navanzati et Dello Zati ad hec vocatis et rogatis.

(S. N.) Ego Ranerius filius Cionis de Petrogniano[2] inperiali auctoritate iudex ordi-
45 narius et notarius ut supra legitur omnibus interfui rogatus, scripsi et publicavi.

858. a) *spatium nomini inserendo vacuum relictum or.*

1) *Vicchio Maggio; cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr.* (174). 2) *Cf. Repetti l. c. V, 242 et IV, 151 art. Petrognano.*

859. *SYNDICATUS COMMUNIS ALBULAE.* *Nov. 10.*

Edidit Bonaini l. c, I, 258 nr. 159 ex autographo nr. 728. Denuo inspeximus. In verso scripsit Bernardus: Sindicatus populi Sancti Salvatoris de Albola, *et mutato ductu:* r(egistrat.) per Io(hannem).

Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr. (202). *(P. deest.)* 5

In Dei nomine amen.

Anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione undecima, die decimo Novembris. Giallus filius olim Bonasere, Feus olim Dietiguardi, Nutus condam Iohannacchi, Ugolinus olim Tramontani, Landus olim Venuti, Gliore olim Martini, Guccius condam Albolensis, Gottolus olim Bonaiuti, Vannes olim Mazzocchii, Corsus olim Pedonis, 10 Micchele olim Acursi, Landus condam Amannati, Iunta olim Acursi, Bonaiutus olim Maffei, Relli olim Bonaiuti, Ciutus olim Amannati, Chucciotus olim Chaccie, Puntormus olim Burnaccii, Chele olim Guiduccii, Scarpetta olim Aringhieri, Gianinus olim Cennis, Petrinus olim Brandini, Feus olim Cennis, Feus olim Benuccii, Salvuccius olim Mazzetti, Ciappus olim Guiglielmi, Nuccius olim Sere, Poggius olim Paschuccii, Martinus olim 15 Gratie, Cinus olim Chambii, Martellus olim Micchi, Martinus condam Andree, Chasinus olim Sengnorini, Zinus olim Bondii, Duccius olim Maragonis, Tinellus olim Chole, Cinus olim Bencivenni, Ghezzus olim Guidonis, Muzzius condam Ugolini et Cursus olim Iunte, qui omnes sunt de castro et curia populi Sancti Salvatoris de Albola, congregati et convocati simul in ecclesià dicti loci ad sonum campane et de precepto rectoris ipsius 20 populi et curie more eorum solito, qui vere sunt due partes et ultra omnium et singulorum hominum et personarum dicti comunis, universitatis et populi, pro se ipsis et eorum nomine et cuiuslibet ipsorum et vice etiam et nomine dicti comunis, universitatis et populi utroque modo et casu in solidum et in totum comuni concordia et voluntate fecerunt, constituerunt et etiam ordinaverunt eorum et cuiusque ipsorum et dicti 25 comunis, universitatis et populi Leolum filium condam Venuti dicti populi presentem et recipientem sindicum et procuratorem et certum nuntium spetialem ad se representandum pro dicto comuni, universitate et populo et eorum vice et nomine coram serenissimo principe et domino domino Henrigo Dei gratia Romanorum imperatore et senper agusto, ad promitendum et prestandum iuramentum et prestandum eidem puram 30 et debitam fidelitatem et iuramentum fidelitatis prestandum et faciendum secundum formam iuris, et ad recognoscendum et confitendum dominum imperatorem predictum eorum verum et naturalem dominum, proximum et immediatum, et ipsum habere in dicto comuni et populo merum et mixstum imperium et iurisdictionem et omnimodam facultatem, et ad eius mandatis omnibus fideliter obbediendum. Et generaliter ad omnia 35 et singula facienda et promitenda, que circa predicta vel aliquod predictorum fuerint oportuna. Dantes et concedentes dicto eorum sindico plenum et liberum mandatum, auctoritatem et baliam de predictis et super predictis et quolibet predictorum. Promitentes pro se ipsis et vice et nomine dicti comunis, populi et universitatis, omni tempore servaturos, quidquid factum fuerit per eundem, sub obligatione et ypotheca 40 omnium suorum et dicti populi bonorum.

Actum in ecclesia dicti loci, presentibus testibus presbitero Bandino olim Albolensis et Nerio olim Iohannis de castro Sancti Iohannis [1] ad hec vocatis testibus et rogatis.

(S. N.) Ego Iacopus condam Burnaccii de Vulparia [2] imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et rogatus scripsi et publicavi. 45

1) *Videtur esse S. Giovanni di Val d'Arno; cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr.* (209). 2) *Volpaia; cf. ibidem sub nr.* (200).

860. *SYNDICATUS POPULI RICAVI.* *Nov. 10.*

Edidit Bonaini l. c. I, 259 nr. 160 ex autographo nr. 729. Denuo inspeximus. In verso scripsit Bernardus: Synd(icatus) populi Sancti Iusti de Ricavo per Io(hannem) r(egistrat.) interfuit Leopardus.

5 *Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr.* (189). *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

Anno Domini millesimo CCCXII, indictione XI, die X. mensis Novembris. Cuncti manifeste cognoscant hoc instrumentum publicum inspecturi, quod convocatis et congregatis infrascriptis hominibus et personis populi Sancti Iusti de Ricavo in platea dicti 10 populi, comunis et universitatis de Ricavo, ut moris est, in qua congregate, ut dixerunt, interfuerunt due partes et ultra omnium hominum dicti populi, comunis et universitatis de Ricavo, unanimiter et concorditer nemine discordante, more et deliberatione servatis, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt pro se ipsis et eorum et cuiuslibet ipsorum et dicti comunis, populi et universitatis Nerium filium Vive dicti populi presentem et 15 recipientem sindicum, procuratorem, actorem, factorem et numptium specialem ad se representandum pro dicto comuni et universitate et populo et eorum vice et nomine coram serenissimo principe et domino domino Henrigo Dei gratia Romanorum imperatore et semper agusto, et ad promictendum et iurandum et faciendum eidem puram et debitam fidelitatem et iuramentum fidelitatis prestandum et faciendum secundum 20 formam iuris, et ad recognoscendum et confitendum eundem dominum imperatorem eorum verum et naturalem dominum, prosimum et immediatum et ipsum habere in dicto comuni et populo merum et mixtum inperium et iurisdictionem et omnimodam facultatem, et ad eius mandata in omnibus fideliter obediendum. Et generaliter ad omnia et singula faciendum, que circa predicta vel aliquod predictorum fuerint facienda 25 et viderit expedire et que ipsimet, si presentes essent, facere possent. Dantes et concedentes eidem Nerio sindico et procuratori in solidum plenum et liberum et generale mandatum et liberam administrationem in predictis. Promictentes se firmum et ratum perpetuo habere totum et quicquid factum et procuratum fuerit de predictis per procuratorem predictum et sindicum, sub obligatione omnium eorum bonorum presentium 30 et futurorum.

Nomina et prenomina hominum dicti populi sunt hec: in primis quidem Loctus Berti, Neruccius Ranerii, Buonaiutus Guidi, Martinuccius Ranerii, Nerus Buccii, Viva Bonfigliuoli, Cambius Rinaldi, Bertinus Compagni, Barzucus Dani, Bertinus Rinaldi, Druczius Dani, Arione Ranerii, Castellus Orlandi, Gianni Villani, Compangnius Baldinotti.

35 Actum in platea predicta, presentibus testibus presbitero Vanni rectore dicte ecclesie et Buono Dini de Papaiano[1] ad hec vocatis et rogatis.

(S. N.) Ego Fede filius Compangni de Fageto[2] iudicis ordinarii imperiali auctoritate notarius hiis omnibus interfui et predicta rogatus publice scripsi atque subscripsi publice.

861. *SYNDICATUS POPULI LUCIANI.* *Nov. 13.*

40 *Edidit Bonaini l. c. I, 261 nr. 162 ex autographo nr. 731. Denuo inspeximus. In verso scripsit Bernardus:* per Io(hannem) et Leo(pardum).

In Inquisitione infra nr. 870 nomen desideratur. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo duodecimo, indictione XI, die 45 tertiodecimo mensis Novenbris. Bartolus Cenni, Cianus Melgloris, Puccius Cenni, Bar-

1) *Cf. Repetti l. c. IV, 55.* 2) *Videtur esse S. Maria a Faeto; Repetti l. c. II, 84.*

tolus Amatoris, Baldinus Cionis, Bonus Benintendi, Gorgia Rinaldi Bandie, Tuccius et Dinus Luti, Guido Ridolfeschi, Guido Aldobrandini, Lapus Petri, Vanninus Guidi et Guccius Guidonis, omnes de populo Sancti Donati de Luciana[1] plebatus Campi, asserentes se esse duas partes et ultra hominum dicti populi, comuni concordia et voluntate fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et cuiuslibet eorum et totius universitatis 5 hominum dicti populi in solidum verum et legitimum syndicum et procuratorem Mangeronem Cenni de dicto populo presentem et recipientem ad comparendum pro eis et eorum nomine et pro quolibet eorum et dicta universitate in solidum coram serenissimo principe domino Henrico Dei gratia Romanorum imperatore dignissimo et semper augusto, et ad iurandum in animas eorum et cuiuslibet eorum omnia mandata ipsius 10 domini et ipsis mandatis obediendum, et ad faciendum sibi fidelitatem et reverentiam iuxta suum beneplacitum et mandatum, prout ipsi omnes facere possent, si essent presentes. Promittentes se ratum, gratum et firmum perpetuo habituros sub obligatione et ypothcca omnium bonorum suorum et dicte universitatis in solidum, quicquid per dictum syndicum et procuratorem ipsorum nomine et dicte universitatis factum et gestum 15 fuerit in predictis seu etiam procuratum ad voluntatem et beneplacitum domini supradicti.

Actum in populo Sancti Martini de Valle[2] in loco dicto Storni, presentibus et rogatis testibus Coccho Folchi et Vanne Cursi de dicto populo Sancti Martini et aliis.

(S. N.) Ego Cursus condam Ranuccii de Carraria apostolica et imperiali auctoritate notarius predicta omnia coram me acta publice scripsi et rogatus subscripsi. 20

862. *SYNDICATUS POPULI S. MARTINI DE VALLE.* *Nov. 13.*

Edidit Bonaini l. c. I, 262 nr. 163 ex autographo nr. 732. In verso nihil scriptum est.

In Inquisitione infra nr. 870 nomen desideratur. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen. 25

Anno incarnationis eiusdem millesimo trecentesimo duodecimo, indictione XI, die tertiodecimo mensis Novenbris. Vannes Corsi, Braccinus Francoli, Becchus Rinuccii, Dinus Folchi, Andreas Bencivenni, Iunta Bonaprese, Nente Francoli, Guiduccius Bonaiuti, Melglore et Andreas Bencivenni et Crinus Bonaiuti, omnes de populo Sancti Martini de Valle[3] plebatus Sancti Petri in Sillano, asserentes se esse duas partes et ultra homi- 30 num dicti populi, comuni concordia et eorum bona voluntate fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et cuiuslibet eorum et totius universitatis dicti populi in solidum verum et legitimum syndicum et procuratorem Cecchum Folchi de eodem populo presentem et recipientem ad comparendum pro eis et quolibet eorum et dicta universitate in solidum coram serenissimo principe domino Henrico Dei gratia Romanorum impera- 35 tore dignissimo et semper augusto, et ad iurandum in animas eorum et cuiuslibet eorum omnia sua mandata, et faciendum sibi fidelitatem et reverentiam iuxta beneplacitum et mandatum suum per omnia, sicut ipsi facere possent, si essent presentes. Promictentes se ratum, gratum et firmum perpetuo habituros sub obligatione et ypothcca omnium bonorum suorum et dicte universitatis in solidum, quicquid per dictum syndicum et 40 procuratorem suum ipsorum nomine factum et gestum fuerit in predictis seu etiam procuratum ad voluntatem et beneplacitum domini predicti.

Actum in dicto populo in loco dicto Storni, presentibus et rogatis testibus Curso Bonaiuti et Baldino Cionis de Vicchio et aliis pluribus.

(S. N.) Ego Cursus condam Ranuccii de Carraria apostolica et imperiali auctoritate 45 notarius predicta omnia coram me acta publice scripsi et rogatus subscripsi.

1) *Luciano di S. Casciano nel piviere di Campoli; Repetti l. c. II, 913.* 2) *Cf. nr. 862.* 3) *Repetti l. c. V, 407 sq. art. Pieve di Silano.*

863. *SYNDICATUS COMMUNIS S. CASCIANI. Nov. 14.*

Edidit Bonaini l. c. I, 263 nr. 164 ex autographo nr. 733. Denuo inspeximus. In verso Bernardus scripsit: XVII. Novembris. Syndicatus Sancti Casciani de Decimo. R(egistrat.) per Io(hannem) de Dyst. *Hic illic correximus.*

5 *Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr.* (58). *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

Millesimo trecentesimo duodecimo, indictione undecima, die quartadecima mensis Novembris. Actum in Sancto Casciano de Decimo, presentibus testibus Stefano Guillelmi et Grifo Manati populi plebatus Decimi ad hec vocatis. Infrascripti Mastinus 10 Romei, Lapus Romei, Vani Romei, Mone Maffei, Bartalus Maffei, Andreas Lapi, Mese Corsi, Rossus Iacopi, Guillelmus Lapi, Feo Saracini, Tuccius Ceni, Orlandus Chiti et Lapus Lese, qui homines omnes populi Sancti Casciani plebatus Decimi, dicentes et asserentes se esse due partes hominum dicti populi et ultra, fecerunt inter se ad invicem in solidum et in totum pro se ipsis et vice et nomine universitatis dicti eorum 15 populi Mancetum Bellagatti sindichum et procuratorem, actorem, factorem et nuntium specialem, prout melius potuerunt, ibidem presentem et recipientem ad comparendum coram domino Henrigo serenissimo domino imperatore Romanorum imperii[a] pro se ipsis et vice et nomine dicti eorum populi et universitatis et hominum et universitatis eiusdem populi, coram excellentissimo et serenissimo domino imperatore Dei gratia 20 Romanorum imperii semper augusto et domino eius mariscalcho et officialibus eius quibuscumque, ad iurandum et promittendum eius mandata et sue curie et eius mandatis et sue curie, et ad obediendum et ad renovandum ipsi domino et sue curie fidelitatem et obedientiam ipsi et imperio Romano, et ad promictendum nomine et vice dicte universitatis hominum et personarum eiusdem, facere et observare omnia et singula 25 precepta, que fierent per eum vel eius curiam, et omne et totum id quod impositum eis vel alteri eorum fuerit nomine et vice dicte universitatis, et ad satisdandum et securitatem prestandum et de predictis et aliis et quolibet predictorum. Cum promissione et refectione dampnorum et expensarum et cum omnibus opportunis exceptionibus et obligationibus bonorum eorum [et] dicte eorum universitatis, ad sensum sapientum[b] ipsius 30 domini imperatoris et sue curie. Et generaliter et spetialiter ad omnia et singula facienda et observanda et libere exercenda, que merita causarum postulant et requirunt et que ipsimet facere possent, si presentes essent, in predictis et circa predicta et quolibet predictorum. Dantes eidem plenum et liberum et generale mandatum et aministrationem in predictis et quolibet predictorum. Promittentes se firmum et ratum 35 perpetuo habituros et non contra facere[c].

(S. N.) Ego Donus filius condam Cursi de Mangono imperiali auctoritate publicus iudex et notarius hec omnia coram me acta rogatus publice scripsi.

864. *SYNDICATUS POPULI LAMOLAE. Nov. 16.*

Edidit Bonaini l. c. I, 266 nr. 167 ex autographo nr. 736. In verso nihil scrip- 40 *tum est.*

In Inquisitione infra nr. 870 nomen desideratur. *(P. deest.)*

In Dei nomine amen.

Anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione undecima, die sextodecimo mensis Novembris. Minus Baldi, Nardus Cuni, Dutus Casini, Niscius Guidi,

45 **863.** a) imperio *ed.* b) sapientis *ed.* c) facient *ed.*

Donatuccius Leonis, Parenzus Megloris, Ugolinus Covostentis, Cenni Venuti, Segnorellus Locti, Mannus Guidi, Mannus Lanberti, Tore Tuccii, Canpinus Mati, Nese Baldi, Duccius Corsi, Renieri Benincase, Landus Balezze, Vanni Benci, Bectus Donati, Nardus Salinbenis, Nuccius Ricchi, Cenni Gratie, Minus Mannelli, Spiglatuzzius Tani, ser Iacopus Benis, Nerius Dinghi, omnes populi Sancti Donati de Lamole[1], congregati ad sonum 5 campane et per vocem rectoris more solito in ecclesia Sancti Donati predicti, asserentes se esse duas partes et ultra hominum dicti populi, comuni concordia et voluntate omnes predicti homines, congregati insimul ad instantiam Naldi de Gherardinis vicarii serenissimi viri domini Herrigi Dei gratia Romanorum inperatoris et senper agusti lige et partium Vallis Grevis, pro se ipsis et quolibet eorum et pro dicto eorum populo et 10 pro aliis hominibus dicti populi et omni modo et casu in solidum fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et cuiusque ipsorum et dicti populi et omni modo et casu in solidum verum et legiptimum sindicum, procuratorem, actorem, factorem et certum et specialem nuntium et legiptimum responsalem et defensorem Vivianum Bardi de dicto populo ibidem presentem et recipientem ad comparendum sindicario nomine et se pre- 15 sentandum et consignandum pro dictis hominibus et populo coram dicto domino imperatore et suis iudicibus, curia, vicariis et officialibus et maxime coram dicto Naldo eiusdem domini inperatoris vicario suprascripto, et ad iurandum sindicario nomine quo supra fidelitatem et mandata dicti domini imperatoris et sue curie in animas et super animas dictorum hominum, prout et quomodo placuerit sapientibus dicti domini inperatoris. Et 20 ad omnia et singula facienda et promictenda, que in predictis et circa predicta fuerint opportuna et que dicti homines possent facere, si adessent. Promictentes in solidum eorum et dicti populi nomine, se ratum et firmum habere et tenere perpetuo totum et quicquid per dictum Vivianum eorum et dicti populi sindicum sindicario et procuratorio nomine factum et promissum fuerit in predictis sive pro predictis vel aliquo predictorum, 25 sub obligatione et ypotheca omnium bonorum suorum et cuiusque eorum et populi.

Actum Lamole, coram presbitero Andrea rectore ecclesie Sancti Donati predicti et Alioto Andree ad hec vocatis testibus et rogatis.

(S. N.) Ego Ugolinus filius Guidonis de Lamole imperiali auctoritate iudex et notarius predicta omnia rogatus scripsi et publicavi. 30

865. *SYNDICATUS COMMUNIS CEPERELLI.* *Nov. 25.*

Edidit Bonaini l. c. I, 267 nr. 168 ex autographo nr. 737. In verso legitur: Syndicatus quorundam qui sunt de Ciparello.

Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr. (91). *(P. deest.)*

In Dei nomine amen. 35

Anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione XII, die vigesima quinta mensis Novembris. Actum in curia Ciparelli, presentibus testibus Nicchola Baldino et Cione Mini. Cuncti manifeste congnoscant, quod infrascripti homines et persone de comuni et universitate castri de Ciparello, qui omnes sunt in quadam fortilitia iuxta dictum castrum, ad honorem et laudem omnipotentis Dei et beate Marie 40 Virginis matris eius et ad honorem et exaltationem statumque tranquillum serenissimi et victoriosissimi principis domini Henrigi Romanorum regis et semper augusti imperatoris dignissimi, prout de iure et de facto melius potuerunt, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt discretos et providos viros Cinellum Naccii et Neri Lelmi dicti loci presentes et recipientes suos legiptimos sindicos et procuratores et certos nuntios ad com- 45 parendum et se personaliter presentandum pro se ipsis et vice et nomine infrascriptorum constituentium coram domino imperatore predicto et ipsius marischalco et eius audi-

1) *Cf. Repetti l. c. II, 633.*

toribus, iudicibus, notariis et officialibus suis et sue curie presentibus et futuris. Et ad promittendum et iurandum in animam infrascriptorum constituentium, parere et obedire omnibus et singulis iussionibus et mandatis dicti domini imperatoris et sue curie et ad obligandum sindicario et procuratorio nomine infrascriptos constituentes et quemlibet 5 eorum et eorum et cuiuslibet eorum heredes et bona, et ad promittendum penam cum refectione dampni et expensarum litis et extra, et ad renuntiandum omnibus et singulis legibus et statutis editis et edendis infrascriptis constituentibus vel alicui eorum modo aliquo competentibus vel competituris imposterum. Et generaliter et specialiter ad omnia et singula facienda, promittenda et exercenda, que veri et legiptimi sindici et 10 procuratores facere possunt aut que infrascripti constituentes, si presentes essent, facere possent. Promittentes michi Ranaldo notario infrascripto, quod totum et quidquid per dictos sindicos et procuratores factum et promissum fuerit, firmum, ratum et gratum habebunt et tenebunt, sub obligatione et ypotheca omnium suorum bonorum.

Nomina et prenomina constituentium dictos sindicos sunt hec: ser Barthalus notarius, 15 Mone et Neri fratres filii ser Cortennone, Baldus et Neri Bachini, Bonus Schotti, Neri, Meus et Arrighus fratres filii Tanuzzii, Bachinus Verdis, Milliore Alberti, Londus Gani, Salvi Insengne, Muccius et Maninus Ludivigi, Nofri ser Simonis, Buccius Sengne, Baldinus Naccii et Naccinus Mini et Ciancius Guicciardi, Credi Gani et Luolus Thomagii.

(S. N.) Ego Ranaldus imperiali auctoritate iudex et notarius filius condam Naccii 20 de Ciparello hec omnia et singula coram me acta scripsi et publicavi me ideoque subscripsi.

866—869. *MANDATA ARCHIEPISCOPI TREVERENSIS ET COMITIS SABAUDIAE AD HOMINES TUSCIAE SPECTANTIA.* *1312. Dec. 6.—1313. Febr. 24.*

25 *Quae omnia inedita servata sunt in solo pretiosissimo C Copiario Balduini, qui est tabularii capituli maioris ecclesiae Trevirensis. E quo benivolenter nobis transmisso descripsimus. Regestravit W. Friedensburg loco supra ad nr. 806 citato III, 302 sq. Mandata haec nomine imperatoris emissa sunt.*

866. *MANDATUM IN FAVOREM COMMUNIS TIGNANI. 1312. Dec. 6.*

30 *E codice citato fol. 8' nr. 25, ubi rubrum:* quod dominus Treveren. et comes Sabaud. comune et homines de Tignano sub suo iuvamine receperunt.

Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr. (48). *(P. deest.)*

Nos Bald(uinus) etc. et Amedeus princeps et comes Sabaudie universis presentes litteras inspecturis notum facimus per presentes, quod comune et homines de Tignano 35 plebatus Sancti Petri in Bussolo [1] comitatus Florent(ie) tamquam fideles imperii et qui ad mandata [a] domini nostri domini imperatoris venerunt sub iuvamine nostro recepimus. Mandantes omnibus [et] singulis Romani imperii fidelibus, quod ab eorum offensionibus et molestiis debeant abstinere et si vellent offendi per aliquos, quod eis prebeant auxilium et favorem, ne ullatenus offendantur. Predictis quam diu in obedientia dicti 40 domini nostri [b] imperatoris duraverint valituris. In qu(orum) t(estimonium) mandavimus presentes nostrorum sigillorum munimine roborari.

Dat. in castris exercitus apud Sanctum Cassianum supra Florentiam, die VI. [c] Decembris.

866. a) *sequitur* imperii *delet. C.* b) *sequitur* fuerint *delet. C.* c) VI [a] *C.*

45 1) *Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr.* (45).

867. *MANDATUM IN FAVOREM NOBILIUM DE LUCARDO. 1313. Ian. 4.*

Ex eodem codice fol. 11 nr. 38, ubi rubrum: Recommissio Renerii, Guillermini, Thani. Beti, M(ane)t(ac)ii et Lapi nobilium de Locardo, *adiecto in margine verbo:* Universalis.

Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr. (36). *(P. deest.)* 5

Balduynus etc. universis sacri Romani imperii fidelibus harum litterarum inspectoribus salutem in Domino sempiternam.

Cum Reynerus, Guillerminus[a], Thanus, Betus, Manetacius et Lapus nobiles de Locardo sacri imperii fideles domini nostri imperatoris et subditorum suorum serviciis et obedientiis devote inheserint et adhuc patienter inhereant omni die, rogamus universi- 10 tatem vestram et affectu quo convenit exhortamur, quatinus eosdem nobiles cum laboratoribus et bonis suis vobis et vestrum cuilibet habentes efficaciter recommissos, eis nullas omnino molestias circa molendina vel alia bona sua, quam diu in dicta obedientia permanserint, quomodolibet inferatis nec ab aliis inferri quomodolibet permittatis, sic ut dicti servitores et fideles sibi dictam suam obedientiam sentiant profuturam. 15

Dat. in castris in Sancto Cass(iano), anno nat(ivitatis) Dom(ini) MCCCXIII, die IIII.[b] mensis Ianuarii.

868. *LITTERAE CREDITIVAE PRO IOHANNE DE FERRARIA. 1313. Ian. 4.*

Ex eodem codice fol. 11 nr. 39, ubi rubrum: Quod Iohannes de Ferraria recipiat singulis diebus pro expensis in districtu comitatus Florent(ie) II flor(enos) auri[1]. 20

(P. deest.)

Bald(uinus) etc. universis communitatibus, opidis, villis et hominibus sacri Romani imperii fidelibus in comitatu Floren(tie) constitutis salutem in Domino.

Cum utilitate vestrorum omnium et communi profectu pensatis decreverimus Iohannem de Ferraria familiarem nostrum, quem super quibusdam dicti imperii exe- 25 quendis negociis direximus, pro se et suis conplicibus II flor(enos) auri pro expensis suis diebus singulis habiturum, mandamus universitati vestre et firmiter iniungimus, quatinus eidem dictos duos flor(enos) auri, prout vobis rationabiliter impositi fuerint, ita ut in predicta impositione unus plus alio indebite non gravetur[a] sine difficultate qualibet persolvatis. 30

Dat. in castris in Sancto Cassiano, anno nat(ivitatis) Dom(ini) MCCCXIII, IIII.[b] die mensis Ianuar.

867. a) in *in loco raso C.* b) IIII^to *C.*

868. a) gravetis *C.* b) IIII^to *C.*

1) *In adnotatione ponimus alias litteras creditivas pro familiari a. 1312. Dec. 15 emissas ex eodem* 35 *codice fol. 8' nr. 26, ubi rubrum:* Littera conducticia Sarraceni de [Sancto][a] Geminiano familiaris nostri et rerum suarum. *Haec verba praebent:*

Nos Bald(uinus) etc. notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod Sarracenus de Sancto Geminiano lator presentium, familiaris et mercator noster nostris est obsequiis mancipatus. Quapropter dilectionem vestram requirimus et rogamus attente, quatinus dictum Sarracenum familiarem 40 et mercatorem nostrum dilectum nostre considerationis intuitu habere dignemini commendatum, non offendentes eundem in personis, bestiis vel rebus eiusdem vel modo aliquo molestantes, ut perinde vobis teneamur ad similia et maiora. In cuius rei testimonium has litteras sibi concedimus nostri sigilli munimine roboratas.

Dat. in castris apud Sanctum Cassianum, anno Domini MCCCXII, die XV. Decembr. 45

a) *excidit C.*

869. *LITTERAE SUPER DEFENSIONE HOMINUM IN DISTRICTU S. MARIAE NOVELLAE ET VALLIS PESAE. 1313. Febr. 23.*

Ex eodem codice fol. 11' nr. 41. 42. Rubrum deest.
Cf. Inquisitionem infra nr. 870 sub nr. (37). *(P. deest.)*

5 Bald(uinus) etc.

Ut homines bona hereditaria et possessiones habentes et habere debentes sub districtu castri Sancte Marie Novelle Floren. dioc. et coloni bonorum hereditariorum ibidem sive laboratores, qui fidelitatem sacro Romano imperio prestiterunt et prestare parati sunt, dum tamen prestatio fidelitatis huiusmodi actualiter conpleatur, dictas pos-10 sessiones et bona culturi et eis fruituri resumere valeant et mansiones facere in eisdem, quam diu ex operibus eorum fidelitas et obedientia conprobatur, eis tenore presentium benigniter indulgemus. Rogantes omnes et singulos dicti Romani imperii subditos et fideles, ne predictos homines, cultores sive laboratores perturbent in aliquo vel molestent, set pocius eos ab aliorum quorumlibet vexationibus et molestiis indebitis 15 relevent, protegant et defendant.

Dat. apud Montem Imperialem in castris super Flor(entiam), anno nat(ivitatis)[a] Domini MCCCXIII, die XXIII mens. Febr.

Consimilem habet idem[b] super bonis in valle Peyse[1] et molendino ibidem et eius actinenciis, eadem die.

20 **870.** *INQUISITIO DE CIVITATIBUS, COMMUNIBUS, CASTRIS IMPERII. (1312. ex.)*

Gravissimum documentum, quod signo chronologico caret, certe tamen illi tempori tribuendum est, quo imperator in Tuscia commorans iura imperii undique revindicavit[2], *servatur autographum in tabulario regio Taurinensi 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23'* 25 *(= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) sub nr. 26. Libellus est longus 32 cm, latus 12 cm. Constabat olim ad minus foliis viginti, quorum iam duo, quae praecedebant folium 15, exsecta sunt. Num folia illa exsecta conscripta aut vacua fuerint, in medio relinquamus oportet. Folia 15—18 (olim 17—20) vacua sunt*[3].

Edidit, foliis 5 et 6, quae cum duobus exsectis cohaerebant, in loco minus recto, 30 *id est folio 5 post folium 9 et folio 6 post folium 11 positis, regionum igitur ordine omnino inverso*[4], *Doenniges l. c. II, 99 sqq. nr. 4. Nos denuo summa cum diligentia contulimus, nomina non pauca corrigentes.*

Editionem ita instruximus, ut rubricis numeros romanos, nominibus locorum arabicos adiiceremus, adnotationes sub eisdem numeris locorum arabicis adiungentes. Ad eruenda 35 *locorum nomina moderna subsidio fuerunt opus eximium Aemilii Repetti 'Dizionario geografico fisico storico della Toscana' I—VI (Florentiae 1833 sqq.), regionum tabulae*

869. a) nat *supra lin. add. C.* b) *ita legendum est C.*

1) *Cf. pag. 874 lin. 11 sqq.* 2) *Quae de tempore notat Heyck in editione Nicolai Botrontinensis pag. XXXII, Doennigesium secutus, erronea habenda sunt. Neque recte animadvertit ea quae de formis* 40 *nominum tam in Inquisitione nostra quam in Nicolai relatione adhibitis l. c. pag. XXXIII scribit.* 3) *Folio 17' partim absciso hae nominum quorundam reliquiae inscriptae sunt:* -nigiana *(Lunigiana?), post spatium unius lineae* -neli -iglot -mi -cioli -lani; *post spatium decem fere linearum* -t, *post spatium duarum linearum* -āti *(Chianti?)* -t. *Quid haec sibi velint, eruere non potui.* 4) *Ita ut communia quaedam civitatis Lucanae sub rubrica vallis Grevis (Doenniges l. c. II, 101), castra huius vallis* 45 *sub provincia Garfagnanae (l. c. II, 103), communia et castra Garfagnanae sub rubrica vallis Arni (ibid.), castra demum vallis Arni superioris sub comitatu Pisano (l. c. II, 105) invenirentur.*

ab Instituto geographico militari regni Italici confectae 1: 100,000 (partim 1: 50,000 et 1: 25,000), opusculum cui inscribitur 'Nuovo Dizionario dei Comuni e frazioni di Comuni del regno d'Italia. Sesta Edizione' (Romae 1902). Quod pauca tamen nomina absolvere non potuimus dolemus. *(P. deest.)*

fol. 1. (I) *Civitates et castra, que sunt in liga et sotietate in Tuscia contra dominum nostrum:

Civitates principales sunt:

(1) Florentia[a]
(2) Luca[a]
(3) Sene[a]
(4) Perugium[a]
(5) Bononia[a]

(6) Pistorium
(7) Pratum
(8) Sanctus Miniate
(9) Vulterra
(10) Sanctus Geminianus
(11) Colle
(12) Civitas Castelli.

(II) Civitates et castra, que non sunt in dicta liga, set sunt imperii:

(13) Massa
(14) Grossetum
(15) Monte Pulciano
(16) Monte Alcino
(17) Cortonium
(18) Closium
(19) Castrum Plebis
fol. 1'. (20) *Civitas Castelli
(21) Aretium
(22) Burgus Sancti Sepulcri
(23) Urbevetero
(24) Cornetum.

(III) Terre et castra de comitatu Florentie, que sunt imperii[b]:

In [contrata] vallis Pese

(25) Castrum Montislupi
(26) Castrum de Capraria
(27) Castrum de Quarantola
(28) Castrum de Castilglione
(29) Castrum Montis Spertoli
(30) Castrum Montis Ghufoni
(31) Castrum de Popiano
(32) Castrum della Ripa
(33) Castrum de Licigliano
(34) Castrum de Mançano
(35) Castrum Montis Albini
(36) Castrum de Lucardo
(37) Castrum Sancte Marie Novelle
(38) Castrum Vecchium
(39) Castrum de Aguglione[c]
(40) Castrum Salivolpi
fol. 2. (41) *Castrum de Cellole
(42) Castrum Montis Calvi
(43) Castrum de Pergolato
(44) Castrum de Petroio
(45) Comune Sancti Petri in Bossolo
(46) Castrum del Sambucho
(47) Castrum de Barberino

870. a) *praecedit § c.* b) que—imperii *atramento pallidiori post add. c.* c) AGuglione *c.*

(12) *Città di Castello.* (13) *Massa Marittima.* (14) *Cf. etiam infra sub nr.* (556). (15) *Cf. etiam infra sub nr.* (595). (16) *Repetti l. c. III, 289; cf. etiam infra sub nr.* (576). (19) *Pieve a Castello; Repetti l. c. I, 561.* (20) *Città di Castello; cf. iam supra sub nr.* (12). *In initio enim novae paginae per errorem repetitur.*

(III) Vallis Pesae: (25) *Montelupo; Repetti l. c. III, 412.* (26) *Capraia; Rep. I, 462.* (27) *Quarantola; Rep. IV, 689.* (28) *Castiglioni di Montespertoli; Rep. I, 615.* (29) *Montespertoli; Rep. III, 532.* (30) *Montegufoni; Rep. III, 403.* (31) *Poppiano (Val di Pesa); Rep. IV, 577.* (32) *Ripa (Val di Pesa), Ripa Mortara; Rep. IV, 764.* (33) *Lucignano (Val di Pesa); Rep. II, 918.* (34) *Manzano; Rep. III, 50.* (35) *Montalbino; Rep. III, 285.* (36) *Lucardo; Rep. II, 817. Cf. supra nr. 867.* (37) *Hodie S. Donato a Lucardo; Rep. III, 78. Cf. supra nr. 869.* (38) *Castelvecchio (Val di Pesa); Rep. I, 585.* (39) *Non iam existens; v. Rep. I, 59.* (40) *Hodie S. Cristina a Salivolpe; Rep. V, 10.* (41) *Cellole (Val di Pesa); Rep. I, 647.* (42) *Monte Calvi; Rep. III, 329.* (43) *Pergolato; Rep. IV, 105.* (44) *Petroio (Val di Pesa); Rep. IV, 156.* (45) *S. Pietro in Bossolo; Rep. I, 356. Cf. supra nr. 866.* (46) *Sambuco; Rep. V, 13.* (47) *Barberino; Rep. I, 264.*

(48) Castrum de Tigniano
(49) Castrum Sancti Donati in Posi
(50) Castrum Montis Corboli
(51) Castrum de Grigniano
5 (52) Castrum Podii del Vento[d]
(53) Castrum de Pasignano
(54) Castrum de Fabriea
(55) Castrum de Monti
(56) Castrum Montis Aguti
10 (57) Castrum Bibioni
(58) Comune de Sancto Casciano
(59) Castrum Sancti Martini Episcopi
(60) Comune de Monte Faldi
(61) Comune de Torri
15 (62) Castrum Pontormi
(63) Castrum de Empoli
(64) Castrum Montis Campolesis

fol. 2'. *In contrata vallis Else

20 (65) Castrum Burghi de Sancta Flore
(66) Castrum de Semontana
(67) Castrum Cerreti Guidi
(68) Castrum de Monte Rapoli
(69) Comune de Vinci
25 (70) Castrum de Granaiuolo
(71) Castrum della Leccia
(72) Castrum de Martignano
(73) Castrum Florentinum
(74) Castrum de Catignano
(75) Castrum de Gambasi
(76) Castrum Montis Tignosi
(77) Castrum de Pulieciano d(ei) Neri
(78) Castrum de Bagninolo
(79) Castrum Cabiadole
(80) Castrum de Pulicciano d(ei) Cerchi
(81) Castrum de Certaldo
(82) Castrum de Vicho
(83) Castrum de Pianeta
(84) Castrum de Pastina
(85) Castrum de Petrognano
(86) Castrum Pongne
(87) Castrum de Magliano
(88) *Castrum de Popianello * fol. 3.
(89) Castrum Linari
(90) Castrum Sancti Apiani
(91) Comune de Ceperello
(92) Castrum Podioboniçi
(93) Castrum Staggie
(94) Castrum de Rincine

De partibus Mucelli

(95) Castrum Montis Chucholi
(96) Castrum de Latera
(97) Castrum de Barbarino

870. d) de Luento c.

(48) *S. Romolo a Tignano; Rep. V, 525. Cf. supra pag. 858 not. 2 nr. 11.* (49) *S. Donato in* 30 *Poggio (in Poci); Rep. II, 32.* (50) *Montecorboli: Rep. III, 375.* (51) *Grignano; Rep. II, 515.* (52) *Poggio a Vento; Rep. IV, 490.* (53) *Passignano (Val di Pesa); Rep. IV, 64. Cf. supra pag. 858 not. 2 nr. 4.* (54) *Fabbrica (Val di Pesa); Rep. II, 79.* (55) *Situs ratione habita videtur esse Montefiridolfi; Rep. III, 391.* (56) *Montaguto (Montacutello) di Campoli; Rep. III, 269.* (57) *Bibbione; Rep. I, 314.* (58) *S. Casciano a Decimo, hodie S. Casciano in Val di Pesa; Rep. V, 26. Cf. supra nr. 863.* (59) *S. Mar-* 35 *tinus ad Argianum; S. Martino al Vescovo et Argiano (tab. 1: 50,000); Rep. I, 132. Cf. supra pag. 858 not. 2 nr. 7.* (60) *Hodie Montepaldi; Rep. III, 455.* (61) *Torri (Val di Pesa); Rep. V, 543.* (62) *Pontorme; Rep. IV, 541.* (64) *Monte Campolese; Rep. I, 430. Cf. supra nr. 854.*

Vallis Elsae: (65) *Hodie Bastia (Val d'Arno infer.); Rep. I, 287.* (66) *Sammontana; Rep. V, 20.* (67) *Cerreto Guidi; Rep. I, 662.* (68) *Monterappoli; Rep. III, 493.* (69) *Vinci; Rep.* 40 *V, 785.* (70) *Granaiolo (Val d'Elsa); Rep. II, 478.* (71) *Vallecchio a Castelfiorentino ad septentrionem; apud Repetti desideratur.* (72) *Martignana; Rep. III, 102.* (73) *Castelfiorentino; Rep. I, 535.* (74) *Catignano di Gambassi; Rep. I, 622.* (75) *Gambassi; Rep. II, 394. Cf. infra sub nr.* (503). (76) *Montignoso di Gambassi; Rep. III, 580.* (77) *Pulieciancllo di Gambassi; Rep. IV, 684.* (78) *Bagnolo (tab. 1: 50,000 a Castelfiorentino ad orientem). Cf. Rep. II, 366 art. Gabbiavola.* (79) *Cab-* 45 *biavoli (tab. 1: 50,000 a Castelfiorentino ad orientem). Cf. Rep. II, 366 art. Gabbiavola (Cabbiaula).* (80) *Est Pulieciano (di Gambassi; tab. 1: 50,000 a Certaldo inter meridiem et occidentem). Cf. Rep. IV, 684.* (81) *Certaldo; Rep. I, 666.* (82) *Vico (Val d'Elsa); Rep. V, 753.* (83) *Poneta (tab. 1: 50,000 a Vico ad orientem); Rep. IV, 510.* (84) *Pastine; Rep. IV, 66.* (85) *Petrognano; Rep. IV, 151.* (86) *Pogni; Rep. IV, 498.* (87) *Magliano; Rep. III, 19.* (88) *Poppianello (tab. 1:* 50 *50,000 a Vico inter meridiem et orientem). Apud Repetti desideratur.* (89) *Linari (Val d'Elsa); Rep. II, 700.* (90) *S. Appiano; Rep. I, 102.* (91) *Cepparello (tab. 1: 50,000 a Monsanto ad meridiem); Rep. III, 254. Cf. supra nr. 865.* (92) *Poggibonsi.* (93) *Staggia; Rep. V, 455.* (94) *Rencine; Rep. IV, 742.*

Partes Mugelli: (95) *Montecuccoli; Rep. III, 377.* (96) *Latera; Rep. II, 556.* (97) *Barberino (Mugello); Rep. I, 257.*

(98) Castrum de Campiano
(99) Castrum de Villanuova
(100) Comune de Galgliano
(101) Comune Sancti Petri in Sieve
(102) Castrum de Spugnole
(103) Castrum de Combiate
(104) Comune de Lengni
(105) Comune Sancti Iohannis in Petroio
(106) Comune de Scarperia
(107) Castrum Burgi Sancti Laurentii

* fol. 3'. *In val di Bisenço

(108) Comune de Legri
(109) Comune de Combiata
(110) Comune de Somaria
(111) Comune de Septimello
(112) Comune de Sexto
(113) Comune de Castiglione
(114) Castrum de Cersine[e]
(115) Comune de Sancto Donnino
(116) Comune de Brocçi
(117) Comune de Sancto[g] Maro
(118) Castrum de Lecore
(119) Comune de Singna.

(IV) Castra et terre de comitatu Flo(renti)e:

In val di Robiana

(120) Castrum de Musignano
(121) Castrum de Gavignano
(122) Castrum de Ticçano

In val di Sieve

(123) Castrum de Magniale
(124) Castrum Ristionchi
(125) Castrum Pelaghi
(126) Castrum de Altomena
(127) Castrum de Nepoçano
(128) Castrum Vichi vallis Sevis
* fol. 4 (129) *Castrum Montis Borelli
(130) Castilglione domini Episcopi
(131) Comune de Plebeveteri
(132) Comune de Montefesulis
(133) Comune de Monte di Crocie
(134) Comune de Casi
(135) Comune de Tosina
(136) Comune de Ferrano
(137) Comune de Pomino
(138) Comune de[f] Falgano
(139) Comune de Colognole
(140) Comune de Monte Sasso
(141) Comune de Monte Aguto
(142) Comune de Acone[h]
(143) Comune de Torichia
(144) Comune de Vologniano
(145) Comune Sancti Elleri
(146) Comune de Borsello
(147) Comune de Ghiacceto

870. e) C *corr. ex* S *c.* f) *bis scriptum c.* g) *sequitur delet.* Marcho *c.* h) ACone *c.*

(98) *Campiano (Val di Sieve); Rep. I, 417.* (99) *Villanuova (Mugello); 'ora nella tenuta .... delle Maschere' Rep. V, 783.* (100) *Gagliano (Galliano); Rep. II, 371.* (101) *S. Piero a Sieve; Rep. V, 107.* (102) *Spugnole; Rep. V, 453.* (103) *Combiate (Croci di Combiate); Rep. I, 789. Cf. etiam infra sub nr.* (109). (104) *Sic pro* Legri. *Legri; Rep. II, 677. Cf. etiam infra sub nr.* (108). (105) *S. Giovanni in Petroio; Rep. IV, 157.* (106) *Scarperia; Rep. V, 221.* (107) *Borgo S. Lorenzo; Rep. I, 343.*

Vallis Bisenzii: (108) *Cf. iam supra sub nr.* (104). (109) *Cf. iam supra sub nr.* (103). (110) *Sommaia; Rep. V, 423.* (111) *Settimello: Rep. V, 288.* (112) *Sesto Fiorentino; Rep. V, 282.* (113) *Castiglioni; Rep. I, 594.* (114) *Cercina; Rep. I, 655.* (115) *Borgo S. Donnino (Val d'Arno); Rep. I, 342.* (116) *Brozzi; Rep. I, 362.* (117) *S. Mauro (Moro); Rep. III, 612.* (118) *Lecore; Rep. II, 671.* (119) *Signa; Rep. V, 399.*

(IV) Vallis Rubbianae: (120) *Musignano prope S. Miniato di Rubbiana; Rep. III, 636.* (121) *Gavignano (Val d'Ema); Rep. II, 413.* (122) *Tizzano prope S. Miniato di Rubbiana; Rep. V, 531.*

Vallis Sevis: (123) *Magnale; Rep. III, 20.* (124) *Ristonchi; Rep. IV, 778.* (125) *Pelago; Rep. IV, 85.* (126) *Altomena; Rep. I, 76.* (127) *Nipozzano; Rep. III, 643.* (128) *Vico di Montefiesole; Rep. V, 756.* (129) *Montebonello; Rep. III, 326.* (130) *Castiglioni della Rufina; Rep. I, 606.* (131) *Pieve Vecchia (Pervecchia); Rep. IV, 260.* (132) *Montefiesole; Rep. II, 125 et III, 389. Cf. supra nr.* 852. (133) *Monte di Croce (Val di Sieve); Rep. III, 375.* (134) *Casi; Rep. I, 513.* (135) *Tosina; Rep. V, 578.* (136) *Ferrano; Rep. II, 103.* (137) *Pomino; Rep. IV, 509.* (138) *Falgano; Rep. II, 89.* (139) *Colognole (Val di Sieve); Rep. I, 779.* (140) *Montesassi; Rep. III, 518. Cf. etiam infra sub nr.* (165). (141) *Montauto di Vicchio; Rep. III, 276.* (142) *Acone; Rep. I, 37.* (143) *Turicchi; Rep. V, 603.* (144) *Volognano; Rep. V, 797.* (145) *S. Ellero di Alfiano; Rep. I, 67. Cf. infra sub nr.* (243). (146) *Borselli; Rep. I, 354* (147) *Diacceto; Rep. II, 6.*

(148) Comune de Filicharia
(149) Comune de Celle
(150) Comune de Piemagiore
(151) Comune de Terra Pançanese

In val di Bisenço

(152) Castrum de Monte Murlo
(153) Castrum de Capalle
(154) Castrum de Campi
(155) Castrum de Calençano
(156) Castrum de Leccio

*De partibus Mucelli (fol. 4'.)

(157) Comune de Rabatta
(158) Comune de Vispigniano
(159) Comune de Puliceiano
(160) Castrum de Muciano
(161) Castrum de[i] Moleçano
(162) Castrum de Pagliariccio
(163) Comune de Ronta
(164) Comune de Uliveta
(165) Comune Montis Sassi
(166) Comune Sancti Cressci de Valchava
(167) Comune de Luco
(168) Comune Sancti Iohannis Maioris
(169) Comune Montis Ceraie
(170) Comune de Greççano
(171) Comune de Rabbiacanina

De partibus vallis Grieve

(172) Castrum Boniçi
(173) Castrum Vichii dell' Abate
(174) Castrum Vichii Magii
(175) Comune de Mugnana
(176) Comune de Seçata
(177) Comune de Cintoria
(178) Castrum de Lucolena
(179) Castrum Ripe Mortorie
(180) *Castrum Uççani (* fol. 5.)
(181) Castrum Montis Ficalli
(182) Castrum Montis Gonçi
(183) Comune Montis Agliari
(184) Castrum Pançani

In Chianti

(185) Castrum Montis Raynaldi
(186) Castrum de Grigniano
(187) Castrum de Pietraficta
(188) Castrum de Castellina
(189) Castrum Richavi
(190) Castrum Collis Pietrosi
(191) Comune Trebii
(192) Comune de Radda
(193) Castrum Vertine
(194) Castrum Montis Grossoli
(195) Castrum de Broli
(196) Castrum Cachiani

870. i) *bis scriptum c.*

(148) *Filicaia (hodie Palagio); Rep. II, 145.* (149) *Celle; Rep. I, 646.* (150) *Pimaggiore; Rep. IV, 265.* (151) *Non inveni; num sit Piazzano (Val di Sieve) a Borgo S. Lorenzo ad orientem, nescio; Rep. IV, 188. Cf. ibidem IV, 187 Piazzanese a civitate Prati ad occidentem.*

Vallis Bisenzii: (152) *Montemurlo; Rep. III, 441.* (153) *Capalle; Rep. I, 449.* (154) *Campi (-Bisenzio); Rep. I, 413.* (155) *Calenzano; Rep. I, 391.* (156) *Leccio; Rep. II, 670.*

Partes Mugelli: (157) *Rabatta; Rep. IV, 705.* (158) *Vespignano; Rep. V, 705.* (159) *Pulicciano (Val di Sieve): Rep. IV, 685.* (160) *Mucciano (Val di Sieve); Rep. III, 625. Cf. supra pag. 858. not. 2 nr. 6.* (161) *Molezzano (Val di Sieve); Rep. III, 247.* (162) *Pagliariccio; Rep. IV, 23.* (163) *Ronta; Rep. IV, 818.* (164) *Olireta (Mugello); Rep. III, 654.* (165) *Cf. iam supra sub nr.* (140). (166) *S. Cresci a Valcava; Rep. V, 625.* (167) *Luco di Mugello; Rep. II, 928.* (168) *S. Giovanni Maggiore; Rep. II, 448.* (169) *Aceraia; Rep. I, 35.* (170) *Grezzano; Rep. II, 513.* (171) *Ripacanina; Rep. IV, 765.*

Vallis Grevis: (172) *Castel Bonsi; Rep. I, 335.* (173) *Vico l'Abate; Rep. V, 754. Cf. supra nr. 857.* (174) *Vicchiomaggio; Rep. V, 751.* (175) *Mugnana; Rep. III, 627.* (176) *Sezzate; Rep. V, 293.* (177) *Cintoia di Val d'Ema; Rep. I, 738. Cf. supra pag. 858 not. 2 nr. 13.* (178) *Lucolena; Rep. II, 929.* (179) *Sic indicatur; videtur esse la Ripa ab Uzzano ad septentrionem. Ripa Mortara v. supra sub nr.* (32). (180) *Uzzano; Rep. V, 611.* (181) *Montefioralle; Rep. III, 390.* (182) *Montegonzi; Rep. III, 401.* (183) *Montagliari; Rep. III, 264.* (184) *Panzano; Rep. IV, 53.*

Vallis Chianti: (185) *Monte Rinaldi; Rep. III, 504. Cf. supra nr. 856.* (186) *Grignano; Rep. II, 515.* (187) *Pietrafitta (Chianti); Rep. IV, 209. Cf. supra pag. 857 not. 2 nr. 10.* (188) *Castellina (Chianti); Rep. II, 552.* (189) *Ricavo; Rep. IV, 747. Cf. supra nr. 860.* (190) *Colle Petroso; Rep. I, 769. Cf. supra nr. 856.* (191) *Trebbio (Chianti); Rep. V, 584.* (192) *Radda; Rep. IV, 702. Cf. supra pag. 858 not. 2 nr. 9.* (193) *Vertine; Rep. V, 703.* (194) *Montigrossi; Rep. III, 403.* (195) *Brolio; Rep. I, 362.* (196) *Cacchiano; Rep. I, 377.*

(197) Castrum Montis Luchi de la Bernardesscha
(198) Castrum Montis Luchi de Lechio
(199) Castrum Sancte Marie Novelle
(200) Castrum de Volpaia
(201) Castrum delle Stinche
(202) Commune de Albola

* fol. 5'. *In val d'Arno

(203) Comune de Montaia
(204) Castrum de Camposelvole
(205) Castrum de Balbischio
(206) Castrum de Montegonçoli
(207) Castrum de Ricasoli
(208) Castrum Montis Guarchi
(209) Castrum Sancti Iohannis
(210) Castrum de Gangareta
(211) Castrum del Tasso
(212) Castrum della[l] Cicogna
(213) Castrum Montis Lunghi
(214) Castrum della Penna
(215) Castrum delle Cave
(216) Castrum del Terraio
(217) Castrum de Mori
(218) Castrum del Poçço
(219) Castrum Sancti Mariani
(220) Castrum Marciani
(221) Castrum de Tregaia
(222) Castrum de Sofena
(223) Castrum de Pogio Taççi
(224) Castrum Francum
(225) Castrum de Pulicciano
* fol. 6. (226) *Castrum del Leccio
(227) Castiglione Mençani
(228) Castrum de Cascia
(229) Castrum Persigniani
(230) Castrum de Ostina
(231) Castrum de Ancisa[k]
(232) Castrum de Fighine
(233) Castrum Tartigliese
(234) Castrum de Gaville
(235) Castrum Montis Domnici
(236) Castrum de Piano
(237) Comunia de Avena Abatie
(238) Castrum de Abatia de Monte Murlo
(239) Castrum de Colle
(240) Castrum Novum
(241) Castrum de Cetenavecchia
(242) Castrum Vieschia
(243) Castrum de Sancto Ellero.

* fol. 6'. (V) *Lucana civitas et sex miliaria:
(244) Comune pleberii Computi
(245) Comune Ruote

870. k) AnCisa *c.* l) *sequitur* Cig *delet. c.*

(197) *Monteluco della Berardenga; Rep. I, 303.* (198) *Monteluco a Lecchi; Rep. II, 667.* (199) *S. Maria Novella (Chianti); Rep. I, 697. Cf. supra pag. 858 not. 2 nr. 12.* (200) *Volpaia; Rep. V, 798.* (201) *Stinche; Rep. V, 476.* (202) *Albola; Rep. I, 66. Cf. supra nr. 859.*

Vallis Arni superioris: (203) *Montaio (Montaia); Rep. III, 277.* (204) *Caposelvi; Rep. I, 461.* (205) *Barbistio (Barbischio); Rep. I, 272.* (206) *Montegonzi (Val d'Arno); Rep. III, 401.* (207) *Ricasoli; Rep. IV, 746.* (208) *Montevarchi; Rep. III, 537.* (209) *S. Giovanni (Val d'Arno); Rep. V, 54.* (210) *Gangherєto; Rep. II, 398.* (211) *Castello del Tasso; Rep. V, 503.* (212) *Cicogna; Rep. I, 731.* (213) *Montelungo (Val d'Arno); Rep. III, 411.* (214) *Penna; Rep. IV, 96.* (215) *Cave; Rep. I, 624.* (216) *Terraio; Rep. V, 512.* (217) *Videtur esse Loro; Rep. II, 812.* (218) *Pozzo (Val d'Arno super.); Rep. IV, 630.* (219) *V. art. Badiola di S. Maria in Mamma Rep. I, 205.* (220) *Monte Marciano; Rep. III, 423. Cf. supra pag. 858 not. 2 nr. 1.* (221) *Treggiaia ab Castelfranco di sopra ad meridiem. Apud Repetti desideratur.* (222) *Castellum destructum prope Badia di Sofena: Rep. I, 193.* (223) *Poggitazzi; Rep. IV, 498.* (224) *Castelfranco di sopra; Rep. I, 542.* (225) *Puliciano (Val d'Arno super.); Rep. IV, 683.* (226) *Videtur esse Leccio (Val d'Arno sopra Firenze); Rep. II, 670.* (227) *Menzano; Rep. III, 194.* (228) *Cascia; Rep. I, 499.* (229) *Persignano; Rep. IV, 108.* (230) *Ostina; Rep. III, 703.* (231) *Incisa (Ancisa); Rep. II, 575.* (232) *Figline; Rep. II, 126.* (233) *Tartigliese; Rep. V, 503.* (234) *Gaville; Rep. II, 415.* (235) *Monte Domini (Domenichi); Rep. III, 382.* (236) *Pian Franzese; Rep. IV, 182.* (237) *Videtur esse Avana, ubi ecclesia S. Mariae erat abbatiae Nonantulensis. V. Rep. I, 173.* (238) *Badia a Montemuro; Rep. I, 185* (239) *An Colle (Val d'Arno super.)? Rep. I, 761.* (240) *Castelnuovo di Avane; Rep. I, 171.* (241) *Cetina Vecchia; Rep. I, 677.* (242) *Viesca; Rep. V, 766.* (243) *S. Ellero di Alfiano; Rep. I, 67. Cf. iam supra sub nr.* (145).

(V) Suburbium Lucanense: (244)—(266) *Ad plebes suburbii Lucanensis cf. etiam Repetti II, 884, ubi eodem fere ordine enumerantur.* (244) *Compito; Rep. I, 790.* (245) *Ruota di Compito; Rep. IV, 843.*

(246) Castrum Vetus
(247) Comune plebis Vurni
(248) Comune plebis Masse Pisane
(249) Comune plebis Vicopelagi
5 (250) Comune plebis Fiexii
(251) Comune plebis Massaciuccholi
(252) Comune plebis Arliani
(253) Comune plebis Sancti Macarii
(254) Comune plebis Sancti Stefani
10 (255) Comune plebis Mostessigradi
(256) Comune plebis Turris
(257) Comune Cappelle Sancti Laurentii
(258) Comune plebis Morriani
(259) Comune plebis Brancali
15 (260) Comune plebis Sancti Prancatii
(261) Comune plebis Subgrominii
(262) Comune plebis Sancti Ianuarii
(263) Comune plebis Marlie
(264) Comune plebis Lamarii
20 (265) Comune plebis Lunate
(266) Comune plebis Sancti Pauli
* fol. 7. (267) *Comune Sancti Martini de Collibus
(268) Comune Vallis Ottavi
(269) Comune Pontis Sancti Petri.
25

(VI) Hec[m] sunt castra, que Lucanum comune tenet de comitatu Pistorii:

(270) Castrum Serravalle
(271) Castrum Lerciani
30 (272) Castrum Cecine
(273) Castrum Castelline
(274) Castrum Marliane
(275) Castrum Casuli
(276) Castrum Fangni
(277) Castrum Mumigni
(278) Comune Vallis Celle
(279) Castrum de Serra
(280) Castrum Crespoli
(281) Castrum Calamecchie
(282) Castrum Lanciole
(283) Castrum Pitellii
(284) Comune Pupillii
(285) Castrum Sancti Marcelli
(286) Comune Gavinana
(287) Comune Viççani
(288) Comune Brandellii
(289) Comune Vinacciani.

(VII) *Infrascripta sunt comunia et terre, que detinentur per Lucanum comune, que sunt Romani imperii, videlicet: * fol. 7'.

In valle Arni

(290) Castrum Montis Topoli
(291) Castrum Cerretelli
(292) Castrum Montis Cavulii
(293) Castrum Sancte Marie de Monte
(294) Castrum Francum
(295) Castrum Sancte Crucis
(296) Castrum Ficecchii

870. m) *praecedit signum § c.*

(246) *Castelvecchio di Barga; Rep. I, 585.* (247) *Vorno; Rep. V, 836.* (248) *Massa Pisana; Rep. III, 173.* (249) *Vico Pelago; Rep. V, 756.* (250) *Flesso (hodie Montuolo); Rep. II, 309.* (251) *Massaciuccoli; Rep. III, 178.* (252) *Arliano; Rep. I, 135.* (253) *S. Macario; Rep. III, 5.* 35 (254) *Pieve di S. Stefano; Rep. V, 466.* (255) *Mostesigradi (hodie Monsagrati); Rep. III, 620 et 254.* (256) *Torre; Rep. V, 541.* (257) *S. Lorenzo alla Cappella (in tabulis Cappello); Rep. II, 807.* (258) *Moriano; Rep. III, 609.* (259) *Brancoli; Rep. I, 360.* (260) *Pieve di S. Panerazio; Rep. IV, 49.* (261) *Segromigno; Rep. V, 487.* (262) *S. Gennaro; Rep. II, 430.* (263) *Marlia; Rep. III, 81.* (264) *Lammari; Rep. II, 632.* (265) *Lunata; Rep. II, 933.* (266) *S. Paolo in* 40 *Gorgo (hodie Pieve di S. Paolo); Rep. II, 472.* (267) *S. Martino in Colle (ai Colli); Rep. I, 761.* (268) *Ottavo sopra Lucca (Val d'Ottavo): Rep. III, 704.* (269) *Ponte S. Pietro; Rep. IV, 537.*

(VI) Comitatus Pistoriensis: (270) *Serravalle Pistoiese; Rep. V, 246.* (271) *Larciano (di Lamporecchio); Rep. II, 643.* (272) *Cecina (di Lamporecchio); Rep. I, 639.* (273) *Castellina di Serravalle; Rep. I, 559.* (274) *Marliana; Rep. III, 82.* (275) *Casore; Rep. I, 522.* (276) *Fagno;* 45 *Rep. II, 88.* (277) *Momigno; Rep. III, 248.* (278) *Pieve di Celle; Rep. I, 645.* (279) *Pieve di Serra; Rep. V, 275.* (280) *Crespole; Rep. I, 833.* (281) *Calamecca; Rep. I, 383.* (282) *Lanciole; Rep. II, 639.* (283) *Piteglio; Rep. IV, 465.* (284) *Popiglio; Rep. IV, 687.* (285) *S. Marcello Pistoiese; Rep. V, 66.* (286) *Gavinana (Cavinana); Rep. I, 634.* (287) *Vizzano; Rep. V, 797.* (288) *Pieve di Brandeglio; Rep. I, 361.* (289) *Vinacciano; Rep. V, 784.*

50 *(VII) Vallis Arni:* (290) *Montopoli; Rep. III, 593.* (291) *Non iam existit. Cerretello (Val d'Era); Rep. I, 659.* (292) *Montecalvoli (Val d'Arno infer.); Rep. III, 330.* (293) *S. Maria a Monte; Rep. III, 71.* (294) *Castelfranco di sotto; Rep. I, 545.* (295) *S. Croce; Rep. V, 137.* (296) *Fucecchio; Rep. II, 249.*

(297) Castrum Cappiani
(298) Castrum Masse d'Oltrario
(299) Comune d'Oltrario
(300) Castrum Gallenii
(301) Castrum Orentani
(302) Castrum Montis Falconi
(303) Castrum Putei
(304) Comune de Staffoli

*fol. 8. *In valle Nebula

(305) Castrum Montis Vettolini
(306) Castrum Montis Summani
(307) Castrum Montis Catini
(308) Castrum Masse Bugianensis
(309) Castrum de Cothile
(310) Castrum de Colle de Bugiano
(311) Castrum Bugiani
(312) Castrum Stignani
(313) Castrum de Costa
(314) Castrum Uthani
(315) Castrum Piscie
(316) Castrum Sorici
(317) Castrum Avellani
(318) Castrum Pietrabone
(319) Castrum Castellaris Ubaldi
(320) Castrum Venneri
(321) Castrum Collodi
(322) Castrum Sancti Petri de Campo
(323) Castrum Vivinarie

*fol. 8'. *In valle Ariane

(324) Castrum Medicine
(325) Castrum Arami
(326) Castrum Fibialle
(327) Castrum Sorani
(328) Castrum Lingnane Gract-al-cielo[n]
(329) Castrum Pontiti
(330) Castrum de Schiappa
(331) Castrum Vetus
(332) Castrum Sancti Quirici

In pleberio Ville Bagilice

(333) Comune Ville predicte
(334) Castrum Pariani
(335) Castrum Boelii
(336) Castrum Colognore

In valle Lime

(337) Castrum Montis Fegatesis
(338) Comune de Corsena
(339) Comune de Controne
(340) Castrum Pallegii
(341) Castrum Cocilglie
(342) Comune Limani
(343) Castrum Vici Panceloro
(344) Castrum Lucchii
fol. 9. (345) *Castrum de Casuli
(346) Castrum de Carciano
(347) Castrum de Casabasciana

870. n) gractalcielo *c.*

(297) *Cappiano; Rep. I, 461.* (298) *Massarella (Massa Piscatoria); Rep. III, 173.* (299) *Oltrario; cf. Rep. ibidem.* (300) *Galleno; Rep. II, 382.* (301) *Orentano; Rep. III, 686.* (302) *Montefalcone; Rep. III, 383.* (303) *Est Poggio Adorno; Rep. IV, 487.* (304) *Staffoli; Rep. V, 455.*

Vallis Nebulae: (305) *Montevettolini; Rep. III, 556.* (306) *Monsummano alto; Rep. III, 258.* (307) *Montecatini; Rep. III, 351.* (308) *Massa Buggianese; Rep. III, 108.* (309) *Cozzile; Rep. I, 832.* (310) *Colle Buggianese; Rep. I, 764.* (311) *Castel Buggiano; Rep. I, 370.* (312) *Stignano; Rep. V, 476.* (313) *La Costa (Agosta); Rep. I, 58.* (314) *Uzzano (Val di Nievole); Rep. V, 612.* (315) *Pescia; Rep. IV, 113.* (316) *Sorico; Rep. V, 435.* (317) *Vellano; Rep. V, 685.* (318) *Pietrabuona; Rep. IV, 206.* (319) *S. Maria al Castellare; Rep. I, 551.* (320) *Veneri; Rep. V, 689.* (321) *Collodi; Rep. I, 777.* (322) *S. Piero in Campo; Rep. I, 429.* (323) *Vivinaia, hodie Montecarlo; Rep. III, 335.*

Vallis Arianae: (324) *Medicina; Rep. III, 185.* (325) *Aramo; Rep. I, 103.* (326) *Fibbialla (Valle Ariana); Rep. II, 105.* (327) *Sorana; Rep. V, 426.* (328) *Lignano; Rep. II, 696.* (329) *Pontito; Rep. IV, 541.* (330) *Stiappa; Rep. V, 471.* (331) *Castelvecchio di Vellano; Rep. I, 588.* (332) *S. Quirico d'Ariano; Rep. I, 134.*

Suburbium Villae Basilicae: (333) *Villabasilica; Rep. V, 774.* (334) *Pariana; Rep. IV, 60.* (335) *Boveglio; Rep. I, 358.* (336) *Colognora di Collodi; Rep. I, 780.*

Vallis Limae: (337) *Montefegatesi; Rep. III, 386.* (338) *Corsena; Rep. I, 807.* (339) *Controne; Rep. I, 794.* (340) *Pallegio; Rep. IV, 42.* (341) *Cocciglia. V. Cocidia in art. Casabasciana Rep. I, 491.* (342) *Limano; Rep. II, 697.* (343) *Vico Pancellorum; Rep. IV, 43.* (344) *Lucchio; Rep. II, 909.* (345) *Casoli (Val di Lima); Rep. I, 521.* (346) *Sic non inveni. Videtur esse situs ratione habita Crasciana a Casabasciana ad merid.* (347) *Casabasciana; Rep. I, 491.*

(348) Castrum Sorignane
(349) Castrum Brandelli
(350) Comune Menabbii
(351) Castrum Cerbarie
5 (352) Castrum Lulglani

In provincia Carfagnane

(353) Castrum Pescallie
(354) Comune de Gello
10 (355) Comune Vulmiani
(356) Comune Desse
(357) Castrum et comune Decimi
(358) Comune Burgi Moçani
(359) Comune Honete
15 (360) Castrum la Cunie°
(361) Castrum Motronis
(362) Comune Rocche de Moçano
(363) Comune Cerretoli
(364) Comune de Anchiano
20 (365) Comune Puticciani
(366) Comune Serre
(367) Comune Corsagne
(368) Comune de Chifenti
* fol. 9'. (369) *Comune Fornoli
25 (370) Castrum Calavorne
(371) Castrum Vitihane
(372) Castrum Terellii
(373) Comune Bori
(374) Comune de Lieignana
(375) Comune Collis Bertinghi
(376) Castrum Ghiviçani
(377) Castrum Corellie
(378) Castrum Tillii
(379) Comune de Loppia
(380) Castrum de Bargha
(381) Castrum Fiactonis
(382) Castrum Perpori
(383) Castrum Montis Altissimi
(384) Comune de Casci
(385) Castrum Gallicani
(386) Castrum Trasilice
(387) Castrum Cardosi
(388) Castrum Bolognane
(389) Comune Gioviani
(390) Comune Spullissani
(391) Castrum Pallorosi
(392) Castrum Novum
(393) *Castrum Bargecchie * fol. 10.
(394) Castrum Siricí
(395) Castrum Caprarie
(396) Comune Ciçerani
(397) Castrum Chioggie
(398) Castrum sive comune Verruchii
(399) Castrum Pischolle

870. °) Lacunie *c.*

(348) *Sorignano v. in art. praecedenti.* (349) *Brandeglio; Rep. I, 360.* (350) *Sic pro* Benabbii.
30 *Benabbio; Rep. I, 295.* (351) *Cerbaiola (olim Cerbaia); Rep. I, 653.* (352) *Lugliano; Rep. II, 930.*
Provincia Garfagnanae: (353) *Pescaglia; Rep. IV, 112.* (354) *Gello del Borgo; Rep. II, 425.* (355) *Vormiana (tab. 1: 25,000 a Dezza ad occidentem). Apud Repetti desideratur. Tamen* Volimana *(rectius* Volmiana*) item notatur in privilegio Karoli IV. a. 1355. Mai. 8 Francisco Castracanis concesso (Böhmer-Huber 2109).* (356) *Dezza; Rep. II, 6.* (357) *Diecimo (Decimo, Val di Serchio);*
35 *Rep. II, 4.* (358) *Borgo a Mozzano; Rep. I, 349.* (359) *Oneta; Rep. III, 663.* (360) *Cune; Rep. I, 837.* (361) *Motrone (Val di Serchio); Rep. III, 622.* (362) *Rocca sopra Motrone; Rep. IV, 787.* (363) *Cerreto (Val di Serchio); Rep. I, 662.* (364) *Anchiano; Rep. I, 84.* (365) *Non inveni. Tamen* Putiocianum *(rectius* Puticcianum *ut opinor) item notatur in privilegio supra sub nr.* (355) *citato. An pro Buccheggia (tab. 1: 25,000 a Dezza ad meridiem)?* (366) *Serra (Val di Serchio); Rep. V, 216.* (367) *Cor-*
40 *sagna; Rep. I, 806.* (368) *Chifenti; Rep. I, 702.* (369) *Fornoli; Rep. II, 328.* (370) *Calavorno; Rep. I, 383.* (371) *Vitiana; Rep. V, 793.* (372) *Tereglio; Rep. V, 508.* (373) *Non inveni. Tamen* Bori *item notatur in privilegio supra sub nr.* (355) *citato. An Montebono a Barga ad septentrionem?* (374) *Lucignano; Rep. II, 914.* (375) *Colle Bertingo; Rep. I, 764.* (376) *Ghivizzano; Rep. II, 440.* (377) *Coreglia; Rep. I, 798.* (378) *Tiglio; Rep. V, 525.* (379) *Loppia; Rep. II, 802.* (380) *Barga;*
45 *Rep. I, 273.* (381) *Fiattone; Rep. II, 105.* (382) *Perpoli; Rep. IV, 109.* (383) *Montaltissimo; Rep. III, 314.* (384) *Cascio; Rep. I, 507.* (385) *Gallicano; Rep. II, 384.* (386) *Trassilico; Rep. V, 581.* (387) *Cardoso; Rep. I, 474.* (388) *Bolognana; Rep. I, 334.* (389) *Gioviano; Rep. II, 450.* (390) *Non inveni. Tamen* Spolizano *item notatur in privilegio supra sub nr.* (355) *citato.* (391) *Palleroso; Rep. IV, 42.* (392) *Castelnuovo (Garfagnana); Rep. II, 568.* (393) *Bargecchia;*
50 *Rep. I, 281.* (394) *Sillico; Rep. V, 409.* (395) *Capraia (Val di Serchio); Rep. I, 465.* (396) *Cese-rana; Rep. I, 676.* (397) *Chiozza a Castiglione di Garfagnana ad septent. orient.* (398) *Verruca; cf. infra sub nr.* (410) *et Rep. VI, 268.* (399) *Non inveni nec apud Repetti nec in regionum tabulis.*

(400) Castrum Granaioli
(401) Comune Ville Terresane
(402) Castrum Castillionis
(403) Comune Ville
(404) Comune de Pontecolsi
(405) Comune Masse et Sassorossi
(406) Comune Corfini
(407) Comune Sancti Romani
(408) Comune Seracagnane
(409) Comune Burcilliani
(410) Comune Verrucole Ghirardinghi
(411) Comune Plebis Castelli
(412) Comune Silani
(413) Comune Soragii
(414) Comune Dalli et Dalli
(415) Comune Gragnani
* fol. 10'. (416) Castrum Curfiglani
(417) Castrum Vallis di sopra
(418) *Castrum Pulliani
(419) Comune Plebis Sancti Laurentii
(420) Comune Ville Roggii
(421) Castrum Vallis di sotto
(422) Castrum Carecinii
(423) Comune Silicani
(424) Castrum Cerreti
(425) Castrum Sale Episcopi
(426) Comune San Terensii[q]
(427) Comune Camporegiani
(428) Comune Gragni
(429) Castrum et Comune Sassi et Grancila
(430) Comune Livignani
(431) Comune Malliani
(432) Comune Plebis Fosciani

In provincia Lunisciane

(433) Castrum Verrocole Buosi et eius dixtrictum
(434) Castrum Pontremoli et eius districtum
(435) Castrum Agule[p]
(436) Castrum Sasstefani
(437) Castrum Ponsani
(438) Castrum Falcinelle
(439) Castrum Sereçane
(440) Castrum di Sarreçane
(441) Castrum Amelie
(442) Castrum Novum
* fol. 11. (443) *Castrum Ortonovi
(444) Castrum Nicchole
(445) Castrum Volpiglionis
(446) Castrum Monete
(447) Castrum Avensie
(448) Comune Carrare
(449) Comune Masse Marchionis et eius districtum
(450) Comune Montis Tignosi

In Versillia

(451) Comune Burgi Petrasancte
(452) Comune Strectorie
(453) Comune Saravesse

870. p) AGule *c.* q) Santerensii *c.*

(400) *Granaiola; Rep. II, 478.* (401) *Monti di Villa (Villa Terenzana); Rep. III, 563.* (402) *Castiglione (Garfagnana); Rep. I, 595.* (403) *Videtur esse Villetta; Rep. IV, 783.* (404) *Pontecosi; Rep. IV, 526.* (405) *Massa di Sassorosso; Rep. III, 177.* (406) *Corfino; Rep. I, 799.* (407) *S. Romano (Garfagnana); Rep. IV, 812.* (408) *Silicagnana; Rep. V, 408.* (409) *Borsigliana; Rep. I, 354.* (410) *Verrucola (Garfagnana); Rep. V, 702.* (411) *Hodie Piazza (Garfagnana), Pieve di Piazza; Rep. IV, 185.* (412) *Silano (Garfagnana); Rep. V, 407.* (413) *Soraggio; Rep. V, 426.* (414) *Dalli sotto e sopra; Rep. II, 1.* (415) *Gragnana; Rep. II, 475.* (416) *Corfigliano v. in art. Pieve di S. Lorenzo Rep. II, 810. In tabulis Carfigliano.* (417) *et* (421) *Vagli sopra e sotto; Rep. V, 619.* (418) *Videtur esse Puglianella; Rep. IV, 678.* (419) *Pieve di S. Lorenzo; Rep. II, 810.* (420) *Villa a Roggio; Rep. IV, 809.* (421) *v. supra sub nr.* (417). (422) *Careggine; Rep. I, 474.* (423) *Silicano; Rep. V, 408.* (424) *Cerretoli; Rep. VI, 70.* (425) *Sala (Garfagnana), Sala del Vescovo; Rep. V, 6.* (426) *Poggio S. Terenzio; Rep. IV, 495.* (427) *Camporgiano; Rep. I, 434.* (428) *Gragna; Rep. II, 475.* (429) *Sassi et Grancia a Sassi ad septentr.; Rep. V, 201.* (430) *Livignano; Rep. II, 717.* (431) *Magliano; Rep. III, 20.* (432) *Pieve Fosciana; Rep. IV, 240.*

Provincia Lunigianae: (433) *Verrucola Bosi; Rep. V, 701.* (434) *Pontremoli.* (435) *Aulla; Rep. I, 168.* (436) *S. Stefano di Magra; Rep. V, 136.* (437) *Ponzano; Rep. IV, 563.* (438) *Falcinello; Rep. II, 89.* (439) *Sarzana.* (440) *Castello di Sarzana. Cf. Doenniges l. c. II, 108.* (441) *Ameglia; Rep. I, 80.* (442) *Castelnuovo di Magra; Rep. I, 573.* (443) *Ortonovo; Rep. III, 695.* (444) *Nicola; Rep. III, 641.* (445) *Volpigliano; Rep. V, 837.* (446) *Moneta; Rep. III, 253.* (447) *Avenza; Rep. I, 174.* (449) *Massa Ducale.* (450) *Montignoso (Lunigiana); Rep. III, 581.*

Versilia: (451) *Pietrasanta; Rep. IV, 216.* (452) *Strettoia; Rep. V, 481.* (453) *Seravezza; Rep. V, 252.*

(454) Comune Farnochie
(455) Comune Pruni et Voligni
(456) Comune Pomeçani
(457) Comune Cappelle Sancti Martini
5 (458) Castrum Monteggiori
(459) Comune Veghiatorie
(460) Comune Burgi Camaioris
(461) Comune Lonbrici
(462) Comune Plebis Camaioris
10 (463) Comune de Nocchi
(464) Comune Montismagni
(465) Comune Gomitelli
(466) Comune Torcilliani
(467) Comune Valpromarii
15 (468) Comune Piethani
* fol. 11'. (469) *Comune Fibialle
(470) Comune Gualdi
(471) Comune Riscetoli
(472) Comune Plebis Nerici
20 (473) Comune Schiave
(474) Comune Bargecchie
(475) Comune Corsanici
(476) Comune de Pedone
(477) Comune de Moummio
25 (478) Comune de Pontemassori
(479) Comune de Boçano.

(VIII) Hec sunt castra que[r] tenet Lucanum comune de comitatu Pisano:
(480) Castrum Bientine
(481) Comune Cintorie
(482) Comune et castrum de Buiti
(483) Castrum Asciani
(484) Castrum Quoçe
(485) Castrum Ripafracte
(486) Castrum de Avane et
(487) Comune Avane
(488) Comune Filectoli
(489) Castrum Viaregii
(490) Castrum Motronis.

(IX) *Hec sunt terre quas tenet episcopus Vulter(ranus) et sunt Romani imperii: * fol. 12.
(491) Castrum[s] Berignone
(492) Castrum Ripamarancia Meçça[t]
(493) Castrum Monte Cerboli
(494) Castrum il Sasso[u]
(495) Castrum la Letia[v]
(496) Castrum Seraçano
(497) Castrum Vechena
(498) Castrum Monte Castelli
(499) Castrum Gabreto
(500) Castrum Montalcino
(501) Castrum Montieri

870. r) *corr. ex* quas *c.* s) *nr. 491—503* Castrum *postea lineae antepositum c.* t) *atramento* 30 *pallidiori post add. c.* u) Ilsasso *c.* v) Laletia *c.*

(454) *Farnocchia; Rep. II, 96.* (455) *Pruno e Volegno; Rep. IV, 677.* (456) *Pomezzana; Rep. IV, 509.* (457) *S. Martino alla Cappella; Rep. I, 461.* (458) *Monteggiori; Rep. III, 398.* (459) *Veghiatoia; Rep. V, 685.* (460) *Camaiore; Rep. I, 398.* (461) *Lombrici; Rep. II, 797.* (462) *Pieve di Camaiore v. in art. Camaiore Rep. I, 398.* (463) *Nocchi; Rep. III, 645.* (464) *Mon-* 35 *temagno di Camaiore; Rep. III, 417.* (465) *Gombitelli; Rep. II, 464.* (466) *Torcigliano; Rep. V, 537.* (467) *Valpromaro; Rep. V, 677.* (468) *Piazzano (Val di Serchio); Rep. IV, 188.* (469) *Fibbialla de' Canonici; Rep. II, 105.* (470) *Gualdo di Viareggio; Rep. II, 558.* (471) *Ricetro (Riscetulo), hodie Licetro; Rep. IV, 749.* (472) *Pieve a Elici; Rep. II, 51.* (473) *Stiava; Rep. V, 472.* (474) *Bargecchia (Versilia); Rep. I, 281.* (475) *Corsanico prope Viaregium; Rep. I, 806.* (476) *Pedona* 40 *di Camaiore; Rep. IV, 84.* (477) *Mommio prope Viaregium; Rep. III, 250.* (478) *Pontemazzoli; Rep. IV, 533.* (479) *Bozzano; Rep. I, 358.*

(VIII) Comitatus Pisanus: (480) *Bientina; Rep. I, 320.* (481) *Cintoia di Buti; Rep. I, 738.* (482) *Buti; Rep. I, 376.* (483) *Asciano di Pisa; Rep. I, 150.* (484) *Quosa; Rep. IV, 704.* (485) *Ripafratta; Rep. IV, 767.* (486) (487) *Pieve d'Avane; Rep. I, 173.* (488) *Filettole; Rep. II, 145.* 45 (490) *Non iam existit. Motrone di Pietrasanta; Rep. III, 620.*

(IX) Episcopatus Volterranus: (491) *Berignone; Rep. I, 304.* (492) *Pomarance (olim Ripomarancio); Rep. IV, 502. Cf. infra nr. 504.* (493) *Montecerboli; Rep. III, 369.* (494) *Castel del Sasso; Rep. V, 201.* (495) *Leccia; Rep. II, 668.* (496) *Serrazzano; Rep. V, 269.* (497) *Vecchienna; Rep. V, 684.* (498) *Montecastelli (di Strove); Rep. III, 343.* (499) *Montegabbro; Rep.* 50 *II, 368.* (500) *Montalcinello (olim Montalcino); Rep. III, 288.* (501) *Montieri; Rep. III, 573.*

(502) Castrum Chasoli
(503) Castrum[s] Gambassi.

(X) Hec sunt terre quas tenet comune Vulter(re) et sunt Romani imperii:

(504) Castrum[x] Ripamarancia meçça
(505) Castrum Santalmagio
(506) Castrum Aquevie[z]
(507) Castrum Castelnuovo
(508) Castrum Brugiano meçço
(509) Castrum Monte Verdi
(510) Castrum Lustigiano
(511) *Castrum Chaneto [* fol. 12'.]
(512) Castrum Chaseli
(513) Castrum Monte Rufoli
(514) Castrum Micciano
(515) Castrum Libiano
(516) Castrum Quarceto
(517) Castrum la Sasa
(518) Castrum Montegemoli
(519) Castrum Maçolla
(520) Castrum Castello Volterrano
(521) Castrum Ponçano
(522) Castrum Ulignano
(523) Castrum Buriano
(524) Castrum Giello
(525) Castrum Miemo
(526) Castrum Sorliaiano[b]
(527) Castrum Angiano
(528) Castrum Villamangna
(529) Castrum la Nera
(530) Castrum de[w] Pignano
(531) Castrum[x] la Corte di[y] Monte Voltraia.

(XI) *Infrascripta sunt castra ad dominum imperatorem et ad Romanum imperium pertinentia, que possidentur et detinentur a comuni et civitate Senarum: [* fol. 13.]

(532) Castrum Montereggionis
(533) Castrum Montagutoli del Boscho
(534) Castrum Mencani
(535) Castrum Montis Guidi
(536) Castrum Radecondoli
(537) Castrum Belfortis
(538) Castrum Montecastelli
(539) Castrum Silve quod detinetur a Salimbenensibus[a] civibus Senarum
(540) Castrum cui dicitur Montarenti
(541) Castrum de Turri
(542) Castrum Caprarie
(543) Castrum Orgie quod erat camera vicar(ii) imperii, fuit destructum a Guelfis civitatis Senarum
(544) Castrum Macareti prope Balneum de Macareto
(545) Castrum Foiani
(546) Castrum de Pari

870. w) *post add. c.* x) *nr. 504—531* Castrum *postea lineae antepositum c.* y) *corr. super* ⁊ (= et) *c.* z) *scriptum est* AQuevie, A *supra lin. add., duabus* e *corr. ex* a *c.* a) sibg *corr. ex* bg *c.* b) *sic c.*

(502) *Casole; Rep. I, 516.* (503) *Gambassi (Val d'Elsa); Rep. II, 394. Cf. supra sub nr.* (75).

(X) Commune Volterranum: (504) *V. supra nr. 492.* (505) *Castel S. Dalmazio; Rep. I, 581.* (506) *Acquariva v. in art. Roccasilana Rep. IV, 796.* (507) *Castelnuovo di Cecina; Rep. I, 574.* (508) *Bruciano; Rep. I, 365.* (509) *Monteverdi (di Volterra); Rep. III, 552.* (510) *Lustignano; Rep. II, 954.* (511) *Canneto (Val di Cecina); Rep. I, 443.* (512) *Caselli (Val di Cecina); Rep. I, 508.* (513) *Monterufoli; Rep. III, 517.* (514) *Micciano; Rep. III, 202.* (515) *Libbiano; Rep. II, 691.* (516) *Querceto; Rep. IV, 696.* (517) *Castel di Sassa; Rep. V, 197.* (518) *Montegemoli; Rep. III, 396.* (519) *Mazzolla; Rep. III, 184.* (520) *Castello Volterrano; Rep. I, 564.* (521) *Ponzano di Volterra; Rep. IV, 563.* (522) *Ulignano (Val d'Era); Rep. V, 606.* (523) *Buriano (Val di Cecina); Rep. I, 375.* (524) *Gello di Casaglia; Rep. II, 425.* (525) *Miemo; Rep. III, 206.* (526) *Sorbaiano; Rep. V, 430.* (527) *Agnano ab Orciatico (Rep. III, 685) ad meridiem.* (528) *Villamagna; Rep. V, 782.* (529) *Nera; Rep. III, 640.* (530) *Pignano; Rep. IV, 261.* (531) *Montevoltraio; Rep. III, 558.*

(XI) Civitas Senarum: (532) *Monteriggioni; Rep. III, 500.* (533) *Montauto del Bosco; Rep. III, 268.* (534) *Mensano; Rep. III, 191.* (535) *Monteguidi; Rep. III, 404.* (536) *Radicondoli; Rep. IV, 716.* (537) *Belforte di Radicondoli; Rep. I, 292.* (538) *Montecastelli; Rep. III, 340.* (539) *Castello della Selva; Rep. I, 563.* (540) *Montarrenti; Rep. III, 323.* (541) *Torri; Rep. V, 546.* (542) *Capraia (Val d'Arbia) Rep. I, 465.* (543) *Orgia; Rep. III, 687.* (544) *Macereto; Rep. III, 7.* (545) *Foiano della Chiana; Rep. II, 312.* (546) *Pari dell' Ardenghesca; Rep. IV, 59.*

(547) Castrum de Montagutolo Ardenghessche
(548) Castrum Civetelle Ardengesche ut infra de castro Montis Verdi[c]
5 (549) Castrum Sassi de Maritima
(550) Castrum Montis Verdi quod abstulerunt domino Nicholao
(551) Castrum Porrone
(552) Castrum cui dicitur Castiglioncello
10 del Torto
(553) Castrum Franchum Paganici
* fol. 13'. (554) *Castrum Campagnatici
(555) Castrum Yschie
(556) Civitas Grossetana que a comuni
15 Senarum detinetur
(557) Castrum Montis Crulliani
(558) Castrum de Rosellis
(559) Castrum Monteiani
(560) Castrum Montis Pescalicz
20 (561) Castrum Montis Piscini
(562) Castrum Rocchastrade
(563) [Castrum] Cotonis
(564) Castrum Montis Orgialis
(565) Castrum Portitalamonis
25 (566) Castrum Montis Giani
(567) Castrum Bochegiani quod detinetur a Salimbenensibus
(568) Castrum Prate prope Massam
(569) Castrum Perolle
(570) Castrum Pietre quod a comuni Senarum detinetur
(571) Castrum Travalis
(572) Castrum de Monte Massi quod a domino Nelle detinetur
(573) Castrum Montis Latronis
(574) Castrum Monticelli
(575) Castrum Segiani
(576) Castrum Montalcini della Greta
(577) Castrum Sancti Angeli in Colle
(578) Castrum Novum Abatis
(579) Castrum Monteronis Logriffi
(580) Castrum Sancti Iohannis ad Assum
(581) *Castrum Lucignani Vallis Assi[d] et * fol. 14. comunitas
(582) Castrum Percene
(583) Terra Buonconventi
(584) Terra et comunitas Montisfarelli
(585) Castrum de Suvicille
(586) Terra et comunitas Lucignani vallis Arbie[e]
(587) Terra et comunitas Torranieri
(588) Castrum Sancti Quirici in Osenna camera imperii et sui vicar(ii)
(589) Castrum Rocche Tintinnani
(590) Castrum Ripe quod ibi vicinat
(591) Castrum Silve
(592) Castrum Castiglionis vallis Urcie
(593) Castrum Segiani

30 **870.** c) *sequ. delet.* quod astulerunt (ast- *corr. ex* ad) domino Nicchelao *c.* d) i *corr. ex* a *c.* e) i *supra lin. add. c.*

(547) *Montaguto dell' Ardenghesca; Rep. III, 268.* (548) *Civitella dell' Ardenghesca; Rep. I, 741.* (549) *Sasso di Maremma; Rep. V, 202.* (550) *Monteverdi; Rep. III, 555. Est Nicolaus de Bonsignoribus.* (551) *Porrona; Rep. IV, 586.* (552) *Situs ratione habita videtur esse Castiglioncello Ban-*
35 *dini; Rep. I. 255.* (553) *Castelfranco Paganico; Rep. IV, 20.* (554) *Campagnatico; Rep. I, 406.* (555) *Istia (Ischia) d'Ombrone; Rep. II, 579.* (556) *V. iam supra sub nr.* (14). (557) *Non inveni nec apud Repetti nec in tabulis. Curliano apparet in art. Paganico; Rep. IV, 20.* (558) *Roselle; Rep. IV, 820.* (559) *Montiano; Rep. III, 563.* (560) *Montepescali; Rep. III, 456.* (561) *Montepescini; Rep. III, 457.* (562) *Roccastrada; Rep. IV, 796.* (563) *Cotone di Maremma; Rep. I, 829.*
40 (564) *Monte Orgiali; Rep. III, 450.* (565) *Porto di Talamone; Rep. V. 496.* (566) *Monticiano; Rep. III, 569.* (567) *Boccheggiano; Rep. I, 331.* (568) *Prata; Rep. IV, 632.* (569) *Perolla; Rep. IV. 107.* (570) *Castel della Pietra; Rep. IV, 205.* (571) *Travale; Rep. V, 582.* (572) *Monte Massi; Rep. III, 430. Est Nellus filius Inghirami Pannocchieschi dominus castri Pietre.* (573) *Montelaterone; Rep. III, 407.* (574) *Monticello (Val d'Orcia); Rep. III, 567.* (575) *Seggiano; Rep.*
45 *V, 238. V. etiam infra sub nr.* (593). (576) *V. iam supra sub nr.* (16). (577) *S. Angelo in Colle; Rep. I, 86.* (578) *Castelnuovo dell' Abate; Rep. I, 566.* (579) *Monterongriffoli (Monteron-lo-Griffoli); Rep. III, 508.* (580) *S. Giovanni d'Asso; Rep. I, 163.* (581) *Lucignano d'Asso; Rep. II, 916.* (582) *Percenna; Rep. IV, 98.* (584) *Invenire non potui. Num situs ratione habita agatur de Monteroni d'Arbia, nescio.* (585) *Sovicille; Rep. V, 436.* (586) *Lucignano d'Arbia; Rep. II, 917.*
50 (587) *Torrenieri; Rep. V, 542.* (588) *S. Quirico (Val d'Orcia); Rep. V, 112.* (589) *Rocca d'Orcia; Rep. IV, 787.* (590) *Ripa d'Orcia; Rep. IV, 766.* (591) *Non inveni nec apud Repetti nec in regionum tabulis.* (592) *Castiglion d'Orcia; Rep. I, 597.* (593) *V. iam supra sub nr.* (575).

(594) Castrum Montechielli
(595) Castrum Montis Puliçiani
(596) Castrum Montis Follonici
(597) Castrum quod dicitur Castrum Moççum
(598) Castrum Trequande
(599) Castrum de Montechiesi
(600) Castrum Asinelunghe
(601) Castrum Scrofiani
(602) Castrum de Ripis vallis Clane
(603) Castrum Bectullis
(604) Castrum Fabrice
(605) Castrum Torrite
(606) Castrum de Serris
(607) Castrum Petrorii
(608) *Castrum Licignanelli quod detinetur a domino Façino (* fol. 14'.)
(609) Castrum Lucignani vallis Clane quod olim consuevit possideri a comuni Aretii, hodie possidetur a comuni Senarum
(610) Castrum Montalceti
(611) Castrum de Monte Calboli
(612) Castrum Novum Bieçii
(613) Castrum Podii Sancte Cicilie
(614) Castrum Rapolani
(615) Castrum Montis Sancte Marie
(616) Castrum et comunitas Sciani
(617) Castrum Armaiuoli
(618) Castrum Laticastelli
(619) Castrum Novum Orgiesis
(620) Castrum Rigomangni sive Montisoliveti
(621) Castrum Farnetelle
(622) Castrum Montispertusi[f]
(623) Castrum sive comunitas Selvole
(624) Castrum sive comunitas de Strove
(625) Castrum Chiuslini
(626) Castrum sive Roccha Silliani
(627) Castrum Cereti Ciampoli quod detinetur per quosdam nobiles
(628) Roccha que dicitur Rocha filiorum Tederici.

---

871. 872. MANDATA SUBSTITUTO ADVOCATI PROVINCIALIS DIRECTA.

1312. Oct. 5.—1313. Ian. 13.

871. *MANDATUM PRIUS. 1312. Oct. 5.*

Ineditum descripsimus ex apographo chartacco 'Série C. 308' signato saec. XVII. tabularii Argentinensis, quod dicunt 'Bezirksarchiv des Unterelsass'. Textum satis corruptum hic illic correximus. *(P. deest.)*

870. f) sj *corr. ex* scj *c.*

(594) *Monticchiello; Rep. III, 563.* (595) *V. iam supra sub nr.* (15). (596) *Monte Follonico; Rep. III, 392.* (597) *Castelmuzio; Rep. I, 565.* (598) *Trequanda; Rep. V, 592.* (599) *Montisi; Rep. III, 590.* (600) *Sinalunga; Rep. I, 158.* (601) *Scrofiano; Rep. V, 235.* (602) *Ripa; Rep. IV, 764.* (603) *Bettolle (Val di Chiana); Rep. I, 306.* (604) *Fabbrica (Val d'Orcia); Rep. II, 78.* (605) *Torrita (Val di Chiana); Rep. V, 549.* (606) *Serre di Rapolano; Rep. IV, 276 et 34.* (607) *Petroio (Val d'Orcia); Rep. IV, 155.* (608) *Lucignano del Chianti; Rep. II, 915.* (609) *Lucignano in Val di Chiana (olim Lucignano d'Arezzo); Rep. II, 919.* (610) *Montalceto; Rep. III, 286.* (611) *Montecalvoli; Rep. III, 332.* (612) *Castelnuovo Bersi; Rep. I, 305.* (613) *Poggio S. Cecilia; Rep. IV, 494.* (614) *Rapolano; Rep. IV, 725.* (615) *Monte S. Maria; Rep. III, 429.* (616) *Asciano.* (617) *Armaiolo; Rep. I, 135.* (618) *Laticastelli (in tabulis Radicastelli); Rep. II, 662.* (619) *Situs ratione habita est Castelnuovo Berardenga; Rep. I, 298.* (620) *Rigomagno; Rep. IV, 756.* (621) *Farnetella; Rep. II, 95.* (622) *Montepertuso; Rep. III, 455.* (623) *Selvoli; Rep. V, 242.* (624) *Strove; Rep. V, 482.* (625) *Chiusdino; Rep. I, 707.* (626) *Rocca di Sillano; Rep. IV, 795.* (627) *Cerreto del Chianti (Ciampolo); Rep. I, 660.* (628) *Roccatederighi; Rep. IV, 801.*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Frederico de Wangen, nobilis viri Ioffr(idi) de Liningen advocati provincialis per Alsatiam substituto, fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Ex parte nobilis viri Godlmani de Dorswilre[a] fidelis nostri dilecti nostre serenitati
5 nuper expositum[b] extitit per querelam, quod quidam ipsum sine causa et minus iuste de possessione cuiusdam sui molendini siti in Hagnoia, quod a nobis et imperio tenet in feodum, eiecerint violenter, super quo petivit a nobis sibi salubri remedio provideri. Unde fidelitati tue committimus et mandamus volentes, quatinus si ita est, prius quolibet illicito detentore remoto dictum Godlmanum in pristinam possessionem molendini
10 predicti inducas et inductum auctoritate nostra protegas et defendas. Si quis autem ipsum Godlmanum super possessione ac iure eiusdem molendini voluerit impetere vel convenire, eadem auctoritate, quam tibi in hac parte committimus, partibus convocatis causam audias et examines ac fine debito decidas, faciens quod decreveris auctoritate nostra premissa firmiter observari. Presentium testimonio litterarum maiestatis nostre
15 sigilli robore signatarum.

Dat. in castris ante Florentiam, III. Non. Octobr., anno Domini millesimo CCC duodecimo, indict. XI, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

872. *MANDATUM ITERATUM.* *1313. Ian. 13.*

Repetimus editionem, quae ex eodem apographo parata est 'Urkundenbuch der Stadt
20 *Strassburg' III (1884) pag. 224 nr. 735, hic illic correctam. Quae conveniunt cum Mandato priori supra nr. 871, ea typis minoribus excudenda curavimus.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Frederico de Wangen* fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Ex parte nobilis viri Godlmani de Dorswilre nostri dilecti fidelis nobis expositum extitit
25 querulose quod ad cuiusdam aurificis Argentinensis instantiam et procurationem minus iustam et absque causa rationabili qualibet a possessione cuiusdam* molendini siti in Hagnoe, quod idem Godlmanus a nobis et imperio tenet in feodum, sit eiectus, super quo petivit a nobis salubri sibi remedio provideri. Disponentes itaque iuxta commissi nobis officii debitum in iure suo quemlibet defensare, de prestantia quoque tue legalitatis et circumspectionis
30 industria plenius confidentes, tibi vices nostras in hac parte duximus committendas, fidelitati tue mandantes pariter ac volentes, quatinus si est ita, *dictum Godlmanum in possessionem pristinam molendini predicti restituas ac de perceptis fructibus seu pensionibus in ipsius iniuriam medio tempore facias eidem per satisfactionem condignam integre responderi. Si vero dictus aurifex vel alius aliquis actionis quippiam contra memoratum
35 Godlmanum super dicto molendino suisque iuribus moverit, utriusque convocatis partibus causam audias, cognoscas, *examines et debito fine decidas, faciens quod decreveris auctoritate nostra* firmiter observari. Presentium testimonio litterarum*.

Dat. apud Sanctum Cassianum in castris supra Florentiam, Idus Ianuarii, anno Domini millesimo trecentesimo tertiodecimo, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

40 **871.** a) Dorswill̄r *ap.* b) exppositum *ap.*

873—875. MANDATA DE PRECIBUS PRIMARIIS.

1312. Oct. 17.

Cf. supra nr. 641 cap. 6, itemque tom. III, 34 sqq. nr. 36—43 et passim, tom. IV, 1 pag. 25 nr. 32 et pag. 243 nr. 280. 5

873. *MANDATUM ECCLESIAE CONVENTUALI IN RINOWE MISSUM.* *1312. Oct. 17.*

Denuo contulimus autographon tabularii generalis Karlsruhani 'Select der Kaiser- und Königsurkunden' nr. 169 signatum. Sigillum deest, foraminibus relictis. In verso legitur manu cancellariae scriptum: R (= Registrat.). *Edidit etiam Winkelmann 'Acta* 10 *imperii inedita' II, 260 nr. 409.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus honorabilibus viris . . preposito, . . decano et . . capitulo ecclesie in Rynowe Argentin. dyoc., devotis suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Inclite recordacionis divorum imperatorum Romanorum illustrium, qui de iure 15 necnon antiqua et approbata consuetudine in singulis tam kathedralibus quam collegiatis necnon conventualibus ecclesiis sacri imperii super provisione unius persone habebant petere et cum promptitudine qualibet exaudiri, vestigiis [i]nherentes, vobis pro discreto viro Cůnrado clerico Basilien. dyoc., filio strennui viri Cunradi dicti de Wilgothein militis, primarias preces nostras duximus porrigendas. Devocionem vestram 20 rogantes, requirentes et hortantes attente, quatinus eundem Cunradum, quem promoveri cupimus ex affectu, pro nostre imperialis coronacionis ac precum nostrarum primariarum et imperialium reverencia in vestrum et ecclesie vestre canonicum et confratrem recipere studeatis, de prebenda, si qua vobis vacat ad presens vel quam primum ad id se facultas obtulerit, sibi sine difficultate qualibet tam liberaliter provisuri, quod 25 proinde vos et ecclesiam vestram propter observa[cionem][a] huiusmodi iuris nostri et imperii graciosius prosequentes[b], omnia iura vestra ac comodum et honorem, que vobis et dicte vestre ecclesie per imperatores vel reges Romanorum predecessores nostros concessa sunt et tradita, favorabiliter augeat et conservet imperialis excellencia maiestatis. Harum testimonio litterarum. 30

Dat. in castris ante Florenciam, XVI. Kalen. Novembr., anno Domini MCCC duodecimo, indict. XI, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

874. *MANDATUM EPISCOPO ARGENTINENSI DIRECTUM.*

Signo chronologico carens hoc loco subiungere liceat e codice notissimo bibliothecae Vindobonensis lat. 410 (Iur. Can. 60), de quo v. supra ad nr. 457, fol. 7 nr. 56. Rubrum 35 *fol. 23' ita indicatur:* Item missiva ut littere primariarum precum domini regis promoveantur. *Edidit iam olim Chmel loco supra citato II, 324 nr. 12; nos denuo contulimus.* *(P. deest.)*

873. a) *partim illegibile or.* b) *sic or.*

Heinricus Dei gratia etc. venerabili Ioh(anni) etc.

Sinceritatem tuam affectuose requirimus et rogamus exaudiri[a] plurimum affectantes, quatinus honestum virum Ot(tonem), qui specialiter confisus[b] de tua promotione pro se petivit, honorabilibus viris, preposito, decano et capitulo talis ecclesie preces nostras 5 primarias imperiales dirigi atque fundi, ut ibidem recipiatur in canonicum et confratrem sibique facultate habita provideatur de prebenda, studeas taliter promovere, quod precum nostrarum oblationem promotione tua media sibi sentiat profuisse, in eo nostro culmini plurimum placiturus.

Datum etc.

10 **875.** *NOTITIA DE PRAEBENDIS COLLATIS.*

Item signo chronologico carentem, sed ad imperatoris preces primarias sine dubio spectantem subiungimus ex membrana Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1349 servata denuo descriptum. Edidit Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 237 nr. 87 (= WSB. pag. 101). Cf. ibidem pag. 236 nr. 86 (= 100).

15 *Numeros arabicos nos adiecimus.* *(P. decst.)*

Iste sunt prebende ad preces confessoris collate[a]:

1. In maiori ecclesia Spirensi Andree presbitero germano confessoris.
2. Ad Sanctum Petrum in Argentino prebenda Ebelino presbitero.
3. Ad Sanctum Leonardum Argent. dyoc. Alberto clerico.
20 4. Ad Sanctum Stephanum in Sarburch canonic(atus) Henrico clerico Met(en). d(yoc).
5. In Homburch canonic(atus) Iohanni clerico Meten. dyoc.
6. Ad provisionem abbatisse de Hesse Iohanni clerico Meten. dyoc.
7. Ad provisionem abbatisse de Herstheym Ebelino Argen(t). dyoc.

Ad preces fratris Conradi:

25 8. Ad provisionem abbatisse de Andelaco Argen(t). dyoc. Wilhelmo clerico.
9. Ad provisionem abbatis de Suarza Hermanno clerico Argen(t). dyoe.
10. Ad provisionem abbatisse de Crusedal Iohanni clerico Meten. dyoc.

---

876. INSTRUMENTUM DE OBLATIONE LITTERARUM CARDINALIUM.

30 1312. Oct. 18.

Instrumentum confectum de oblatione testimonii nuntiorum apostolicorum de coronatione effecta servatur Taurini in tabulario regio inter Acta et protocolla Bernardi de Mercato 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 18. 19 registratum. Scriptum est manu incognita, a Bernardo vero correctum. 35 *Denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. II, 68 nr. 27.* *(P. dcest.)*

874. a) ex *supra lineam add. c.* b) cō *in loco raso c.*

875. a) *sequitur delet.* Ad sanctum *c.*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem millesimo CCC duodecimo, indic. X, XV. Kal. Novembr. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod ex parte serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti fuit oblata nobis Iohanni et Bernardo notariis infrascriptis quedam patens littera sigil- 5 lata sigillis pendentibus reverendorum in Christo patrum dominorum Arnaldi Sabinensis apostolice sedis legati et Nycholai Ostiensis et Velletrensis episcoporum ac Luce Sancte Marie in Via lata dyaconi cardinalis, ut prima facie apparebat. Cuius[a] tenor sequitur in hunc modum:

'Universis presentes — predicti[s] ut supra.' *supra nr. 797.* 10

---

877. 878. CONFIRMATIONES SENTENTIARUM IN FAVOREM MONASTERII AUGIAE MAIORIS.

1312. Oct. 27.

Cf. etiam privilegium Oct. 17 concessum Böhmer, Reg. Heinr. 507. 15

877. *CONFIRMATIO PRIORIS SENTENTIAE.*

Sententiae a. 1311. Iul. 31 latae confirmatio imperatoris autographa servatur in tabulario principum Furstenbergensium. Sigillum deest, filis sericis flavi caeruleique coloris relictis. In verso legitur: lrā super possessionibus mon. Augie maioris prope lacum Cumanum. *Edidit Baumann 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XXVII, 478.* 20 *Nos autographon benivolenter transmissum denuo contulimus. (P. deest.)*

⁞ Henricus ⁞ divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani[a] imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

(1) Ex parte venerabilis Dyethelmi abbatis principis nostri et honorabilium virorum 25 . . capituli seu conventus monasterii Sancte Marie Augie maioris ordinis sancti Benedicti Constancien. dyoc. nobis extitit humiliter supplicatum, ut sentenciam infrascriptam approbare et confirmare de imperiali clemencia dignaremur. Cuius sentencie tenor talis est:

(2) 'In nomine Domini nostri Ihesu Christi. 30

(1) Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo undecimo, die Sabbati ultimo mensis Iulii[b], indicione nona. Super questione, que vertitur coram domino Sigebaldo de Gabbis iudice causarum palacii conmunis Cumani, nobilis vir dominus Gualterius de Curte generalis vicarius serenissimi regis domini Henrici Romanorum imperatoris semper augusti in civitate Cumana et eius districtu tamquam iudici suo 35 commisit oretenus vices suas ad inquirendum et recuperandum iura, redditus et pos-

1311. Iul. 31.

876. a) quorum *tr.*

877. a) i *corr. ex* o *or.* b) *ut videtur in loco partim raso or.*

sessiones, vassallos et homines ac ficta cuiuscunque maneriei ecclesie, capituli et conventus monasterii Sancte Marie Augie maioris ordinis sancti Benedicti Constancien. dyoc., cui domino vicario ad inquirendum et recuperandum predicta dictus dominus imperator precepit et in mandatis dedit per suas speciales litteras[1] occasione quorundam processuum factorum per testium productionem et alio modo contra communia et homines et contra tenentes de mansis locorum et territoriorum et vicinantiarum de Pellio, de Liro, de Cuiano et de Nari, Montis Grabadone et contra quosdam homines burgi Grabadone et burgi Domasii et ipsius plebis Grabadone causa recuperandi iura, redditus et possessiones, vassallos, honores et ficta cuiuscunque maneriei dicte ecclesie et monasterio[c] pertinentes et aliorum, que in litteris dicti domini imperatoris et que in dictis testium productorum et in instrumentis et actis dicti monasterii continentur, que quidem questio est per dictum dominum Sigibaldum iudicem causarum ut supra domino Galeazo de Pyro iurisperito Cumano consulenda commissa ad videndum, consulendum et determinandum, utrum sit sufficienter probatum per testes et instrumenta in dicta causa productos, ipsum monasterium habere redditus, possessiones, vassallos, honores et ficta in dictis burgis, locis et territoriis, consilium dicti domini Galeazi de Pyro iurisperiti Cumani, cui dicta questio est et fuit consulenda commissa ut supra, qui vidit et diligenter examinavit iura, raciones et allegaciones dicti monasterii et testes in dicta causa productos et instrumenta coram eo producta et quidquid ostendi et allegari voluit coram eo et qui[d] diu expectavit, si quis coram eo dicere et allegare vellet, Christi nomine invocato, tale est:

(II) Videlicet quod est probatum et esse probatum, dictum dominum abbatem et monasterium Sancte Marie de Augia habere vassallos in burgo et territorio de Domasio et de Grabadona seu iura feodalia et habere terras et mansos et fictum in locis et territoriis de Liro, de Cuiano et de Nari et Pellio et ibi habere ficta, videlicet in territoriis de Pellio mansos quinque terrarum et rerum territoriarum, de quibus et super quos habet dicta ecclesia seu monasterium annuatim fictum solidos quadraginta denariorum novorum, videlicet solidos octo pro quolibet manso. Item esse probatum et ostensum, ipsum monasterium habere debere super eosdem mansos fictum omni anno staria octo et medium frumenti et staria sedecim panici, scilicet ad starium de Garlenda, item in omni tercio anno solidos tredecim et medium denariorum novorum omni tercio anno pro precaria super mansis. Item esse probatum et ostensum, ipsum monasterium habere debere unum mansum terre in territorio seu villa de Nari, pro quo solvi debet omni anno fictum eidem ecclesie solid(i) viginti duo denariorum novorum minus quatuor denar(iis) et eciam solid(i) duodecim denariorum novorum omni tercio anno pro precaria super ipso manso de Nari. Item esse probatum et ostensum, ipsum monasterium habere debere in villis et territoriis de Cuiano et de Liro mansos duos terre, ex quibus solvitur annuatim fictum eidem ecclesie solidi quinque denariorum novorum pro quolibet istorum duorum mansorum et solid(i) tredecim et dimidium denariorum novorum omni tercio anno pro precaria. Item esse probatum et ostensum, ipsum monasterium habere in villis et territoriis de Cuiano et de Liro unum mansum, cuius mansi fictum gastaldi eiusdem ecclesie colligunt et colligere solent pro suo officio. Item esse probatum et ostensum, ipsum monasterium habere debere super omnibus predictis mansis omni anno prandia tria, ipso domino abbate veniente in suburbium Grabadone, et si duxerit secum

877. c) *secunda o corr. ex j or.* d) *sequitur rasura unius litterae or.*

1) *Servatae non sunt.*

equos, quod debeant eos pascere in ipsis tribus prandiis ad fenum et ad ordeum. Item esse probatum et ostensum, quod ipso domino abbate vel eius certo misso veniente in suburbium Grabadone causa petendi dictum fictum, quod donec fictum vel pars ficti steterit ad solvendum, quod illi, qui a predictis tribus prandiis inantea fecerint stare ipsum abbatem vel eius missum occasione dicti ficti petendi, debeant facere 5 expensas cibi et potus in Grabadona et eciam[e] eis, qui secum fuerint ducti, donec ipsum fictum solutum fuerit. Item esse probatum et ostensum, ipsum dominum abbatem et monasterium predictum habere vassallos et iura feodalia in burgo et territorio de Grabadona et de Domasio, scilicet terras de Salegio et Olivedo de Sursaro, et decimas earundem terrarum, que terre iacent in territorio de Grabadona, 10 esse terras et decimas feodales dicti domini abbatis et monasterii Sancte Marie. Item esse probatum et ostensum, quod ecclesia Sancti Vincencii in castro Grabadone sita esse debeat dicti monasterii cum baso uno ipsi ecclesie adherenti, et eciam esse probatum et ostensum, alia basa, que sunt prope dictam ecclesiam in dicto castro, esse et esse debent de feodo dicti monasterii Sancte Marie de Augia maiori. 15

(III) Unde nos prefatus dominus Sigebaldus iudex causarum ut supra, habito super predictis consilio dicti domini Galeazii[f] de Pyro iurisperiti Cumani[g], cui dictam questionem ut supra commisimus consulendam, qui vidit et diligenter examinavit dictam questionem et iura et allegaciones et testes et instrumenta in dicta causa productos et quidquid ostendi[h] et allegari voluit coram eo, Christi nomine invocato 20 et Deum habendo pre oculis, dicimus et pronunciamus et per sentenciam declaramus in omnibus et per omnia, prout in dicto consilio dicti domini Galeazii continetur et prout hec superius per ordinem sunt conscripta.

Lectum et publicatum fuit suprascriptum consilium die Sabbati ultimo mensis Iulii, indictione nona, per me Ioh(ann)inum de Bomazo notarium palacii comunis 25 Cumani et per suprascriptum dominum Sygebaldum iudicem ut supra, ipso in bancho pro tribunali sedente, presente domino Burcardo misso suprascripti domini abbatis et capituli et absentibus aliis, tamen legittime citatis.

Actum ad banchum dicti domini iudicis, ubi iura redduntur, unde plures interfuerunt testes ibi rogati et vocati: dominus Iohannes domini Egydii Rusche, Iacobus 30 de Arzegio[i] filius ser Bertrami de Arzegio, Petrucius de Mercato filius quondam ser Andree de Mercato, Guasperolus de Sancto Laurencio filius quondam ser Rolandi de Sancto Laurencio, Benevenutus Serra et Abondiolus Pigus, ambo notarii palacii comunis Cumani.

Ego Iohanninus Bomazo notarius et scriba palacii comunis Cumani hanc cartam 35 sentencie tradidi et ad scribendum dedi infrascripto Menasino notario, scribi rogavi et me subscripsi.

Ego Menasinus de Sallegio notarius Cumanus filius ser Cuiardi de Sallegio de Cumis hanc sentenciam rogatu suprascripti Iohannini de Bomaso notarii palacii comunis Cumani scripsi.' 40

(3) Nos itaque, quia prefato Gualterio vicario nostro Cumarum comisimus[k] dictam causam summarie examinandam ac eciam decidendam et ex hoc de iurisdictione ipsius vicarii et per consequens prefati Sigibaldi sui iudicis, cui in hac parte vices suas commisit, plene nobis constat, prefatorum abbatis et conventus supplicationibus benignum prebentes assensum, prefatam pronunciacionem et sentenciam et omnia in eis contenta 45 rite et provide peracta approbamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbacionis et confir-

877. e) *sequitur rasura unius litterae or.* f) e *supra lineam add. or.* g) iurisperito Cumano *or.* h) ostendi quidquid *or.* i) r *supra lineam add. or.* k) comsimus *or.*

macionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui secus fecerit, preter indignacionem nostri culminis, quam ex hoc incurret, quingentas marcas argenti pro pena componat, medietatem camere nostre, reliquam passis iniuriam applicandam. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus 5 communiri.

⁝ Signum domini (M.) Henrici septimi Romanorum imperatoris invictissimi. ⁝

Dat. in castris ante Florenciam, VI. Kalen. Novembr., indictione XI, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

Ego frater Henricus Tridentinus episcopus sacre imperialis [aule][1] cancellarius 10 vice domini Henrici Coloniensis archiepiscopi per Italiam archicancellarii recognovi.

878. *CONFIRMATIO ALTERIUS SENTENTIAE.*

Alterius sententiae a. 1311. Aug. 20 latae confirmatio item autographa servatur Karlsruhae in tabulario generali 'Select der Kaiser- und Königsurkunden' nr. 170. Sigillum laesum pendet filis sericis flavi caeruleique coloris. In verso eadem manu scripta 15 eadem leguntur ac supra nr. 877. Diploma ipsum alia manu, tamen valde simili scriptum est ac nr. 877. Edidit Neugart(-Mone) 'Episcopatus Constantiensis' II, 683 nr. 86. Nos denuo contulimus. *(P. deest.)*

⁝ Henricus ⁝ divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et 20 omne bonum.

(1) Ex parte venerabilis Dythelmi abbatis principis nostri et honorabilium virorum capituli seu conventus monasterii Sancte Marie Augie maioris ordinis sancti Benedicti Constant. dyoc. nobis extitit humiliter supplicatum, ut sententiam infrascriptam approbare et confirmare de imperiali benignitate dignaremur. Cuius tenor talis est:

25 *(2)* 'In nomine Domini.

(I) Anno a nativitate ipsius millesimo trecentesimo undecimo, die Veneris vigesimo mensis Augusti, indictione nona. Super questione, que vertitur coram domino Singebaldo de Gabbis iudice causarum pallacii communis Cum(arum), cui nobilis vir dominus Gualterinus de Curte vicarius generalis serenissimi regis domini Henrici Dei 30 gratia Romanorum imperatoris semper augusti in civitate Cum(arum) et eius districtu tanquam iudici suo commisit oretenus vices suas ad inquirendum et recuperandum iura[a], redditus, possessiones, vassallos et honores ac ficta cuiuscunque maneriei ecclesie, capituli et conventus Sancte Marie Augie maioris ordinis sancti Benedicti Constantien. dyoc., cui domino vicario ad inquirendum et recuperandum predicta dictus dominus 35 imperator precepit et in mandatis dedit per suas litteras speciales[1] occasione quorundam processuum factorum per testium productionem et alio modo contra commune et homines et vicinant(ias) burg(i) et locorum seu villarum de Tremedio contra tenentes et possidentes de manssis, domibus, terris et rebus territ(orii) et aliis rebus dicto monasterio Sancte Marie de Augia spectantibus in locis et territoriis burg(i) 40 et villarum de Tremedio causa recuperandi iura, redditus, possessiones, vassallos, honores et ficta cuiuscunque maneriei dicte ecclesie et capitulo pertinentes et aliorum, que in litteris dicti domini imperatoris et que in dictis testium productorum et actis

1311. Aug. 20.

877. [1]) *excidit or.*

878. [a]) *in loco raso or.*

45 1) *Servatae non sunt.*

dicti monasterii continentur, que quidem questio est per predictum dominum Signibaldum iudicem causarum ut supra domino Galeazo de Piro iurisperito Cum(arum) consulenda commissa ad videndum, consulendum et determinandum, utrum sit sufficienter probatum per testes, scripturas et instrumenta in dicta causa productos et producta, ipsum monasterium habere redditus, possessiones, vasallos, honores et ficta in dictis burgo et locis seu villis et territ(oriis) eorundem et cetera, que in ipsa commissione inde scripta per Petrucinum de Bargo scribam pallatii Cum(arum) continentur, consilium dicti domini Galleazi de Piro iurisperiti, cui dicta questio est et fuit consulenda commissa ut supra, qui vidit et diligenter examinavit iura, rationes et allegationes dicti monasterii et testes in dicta causa productos et scripta et instrumenta coram eo producta et quicquid ostendi et allegari voluit coram eo et qui diu expectavit, si quis coram eo aliquid dicere et allegare vellet, Christi nomine invocato, tale est:

(II) Videlicet quod est sufficienter probatum, dominum abbatem dicti monasterii Sancte Marie de Augia maiori et monasterium et conventum et curiam habere in burgo et locis seu villis de Tremedio et territorio eorum manssos decem et dimediis[b] terrarum, quorum unus seu primus est fischi de Tremedio et spectat et pertinet ad ecclesiam Sancti Laurentii de Tremedio, cuius mansi iustitia pertinet ad dictum dominum abbatem, cuius mansi nomen hic non declaratur. Reliqui vero novem mansi et dimediis[b] spectant et pertinent dicto domino abbati, capitulo et conventui dicti monasterii Sancte Marie de Augia. Inter quos mansos sunt octo mansi primi, quorum octo unusquisque dat et dare debet fictum annuatim dicto domino abbati, capitulo et conventui dicti monasterii quinque solidos veteris monete et quinque modios blave, videlicet tertiam partem furmenti, tertiam sicallis et tertiam partem panici. Qui modius capit et capere debet octo sextarios. Nonus autem mansus dat et dare debet fictum annuatim dicto domino abbati, capitulo et conventui quinque solidos veteris monete exceptis sex nummis, dimedius autem mansus dat et dare debet annuatim dictis domino abbati, capitulo et conventui quindecim nummos. Predicti autem mansij novem et dimedius nominantur ut infra, sunt infrascripti[b]: primus mansus est mansus de Ballonio, secundus mansus est mansus de Manchagagio, tertius est mansus de Olesio, quartus est mansus de Lestino, quintus est mansus de Villiano, sextus est mansus de Roace, septimus est mansus de Nerio, octavus est mansus de Cardario, nonus est mansus de Marlianico et dimedius mansus est mansus seu medietas pro indiviso mansij[b] de Carale. Item est consilium dicti domini Galeaçi, esse probatum sufficienter, ipsum dominum abbatem, capitulum et conventum dicti monasterii[c] Sancte Marie de Augia maiori habere debere super predictis mansiis fictum annuatim[d] amphoras quinque vini, exceptis duodecim sextariis. Quelibet enim amphora capit quadraginta octo sextarios. Item est consilium dicti domini Galeazi, sufficienter esse probatum, dictum abbatem, capitulum et conventum dicti monasterii Sancte Marie de Augia maiori habere debere annuatim fictum seu redditus super terram de Oliveto, sive deficiat sive non deficiat, libram unam nove monete, et etiam habere debere super predictos mansos regale remigale. Item est consilium dicti domini Galeazi, esse probatum sufficienter, ipsum dominum abbatem, capitulum et conventum habere debere omni tertio anno de precaria et pro precaria tres libras veteris monete super dictis mansis. Salvo tamen et reservato quod per hanc sententiam seu consilium nullum preiudicium et nulla lesura gravetur nec fiat tenentibus et laborantibus dictas terras et mansa nec illis nec alicui eorum, contra quos et quem dicta sententia seu

878. b) *sic or.* c) dicti monasterii *in loco raso or.* d) is mansiis fictum ann *in loco raso or.*

consilium fertur seu ferri contingerit, si sufficienter et legiptime monstraverint et monstrare et dicere poterunt de aliquo pacto vel de aliquo iure, quo in minori quantitate quam superius continetur teneantur.

(III) Unde nos prefatus dominus Singibaldus iudex causarum ut supra sedens in
5 bancho pro tribunali, habito super predictis consilio dicti domini Galeazi de Piro iuris periti Cum(arum), cui dictam questionem ut supra commisimus consulendam, qui vidit et diligenter examinavit iura, rationes et allegationes dicti monasterii et testes et instrumenta et quicquid ostendi et allegari voluit coram eo et qui diu expectavit, si quid aliud dici et allegari voluerit, dicimus et pronunctiamus et per
10 sententiam declaramus, diffinimus et condempnamus in omnibus et per omnia, prout in consilio dicti domini Galeazi plenius continetur et prout superius scriptum et appositum est.

Lecta et publicata fuit et est hec sententia in borleto Cum(arum) ad banchum dicti domini iudicis, ubi iura palatii redduntur, ipso domino iudice in bancho pro
15 tribunali sedente. Et hoc presente domino Brocardo procuratorio nomine dicti monasterii et absente alia parte tamen legiptime. Unde plures interfuerunt ibi testes rogati: Petrucius de Bargo filius ser Abondii de Bargo, Speranzolus filius domini Iacobi dicti Botte de Piro, Gasparinus filius ser Petracii de Sasso et Menasinus filius ser Guitardi de Salegio.

20 Ego Mafiolus Rampoldus notarius et scriba palatii communis Cumani, filius condam ser Guaspari Rampoldi de Cremenate de Cum(is), hanc cartam sententie tradidi et legi et ad scribendum dedi infrascripto notario et me subscripsi.

Ego Frederigolus de Vaga, notarius Cumanus filius ser Fomasii de Vaga hanc sententiam et omnia suprascripta et singula rogatu suprascripti Maffioli Rampoldi
25 notarii et scribe palatii Cum(ani) scripsi.'

(3) Nos itaque, quia prefato Gualterio vicario nostro Cumarum commisimus dictam causam summarie examinandam ac etiam decidendam et ex hoc de iurisdictione ipsius vicarii et per consequens prefati Sigilbaldi sui iudicis, cui in hac parte vices suas commisit, plene nobis constat, prefatorum . . abbatis et conventus supplicationibus benignum
30 prebentes assensum, prefatam pronunctiationem et sententiam et omnia in eis contenta rite et provide peracta approbamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbationis et confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui secus fecerit, preter indignationem nostri culminis quam incurret quingentas marchas argenti pro pena com-
35 ponat, medietatem camere nostre, reliquam passis iniuriam applicandam. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Signum domini (M.) Henrici septimi Romanorum imperatoris invictissimi.

Dat. in castris ante Florentiam, VI. Kalen. Novembr., indict. XI, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

40 Ego frater Henricus Tridentinus episcopus sacre imperialis aule cancellarius vice domini Henrici Coloniensis archiepiscopi per Italiam archicancellarii recognovi.

879—881. MANDATA DE HOSTE FACIENDA.

1312. Nov. 2.—7.

879. *MANDATUM PRIUS. Nov. 2.*

Servatur in instrumento infra nr. 881, quod denuo contulimus. Edidit Doenniges loco infra citato. — Böhmer, Reg. Heinr. 508. (P. deest.) 5

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobilibus et prudentibus viris . . vicario, . . antianis, [. .] consilio et comuni Pisarum, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Oct. 31. Noverit vestra dilectio, quod in vigilia Omnium sanctorum proxime preterita moventes castra nostra, que posuimus ante Florentiam, et transeuntes cum toto nostro 10 exercitu[a] flumen Arni in valle Eme sani et incolumes ac sine periculo quolibet castram(en)tati[b] fuimus. Ubi vigiliam eandem et diem festi predicti celebrantes solempniter in eodem loco remansimus constituti. De quo quidem loco strenuum virum Tyzonem de Colle cum licteris nostris misimus, significantes vobis per ipsas transitum nostrum, quem fecimus et facere disponimus, et quod nostrum exercitum statim accedere deberetis. 15 Nov. 2. Die vero Animarum in crastino Omnium sanctorum de valle Eme predicta de mane recessimus et venimus usque vallem Strate, ubi pernoctabimus[c], disponentes vobis abinde taliter cum exercitu nostro appropinquare talemque locum accedere, quod vos ad nos secure poteritis pervenire. Quare fidelitatem vestram, in qua nobis et imperio tenemini, monemus, requirimus et ortamur vobis nichilhominus, prout per prefatum Tizonem 20 mandavimus, iniungentes, quatinus statim visis presentibus, omnibus excusationibus, dilationibus et difficultatibus quas audire nolumus omnino postpositis, cum omni fortia vestra equitum, peditum, balistariorum, guastatorum, sagittamentorum et aliorum, que pro exercitu fuerint oportuna, vobiscum portantes victualia pro vobis et gente nostra necessaria vos ad iter ponatis, nostram presentiam viriliter et feliciter tanquam fide- 25 lissimi nostri velociter accessuri. Gratiam nostram plenissimam per hoc procul dubio promerentes.

Data die Animarum, in loco predicto vallis Strate, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

880. *MANDATUM ITERATUM. Nov. 3.* 30

Servatur ibidem. Denuo contulimus. Edidit Doenniges l. c. — Böhmer, Reg. Heinr. 509. (P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris, . . vicario, . . antianis, . . consilio et comuni Pisarum, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum. 35

Oct. 31. Cum die Martis proxime preterita moverimus castra nostra et transierimus flumen Arni, nullis inimicis apparentibus, pernoctantes apud Sanctum Petrum ad Emam[a] prope Florentiam, tunc statim per strenuum virum Tizonem[b] de Colle et per licteras nostras hoc vobis significavimus mandantes, ut quia ammodo pateret vobis ad nos veniendi

879. a) *supra lineam add. tr.* b) castramtati *tr.* c) pernoctavimus *tr.* 40

880. a) adima *tr.* b) Tyzonum *tr.*

accessus, sine mora ad nostrum exercitum veniretis. Deinde cum in dicto loco celebrassemus solempnitatem Omnium sanctorum et in crastino, hoc est in commemoratione Animarum omnium fidelium procederemus et pernoctaremus in Strata Madii, iterato consimiles licteras super veniendo ad nos vobis meminimus destinasse. Verum quia iterato die sequenti, hoc est die tertia Novembris processimus et apud Sanctum Cascianum posuimus castra nostra, ita quod sicut plene nobis constat, ammodo securissime ad nos venire poteritis, fidelitati vestre sub obtentu nostri favoris et gratie et sub pena et executione omnium in prioribus licteris contentarum firmiter precipiendo mandamus, quatinus omnibus excusationibus, quas omnino de cetero audire nolumus postpositis, statim et sine mora qualibet cum omni posse vestro armatorum tam equitum quam peditum et specialiter cum vastatoribus et victualibus in habundantia tam pro gente vestra quam nostro exercitu necessaria, tamen ad vendendum, ad nostrum exercitum veniatis, sicut penam vobis impositam et indignationem nostram volueritis evitare.

Nov. 1. Nov. 2. Nov. 3.

Data in castris apud Sanctum Cascianum, III. Nonas Novembris, regni nostro anno quarto, imperii vero primo.

881. *INSTRUMENTUM SUPER PUBLICATIONE MANDATORUM CONFECTUM. Nov. 7.*

Autographon servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 6'. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 190 nr. 51. Denuo contulimus.

(P. deest.)

In Christi nomine amen.

Pateat omnibus evidenter presentem paginam inspecturis, quod magnificus vir Franciscus Tani de Ubaldinis de Castello vicarius Pisani comunis per serenissimum principem et dominum dominum Henricum Dei gratia Romanorum imperatorem semper augustum dixit et protestatus[a] fuit Bonaguinte Scarso, Mone Bonincontri, Putio Gregorii de quarterio pontis, domino Bonaguinte de Vico, Cosscio Gregorii, Ceccho Botticelle de quarterio medii, Colo Tomasy, Pucio Laurenci, Vanni Rosso vinario de quarterio foriporte, domino Guidoni, Lupo de Oculis, Gaddo notario de Castello Anselmi de quarterio Kinsice, antianis Pisani populi, quatinus observare et facere debeant cum effectu omnia et singula contenta in licteris dicti domini imperatoris transmissis eidem vicario, antianis et comuni Pisano. Et insuper precepit eisdem sub pena eris et personarum arbitrio dicti domini imperatoris tollenda, quatinus omnia et singula in eisdem licteris contenta faciant, adimpleant et observent tam per se quam per comune civitatis predicte, cum ipse vicarius paratus fuerit et sit predicta omnia in ipsis licteris contenta facere, in quantum sibi possibile est et ad suum offitium pertinet ullo modo.

Mandans michi Pagano notario infrascripto, quod de predictis conficere debeam publicum instrumentum.

Quarum licterarum tenor infrascriptus est:

'Henricus Dei gratia — vero primo'. *supra nr. 879.*

'Henricus Dei gratia — vero primo'. *supra nr. 880.*

Acta fuerunt predicta in civitate Pisarum in sala palatii comunis civitatis predicte, presentibus sere Stefano Genai de Campo et ser Iacopo Vitalis de Calci notariis ad hec vocatis testibus et rogatis. Sub anno ab incarnatione Domini millesimo trecen-

881. a) pretestatus *or.*

tesimo tertio decimo, indictione undecima, secundum consuetudinem Pisane civitatis, die septimo mensis Novembris.

(S. N.) Ego Paganus Homicioli Pagani de Civitate Castelli auctoritate imperiali notarius predictis omnibus interfui et ea de mandato dicti domini vicarii scripsi et publicavi et signum meum posui. 5

882—886. SCRIPTA PRO IOFFRIDO DE LININGEN.

1312. Nov. 11.—1313. Ian. 23.

Quae omnia hic coniunctim proponere liceat.

882. *SCRIPTUM SUPER SCULTETATU SLETSTADIENSI TERTIUM.* 10
1312. Nov. 11.

Denuo contulimus autographon tabularii Oenopontani benivolenter transmissum. Manu hominis Germani ut videtur scriptum est. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In verso manu cancellariae exaratum est: R̷ (= Registrat.). *Edidit Mone 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XII (1861) pag. 207 nr. 67. V. iam supra* 15 *nr. 790 et 832. Quae concordant supra cum nr. 832, typis minoribus excudenda curavimus. (P. decst.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Ioffredo de Lyningen advocato provinciali, consanguineo suo dilecto gratiam suam et omne bonum

Etsi cunctorum nostrorum ac imperii subiectorum delectamur status extollere, tamen eorum 20 maxime profectibus et commodis providere disponimus, qui nos et dictum imperium suis devotis obsequiis plus ceteris venerantur. Sane cum officium scultetatus in Sletstat strennuo viro Henrico dicto Waffler pro quadringentis marcis argenti dudum certis de causis obligaverimus[1], per nos aut nostros successores in imperio pro dicta summa argenti quocumque tempore redimendum, tibi* propter grata que non cessas nobis impendere servitia duximus indulgendum et concedendum[a], 25 ut idem officium pro dictis quadringentis marcis argenti vice et nomine nostris ac ipsius imperii redimere valeas ab eodem simili condicione, qua dictus Waffler ipsum officium hactenus tenuit, per te tuosque heredes exercendum, tenendum et possidendum tam diu, quousque iam dictum officium a nobis sive nostris in imperio memorato successoribus pro prememorata summa pecunie redimatur. Dantes vobis potestatem plenariam prefatum officium exercendi, prout singuli in eodem 30 officio vestri predecessores ipsum exercere et regere consueverunt. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis* sigillo iussimus communiri.

Dat. in castris apud Sanctum Cassianum Florentini districtus, IIII. Idus Novembr., anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo*, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

882. a) *ita in nr. 790.* 35

1) *Cf. supra nr. 790 et 832.*

883. *RECEPTIO IN VASSALLUM.* 1312. *Dec. 2.*

Repetimus editionem, quam ex copiario tabularii Amorbacensis paravit Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 457 nr. 652. Arenga ibidem ita abbreviata est. — Böhmer, Reg. Heinr. 595 (Addit. I). *(P. deest.)*

5 Henricus[a] Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Etsi quorumlibet nostrorum fidelium etc.[b]. Attendentes igitur nobilis Ioffridi de Lyningen dilecti consanguinei et fidelis nostri firme dileccionis et fidei puritatem, legalitatis et circumspeccionis industriam, quibus personam ipsius vidimus et scimus per 10 experienciam operis laudabiliter insignitam, eiusque grata servicia, que nobis et imperio Romano circa prosecucionem solempnitatis nostre, ubi sacri imperii dyadema suscepimus, necnon aliorum negociorum nostrorum et eiusdem imperii in partibus Ytalie sub non modicis laboribus et expensis exhibuit, et ut ipsum nostris et dicti imperii serviciis inantea fortius astringamus, eidem quatuor millia librarum Hallensium, cum quibus 15 eundem in nostrum et imperii predicti, necnon septingentas marcas Colonienses, cum quibus eum in comitis et comitatus Lutzenburgensis vasallum et hominem ligium conquirimus, de nostre liberalitatis munificencia donamus et ipsas quantitates pecunie pro nobis et successoribus nostris sibi et heredibus suis ab eo descendentibus promittimus exsolvendas. Volentes et eidem concedentes, ut officium seu regimen advocacie nostre 20 Elsacie, prout sibi per alias nostras litteras commisimus, sic tamen quod iura et redditus nostri nobis et imperio sicud ante salvi permaneant, ipse et heredes sui predicti regant et exerceant et ab eodem regimine amoveri non debeant, nisi prius ei vel heredibus eiusdem de prefata pecunia integraliter fuerit satisfactum vel saltem ipsis alibi recipienda extiterit assignata. Qua habita idem Ioffridus et heredes sui predicti, si castra 25 tunc habuerint propria, unum nobis et imperio et aliud comiti Lutzenburgensi, prout utrobique convenienter fieri poterit, et si tantum unum, illud imperio resigne[n]t et in feodum predictam pecuniam recipient. Alioquin si nullum habuerint, tunc statim ipsam convertent in predia seu allodia, quorum illa, que pro dictis quatuor millibus librarum Hallensium empta fuerint, a nobis et imperio prefato, ea vero, que pro residua pecunia 30 seu pro septingentis marcis Coloniensibus comparantur, de comitibus et comitatu Lutzelnburgensi predictis perpetuis temporibus in feodum possidebunt. De quibus quidem feodis dictum Ioffridum pro se et suis heredibus predictis virga nostra, ut moris est, solempniter investivimus et tenore presencium investimus, sic tamen quod nobis et imperio antedicto necnon comitibus et comitatui Lutzelnburgensi predictis pro huius35 modi feodis debita servicia teneantur, recepto super hoc ab eodem Ioffrido fidelitatis et homagii debito sacramento. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum apud Sanctum Cassianum in castris supra Florenciam, IIII. Non. Decembris, indiccione XI, anno Domini MCCC duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii 40 vero primo.

884. *MANDATUM DE CAUSA AUDIENDA.* 1313. *Ian. 1.*

Denuo contulimus autographon, quod servatur Argentinae in tabulario, cui nomen est 'Bezirksarchiv des Unterelsass', benivolenter nobis transmissum. Signatum est 'Série G. 116. 4'. Pendet sigilli fragmentum parvum loro membranaceo. In verso exaratum est 45 *manu cancellariae:* R (= Registrat.). *Edidit Mone l. c. XII, 206 nr. 65. Cf. iam supra mandatum a. 1311. Aug. 28 de his rebus emissum nr. 672.* *(P. deest.)*

883. a) Heinricus *ed.* b) *sic ed.*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Ioffr(ido) de Liningen advocato per Alsatiam provinciam, consanguineo et fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Officii nostri debitum, ad quod assumpti sumus divinitus, exigit et requirit, ut omnibus nostro subiectis imperio faciamus iusticiam vel fieri procuremus. Cum itaque honorabilium et religiosarum personarum . . ab[batisse et][a] conventus monasterii in Nidernmunster devotarum nostrarum in Christo dilectarum nobis gravis[b] pluries . . . . .[c] demonstrant, quod strennui viri . . de Berkheim sibi super cuiusdam silve dicte Sermersheim [possessione][d] iniuriantur et per eosdem impediuntur indebite in[e] eadem, fidelitati tue districte precipiendo mandamus precise volentes, quatinus super dicta silva questionis causam necnon alias quascumque dicte abbatisse ac conventui per quoscumque motas seu movendas vel quas iidem aliis moverunt vel movere intendunt causas diligenter audias et prout inveneris et cognoveris, ipsam seu ipsas auctoritate nostra imperiali termines et decidas in eoque, in quo predictos abbatissam et conventum inveneris ius habere, ipsos eadem auctoritate manuteneas efficaciter et defendas. In premissis taliter faciendo, quod super defectu cognitionis causarum ac defensione earundem dicta abbatissa et conventus auribus nostris suas querimonias non deferant iterato.

Dat. in castris apud Sanctum Cassianum supra Florentiam, Kal. Ianuar., anno Domini MCCCXII, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

885. *MANDATUM DE BONIS IMPERII REDIMENDIS. 1313. Ian. 2.*

Cum nec autographon nec apographon nacti simus, repetere oportet editionem Lünigianam 'Reichsarchiv' XXII, 384 paratam, quam hic illic correximus. — Böhmer, Reg. Heinr. 516. *(P. decst.)*

Henricus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

De fidei sinceritate, legalitatis industria necnon circumspectionis providentia nobilis viri Ioffr(idi) de Liningen advocati per Alsatiam provincialis, nostri dilecti consanguinei et fidelis, plurimum presumentes, sibi tenore presentium iniungimus et precipimus seriose, ut omnia bona, sive possessiones sint sive redditus, quecunque sunt in sui districtu regiminis prenotati a nobis vel nostris in imperio predecessoribus personis quibuscunque obligata, nostro nomine redimat ipsaque eodem obligationis titulo, quo eadem personis a quibus redemerit obligata fore noscuntur, teneat et possideat pacifice tam diu et quiete, quousque ab ipso vel suis heredibus per nos vel nostros in imperio successores dicta bona iuxta redemptionis formam super eo traditam fuerint absoluta. Mandantes universis et singulis quorum interest nostre gratie sub obtentu, quatinus sibi in huiusmodi redemptione secundum mandati nostri exigentiam sine contradictione qualibet pareant et intendant. Harum testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Datum in castris apud Sanctum Cassianum, IIII.[b] Non. Ian., anno Domini millesimo trecentesimo tertiodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

884. a) *foramen or.* b) *sic or.* c) *foramen or.; exciderunt litterae fere duodecim; an coniiciendum:* tenoris querele? d) *foramen or.; exciderunt litterae fere decem; ita coniecimus.* e) *in loco raso or.*

885. a) Heinricus *ed.* b) quarta *ed.*

886. *MANDATUM IN FAVOREM MONASTERII DE ANDLOWE.*
1313. Ian. 23.

Autographon tabularii Argentinensis, quod dicitur 'Bezirksarchiv des Unterelsass', valde corrosum et partim minus legibile denuo contulit socius noster A. Hessel. Signatum 5 *est 'Série H. 2315. 1'. Sigillum desideratur, foraminibus relictis. In verso nihil exaratum est. — Böhmer, Reg. Heinr. 524.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro I[o]ffr(ido) de Liningen advocato provintiali per Alsatiam necnon strennuis et prudentibus viris Friderico de Wangen et . . sculteto Columbariensi, fidelibus suis dilectis gratiam 10 suam et [o]mne bonum.

Gravem querelam honorabilium et religiosarum personarum . . abbatisse ac conventus de Andela devotarum nostrarum in Christo nobis dilectarum ac strennuorum virorum . . de Andela recepit nostra serenitas continentem, quod indebite [de] cuiusdam almende possessione, sicut asserunt, sint eiecti. Quapropter fidelitati vestre seriose 15 precipimus et mandamus volentes, quatinus si ita est, predictas abbatissam et conventum ac strennuos viros de Andela in predicte almende possessionem auctoritate nostra statim reponere nullatenus omittatis ac ipsos in eadem contra quoslibet manuteneatis sub forma iuris et efficaciter defendatis, non permittentes eos in ipsa a quoquam indebite pregravari, presertim cum iidem omnibus super predicta almenda sibi 20 questionem movere volentibus coram nobis vel coram iusticiario nostro Alsatie parati sint exhibere iusticie complementum.

Datum in castris apud Montem Imperialem Florent. dyoc., X. Kal. Febr., anno Domini millesimo trecentesimo tercio decimo, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

887. CONFIRMATIO CONSUETUDINIS 25 CIVITATIS EGRENSIS.
1312. Nov. 17.

Denuo contulimus autographon tabularii civitatis Egrensis. Pendet sigillum laesum fasciis sericis flavi coloris. Ediderunt etiam Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 456 nr. 651 et J. Čelakovský 'Codex iuris municipalis regni Bohemiae' II, 169 nr. 95. — 30 *Böhmer, Reg. Heinr. 594 (Addit. I).* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris . . magistro civium, . . consulibus et civibus Egrensibus, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Non nunquam evenit, ut quod communiter a iure conceditur, ex cautela specia- 35 liter postuletur, quo fit ut in huiusmodi petitionis instantia de facili prestetur assensus et adsit[a] imperiale presidium pro fulcimento suffragii plenioris. Nuper igitur ex parte vestra nostre maiestati extitit supplicatum, ut cum ab antiquo in civitate Egrensi servatum existat, quod si aliquis civis in homicidio deprehensus fuerat et huiusmodi negotium amicabiliter non poterat sopiri, due partes facultatum seu bonorum mobilium

40 887. a) d *corr. ex* b *or.*

ad uxorem et liberos ipsius et tertia ad iudicem civitatis debeant provenire, nos huiusmodi consuetudinem approbare et ipsam confirmare de imperiali clementia dignaremur. Attendentes igitur huiusmodi consuetudinem, sicut de iuris peritorum consilio intelleximus, a iure communi non nimium discrepare, ipsam consuetudinem, sicut rite et provide introducta est et hactenus observata, approbamus et presentis scripti patrocinio communimus. Inhibentes universis sacri Romani imperii fidelibus et specialiter iudici Egrensi qui pro tempore fuerit, ut contra ipsam non venire presumant aliqualiter vel attemptent. Presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

Dat. apud Sanctum Cassianum in castris ante Florentiam, XV. Kal. Decembris, indict. XI, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

888. RECOGNITIO DEBITI.

1312. Dec. 4.

Denuo contulimus autographon, quod Monaci servatur in tabulario secreto reipublicae Bavaricae. Pendet sigillum valde laesum loro membranaceo. In verso manu cancellariae regiae exaratum est: R̷ (= Registrat.). *Edidit etiam K. Albrecht loco supra ad nr. 750 citato I, 216 nr. 302. — Böhmer, Reg. Heinr. 510.* *(P. deest.)*

¦H¦enricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus notum facimus, quod facta conputatione finali per . . thesaurarium[1] et gentes camere nostre una cum Henrico de Rapostein milite de omnibus et singulis, que pro toto tempore, quo ipse usque ad initium mensis Novembris (Nov. 1.) proxime preteriti nostris servitiis institit, tam ratione stipendiorum quam alia quacumque causa sibi debuimus, et disconputatis, que ipse de camera nostra receperat, dicto Henrico remansimus et remanemus in mille quadringentis quadraginta florenis et quatuor Turonensibus debitores.

Datum apud Sanctum Cassianum[a] Florentin. dioc., pridie Non. Decembr., regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

889. MANDATUM IN FAVOREM ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS.

1312. Dec. 8.

Ineditum descripsimus ex autographo tabularii Confluentini. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. In verso manu cancellariae nihil exaratum est, sed invenitur manu coaeva scriptum: mandatum imperatoris quod Bopardia et Wesalia obediant archiepo Trever.

888. a) *sic or.*

1) *Cui nomen erat Aegidio.*

Est executoria ad privilegium Iul. 18 concessum supra nr. 833. — Böhmer, Reg. Heinr. 511. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobilibus ac prudentibus viris . . militibus, . . scabinis et communitatibus opidorum sive castrorum de
5 Bopardia et Wesalia, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Pensantes fidem puram et devotionem sinceram ac grata servitia, que venerabilis Baldewinus Treverensis archiepiscopus princeps et germanus noster karissimus non sine magnis laboribus, periculis et expensis, quibus se ipsum et ecclesiam Treverensem gravavit multis oneribus debitorum, nobis et imperio fideliter exhibuit hactenus, inces-
10 santer ad presens exhibet et exhibere poterit devotius in futurum, et volentes liberalitate propria ipsius remunerare labores et indempnitati sue et ecclesie Treverensis favorabiliter providere, opida et castra nostra et imperii de Bopardia et Wesalia cum sturis et exactionibus omnibus, iuribus et pertinentiis eorundem pro duodecim milibus librarum Hallensium sibi, successoribus suis et ecclesie Treverensi, prout in litteris maiestatis
15 nostre super hoc confectis[1] plenius continetur, duximus obliganda. Ideoque fidelitati vestre districte precipiendo mandamus sub pena in dictis litteris contenta, quatinus eidem archiepiscopo iuxta earundem litterarum tenorem pareatis humiliter et fideliter intendatis sibique de omnibus, que in ipsis litteris continentur, curetis integraliter respondere.

Dat. apud Sanctum Cassianum in castris ante Florentiam, VI. Idus Decembr.,
20 anno Domino millesimo CCC duodecimo, indict. XI, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

---

890. PROCESSUS ALTERIUS CONTRA CIVITATEM FLORENTINAM PRONUNTIATIO.

1312. Dec. 12.

25 *Acta processus prioris v. supra nr. 715. 716. Ex processu altero edictum et inquisitionis scriptum servata non sunt. Cf. etiam sententiam infra nr. 915 et bannitionem civitatum Tusciae alteram nr. 916.*

Servatur in solo codice bibliothecae Riccardianae nr. 786, quem iam supra ad nr. 715. 716 edendos adhibuimus, fol. 241'. Contulit vir cl. Holder-Egger. Hic illic
30 *textum valde corruptum correximus; cf. iam supra.*

Pronuntiatio bannitionem a. 1311. Dec. 24 editam supra nr. 716 in codice statim sequitur. Cf. notam infra ad nr. 916. — Böhmer, Reg. Heinr. 513. *(P. 524 lin. 18—37.)*

Item eodem anno[a] die duodecima Decembris in castris ante Florentiam, presentibus dominis Amideo comite[b] Sabaudie, . .[c] camerario domini imperatoris, Conrado[d]
35 hostiario domini imperatoris, Heinrico panaterio domini imperatoris et Scotto de Sancto Geminiano iudice testibus ad hec rogatis et vocatis.

Nos Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus cum voce preconia et edicto publice posito perhemptorie pro omnibus publice requiri et citari fecimus

890. a) eodem anno *scriptum post* Sabaudie *c.* b) Andrea comite *corr. ex* Andree comiti *c.*
40 c) *deest c.* d) conardo *c.*

1) *Supra nr. 833.*

universitatem, in quantum de facto universitas appellatur, civitatis Floren(tie) et cives plurimos in quantitate magna civitatis et comitatus eiusdem ex pluribus et legittimis causis, per quas et quamlibet ex eis universaliter civitas et singulariter universi contra nostram maiestatem publice commisisse inculpabantur. De quorum nominibus plenius continetur in dicto edicto[1] publice posito, scripto et publicato per Paulum de Podio Boniçi notarium nostre aule, quod in certo termino coram nobis comparerent ad se excusandum et defendendum ab inquisicione, que contra eos fiebat ex causis in dicta inquisicione insertis. Et [cum][e] in termino eisdem statuto et post terminum expectati non venerint nec comparuerint, prout de iure facere tenebantur, idcirco dictam universitatem dicte civitatis Floren(tie), in quantum civitas et universitas appellatur de facto, et omnes et singulos in dicto edicto publice appenso, scripto et publicato per dictum Paulum notarium, reputamus et pronuntiamus contumaces, declarantes[f] de nostre plenitudine potestatis, contra ipsos tamquam contra contumaces posse et debere procedi, prout nobis videbitur procedendum.

891. 892. SCRIPTA AD MARCHIONES MALASPINAE SPECTANTIA.

1312. Dec. 16.—1313. Mart. 19.

891. *SYNDICATUS MARCHIONIS FRANCISCI ET FILIORUM. 1312. Dec. 16.*

Repetimus editionem, quam ex autographo Florentiae in tabulario regio asservato paravit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 268 nr. 169. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno a nativitate eius millesimo trecentesimo duodecimo, indictione X, die sextodecimo Decembris. Conradus marchio Malaspina filius magnifici viri domini Francischi marchionis Malaspine tanquam congiunta persona, nomine suo et nomine et vice dicti patris sui et fratrum suorum, videlicet Bernabovis, Iohannini, Aczonis, Dominici et Guillielmi domini Francischi, pro quibus de rato habendo promissit, constitutus[a] in presencia nomine supradicto magnifici et potentis viri domini Guidonis Novelli comitis Dei gratia in Tuscia palatini, vicarii Riparie orientalis districtus Ianue et generalis capitanei diocesis et episcopatus Lunensis pro serenissima mayestate, gerens vices dicti domini Francischi sui patris et fratrum suorum suprascriptorum dixit et protestatus est nomine quo supra, quod paratus est pro se ipso et dicto nomine stare et parere omnibus mandatis imperialis mayestatis et sui vicarii et facere, promictere et iurare omnem promissionem, obligacionem, quam facere posset in honorem dicti domini imperatoris et sui vicarii, et guerram facere, prout marchiones Malaspine fecerunt et promisserunt facere in partibus Lunensibus dicto domino imperatori vel eius vicario. Quam promissionem et obligacionem dictus dominus Conradus suo nomine quo supra corporaliter libro tacto iuravit ad sancta Dei ewangelia ipsi domino vicario recipienti pro dicto domino imperatore et eius nunciis, remoto hodio vel amore, fraude vel precibus guer[r]am facere toto eorum posse omnibus inimicis rebellibus sacri imperii in

890. e) *deest c.* f) *in corr. c.*

891. a) cumstitutus *ed.*

1) *Quod servatum non est.*

partibus Lunensibus et alibi, et sic dictam promissionem suo sacramento vallavit. Petens cum instancia eo nomine quo dictum est tanquam vere vasallus dicti domini imperatoris et obediens eidem ab eodem domino vicario, quatinus dictum dominum Franciscum et filios eius et [se ips]um reponat et inducat cum omnibus suis iuribus et 5 pertinenciis in tenutam et corporalem possessionem burgi et [terre] de Avula spectantem de iure et plenitudine sui iuris ad dictum dominum Franciscum, quod burgum et terram olim tenebant Lunenses et nunc tenent occupatum domini Moroellus, Franceschinus, Spinectus et Conradinus marchiones Malaspine, recommendatum eisdem pro parte dicti domini imperatoris a nobile et discreto viro domino Bavosso gerente vices dicti domini 10 imperatoris. In hac parte requirens eundem dominum vicarium supradictum, quod sibi predicta faciat et observare procuret omni iure, via et modo, quibus melius et magis potest. Et sic protestatur et dicit, reservatis semper omnibus suis iuribus, excusationibus [et] petitionibus quibuscumque. Et exinde denunciavit michi notario infrascripto, quod conficerem publicum instrumentum.

15 Actum Arcule in domo Gilioli quondam Indexeti, presentibus domino Iohani Rape de Lucha militi, domino Guirado de Albariis de Bononia presbitero, Cepnno de Gralliano et Mucio Bonavite de Arcula testibus ad hec vocatis et rogatis.

(S. N.) Ego Ubaldetus de Arcula sacri palacii notarius ac iudex ordinarius hiis omnibus interfui vocatus et rogatis scripsi.

20 **892.** *PRIVILEGIUM PRO MARCHIONE SPINETA. 1313. Mart. 19.*

Ex confirmatione Ludewici imperatoris a. 1329. Apr. 30 data eiusdem tabularii dedit Bonaini l. c. II, 270 nr. 171. Cuius editionem hic repetimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 658 (Addit. II). (P. deest.)

Henricus[a] divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus nobili 25 viro Spinete marchioni Malespine quondam Gabrielis, fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Etsi ad prosequenda mirifice quorumlibet vota fidelium imperialis dextera quadam regularitate sit habilis, ad illos tamen graciosius se extendit, quos in suis obsequiis et mandatis reperit promptiores. Attendentes itaque laudabilem tue fidelitatis prompti- 30 tudinem, quam tu in iis, que honorem nostrum continent, temporibus istis per effectum ostendere curavisti et te ostensurum in futuro promictis, et volentes horum intuitu munificentie nostre dexteram aperire, ut bene fecisse gaudeas et ad benemerendum tu et alii tuo exemplo fortius animentur, tibi et tuis heredibus de tuo corpore legitime descendentibus castra, villas et terras castrorum Sassi, ...[b], Grancilie, Pallarosii, 35 Torite, Pontis, Torretuli, Collis, Silicani, Antixane, Gragnanelle, Filicaie, Santerencii, Carezine, Vallis de subtus et Vallis de supra, Roczii, Pucglianelli, Rocche Alberti, Vithogii, Casatici, Camporezani, Caxane maioris et Caxane minoris, Sancti Michelis, Corfigliani, Gramolarzii, Castagnuoli, Albiani, Nicciani, Cortis, Gragnane, Colognole, Sanastaxii, Pontecii, Margiani, Sercognani, Congie, Sillani, Sorazii, Ursignani, Sale, 40 Dalli de subtus et Dalli de supra, Pugliani ceterorumque comunium pleberii Sancti Laurentii et aliorum comunium et singulares personas vicarie dicte de Camporexano provincie Carfragnane[1] Lucane diocesis et Lunensis cum eorum territoriis, districtibus, iuribus, iurisditionibus et pertinentiis in nobile feudum usque ad nostrum et successorum nostrorum tam imperatorum quam regum Romanorum beneplacitum de speciali gracia 45 tenore presentium concedimus et donamus et te tui et dictorum heredum tuorum nomine

892. a) Heinricus *ed.* b) *videtur esse lacuna tr.*

1) *Cf. supra nr. 870 sub nr.* (353) *sqq.*

homagium propter hoc et fidelitatis prestantem iuramentum de castris, villis, terris et territoriis, districtibus, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis antedictis per virgam quam manu gestamus sollempniter investimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, donationis et investiture infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et penam quingentarum librarum auri pro dimidia camere nostre et pro reliqua dimidia passo iniuriam solvendarum se noverit incursurum.

Datum Pisis, XIIII. Kalendas Aprilis, regni nostri anno [quinto], imperii vero primo.

893—899. MANDATA DE HOSTE FACIENDA ET PARLAMENTO VISITANDO.

1312. Dec. 18.—1313. Mai. 5.

Servantur mandata nr. 893 (in forma videlicet Raymundo de Medullione missa, infra sub B 3*) nr. 897 et 899 omnia in instrumento super eorum traditione per Bosonetum de Gebennis Petri de Bona commissarii imperialis nuntium a. 1313. Mai. 17.* in castro Pontis Sorgie Avinionen. dioc., videlicet in hospitio in quo curia domini pape teneri consueverat, *exhibita a Rogerio quondam Armanni de Macerata Feretran. dioc. notario ad requisitionem domini Medullionis scripto, quod superest in tabulario Gratianopolitano signatum 'B. 3668'. In verso legitur:* Instrumentum continens quasdam litteras inperatoris missas per inperatorem Henricum domino Medul(lionis), quod serviret sibi de guerra, et quibusdam aliis prelatis, *itemque:* non est registratum, quia non est necessarium. *Mandati nr. 897 non exemplar originale, sed transsumtum officialis Gebennensis a Bosoneto porrigebatur; cf. infra pag. 913 lin. 16. Ad totum instrumentum melius cognoscendum cf. (Valbonnais) 'Histoire de Dauphiné' II (1722) pag. 147 nr. 21, ubi textibus valde decurtatis editum est.*

Mandatum nr. 893 (in forma videlicet civitati Bisuntinae missa, infra sub B 1*) et responsio civitatis Bisuntinae nr. 898 inveniuntur in codice 'Registre le plus ancien' fol. 161 tabularii eiusdem civitatis, quod in bibliotheca publica asservatur*[1]*. E quo nos ipsi iam publici iuris fecimus 'Neues Archiv' XXVII, 727 sqq.*

Cf. etiam mandatum infra sub nr. 921 edendum.

893. 893a. *MANDATUM FIDELIBUS MISSUM. 1312. Dec. 18. (1313. ante Ian. 6).*

Traditum est in duabus formis:

A *episcopo Argentinensi missa, quam servat codex notissimus Vindob. lat. 410 (Iur. Can. 60), de quo v. supra ad nr. 457, fol. 8 nr. 58; rubrum fol. 24 sic indicatur:* Item quomodo imperator peremptorie citat aliquem episcopum, ut ad eum veniat cum armata et decenti comitiva; *edidit iam olim Chmel loco supra citato II, 325 nr. 14; nos denuo contulimus;*

B 1 *civitati Bisuntinae directa, quae mense et die caret, sed ante diem 6. m. Ianuar. a. 1313. emissa est; quam praebet Registrum antiquissimum eiusdem civitatis fol. 161, de quo v. supra; est ibi lemma:* Cest li transcriz des latres nostre seignour l'emparaour

1) *Cf. Castan 'Notes sur l'histoire municipale de Besançon' (Besançon 1898), pag. 1 sq.*

qu'il nos envoiai, les quelles nos recehumes lo jour de feste saint George[1] l'an MCCC et traze, qui dicent en ceste forme; *editionem nostram loco supra citato XXVII, 728 nr. 26 paratam hic repetimus;* B 2 *civitati Viennensi missa, quam ex transsumto a. 1313. Mai. 10. per Michaelem Francisci Valentinensem et Diensem canonicum, officialem curiae Viennensis confecto tabularii ut videtur Gratianopolitani vulgavit C.-U.-I. Chevalier 'Collection de cartulaires Dauphinois' VI, 2 pag. 94 nr. 32; in minutiis correximus, potiores tantum lectiones adnotantes;* B 3 *Raymundo domino de Medullione destinata, quae superest in transsumto Rogerii de Maccrata notarii supra in prooemio citato; nos ipsi denuo contulimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 514.* *(P. deest.)*

A.

H(enricus) Romanorum imperator etc. venerabili Iohanni etc. gratiam suam et omne bonum.

(1) Levantes in circuitu oculos nostros et videntes guerrarum turbines, dissensiones et scandala, quibus humani generis inimicus sacrum imperium et subditos sibi populos per varias mundi partes turbat et vexat, post diversas nostre diligentie curas, que pro ipsorum procuranda quiete ac optate pacis comodis promovendis, prout ad cesaree maiestatis officium pertinet, nos assidue interpellant, principes, marchiones, comites ceterosque barones et vasallos nostros et imperii, quos ad hoc principatibus, regalibus, feodis, libertatibus ac aliis concessionibus et gratiis suis predecessores nostri divi auxerunt augusti, ut[a] tamquam gratitudinis filii exaltationis imperii, ubi eorum status, honor et tranquillitas procurantur, pro sua particulari sollicitudine, quam ab eis fidelitatis debitum requirit et exigit, fructuosi promotores et eius servitores existerent, in istis nostre imperatorie dignitatis[b] primordiis, cuius sollempnia in nobis nuper sunt nutu divino completa[2], esse deliberavimus convocandos, ut per eorum directionem, consilium et auxilium tam super rebellium nostrorum

B.

Henricus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris officialibus, consilio et comuni Bisuntinen(si), fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum[a].

(1) Levantes oculos nostros in circuitu[b] et videntes guerrarum turbines, dissensiones et scandala, quibus humani generis inimicus sacrum imperium et subditos sibi populos per varias mundi partes turbat et vexat, post diversas nostre diligencie curas, que pro ipsorum procuranda quiete ac optate pacis commodis promovendis, prout ad precelsum cesaree maiestatis[c] officium pertinet, nos assidue interpellant[d], principes, marchiones, comites ceterosque barones, nobiles[e], fideles et[f] vassallos[g] nostros et imperii, quos ad hoc pheodis[h], concessionibus et aliis graciis suis predecessores nostri divi auxerunt augusti, ut tamquam gratitudinis filii exaltationis imperii, ubi[i] status eorum[k], honor et tranquillitas procurantur, pro sua particulari sollicitudine, quam ab eis fidelitatis debitum requirit et exigit, fructuosi promotores et eius servitores existerent, in hiis[l] nostre imperatorie dignitatis[m] primordiis, cuius sollempnia in nobis sunt nuper[n] nutu divino completa[2], esse deliberavimus convocandos, ut per eorum directionem, consilium et auxilium tam super rebellium nostrorum de Italie[o] partibus insolentiis

893. a) et *A.* b) *super* maiestatis *delet. A.*

893a. a) *inscriptio in B 2:* H. D. gr. R. i. s. a. pr. v. off. c. et c. Vien(nensi), f. s. d. gr. s. et o. b.; *in B 3:* H. D. g. R. i. s. a. nobili viro Raymundo domino de Medull(ione) fideli suo dilecto gr. s. et o. b. b) Lev. in circuitu oc. n. *B 2;* in circuitu *deest B 3.* c) magestatis *similiter semper B 2.* d) interpellare *male B 3.* e) nobilesque *B 3.* f) fideles et *desunt B 3.* g) comites, barones, nobiles, civitates ceterosque fideles ac vassallos *B 2.* h) feodis, privilegiis, libertatibus *B 2;* pro feudis *B 3.* i) vero *add. B 3.* k) *deest B 3;* eorum status *B 2.* l) istis *B 3.* m) maiestatis *B 2. 3.* n) *deest B 2.* o) Ytalie *B 3.*

1) *Apr. 23.* 2) *Cf. supra nr. 796—812.*

de Italie partibus insolenciis propulsandis et imperii recuperandis iuribus, quam super nonnullis aliis et arduis tractandis et ordinandis negotiis statum imperii, christianitatis et orbis tangentibus, ad quorum ordinationem presentia ipsorum requiritur, salubriter procedere valeamus.

(2) Sinceritatem tuam igitur rogamus, requirimus et[c] hac una pro omnibus peremtoria monitione[d] monemus et nichilominus per imperiales apices sub pena privationis regalium, feodorum et omnium aliorum que ab imperio tenes districte precipiendo mandamus, quatinus fidem, quam ad maiestatem nostram, prosperitatem imperii statumque christianitatis et mundi pacificum geris, hac vice per effectum ostendens, prima die mensis Maii venturi proxime, quam tibi et aliis quos ad hoc vocari fecimus pro peremptorio termino assignamus, cum armatorum decenti comitiva personaliter presentiam nostram accedas, nobis in premissis debitum obsequium et iuxta datam tibi a Deo gratiam salubre tuum consilium et auxilium impensurus.

Mai. 1.

(3) Has autem litteras ad cautelam in registris curie nostre registrari fecimus, de quarum presentatione exhibitori earum nuntio nostro iurato dabimus plenam fidem.

Datum apud Sanctum Cassianum in castris super Florentiam, XV. Kal. Ianuarii, regni nostri anno IIII, imperii vero primo[e].

propulsandis et imperii recuperandis iuribus quam super nonnullis aliis arduis[p], tractandis et ordinandis negociis statum imperii, christianitatis et orbis tangentibus, ad quorum ordinationem presencia ipsorum requiritur, salubriter procedere valeamus.

(2) Quocirca fidelitatem vestram[q] rogamus, requirimus et hac una[r] pro omnibus peremptoria monitione monemus, vobis[s] nichilominus per imperiales apices sub pena privationis[t] pheodorum[u] vestrorum[v] ac omnium aliorum que tenetis[w] ab imperio districte precipiendo mandantes, quatinus fidem, quam ad maiestatem nostram, prosperitatem imperii statumque christianitatis et mundi pacificum geritis[x], hac vice per effectum ostendentes[y], in[z] Kalendis[a] Maii proxime venturi, quas vobis[s] et aliis quos ad hoc vocari fecimus pro termino peremptorio assignamus, cum decenti armatorum comitiva et[z] ambaxatores ac syndicos vestros ydoneos et honestos ad nostram presenciam transmittatis[z], nobis impremissis[b] debitum obsequium per[c] eosdem et salubre consilium et auxilium impensuri[c].

(3) Has autem litteras ad cautelam in registris[d] curie nostre[e] registrari fecimus, de quorum presentatione exhibitori earum nuncio nostro iurato dabimus plenam fidem.

Datum[f] apud Sanctum Cassianum[g] Florentin. dyoc., regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

894. *LITTERAE ITERATAE EPISCOPO ARGENTINENSI DIRECTAE.* *(1313. Ian. 22).*

Proponimus denuo collatas ad codicem Vindobonensem, quem iam supra nr. 893 sub A *adhibuimus, fol. 8 nr. 59. Notatur rubrum fol. 24:* Item super eodem implicans litteram

893. c) *sequitur* in *A.* d) *excidit A.* e) *sequitur* etc. *A.*

893a. p) *deest B* 3. q) tuam *B* 3. r) *loco* hac una *B* 2: una; *B* 3: in hac parte una. s) tibi *B* 3. t) ōis *corr. ex* oꝝ *B* 3. u) feudorum *B* 3; privilegiorum, libertatum, concessionum et gratiarum *add. B* 2. v) *deest B* 2; tuorum *B* 3. w) tenes *B* 3. x) geris *B* 3. y) ostendens *B* 3. z) *loco* in Kalendis — transmittatis *B* 2: decentem armatorum comitivam, ambaxiatores et sindicos vestros idoneos et honestos ad nostram presentiam transmittatis, ita quod in Kalend. Maii proxime venturi, quas vobis et aliis quos ad hoc vocari facimus pro termino peremptorio assignamus, nostro conspectui se presentent; *loco* et — transmittatis *B* 3: personaliter presentiam nostram accedas. a) Kal. *B* 3. b) in premissis *B* 2. 3. c) *loco* per—impensuri *B* 3: et iuxta datam a Deo gratiam salubre tuum consilium et auxilium impensurus. d) regestris *B* 3. e) nostre curie *B* 3. f) Dat. *B* 3. g) *loco* Florentin. dyoc. *B* 2: in castris supra Florentiam, decimo quinto Kalend. Ianuarii.

credentie. *Edidit Chmel l. c. II, 326 nr. 15. De tempore statuendo itemque de magistro Hermanno ab imperatore in Alamanniam misso cf. infra nr. 912. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 514.* *(P. deest.)*

Henricus[a] Romanorum imperator et cet. venerabili Iohanni et cet.

5 Licet per alias nostras patentes litteras te moneri et vocari fecerimus, ut cum armatis ad nostrum obsequium et parlamentum, prout ratione regalium feodorum tuorum tenueris, super festum beate Walpurgis venias, tamen ut congnoscas plenius, quod tuum Mai. 1. adventum desideramus ex intimis, honorabilem virum magistrum Her(mannum) ad te fiducialiter duximus transmittendum. Sinceritatem tuam rogantes et hortantes[b] attente, 10 quatinus iuxta providentiam tibi concessam a Domino diligenter considerans, quod non parcentes laboribus, periculis et e[x]pensis ad aliud non intendimus[1] quam ad negotia reipublice, ad reformationem boni status eiusdem et imperii, in quo tua et aliorum principum nostrorum honor et utilitas multipliciter procuratur et quem in primo nostro ingressu in Italiam heu miserabiliter disturbatum invenimus, nunc quoque divina favente 15 clementia pro maiori parte reformavimus, te ad obsequendum nobis hac vice non tardum exhibeas, set potius promtum ac per omnia liberalem, ut ob hoc imperialis maiestas te et ecclesiam tuam condignis debeat prevenire favoribus ac honoribus. premiis et remunerationibus prosequi gratiosis. Super premissis autem prefato notario nostro credas plenarie in dicendis.

20 Dat. etc.

895. 896. *LITTERAE AD ABBATES DE AULA REGIA ET DE SEDLITZ. 1313. Ian. 25.—31.*

895. *LITTERAE PRIORES. Ian. 25.*

Servatae sunt in Chronico Aulae regiae, quas ad editionem a Loserth 'Fontes rerum 25 Austriacarum. Scriptores' VIII, pag. 349 paratam hic repetimus. Codicum B *Iglaviensis saec. XIV. ex. et* C *Fuerstenbergensis saec. XV. ex. lectiones adnotavimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 518.* *(P. deest.)*

Henricus [Dei gratia] Romanorum imperator[a] semper augustus honorabili et religioso viro abbati monasterii Aule regie, devoto suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

30 Cum inter alios nostros imperii principes. comites, barones et nobiles, quos ad parlamentum, quod in Kalendis Maii venturi proxime habebimus, per litteras et nuntios Mai. 1. vocavimus, in illustris Iohannis regis Bohemie primogeniti et principis nostri carissimi delectemur specialiter personali presentia recreari, devotionem tuam attente requirimus et rogamus, quatinus eundem regem Bohemie tuis salutaribus monitis et exhortationibus 35 ac persuasivis inductionibus inducere studeas cum effectu, ut ad dictum terminum, prout melius, laudabilius et decentius poterit, veniat cum armatis. Adhuc petimus etiam te consilium, auxilium et[b] subventionem, quatenus[c] applicare poteris, adhibere, in eo nostro culmini plurimum placiturus.

Datum in castris apud Montem imperialem supra Florentiam, octavo Kalendas 40 Februarii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

894. a) Heinricus *c.* b) *sequitur* attend *delet. c.*

895. a) Heinricus imp. Rom. *B. C.* b) *deest B.* c) quos *C.*

1) *Abhinc cf. similia verba infra nr. 912 cap. 4.*

896. *LITTERAE ALTERAE. Ian. 31.*

Ex eadem editione VIII, pag. 350. — Böhmer, Reg. Heinr. 520. (P. deest.)

Henricus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus honorabilibus viris in Scedlicz et in Aula regia abbatibus, devotis suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Quod circa status et honoris exaltationem illustris Iohannis regis Bohemie primogeniti et principis nostri carissimi ipsi regi, prout relatio strenui viri Iohannis de Ossen nos instruxit, astatis fideliter et constanter, devotionem vestram dignis laudibus commendamus, rogantes attente, quatinus eidem regi more solito, ut accessus eius ad nos in proximo felix existat et salubris, assistatis auxiliis et favoribus opportunis. Ceterum adicimus, ut prefatum Iohannem habentes pro imperialis reverentia maiestatis propensius recommissum in omnibus suis agendis favorabiliter promovere curetis, gratum in hoc nobis obsequium prebituri.

Datum apud Montem imperialem in castris super Florentiam, pridie Kalendas Februarii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

897. *PROCURATORIUM NUNTII IMPERIALIS. 1313. Ian. 28.*

Servatur 1) *in instrumento Rogerii de Maccrata notarii, de quo v. supra in prooemio; nos ipsi denuo descripsimus.*

Contulimus etiam 2) *fragmentum huius procuratorii, quod ex apographo ut videtur tabularii Gratianopolitani vulgavit Chevalier loco ad nr. 893 sub* B 2 *citato VI, 2 pag. 95 not. ad nr. 32, ab* 1 *parum diversum.*

Cap. 1 concordat fere omnino cum nr. 893 cap. 1. (P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus provido viro magistro Petro de Bona medico ac familiari suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

(1) Levantes in circuitu oculos nostros et videntes guerrarum turbines, discensiones et scandala, quibus humani generis inimicus sacrum imperium et subditos sibi populos per varias mundi partes turbat et vexat, post diversas nostre diligentie curas, que pro ipsorum procuranda quiete[a] ac obtate pacis comodis promovendis, prout ad precelsum cesaree maiestatis officium pertinet, nos assidue interpellant, principes, marchiones, comites, barones, nobiles, civitates, fideles ac vassallos nostros et imperii, quos ad hoc principatibus, regalibus, feudis, privilegiis, concessionibus et aliis gratiis suis predecessores nostri divi auxerunt augusti, ut tanquam gratitudinis filii exaltationis imperii, ubi eorum status, honor et tranquilitas procurantur, pro sua particulari solicitudine, ad quam ipsos fidelitatis astringit debitum, fructuosi promotores et eius servitores existerent, in istis nostre imperatorie dignitatis primordiis, cuius solempnia in nobis sunt divino nutu conpleta[1], esse deliberavimus convocandos, ut per eorum directionem, consilium et auxilium tam super rebellium nostrorum de Ytalie partibus insolentiis propulsandis et imperii recuperandis bonis et iuribus, quam super nonnullis aliis tractandis et ordinandis negotiis statum imperii, christianitatis et orbis tangentibus, ad quorum ordinationem presentia eorum requiritur, salubriter procedere valeamus.

(2) Habentes igitur de fide tua[b] fidutiam specialem, te in Burgundiam et[c] Provintiam duximus transmittendum, facientes te procuratorem et nuntium nostrum specialem, committentes tibi pariter et mandantes, quatinus ad dictas terras seu provintias accedas et per te vel alium seu alios quos ad hoc expedire videris, universos principes ecclesia-

896. a) Heinricus *B. C.*

897. a) *corr. ex* quieta 1. b) Habentes — tua *in loco raso* 1. c) *deest* 1.

1) *Cf. supra nr. 796—812.*

sticos et seculares, duces, marchiones, comites, barones, nobiles, civitates et quoscunque alios fideles et[d] vassallos nostros et imperii in dictis terris provintiis et etiam in ipsis terris contiguis constitutos ex parte nostra roges in fidei debito, quo[e] nobis et imperio astringuntur, requiras et peremptorie moneas et cites, ipsis nichilominus et cuilibet 5 ipsorum auctoritate nostra imperiali sub pena privationis principatuum, regalium, feudorum, ducatuum, marchionatuum, comitatuum, privilegiorum, gratiarum, concessionum et aliorum omnium, que a nobis et imperio mediate vel inmediate tenere dinoscuntur, mandes et precipias, quatinus zelum, quem ad magestatem nostram, prosperitatem imperii statumque christianitatis et mundi pacificum gerunt, hac[f] vice per effectum 10 ostendentes in prima die mensis Maii venturi proximo, quam ipsis et aliis quos ad hoc vocari fecimus pro termino peremptorio assignamus, cuilibet ipsorum cum decenti armatorum comitiva, prout statum eorum et celsitudinem nostram imperialem decebit, ac civitates per suos sindicos et nuntios honestos similiter cum decenti armatorum comitiva se nostro conspectui representent, nobis in premissis debitum obsequium et 15 salubre consilium et auxilium impensuri. Concedentes nichilominus[g] plenam potestatem ordinandi, tractandi et concordandi cum ipsis et etiam cum aliis, qui nobis et imperio non sunt astricti, de qualitate et quantitate servitii et de personis mittendis pro illis, qui ex causis legittimis impediti personaliter venire non possunt. Ratum et gratum habituri, quicquid in hoc[h] per te vel tuum substitu[tu]m rationabiliter actum fuerit in 20 premissis.

Mai. 1.

(3) De presentatione nostrarum litterarum, monitione, requisitione et citatione predictis, quo die[i], loco et termino et quibus presentibus facta fuerint, tibi tamquam nuntio nostro iurato, qui ut omnia et singula tractare supradicta et exequi debeas, fideliter sacramentum nobis prestitisti, dabimus plenam fidem, contra non venientes seu 25 non mittentes, si saltem infra alium mensem predictum Maii mensem et[k] inmediate sequentem, quem ipsis prorogare possis, si secundum locorum distantiam[l] [et] brevitatem temporis videris expedire, non venient, ad penam legitimam processuri. Presentium testimonio litterarum nostre magestatis sigilli robore signatarum.

Datum apud Montem Imperialem in castris super Florentiam, V. Kal. Febr., anno 30 Domini MCCCXIII, inditione XI, regni nostri anno V, imperii vero primo.

898. *RESPONSUM CIVITATIS BISUNTINAE. 1313. (post Apr. 23)*[1].

Item ex Registro antiquissimo civitatis Bisuntinae fol. 161' ut iam supra nr. 893 B 1 publicavimus l. c. XXVII, 729 nr. 27. Mandatum imperiale responsio statim sequitur, praecedente lemmate: En ceste page ci apres ast li responsse que l'on fist sour 35 ceste latre. *(P. deest.)*

Serenissimo ac sacratissimo principi, domino suo verissimo et diu desiderato, domino Henrico Dei gratia invicto Romanorum imperatori et semper augusto humilis et obediens universitas sue et sibi immediate subiecte civitatis Bisunt(ine) salutem in Christo et a Christo regi et constanter per eum regem in eius etiam regno feliciter 40 conregnare et tam debitum quam devotum ad sua beneplacita famulatum.

(1) Ecce sicut oculi servorum in[a] manibus dominorum suorum et sicut oculi ancille in manibus domine sue, ita oculi nostri ad dominum imperatorem nostrum, donec misereatur nostri, quia multum repleti sumus despectione[2]. Quam dilecta et fidelis civitas

897. d) *deest* 1. e) q̧ 1. f) *corr. ex* ac 1. g) tibi *supplendum esse videtur* 1. h) o *corr.* 45 *ex* a 1. i) *corr. ex* de 1. k) *sic* 1. l) *corr. ex* instant. 1.

898. a) im *in fine lineae c.*

1) *Cf. supra pag. 907 lin. 1.* 2) *Cf. Ps. 122, 2. 3.*

vestra Bisunt(ina), excellentissime domine, suis dominis divis imperatoribus pro suis iuribus olim extiterit, credimus quod fama aliqualis recolit, cronice referunt, testantur privilegia et libertates[b], quibus a suis dominis imperatoribus Romanis meruit pro sua fidelitate et obediencia magnifice decorari. Propter quod nos non degeneres filii, sed parentum nostrorum fidem et probitatem emulantes, prompti et parati sumus carissimi imperatoris nostri et domini negociis opem ferre animo volenti et corde perfecto, nos et nostra[c] pro bono statu et prosperitate imperii ressertiendis pro viribus exponere, quia in pace et prosperitate imperii nostram pacem et prosperitatem consideramus reformari. (2) Verumtamen postquam Romanum vacavit imperium, civitatem vestram Bisunt(inam) tamquam viduam et desolatam circumdederunt[d] mala[1], quorum non est numerus. Et nulla nos tuente iusticia impugnaverunt nos inimici nostri ferocissimi, volentes civitatem vestram, que nulli unquam servivit nisi Deo et Romanorum imperatori, in suam redigere servitutem. A quibus sumus multipliciter oppressi et gravati, coangustati undique, prohibiti ingredi et egredi, mercationes et agriculturas exercere, vinee etiam et arbores excisse, predati, spoliati et etiam crudeliter debellati et captivati, tamquam si dicerent hostes quam plurimi: 'Deus dereliquit eum. Prosequimini et conprehendite eum, quia non est qui eripiat'[2]. Quasi essent de illis, quos describit[e] sapiens[3] sic dicentes: 'Insidiemus[f] sanguini, ascondamus tendiculas contra insumptem frustra, degluciamus eum sicut infernus viventem, omnem preciosam sustanciam reperiemus, implebimus domus nostras spoliis'. Propter que populus vester est imminutus, depa[u]peratus et status civitatis vestre deterioratus et collapsus et communitas civitatis maximis debitis mercatoribus publicis obligata, adeo ut si cognosceretis, posset verificari de vestra pietate et clemencia illud quod de Christo dicitur: 'Videns dominus civitatem flevit super eam'[4]. (3) Propter quod maiestatem imperatoriam et ingenitam vobis a Deo clemenciam[g], quam bonus[h] odor fame vestre longe lateque diffundit, humiliter deprecamur, quod[i] nos habeatis quo ad presens de mittendo vobis auxilio excusatos, quia nobis etiam non sufficimus nos et civitatem vestram deffendere, sed confidimus et requirimus per vestram virtutem, providenciam et strenuitatem a p[re]dictis gravaminibus[k] relevari[l]. Nam dicimus inter nos congaudendo: 'Noli timere Syon filia, ecce rex tuus tibi veniet mansuetus et iustus[5], qui omnem a te tribulationem auferet omnemque molestiam extirpabit[m]'. Et sicut poteritis informari per eos, qui de nostra vicinia[n] in vestra sunt comitiva, civitas vestra Bisunt(ina) talis est et in tali parte imperii vestri situata, quod si per vos ad feliciorem statum fuerit reducta, utiliorem vobis et magis necessariam pro imminentibus negociis eam poteritis invenire, absque hoc quod in Italia contra rebelles et inimicos iusticie pacis et concordie emulatores peregrinum auxilium transmitamus, cum nec sumptus nec vires nobis ad hec sufficiant, sicut verissime novit ille, qui nichil[o] ignorat [et] extitit superius declaratum[p].

(4) Dominus autem omnipotens contra[dat][q] satanam et omnem adversariam nationem sub pedibus vestris et ita pax et victoria vobis de celo administretur, quod populus christianus sub vestro regimine diucius pacifice et quiete se gaudeat gubernari, amen.

899. *SCRIPTUM NUNTII IMPERIALIS SUBDITIS DIRECTUM. 1313. Mai. 5.*

Superest in solo instrumento Rogerii de Macerata notarii, de quo v. supra in prooemio; nos ipsi denuo contulimus. Ubi statim sequuntur haec verba: Quibus omnibus

898. b) libertes *c.* c) nostram *c.* d) circumderunt *c.* e) b *corr. ex* p *c.* f) Insidiamus *c.* g) clemāciā *c.* h) *sequitur* fame *delet. c.* i) qq *c.* k) gravamibus *c.* l) *dubium, an* eu *vel* ax *corr. c.* m) exturpabit *c.* n) v *corr. ex* 9 *c.* o) nichl *corr. super* nıl *c.* p) extitit—declaratum *mutato ductu in fine lineae ut videtur post addita c.* q) *sic conieci:* contra *c.*

1) *Ps. 39, 12.* 2) *Ps. 70, 11.* 3) *Prov. 1, 11.* 4) *Luc. 19, 41.* 5) *Joh. 12, 15. Matth. 21, 5. Zach. 9, 9.*

supradictis litteris presentatis dicto Raymundo Medullionis domino, ipsas cum reverentia qua decuit recipiens dicto nuntio respondit, quod super predictis deliberare volebat cum sapientibus suis et deliberatione habita dicto nuntio daret responsionem, quam de iure debet[1]. *(P. deest.)*

5 Reverendis in Christo patribus dominis archiepiscopis Lugdunensi et Vien(nensi) et dominis episcopis[a] Valentin(ensi), Vivariensi, Grationopolitano, de Oreng(ia)[2], Avinionensi necnon nobilibus viris comitibus, baronibus, nobilibus, vassallis ac prudentibus viris offic(iali), comuni et consilio civitatum predictarum Petrus de Bona medicus imperatoris ac nuntius specialis ad requirendum subditos imperii cum reverentia et 10 recommendatione sui se paratum ad sue beneplacita voluntatis.

Licet cum reverentia qua decet litteras domini imperatoris vobis libentius presentarem, tamen propter negotiorum multitudinem, guerrarum turbines apparentes, latronum pericula, aquarum inundantias excusatus ipsas per nuntium vobis mitto. Scientes quod duo paria litterarum mittit dominus imperator, speciales arduis et illustribus personis et 15 generales eisdem et omnibus aliis imperii subditis, et generale rescriptum retinens propter predicta pericula transcriptum sub sigillo domini officialis Gebennen(sis) vobis mitto. Scientes quod fui bis in via, semel apud Morenc et semel apud Sasellum, ut saltim cum conductu transirem ad vos, quod nunquam potui propter guerras, et ydeo super notificatione necessitatis et propter mare tardavi. Terminum prorogare et alia 20 que pro vobis facere potero sum paratus secundum posse michi traditum, quod in mangnis litteris poteritis intueri, de quarum originalibus paratus sum facere cuilibet plenam fidem. Quare vos omnes et singulos rogo, requiro et moneo et cito, ut secundum formam litterarum vos conspectui imperatorie maiestatis quam citius poteritis cum decenti armatorum comitiva et civitates per suos syndicos presentetis, scientes quod 25 de tarditate termini per me poteritis excusari[b]. Si vero cum deliberatione maiori ad predicta volueritis respondere per litteras vel missum, me Gebennis XX. die Maii poteritis invenire. Rogans vos humiliter, ut in singnum litterarum receptarum huic cedule dignemini ponere singnum vestrum. Mai 20.

Dat. Geben(nis), III. Non. Maii, anno Domini MCCCXIII.

30

900. DONATIO PECUNIAE A CIVITATE PISANA FACTA.

1312. Dec. 26.

Superest in duabus formis:

A *ab Iohanne de Urbino notario scripta et signata, a Bernardo de Mercato item signata, tamen a Bernardo postea subscriptionibus notariorum cancellatis cassata et in diversis* 35

899. a) *corr. ex* archiep. *tr.* b) excusare *tr.*

1) *In adnotatione ponimus notitiam mandati cuiusdam iam deperditi, quam ad has res ut videtur spectantem edidit Chifflet 'Vesontio civitas imperii libera' (1650) I, 238: 'Henricus imperator octavus gubernatores Bisontinos literis suis ad conventum sollemnem totius imperii vocavit et invitavit, ut cum suis* 40 *militaribus copiis ipsum in Italiam proficiscentem comitarentur una cum aliis principibus et imperii civitatibus. Ex autographo dato octava Maii, 1313, signato Petrus de Alba rosa.' Cf. Böhmer, Regesten 1246—1313 pag. XXI (Addit. I).* 2) *Id est Aurasicen.*

textus locis correcta; olim inter Acta Bernardi in archivo comitum Sabaudiae existens, iam servatur in tabulario Gratianopolitano 'Série B. 3566', quo quomodo venerit, indicatum est 'Neues Archiv' XXX, 439, ubi etiam pag. 441 sq. textum iam publicavimus; in verso manu Bernardi scripta sunt: Copia obligationis comunis Pis(ani) de II^C milibus flor., *itemque manu saec. XV:* Non registratur, quia ut infra cancellatum est, eciam quia originale habetur nec tangit dominum;

B *autographon, quod exstat Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 5' nr. 8; in verso leguntur manu Iohannis de Urbino scripta:* Donatio facta per Pisanos domino imperatori de ducentis millibus florenis de Florentia; *edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 191 nr. 52; nos denuo contulimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 515.*

(P. deest.)

A.

In nomine Domini amen.

(1) Notum sit omnibus, quod dominus Iohannes Fazellus legum doctor civis Pisanus ac syndicus, procurator et nuntius specialis nobilium et prudentum virorum . . vicarii, anzianorum, consilii et comunis Pisan(i), habens ab eis ad infrascripta[a], prout patet instrumento publico[1] per Thomasum quondam Lamberti de Castello Anselmi notarium publicum et cancellarie dicti comunis scribam confecto et eiusdem comunis sigillo munito, plenariam potestatem[a], se vice et nomine dictorum vicarii, anzianorum, consilii et comunis et pro ipsis coram illustrissimo et[b] victoriosissimo[c] principe domino Henrico Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto personaliter presentavit et eidem principi hoc mandanti, requirenti ac stipulanti concessit et promisit vice et nomine quibus supra, causa et titulo mere donationis in subsidium solutionis stipendiorum gentium ipsius domini et aliorum negotiorum suorum et imperii, quod ipse syndicus sive iidem vicarius, anziani, consilium et comune dicto domino imperatori vel eius camere, seu cui et quibus personis et in loco vel locis, ubi idem[d] imperator solvi mandaverit, ducenta milia florenorum de Florentia boni et puri auri et legitimi ponderis modo et terminis infrascriptis et ex causa predicta persolvent. Videlicet quod de dicta summa sibi vel dicte camere et[e] cui vel quibus personis

B.

In nomini Domini amen.

(1) Notum sit omnibus, quod dominus Iohannes Fazellus legum doctor civis Pisanus ac syndicus, procurator et nuntius specialis nobilium et prudentum virorum . . vicarii, anzianorum, consilii et comunis Pisani, habens ab eis ad infrascripta, prout patet instrumento publico per Thomasum quondam Lamberti de Castello Anselmi notarium publicum et cancellarie dicti comunis scribam confecto et eiusdem comunis sigillo munito, plenariam potestatem, se vice et nomine dictorum vicarii, anzianorum, consilii et comunis et pro ipsis coram victoriosissimo et illustrissimo principe domino Henrico Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto personaliter presentavit et eidem principi hoc mandanti, requirenti et stipulanti, concessit et promisit vice et nomine quibus supra, causa et titulo mere donationis in subsidium solutionis stipendiorum gentium ipsius domini et aliorum negotiorum suorum et imperii, quod ipse syndicus sive iidem vicarius, anziani, consilium et comune dicto domino imperatori vel eius camere, seu cui et quibus personis et in loco vel locis, ubi idem dominus imperator solvi mandaverit, ducenta milia florenorum de Florentia boni et puri auri et legitimi ponderis modo et terminis infrascriptis et ex causa predicta persolvent. Videlicet quod de dicta summa sibi vel dicte camere aut cui vel quibus personis

900. *A.* a) habens — infrascripta *et post* plenariam potestatem *in loco raso a Iohanne scripta A.* b) illustrissimo et *cancellata A.* c) et illustrissimo *hic a Bernardo addita A.* d) dominus *a Bernardo supra lineam additum A.* e) *cancellatum, loco cuius* aut *supra lineam a Bernardo additum A.*

1) *Quod servatum non est.*

et in loco seu locis, ubi dictus[f] dominus imperator solvi mandaverit, sexaginta milia in Ianuario, triginta milia in Februario et triginta milia florenorum in Martio proxime venturis ac residuum ad beneplacitum et requisitionem eiusdem domini imperatoris facient simul et separatim, prout per ipsum principem mandatum fuerit, numerari et integraliter exhiberi[g].

(2) Obligans prefato principi stipulanti dictis vice et nomine ad hec omnia et singula et alia, que ad predicta pertinere noscuntur, vicarium, anzianos, consilium et comune predictos et omnia et singula bona mobilia et immobilia ipsius comunis in quibuscumque castris, villis, terris, bonis et rebus aliis consistentia, que constituit prefatos vicarium, anzianos, consilium et comune pro eodem principe precario possidere usque ad integram solutionem dictorum ducentorum milium florenorum dictis modo et terminis faciendam et ad observationem omnium et singulorum predictorum ac[h] refectionem dampnorum et interesse, que dictus princeps ac ille vel illi quibus solvi mandaverit ut est dictum substinuerint, et expensarum, que pro parte ipsius domini vel aliorum predictorum facte fuerint, propter defectum solutionum huiusmodi vel alicuius earum faciendarum, sicut superius est expressum. Ac renuntians vice et nomine quibus supra exceptioni doli mali, vis metusve causa, conditioni indebiti, sine causa vel ex iniusta causa, in factum actioni[i], omni privilegio, statuto seu[k] consuetudini et privilegio[l] fori spetialiter ac etiam omni[l] iuris auxilio, per quod[m] dictus syndicus vel iidem vicarius, anziani, consilium et comune possent contra premissa vel aliquod premissorum seu ab eis vel eorum aliquo dependentia aliquatenus se tueri necnon et iuri dicenti generalem renuntiationem non valere.

(3) Insuper[n] prefatus syndicus vice ac nomine quibus supra iuravit ad sancta Dei

et in loco seu locis, ubi idem dominus imperator solvi mandaverit, sexaginta milia in Ianuario, triginta milia in Februario et triginta milia florenorum in Martio proxime venturis ac residuum ad beneplacitum et requisitionem eiusdem domini imperatoris facient simul et separatim, prout per ipsum principem mandatum fuerit, numerari et integraliter exhiberi sub pena dupli.

Ian. Febr. Mart.

(2) Obligans prefato principi stipulanti dictis vice et nomine ad hec omnia et singula et alia, que ad predicta pertinere noscuntur, vicarium, anzianos, consilium et comune predictos et omnia et singula bona mobilia et immobilia ipsius comunis in quibuscumque castris, villis, terris, bonis et rebus aliis consistentia, que constituit prefatos vicarium, anzianos, consilium et comune pro eodem principe precario possidere usque ad integram solutionem dictorum ducentorum milium florenorum dictis modo et terminis faciendam ac observationem omnium et singulorum predictorum et refectionem dampnorum et interesse, que dictus princeps ac ille vel illi quibus solvi mandaverit ut est dictum substinuerint, et expensarum, que pro parte ipsius domini vel aliorum predictorum facte fuerant[a], propter defectum solutionum huiusmodi vel alicuius earum faciendarum, sicut superius est expressum. Ac renuntians vice et nomine quibus supra exceptioni doli mali[b], vis metusve causa, conditioni indebiti, sine causa vel ex iniusta causa, in factum actioni, privilegio fori, omni privilegio, statuto, consuetudini et iuris auxilio, per quod seu quam dictus syndicus vel iidem vicarius, anziani, consilium et comune possent contra premissa vel aliquod premissorum seu ab eis vel eorum aliquo dependentia aliquatenus se tueri necnon et iuri dicenti generalem renuntiationem non valere.

900. *A.* f) *cancellatum, loco cuius* idem *supra lineam a Bernardo additum A.* g) sub pena dupli *a Bernardo supra lineam addita A.* h) *cancellatum, loco cuius* et *supra lineam a Bernardo additum A.* i) privilegio fori *hic supra lineam a Bernardo addita A.* k) *cancellatum A.* l) privilegio—omni *cancellata A.* m) seu quam *supra lineam a Bernardo addita A.* n) Insuper—adimpleri *cancellata A.*

B. a) *sic B.* b) mali doli *signo transponendi posito B.*

euangelia in animas dictorum vicarii, anzianorum, consilii et comunis corporaliter tacto libro, predicta omnia et singula observare et totaliter adimplere ac observari sine defectu facere ac totaliter adimpleri[n].

Actum in domo que dicitur de Bonfillazis prope Sanctum Cassianum Florentin. dioc., ubi tunc prefatus dominus imperator castra tenebat, sub anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo tertiodecimo, indict. XI, regni eiusdem domini imperatoris anno quarto, imperii vero primo, die XXVI. Decembr. In presentia mei et magistrorum Bernardi de Mercato de Yenna et Pardi[o] de Pisis notariorum[p] ad hec una mecum rogatorum[q] necnon et horum testium, videlicet venerabilium in Christo patrum dominorum Henrici Tridentin(i) et fratris Nicolai Botrontin(i) episcoporum et etiam illustrium dominorum Amedei Sabaudie et Iohannis Foresii comitum et prudentum virorum domini Egidii thesaurarii eiusdem principis et dominorum Iohannis de Vestino ac Bartholi de Spoleto iurisperitorum ac horum civium Pisanorum Bandutii Boncontis, Petri eius filii, Ranerii Gualterotti, Cole Thomasii et domini Iohannis Rossi militis ad hec vocatorum et rogatorum.

(S. N.)[r] Et ego Iohannes quondam Petri de Urbino publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius huiusmodi concessioni, promissioni, obligationi, renuntiationi, iuramenti prestationi[s] et aliis premissis una cum prefatis magistris Bernardo et Pardo[o] notariis[t] interfui ipsaque in hanc publicam formam redegi et scripsi rogatus, me una cum prefatis magistris Bernardo et Pardo[o] subscribendo et meum signum solitum apponendo.

(S. N.)[r] Et ego Bernardus de Mercato de Yanna Bellicen. dyoc. sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius supradictis concessioni, promissioni, obligationi, renunciationi, iuramenti prestationi[s] et aliis premissis omnibus una cum prefatis magistris Iohanni et Pardo[u] notariis interfui et huic presenti

Actum in domo que dicitur de Bonfillazis prope Sanctum Cassianum Florentin. dioc., ubi tunc prefatus dominus imperator castra tenebat, sub anno nativitatis Domini millesimo trecentesimo tertiodecimo, indict. XI, regni eiusdem domini imperatoris anno quarto, imperii vero primo, die XXVI. Decembr. In presentia mei et magistrorum Bernardi de Mercato de Yenna et Leopardi de Pisis ad hec una mecum rogatorum notariorum necnon et horum testium, videlicet venerabilium in Christo patrum dominorum Henrici Tridentin(i) et fratris Nicolai Botrontin(i) episcoporum et etiam illustrium dominorum Amedei Sabaudie et Iohannis Foresii comitum et prudentum virorum domini Egidii thesaurarii eiusdem principis et dominorum Iohannis de Vestino ac Bartholi de Spoleto iurisperitorum ac horum civium Pisanorum Bandutii Boncontis, Petri eius filii, Ranerii Gualterotti, Cole Thomasii et domini Iohannis Rossi militis ad hec vocatorum et rogatorum.

(S. N.) Et ego Iohannes quondam Petri de Urbino publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius, huiusmodi concessioni, promissioni, obligationi, renuntiationi et aliis suprascriptis una cum prefatis Bernardo et Leopardo notariis presens interfui ipsaque in hanc publicam formam redegi et scripsi rogatus, me una cum prefatis magistris Bernardo et Leopardo subscribendo et meum signum solitum apponendo.

(S. N.) Et ego Bernardus de Mercato de Yanna Bellicen. dyoces. sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius supradictis concessioni, promissioni, obligationi, renunciationi, iuramenti prestationi et aliis premissis omnibus una cum prefatis magistris Iohanne et Leopardo notariis interfui et huic presenti pu-

900. *A.* o) Leop *super* P *a Bernardo correctum A.* p) *cancellatum A.* q) notariorum *hic a Bernardo supra lineam additum A.* r) *subscriptiones notariorum cancellis pluries deletae A.* s) iuramenti prestationi *cancellata A.* t) presens *a Bernardo supra lineam additum A.* u) Leo *prae voce* Pardo *a Bernardo supra lineam adiectum A.*

publico instrumento manu predicti magistri Iohannis de Urbino conscripti me subscripsi ipsumque signo meo consueto una cum signo ipsius magistri Iohannis signavi rogatus.

blico instrumento manu predicti magistri Iohannis de Urbino conscripti me subscripsi ipsumque signo meo consueto una cum signo ipsius magistri Iohannis signavi rogatus.

(S. N.) Ego Leopardus filius Orlandi notarii de Morrona de Pisis autoritate imperiali iudex ordinarius et notarius supradictis concessioni, promissioni, obligationi, renuntiactioni et aliis supradictis omnibus una cum prefatis magistris Iohanne et Bernardo notariis interfui et huic presenti publico instrumento manu predicti magistri Iohannis de Urbino conscripti me subscripsi ipsumque singno meo consueto una cum singnis ipsorum magistrorum Iohannis et Bernardi singnavi rogatus.

---

901. SCRIPTUM PRO NOBILIBUS DE WEINSBERG.

1312. Dec. 29.

Denuo contulimus autographon tabularii Hohenlohensis, quod est in villa Oehringen, benivolenter nobis transmissum. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. In verso nihil exaratum est. In cancellaria regis scriptum non esse videtur. Edidit etiam Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 263 nr. 411. Cf. iam supra nr. 758—760.

(P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis sacri imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Imperatorie maiestatis condecet eminenciam, fidelium suorum devocionem discreta deliberacione perpendere et ferventibus eorum obsequiis liberali munificencia respondere. Quapropter pie consideracionis gratia benignius intuentes approbate fidei merita et grata servicia, que nobiles viri Conradus de Winsperg senior advocatus provincialis et Conradus de Winsperg ipsius filius fideles nostri dilecti hactenus nobis et imperio in partibus Alamanie ac Ytalie exhibuerunt et adhuc exhibere poterunt in futurum, ipsis ex liberalitate imperiali specialiter dedimus et donamus ducentas marcas puri argenti, ut eo melius et commodius cornua superbie ac malicie, que inimici nostri contra nos et imperium iam dudum turbacione sancte pacis generalis erexerunt, comminui valeant et elidi. Pro quibus vero ducentis marcis argenti nos eisdem nobilibus Conrado et Conrado de Winsperg ac suis heredibus villam dictam Burkhein sitam prope opidum Mosebach necnon omnes redditus, proventus, obvenciones, possessiones et sturas ipsius ville cum omnibus suis pertinenciis et iuribus, que ad nos et imperium spectant seu spectare dinoscuntur, legittime concessimus et obligavimus necnon presentibus concedimus et obligamus habendam et habendos, utendos, utendas et possidendas et possidenda pacifice ac quiete per se ac eorum heredes et successores tam diu, quousque per nos aut nostros in imperio successores prefatis nobilibus Conrado et Conrado de

Winsperg vel suis heredibus aut successoribus de predictis ducentis marcis puri argenti fuerit totaliter satisfactum, de perceptis medio tempore in sortem principalem minime computandis. In quorum omnium testimonium et debitam firmitatem presentes litteras conscribi et nostre maiestatis sigillo mandavimus consignari.

Dat. apud Sanctum Cassianum in castris supra Florenciam, quarto Kalend. Ianuarii, anno Domini millesimo trecentesimo terciodecimo, indictione XI, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

902—906. MANDATA DE PECUNIA SOLVENDA TUDERTINIS MISSA.

1312. Dec. 30.—1313. Febr. 23.

Quae omnia inedita iam publici iuris fecimus 'Neues Archiv' XXX, 423 sqq. ex R *'Libro Reformationum a. 1313. XI. ind.' tabularii civitatis Tudertinae*[1] *a nobis descripta. Editionem nostram hic repetimus.*

902. *MANDATUM PRIMUM. 1312. Dec. 30.*

Ex R *fol. 14, ubi die 24. m. Ian. advenisse notatur.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus devotis suis . . potestati, consilio et comuni Tuderti gratiam suam et omne bonum.

Miramur non modicum, quod licet in vobis grate devotionis promtitudinem deberemus per effectum operum invenire, vos tamen per cuiusdam inreverentie lubricum circa ea, que facere nostre maiestati tenemini, videmini fieri tepidi et remissi, solutionem debiti VIII^M flor(enorum), in quo per vestram spontaneam promissionem vos efficaciter obligare curastis[2], elapsis terminis ad id statutis et obauditis requisitionibus nostris, quas super hoc per nostras licteras pluries vobis facere dingnati sumus, non solum protraxistis et protrahitis, verum etiam ipsam, sicut audivimus, vos velle facere contumaciter denegatis. Cum autem nos quantitatem predictam, sicut nobis promissa extitit, penitus velimus et intendamus[a] habere, vobis districte mandamus, quatinus omni difficultate ac dilatione cessante ordinare taliter studeatis, quod eam nuntio nostro, quem propter hoc in brevi ad vos intendimus mictere, conputatis CCCL flor(enis), quos Rustico tradidistis et aliis solutionibus, si quas de mandato nostro fecistis, infallibiliter et integraliter persolvatis.

Dat. apud Sanctum Cassianum Florent. dioc., tertio Kalen.[b] Ianuarii, rengni nostri anno quarto, imperii vero primo.

903. *MANDATUM SECUNDUM. 1313. Ian. 16.*

Ex R *fol. 35', ubi die 2. m. Febr. advenisse notatur*[3]. *(P. deest.)*

902. a) intendimus *R.* b) kłan *semper R.*

1) *Cf. Mazzatinti 'Gli Archivi della storia d'Italia' III, 147 sqq. et ea quae nos ipsi notavimus l. c. XXX, 422 sq.* 2) *A. 1312. m. Aug. ex. Cf. etiam ea quae narrat Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 66.* 3) *Quo die provisum est, quod* debitum . . . ad quod ipsum comune tenetur eidem domino imperatori iuxta promissionem factam eidem per dictum comune Tuderti *solveretur.* . . . . . Quorum flor(enorum) solutio fienda dicto Anselmo seu legitime persone pro eo recipienti preferatur omnibus inposterum venientibus cum licteris ipsius domini imperatoris et ex parte ipsius domini imperatoris.

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis suis . . potestati, consilio et comuni Tuderti gratiam suam et omne bonum.

Volumus et presentium vobis tenore mandamus, quatinus de illa peccunie summa, quam nobis debetis, studeatis sublato cuiuslibet dilationis obstaculo Anselmo de Todi 5 vel eius nuntio has licteras deferenti mille trecentos et viginti flor(enos) auri, in quibus sibi tenemur, effectualiter exhibere. Nos enim de huiusmodi quantitate, quam sibi dederitis, vos quietos et solutos esse volumus. Presentium testimonio licterarum.

Dat. in castris apud Montem Imperialem Florentin. dioc., XVII. Kalen. Febr., rengni nostri anno quinto, imperii vero primo.

10 **904.** *MANDATUM TERTIUM. 1313. Ian. 24.*

Ex R *fol. 55', ubi die 18. m. Febr. advenisse notatur*[1]. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis suis potestati, consilio et comuni Tuderti gratiam suam et omne bonum.

Volumus et presentium vobis tenore mandamus, quatinus de illa peccunie summa, 15 in qua nobis tenemini, tradatis Buctio[a] Nini de Urbeveteri hostiario nostro vel eius certo nuntio ducentos sexaginta et quinque flor(enos), in quibus sibi tenemur, prout per alias imperatorias licteras nostro pendenti sigillo munitas patet. Retinentes vobis presentes et alias predictas nostras licteras, quas habet de huiusmodi debito, ut est dictum, et eas exhibituri in conputatione, quam cum nostris gentibus facietis de hiis, que sibi 20 servata huiusmodi nostri mandati forma duxeritis exhibenda. De quibus harum testimonio vos quietos esse volumus et solutos.

Dat. in castris apud Montem Imperialem Florentin. dioc., IX. Kalen. Febr., rengni nostri anno quinto, imperii vero primo.

905. *MANDATUM QUARTUM. 1313. Febr. 15.*

25 *Ex* R *fol. 81'. Cf. ad nr. 906.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis devotis suis . . potestati, consilio et comuni Tuderti gratiam suam et omne bonum.

Cum nos dilectum fidelem nostrum Ghinum Lapi de Ubertis exhibitorem presentium ad vos presentialiter pro quibusdam nostris agendis destinemus, devotionem vestram 30 requirimus et hortamur actente, quatinus eidem super hiis, que de parte nostra vobis retulerit, fidem studeatis credulam adhibere. Ceterum volumus, ut de peccunia per vos nobis debita iuxta ordinationem dicti Ghini disponatis. Cui super hoc plenarie exposuimus votum nostrum.

Dat. apud Montem Imperialem in castris supra Florentiam, XV. Kalen. Martii, 35 rengni nostri anno quinto, imperii vero primo.

906. *MANDATUM QUINTUM. 1313. Febr. 23.*

Ex R *fol. 82. Mandata quartum et quintum die 23. m. Mart.* per nobilem virum Ghinum domini Lapi de Ubertis de Florentia nuntium et ambaxiatorem serenissimi

904. a) Bouctio? *R.*

40 Et in solutione dictorum flor(enorum) servetur et servari debeat illa solempnitas, que actenus et in aliis solutionibus factis mandato dicti domini imperatoris de peccunia ipsius domini imperatoris, quam idem dominus imperator recipere tenetur et debet a dicto comuni Tuderti, servata et adhibita fuerit.

1) *Die 25. m. Febr. provisum est,* quod inponatur *(scil. ad solvendum* residuum debiti IIII^{M} flor(enorum) non solut(i) domino imperatori) et pro inposita habeatur data decem s(olidorum) per centenarium in comitatu Tud(erti) occasione dicti debiti persolvendi. 45

principis domini Henrici Romanorum imperatoris *traduntur. Cf. l. c. XXX, 425 sq. De debito Tudertinorum v. etiam Doenniges 'Acta Henrici VII.' I, 58 nr. 25.*
(P. deest.)

Heinricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis fidelibus suis . . potestati, consilio et comuni Tuderti gratiam suam et omne bonum.

Volumus et presentium vobis tenore mandamus, quatinus de illa peccunie summa, in qua nobis tenemini, tradatis dilecto hostiario nostro Butio de Urbeveteri CXXXVIII flor(enos) et octo Turonenses[a], in quibus causa duorum equorum perditorum sibi tenemur. Presentes vobis licteras in testimonium retinentes et eas exhibituri in conputatione, quam cum nostris gentibus facietis de hiis, que sibi per huiusmodi nostrum mandatum duxeritis exhibenda. De quibus harum testimonio vos quietos esse volumus et solutos.

Dat. in castris apud Montem Imperialem Florent. dioc., VII. Kalen. Martii, rengni nostri anno quinto, imperii vero primo.

---

907. MANDATUM TELONEARIIS RHENI DIRECTUM.

1313. Ian. 1.

Supersunt duo exemplaria telonearis in Ludesdorf et in Bopardia missa hucusque inedita. Quorum autographa quamvis variis vicibus quaerentes investigare non potuimus. Itaque proponimus ex apographis 1 et 2 ab Alexandro Wiltheim ad autographa tunc archivi marchionis Hermanni a Baden confectis bibliothecae Bruxellensis nr. 6740. 6741 saec. XVII. med., quae benivolentissime nobiscum communicavit vir cl. N. van Werveke. De teloneo in Ludesdorf cf. iam supra nr. 275. 447. 747. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis fidelibus et officialibus suis thelonearii in Ludensdorf gratiam suam et omne bonum[a].

Cum nos per alias nostras litteras[1] strennuis viris Egidio de Rodemacre[b] et Henrico de Beafort dapifero Luzzelinburgensi[c] necnon discreto viro Adam de Dûren clerico, familiaribus et fidelibus nostris dilectis, pro instanti anno inveniendi nobis nobiles, milites et armigeros, qui ad nostrum et imperii servicium in Italiam veniant cum armatis, et eosdem conducendi ipsisque stipendia et emendaciones equorum secundum consuetudinem curie nostre assignandi[d] plenam et liberam concesserimus potestatem, fidelitati vestre precipimus et mandamus firmiter per presentes[e], quatinus illas pecunie quantitates, quas omnes vel duo ex eis nobilibus, militibus et armigeris armatis, qui ad nostrum et[f] imperii servicium veniunt[f.g], super theloneum, quod nostro tenetis nomine, promiserint et assignaverint, expediatis et secundum eorundem disposicionem seu ordi-

906. a) Turenenses *R.*

907. a) *inscriptio sic in 2:* Nos Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis fidelibus et officialibus suis thelonearii in Bopardia gratiam suam et omne bonum. b) Rodemaco 1. c) Lutzelinburgensi 2. d) et nostri nomine promittendi *add.* 2. e) volentes *add.* 2. f) *loco* et—veniunt 2: veniunt servicium. g) et *add.* 2.

1) *Quas servatas non esse dolemus.*

nacionem sine difficultate qualibet exsolvatis. De quibus quantitatibus pecunie, quas taliter ipsis armatis exsolveritis ac super eo litteras predictorum vel saltem[h] duorum ex eis habueritis, vos tenore presentium reddimus quittos, liberos et solutos. Presentium testimonio litterarum nostre maiestatis sigilli robore signatarum.

5 Datum apud Sanctum Cassianum in castris supra[i] Florentiam, Kalen. Ianuar., anno Domini MCCCXIII[k], indictione XI, regni nostri anno quarto, imperii vero primo.

---

908. DONATIO WERNHERO DE HOMBERG FACTA.

1313. Ian. 21.

10 *Confirmationem Karoli IV. imperatoris a. 1360. Iul. 25. datam (Reg. imp. VIII, 3248) in Registri Karoli IV. fragmento servatam tabularii regii Dresdensis denuo contulit vir cl. W. Lippert. Ad quam omnes redeunt editiones. — Böhmer, Reg. Heinr. 517.*

(P. deest.)

Henricus[a] divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus nobili 15 viro Wernhero comiti de Hômberg fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Exaltat potenciam principum digna remuneracio subiectorum, quia recipiencium fides crescit ex premio et alii ad obsequendum devocius animantur exemplo. Considerantes itaque sincere devocionis constanciam multeque probitatis indicia necnon vere fidei argumenta, quibus te nobis et imperio multipliciter ostendisti paratum ad exhiben-20 dum obsequium, quod nobis et eidem imperio in tota Italia et specialiter in Lombardie partibus, ubi sicut vir nobilis, sed virtute et armorum strennuitate nobilior capitaneatus pro nobis geris et gessisti officium, multum honoris et comodi fructum attulit et profectum, et non minus diligencius attendentes, quod immensos labores et expensas graves, prout dictum officium, exigebat et exigit, pro nostro et eiusdem honore imperii libera-25 liter et intrepide subire curasti, nostre liberalitatis affectus afficitur et ad hoc attractus favorabiliter invitatur, ut tibi pro meritis dignis beneficiorum premiis valeat respondere, per que tua crescat devocio tuaque maiorentur merita probitatis. Ut igitur tu et heredes tui legitime descendentes de te nostris et imperii predicti serviciis inantea forcius astringantur, quo maioris senseritis vos per nos honorari prerogativa favoris et 30 gracie specialis, mille marcas argenti, quas tibi et eisdem pro nobis et successoribus nostris in imperio promittimus exolvendas, cum quibus vos in vasallos et homines imperii conquirimus, de largiflua manu nostra donamus. Volentes et eciam concedentes presencium per tenorem, ut in theloneo nostro aput Flůlon singulis annis in redditibus centum marcas argenti, si secundum legittimam et consuetam colleccionem, quam propter 35 huiusmodi obligacionem augmentari vel immutari nolumus, colligi poterunt et haberi, residuo quod [ex] ipsis centum marcis secundum eandem colleccionem supererit nobis et imperio totaliter reservato, tu et heredes tui predicti recipiatis et colligatis et tam diu pacifice et quiete dictos redditus possideatis tytulo feodali, quousque per nos vel nostros in imperio successores vobis de prefata summa pecunie mille marcarum argenti

40 **907.** h) saltim 1. 2. i) apud 1. k) millesimo CCC terciodecimo 2.

908. a) Heinricus *c*.

plenarie fuerit satisfactum. Qua habita tu Wernhere vel heredes tui predicti statim valorem ipsius super unum castrum vel alia bona vestra propria demonstrabitis et assignabitis imperio vel saltem predia de novo comparabitis cum eadem, que a nobis et imperio predicto in feodum, de quo te Wernherum tuo et dictorum heredum tuorum nomine virga nostra, ut moris est, sollempniter investivimus et presentibus investimus, 5 tenebitis et possidebitis et pro ipso debita servicia facietis, recepto super hoc a te fidelitatis et homagii debito sacramento. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum apud Montem Imperialem in castris supra Florenciam, XII. Kalendas Februarii, anno Domini MCCCXIII, indiccione XI, regni nostri anno quinto, imperii 10 vero primo.

909—911. SCRIPTA PRO EPISCOPO CURIENSI.

1313. Ian. 21.

909. *SCRIPTUM PRIMUM.*

Ex confirmatione Karoli IV. imperatoris a. 1356. Dec. 17 data tabularii regii Mar- 15 *burgensis vulgavit Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 2 pag. 115 nr. 118. Cuius editionem hic repetimus.* *(P. deest.)*

Heinricus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus venerabili Syfrido episcopo Curiensi principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Personam tuam utpote virtutum titulis multiplicium redimitam sinceris affectibus 20 prosequentes libenter in hiis, que digne postulas, votis tuis libenter annuimus et quanto illa pie mentis et integre devocionis signa clariora pretendunt, tanto facilius ad graciam clemenciam nostram inclinant. Tuis igitur supplicacionibus benignius inclinati, quod in Ubenhusen prope Geilnhusen monasterium sanctimonialium sub regula ordinis Cistercien(sis) in fundo proprio pro tue et tuorum remedio animarum erigere valeas et edi- 25 ficare, liberam tibi concedimus auctoritate presencium facultatem. Et ut nos tam pii operis clemencia divina non sinat[a] expertes, eidem monasterio et personis, quas ibidem Domino famulare contigerit, omnem usum aquarum, silvarum et pascuorum, sicut cives Geilinhusenses utuntur, de nostre liberalitatis munificencia indulgemus. Harum testimonio litterarum. 30

Datum apud Montem Imperialem in castris supra Florenciam, XII. Kalend. Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo tercio, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

910. *SCRIPTUM SECUNDUM.*

Ex eadem confirmatione l. c. pag. 116 nr. 119 editum hic repetimus. 35 *(P. deest.)*

Heinricus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus venerabili Syfrido episcopo Curiensi principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Omnipotenti gratum offere olocaustum arbitramur et illius graciam facilius promereri credimus, dum terrenam substanciam locorum subsidiis divino cultui deputatorum 40

909. a) *sic c.; an pro* sentiat?

imperialis munificencia liberaliter elargitur. Cum itaque tu in Ubenhusen prope Geilinhusen quoddam monasterium sanctimonialium in fundo proprio sub regula ordinis Cisterciensis) Domino inspirante erigere seu edificare proponas, nobis humiliter supplicasti, ut fossatum, in quod influit fons Tilie in suburbiis Geilenhusensibus, ipsi monasterio ut
5 plurimum utile et accomodum ad vivarium piscium preparandum concedere dignaremur. Nos igitur tam pio operi cupientes adesse propicii, tuis supplicacionibus inclinati fossatum ipsum eidem monasterio, dummodo in ipsius opidi Geilenhusen intollerabilem lesionem notabilemque iacturam id non redundet, tenore presencium concedimus et donamus. Harum testimonio litterarum.

10 Datum apud Montem Imperialem in castris supra Florenciam, XII. Kalend. Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo tercio, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

911. *SCRIPTUM TERTIUM.*

Denuo contulimus autographon eiusdem tabularii 'Hanauer Urkunden. Kloster
15 *Himmelau'. Sigillum deest, foramina filis sericis adaptata relicta sunt. In dorso inverso ordine, quo membrana ipsa conscripta est, manu cancellariae regiae exaratum est:* ℞ (= Registrat.). *Edidit Reimer l. c. pag. 116 nr. 120, itemque Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 458 nr. 654 ex confirmatione Ludewici IV. imperatoris a. 1339. Mart. 12. data tabularii Darmstadiensis. — Böhmer, Reg. Heinr. 596 (Addit. I). (P. deest.)*

20 Henricus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus venerabili Syfrido episcopo Curiensi principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Omnipotenti gratum offerre holocaustum arbitramur et illius gratiam facilius credimus promereri, dum terrenam substantiam locorum subsidiis divino cultui deputatorum imperialis munificentia liberaliter elargitur. Cum itaque tu quoddam monasterium
25 sanctimonialium in Ubenhusen prope Gelinhusen sub regula ordinis Cisterciensis erigere Domino inspirante ac edificare proponas, nobis humiliter supplicasti, ut terram incultam et cultam a cultoribus derelictam, quam asseris modici valoris seu utilitatis et in nullius grave dampnum redundare, que summam trium librarum Wederben(sium) iuxta quod concedi consuevit ascendat, inter marcham et vineas Geylinh(usenses) pro alodio ibidem
30 construendo ad agros excollendos et pascendos greges ipsi monasterio accomodam plurimum et oportunum absque ullius census exhibitione concedere dignaremur. Nos igitur huic pio operi cupientes adesse propitii, tuis supplicationibus annuentes terram ipsam, incultam videlicet et cultam derelictam, consuetam pro tribus libris monete predicte concedi libere absque ullius census exhibitione ipsi monasterio tenore presentium
35 concedimus et donamus. Harum testimonio litterarum.

Dat. apud Montem Imperialem in castris supra Florentiam, XII. Kalen. Februar., anno Domini millesimo CCCXIII, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

---

912. MANDATUM DE STURA SOLVENDA.

1313. Ian. 22.

40 *Documentum grave hucusque ineditum descripsimus ex autographo Karlsruhae in tabulario generali 'Select der Kaiser- und Königsurkunden' nr. 171 asservato. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso manu cancellariae regiae nihil exaratum est.*

Cf. supra mandata similia nr. 571. 693. 740. De magistro Hermanno v. iam supra ad nr. 894. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris in Constantia, in Thurego, in Scafusa et in Sancto Gallo ac in ceteris civitatibus, locis et oppidis in advocatia nobilis viri Eberhardi de Burgelon constitutis scultetis, ministris, 5 magistris civium, consulibus, civibus et hominibus universis, fidelibus suis dilectis, necnon Kawercinis et Iudeis in dicta advocatia, civitatibus et oppidis commorantibus gratiam suam et omne bonum.

(1) De fide experta et circumspectionis industria honorabilis viri magistri Hermani de Stoka canonici Constanciensis notarii nostri karissimi plenam obtinentes fiduciam, 10 ipsum ad vos duximus transmittendum, dantes sibi per se vel per alium et dicto advocato nostro plenam et liberam potestatem recipiendi racionem[a] de sturis et redditibus nostris preteritis, postquam partes Italie intravimus, ac petendi, requirendi et imponendi vobis et cuilibet vestrum sturas tam super festum beati Martini preteritum[b] (1312. Nov. 11.) proxime quam super festum beati Martini venturum proxime nobis dandis et huiusmodi 15 (1313 Nov. 11.) sturas exigendi, colligendi, recipiendi ac personis aliis assignandi et in utilitatem nostram et imperii, prout ipsos informavimus et sibi imposuimus, convertendi ac vos quitandi et liberos et solutos a sturis sibi vel ei, cui ipsas deputaverint, per vos datis et assignatis dicendi et pronunciandi, de quibus et nos vos et civitatem quamlibet presentibus quitamus et dicimus liberos et solutos. Ratum et gratum habituri, quicquid iidem in 20 hac parte vobiscum tractaverint, concordaverint et duxerint faciendum. Promittentes vobis et cuilibet vestrum, quod super solutione et libertatione sturarum, ad quemcumque terminum vos litteras eorundem habere contigerit una cum tenore presentium, hoc ratum habebimus atque firmum nec ultra hoc sturas aliquas interim exigemus.

(2) Quapropter fidelitati vestre sub obtentu nostri favoris et gratie ac sub pena 25 revocationis omnium iurium, privilegiorum et gratiarum vobis ab imperio concessarum precipimus et mandamus, quatinus ipsis in premissis et quolibet premissorum obediatis et efficaciter intendatis. Specialiter autem vobis universis civitatibus in dicta advocatia constitutis sub pena predicta imponimus, ut Kawercinos et Iudeos vobiscum morantes ad predicta per arestationem personarum et rerum arceatis et imperiali auctoritate 30 efficaciter compellatis. (3) Super predictis enim vel aliquo predictorum nuntios vel litteras vestras seu excusationes aliquas audire, videre vel admittere nullatenus volumus, quia cum predictis sturis servitores et gentem armatam nobis transmittere facimus et (Mai. 1.) mandamus, qui super festum beate Walpurgis, in quo generalem exercitum indiximus, nobiscum debent esse certitudinaliter constituti. Qui si non venirent, de hoc omnem 35 culpam vobis imponere nos oportet. Qualiter hoc vobis conveniat, provide cogitetis.

(4) Pensare etiam et considerare vos volumus, quod predictas sturas ad aliud convertere non disponimus preterquam ad necessitates imperii et ad reformationem boni status eiusdem et rei publice, in quo vester honor, profectus et utilitas multipliciter procurantur. Quem quidem statum quamvis in primo nostro ingressu in Italiam heu 40 miserabiliter disturbatum invenimus, tamen nobis divina favente clementia pro maiori parte reformavimus. Quo plenius reformato libenter vobis in sturis et aliis plus solito parcere disponimus et vos in omnibus favorabiliter pertractare. Unde omnino credimus, quod devotio vestra sit prompta et obediens ad predicta, super qua promptitudine vel tarditate, si eam quod non credimus facere contingeret, prefato magistro Hermano in 45

912. a) acio *in loco raso or.* b) *alia ut videtur manu in loco raso scriptum or.*

1) *Ad cap. 4 cf. iam supra nr. 894.*

suo reditu vel antea suis litteris adhibebimus plenam fidem. Presentium testimonio litterarum.

Dat. apud Montem Imperialem in castris supra Florentiam, XI. Kalen. Februar., anno Domini MCCCXIII, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

5 # 913. INTERLOCUTIO CONTRA ROBERTUM REGEM SICILIAE.

1313. Febr. 12.

Denuo accuratissime contulimus autographon, quod Taurini servatur in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4' nr. 19 signatum. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.'
10 *II, 193 nr. 53. Cf. supra nr. 821 et 848. — Böhmer, Reg. Heinr. 521. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.

(1) Throni cesarei sublime tribunal opera subditorum equitatis libramine ponderans et ea [a] multa deliberatione considerans, illos qui ex eorum obstinata malitia scienter per
15 malorum devia oberrantes ad viam veritatis [debent] [b] reduci, debet in virga ferrea regere et in camo et freno constringere, qui nostram non adproximant [c] maiestatem [1]. Ad nostrum quidem auditum iam pridem, antequam pro imperialis diadematis susceptione accederemus ad Urbem, publica fama deduxit, quod licet rex Robertus natus felicis recordationis Karoli secundi Sicilie regis per suas speciales licteras pluries culmini nostro scripsisset,
20 quod ipse, sicut ratione pheudorum et honorum que habebat ab imperio tenebatur et nos etiam, qui nec verbo nec opere quod sciremus gravaveramus nec gravare, set potius gratiose tractare intendebamus eundem, et ex puritate conscientie credebamus, ad exibendum nobis debitam obedientiam et honorem tam in dicta coronatione quam alias intendebat et ad id pro viribus se parabat, confederationes tamen ac conspirationes ad
25 ofensam et inpedimentum progressus cesarei una cum rebellibus nostris Ytalie fraudulenter et clandestino fecerat et facere procurabat, ac Iohannem fratrem et stipendiarios suos Romam ea videlicet intentione transmiserat, ut Urbe si posset sue dictioni dolose subiecta vel saltim in eius populo seditione concitata nefanda, dicte coronationis solempnia impediret. Quod dicti Iohannes et stipendiarii in accessu nostro ad Urbem et quam
30 diu ibi moram traximus eficaci operum argumento probarunt, una cum dictis aliis nostris rebellibus, qui simul ibi cum eis ad exercendam preexcogitatam malitiam convenerunt, contra nos et gentes nostras hostiliter ponendo insidias, faciendo insultus, spoliationes, violentias et homicidia perpetrando et vias publicas et loca, per que ad reverendam basilicam principis appostolorum de Urbe omnibus religionem profitentibus
35 christianam liber aditus patere debebat, claudendo et bellicosis apparatibus muniendo, nobisque ac nostris gentibus basilicam ipsam, ne ibi dicta coronatio celebrari valeret, accessum totis viribus prohibendo et alias omni modo quo poterant maiestatem nostram offendere procurando. (2) Nos autem de Urbe postmodum recedentes, quamvis hec adeo notoria essent quod nulla possent tergiversatione celari et nos qui legibus subiecti
40 non sumus contra dictum Robertum propter premissa ipso inrequisito possemus pro-

913. a) *corr. ex* eam *or.* b) *sic fere addendum; deest or.* c) d *in linea post add. or.*

1) *Cf. Ps. 31, 9.*

cedere, tamen augusti clementia ex superhabundanti volens ex offitio inquiri facere super hiis et super eo, quod gentes eiusdem Roberti eius fulti favoribus sue nequitie conscii et ministri nonnullas civitates et castra provincie Lonbardie et specialiter civitatem Astensem et castra Valencie et Casalis Sancti Euagii, que mandata nostra iuraverant et sub nostra obedientia consistebant, fraudulenter occuparunt, nostros exinde 5 officiales expellendo, quas terras nostras in rebellione detinet et detineri facit continuo occupatas et nobis et imperio sunt rebelles sua opera et mandato, et super nonnullis aliis excessibus, quos idem Robertus contra nos cotidie comictere dicebatur, Robertum predictum citari leg(itime) fecimus, ut coram nobis conparere curaret suam si posset inocentiam ostensurus. Verum idem Robertus obstinatus in dolis nedum in terminis ad 10 hoc sibi prefixis vel eorum aliquo coram nobis comparere contumaciter non curavit, set etiam mala malis addendo et peiora cotidie comitendo, dum contra rebelles nostros de Tuscia direxissemus signa cesarea, rebellibus ipsis, sicut vox publica docet et rei evidentia manifestat, subsidium armatorum misit, ut eosdem rebelles nostros in rebellionis erroribus foveat et diutius faciat oberrare. (3) Ipsius igitur Roberti absentiam Dei replente 15 presentia super premissis fidedignis et subficientibus receptis et examinatis testibus et eorum dictis in scripta redactis[d] et solepniter publicatis et cum diligentia recensitis et facta nobis de ipsis per peritos nostri palatii relatione fideli, per ea que vidimus et audivimus et ex certa scientia, predicta omnia et singula publica et notoria esse et contra dictum Robertum tanquam contra publicum imperii hostem procedendum fore, 20 interloquendo pronunptiamus et declaramus sententialiter in hiis scriptis.

Lata et pronuptiata fuit dicta sententia a dicto serenissimo principe et domino domino Henrico Romanorum imperatore senper augusto in Monte Imperiali Florentin. dioc. in platea ipsius terre, ipso tunc pro tribunali sedente, sub annis Domini millesimo CCCXII, indit. XI, die XII. Februarii. Et lecta et publicata presentibus venerabilibus 25 patribus et dominis domino Bauduino archiepiscopo[e] Triverensi, domino He[n]rico episcopo Tridentino cancellario eiusdem domini imperatoris, domino Amadeo comite Sabaudie, domino fratre Nicholao episcopo Botroutino, domino Henrico de Flandria mariscalco, domino Aimo de Blancomonte, domino Thoma de Septemfontibus, domino Toma de Belvedere, domino Egidio thesaurario eiusdem domini, domino Balduino de Mon- 30 cornetto, domino Iohanne de Sancto Laurentio, domino Ansaldo de Gondrecorte principibus et baronibus eiusdem domini imperatoris et comite Bindo de Sancta Flora, domino Uguiccione comite de Marciano, Nerio Iannis de Pisis comite de Donoratico, domino Ugolino de Vichio, domino Vanne Çeno de Lanfranchis de Pisis, domino Giano, domino Torigiano et Carbone de Cerchiis, Tadeo de Ubertis, Baschiera de la Tosa et 35 Baldinaccio de Adimaribus et aliis multis testibus.

(S. N.) Ego Paulus condam domini Ranuccini de Monte Imperiali auctoritate imperiali iudex ordinarius et notarius publicus et nunc notarius et offitialis camere dicti serenissimi domini Romanorum imperatoris predicte sententie et pronunptiationi interfui et suprascripta omnia mandato dicti domini scripssi et publicavi. 40

913. d) redaptis *or.* e) *corr. ex* epo *or.*

914. INFEUDATIO COMITIS SABAUDIAE DE CIVITATE ET COMITATU ASTENSIBUS.

1313. Febr. 22.

Autographon Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4' nr. 17 asservatum denuo accuratissime contulimus. Bulla aurea, quae olim filis sericis[1] *pendebat, iam deest; cf. Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 197 not. 1. In verso legitur manu Bernardi de Mercato exaratum:* lr̄a donationis civitatis Astensis et tocius comitatus. *Edidit Doenniges l. c. II, 194 nr. 54. Cf. infra ad Iun. 3 sqq. et Iul. 10. — Böhmer, Reg. Heinr. 522.* *(P. deest.)*

⁞ Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus ad perpetuam rei memoriam. ⁞

(1) Dum in circuitu throni cesarei nostre mentis aciem et considerationis intuitum ad principes et barones imperii, qui ab eo nobilitatum et dignitatum radiis illustrantur, diligenter convertimus dumque merita cuiuscumque ipsorum discernimus, illos augusti clementia sincerioris dilectionis et gratie recompensatione prosequitur, qui ante sue maiestatis conspectum per clare fidei studia et devotionis pure constantiam se gratos faciunt et exhibent fructuosos. Attendentes itaque magna et multiplicia merita spectabilis viri Amedei principis et comitis Sabaudie[a] fidelis et affinis nostri karissimi[a], qui tamquam sidus[b] prefulgidum circa illustre imperii solium, postquam ad illud nos dispositio divina vocavit, semper absque intermissione a dextris nostris assistens et sincerum sue fidelitatis affectum evidenter ostendens nos, qui vocati sumus a Deo in potestatis plenitudinem, pro sua particulari sollicitudine salubribus consiliis et laudabilibus servitiis continue relevare studuit et semper pro viribus nobis obsequi non desistit, et confidentes quod de virtute in virtutem conscendens tanto erga Romanum imperium fide ac devotione concrescat, quanto se ab eo maioribus largitionibus et retributionibus communitum agnoverit, eidem comiti, cuius honorem et prosperitatem affectamus ex corde, libenti desiderio munificentie nostre dexteram aperimus. Cupientes itaque personam suam specialibus prevenire favoribus et gratiosis muneribus honorare, dicto comiti et eius legitimis heredibus de suo corpore per masculinam lineam ex Maria uxore sua et[c] sorore nostra predilecta nascituris vel si ex ea ipse liberos masculos non haberet, aliis eiusdem comitis legitimis liberis civitatem et comitatum Astensem cum universis et singulis castris, villis, casalibus, possessionibus, terris cultis et incultis, districtibus, territoriis, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis civitatis et comitatus predictorum et cuiuslibet eorum in pheodum tenore presentium concedimus et largimur. (2) Conditiones infrascriptas in concessione et largitione huiusmodi adicientes expresse, videlicet quod si eum dicte Marie forsan premori contingeret, ipsa Maria sola civitatem et comitatum predictos cum castris, villis, casalibus, possessionibus, terris, territoriis, districtibus, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis supradictis quam diu vixerit habere debeat et tenere. Post cuius mortem ad liberos masculos ipsius Marie ex dicto comite[d] natos vel eis non extantibus ad alios dicti comitis legitimos liberos pheodum huiusmodi devolvatur. Verumtamen si postquam ipse comes fuerit rebus humanis exemptus,

914. a) Sabaudie—karissimi *in loco raso artius scripta or.* b) s *in loco raso or.* c) *in linea post add. or.* d) x — comite *in loco raso artius scripta or.;* et dicti comitis *ed. Guichenoniana.*

1) cirici ruffi et rubei *in transsumto dicuntur; v. Doenniges loco supra citato.*

nos vel aliquis successorum nostrorum imperatorum et regum Romanorum civitatem et comitatum predictos vellemus redimere et ad manum nostram reducere, Maria, liberi et heredes prenominati et quilibet eorum per modum superius expressum nobis et cuicumque successorum nostrorum predictorum pro ducentis milibus florenorum auri dictos civitatem et comitatum cum castris, villis, terris, possessionibus, territoriis, 5 districtibus, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis predictis libere ac expedite restituant, ipsaque ducenta milia florenorum extra comitatum Sabaudie, quem propter supra vel infra scripta a servitiis de ipso imperiali culmini debitis in nullo penitus exonerare intendimus, in emptionem terrarum et locorum aliorum ascendentium ad valorem annuum viginti milium florenorum auri totaliter convertant, et easdem terras et loca 10 prefati comitissa, liberi et heredes modo prelibato in pheodum perpetuis temporibus ab imperio recognoscant. Et predicta comitissa dictas res emptas ex dicta pecunia teneat in vita sua et post mortem ipsius ad dictos liberos devolvantur per modum de dicta civitate et comitatu in presentibus enarratum. Et tam iidem comes et Maria quam heredes et liberi eorum predicti causa premissorum cum ducentis sufficientibus equis 15 armorum, videlicet ad rationem cuiuslibet centenarii de dictis viginti milibus florenorum cum uno equo, servient aliaque servitia facient, et per tres menses integros ubicunque locorum Italie singulis annis in expensis propriis predicta et alia servitia in registro camere nostre contenta faciant et facere teneantur. Expresse retinentes et reservantes exnunc nobis et eisdem successoribus nostris talia servitia, iura, servitutes et dominia 20 in predictis civitate, comitatu, castris, terris, casalibus, possessionibus, territoriis, villis, districtibus, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis supradictis, ac postquam eos, eas et ea ut dictum est nos vel successores predicti redemerimus pro predicta pecunie summa, in terris, locis et annuo redditu, qui et que de ipsa ut dictum est empti, empte ac empta fuerint, qualia in registro ipso continentur. Et memoratum comitem nobis reci- 25 pientibus pro nobis et successoribus nostris predictis et Romano imperio de civitate, comitatu, castris, villis, casalibus, possessionibus, terris, territoriis, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis supradictis homagium facientem et fidelitatis iuramentum prestantem et per iuramentum ipsum nobis et successoribus nostris predictis Romanoque imperio fidelitatem et obedientiam debitam ac etiam omnia alia, que in forma fideli- 30 tatis nova et veteri continentur, perpetuo fideliter facere et observare servitiaque supradicta impendere, iura, servitutes et dominia nostra pretacta, in quantum spectabit ad eum et Mariam ac heredes suos predictos, integraliter reddere et conservare ac ea vel eorum aliquod per se vel alium seu alios publice vel occulte nullatenus impedire promittentem, de civitate, comitatu, castris, villis, casalibus, terris, possessionibus, territoriis, 35 districtibus, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis supradictis tamquam de pheodo nobili per baculum, quem manu gestamus, presentialiter investimus. (3) Preterea comiti ac post eius decessum Marie, heredibus et liberis suis predictis in eisdem civitate, comitatu, castris, villis, terris, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis supradictis merum et mixtum imperium et simplicem iurisdictionem per se et suos officiales 40 exercendam ibidem usque ad nostrum et successorum predictorum nostrorum beneplacitum per presentes damus et concedimus et ipsos ordinarios facimus in premissis. Mandantes et precipientes harum serie, obedientiam et servitium debitum a civibus, incolis et habitatoribus civitatis[e], comitatus, castrorum, villarum, casalium, territoriorum, districtuum, terrarum et pertinentiarum predictorum prefato comiti tanquam eorum 45 domino exhiberi et de iuribus et redditibus spectantibus ad dominium civitatis, comitatus, castrorum, villarum, casalium, territoriorum, districtuum terrarumque predictorum absque difficultate qualibet integraliter responderi, et super hiis ab eisdem civibus,

914. e) is *corr. ex* us *or.*

incolis et habitatoribus, salvo semper et reservato prime fidelitatis debito in quo nostre maiestati tenentur, cum promptitudine iuramentum prestari, sicut indignationem nostram cupiunt evitare. (4) Demum per premissa vel aliquod premissorum non intendimus neque volumus, quod prefatus comes dictis Astensibus rebellibus nostris vel alicui 5 eorum de excessibus, quos contra[f] nos et imperium commiserunt, indulgere seu sententias, penas vel banna, quas et que predicti rebelles causa rebellionis contra nos et imperium attemptate incurrerint[g], relaxare quoquomodo valeat absque nostra licentia speciali. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum concessionum, investiture ac constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem 10 hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et penam mille librarum auri pro dimidia parte camere nostre et pro reliqua dimidia passo iniuriam solvendarum se noverit incursurum.

Huius autem rei testes sunt: venerabiles Balduinus Treverensis archiepiscopus germanus et princeps noster karissimus et frater Nicolaus Botrontin(us) episcopus ac 15 spectabiles et nobiles viri Iohannes Foresii et Fredericus Montisferetri comites, Henricus de Flandria marscalcus curie imperialis consanguineus noster, Thomas de Septemfontibus, Neapoleo de Mangone comes, Huguicio de Fagiola, Hugo comes de Buheke, Gothifridus de Hohenloch, Tancredus de Mutiliana et Binducius de Sancta Flora comites et plures alii nobiles fidedigni.

20 ‖ Signum domini Henrici septimi (M.) Romanorum imperatoris invictissimi. ‖

In cuius testimonium presentes litteras exinde conscribi et maiestatis nostre bulla aurea iussimus communiri.

Dat. apud Montem Imperialem in castris supra Florentiam, VIII. Kalen. Martii, indictione undecima, anno Domini millesimo trecentesimo tertiodecimo, regni nostri 25 anno quinto, imperii vero primo.

Et ego frater Henricus Tridentinus episcopus sacre imperialis aule cancellarius vice domini Henrici Coloniensis archiepiscopi per Italiam archicancellarii recognovi.

---

915. 916. SENTENTIAE CONTRA REBELLES TUSCIAE.

30 **1313. Febr. 23.**

Cf. iam supra nr. 715. 716. 890. In adnotatione ponere liceat quae generaliter de imperatoris sententiis his temporibus emissis Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck) pag. 68 sq. narrat[1].

914. f) *sequitur rasura unius litterae or.* g) incunrerinr *or.*

35 1) Ante Florentiam et apud Sanctum Cassianum ubi diu fuimus et in Monte Imperiali diutius facte sunt multe declarationes et dilationes et talia huiusmodi necessaria, que ego ignoro, cum de iure nunquam lectionem audiverim, de quo doleo multum. In civitate Pisana regis Roberti et bonorum suorum et civitatum multarum rebellium imperii necnon comitum, baronum et multarum singularum personarum imperii et civitatum ecclesie, qui fuerunt personaliter in Roma, in Lumbardia et in 40 Tuscia contra imperatorem, sententie diffinitive sunt date secundum qualitatem personarum et locorum et quantitatem culparum. Et omnia ista scripta publice et ab omnibus possunt videri. In processibus predictorum, diu antequam sententia daretur, voluit imperator, quod sui clerici ista tractantes

915. *SENTENTIA CONTRA CLERUM ET VASSALLOS.*

Sententiae hucusque ineditae 1) *transsumtum a. 1316. Oct. 4 confectum*[1] *in tabulario civitatis Sarzanae nr. 15 inventum descripsimus*[2]. *Item invenimus* 2) *fragmentum imbreviaturae inde a pag. 931 lin. 44* possit superbie *in Registro Leopardi Frenetti notarii, cuius apographi fragmentum bibliothecae nationalis Florentinae laudavimus iam supra nr. 470, fol. 17.* 5 *(P. deest.)*

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator et semper augustus ad perpetuam rei memoriam.

1. Ad[a] conterendas perversorum insolertias et bonorum preconia extollenda prospiciens desuper iustitia regnorum solia erexit in populis et diversorum principum 10

915. a) et ad 1.

et in Bononiam et alibi in Tusciam, ubi litterati viri reperiuntur, mitterent ad videudum et examinandum, si [in] predictis vel in aliquo predictorum esset aliquis defectus. Quia si defectus propter negligentiam eorum qui talia ordinabant fuisset inventus, promisit eis, quod de vita et quod de honore eorum non essent securi. Ante sententiam assecuraverunt imperatorem, quod in processibus nullus 15 esset defectus et hoc vellent secundum iura ante omnes clericos mundi sustinere. Dominus, qui alias viderat eorum opinionem de coronatioue sui possibili alibi quam in Sancto Petro bonam, prout in litteris vestris continetur, quod licuit atque licet, liced plures clerici dominorum cardiualium sentirent contrarium, non dubitavit quod in processibus esset defectus, ex quo per tantos et cum tanta diligentia erant examinati et cum tanto periculo eorum eis noto et certo, si in eis defectus aliquis inveniretur. 20

Post hoc ipse motu iustitie, sicut in mea conscientia credo, sententiam protulit, sed non simul de omnibus nec in eodem die, licet in eadem civitate, prout michi videtur ad presens. Et in mea conscientia adhuc sentio, quod audaccius de maiori et magnis executionem sententie fecisset si potuisset, quam scripto et verbo protulerit, in hoc Deo credens placere. De minoribus et multitudine non credo propter suam maximam compassionem et misericordiam, quod de ipsis quantum ad omnia 25 si potuisset, executionem iustitie fecisset, sed quautum ad aliqua credo.

1) *Cuius verba sunt haec:*

Hoc est exemplum cuiusdam imperialis sententie, cuius tenor inferius declaratur:

'Henricus septimus — et publicavi'.

In nomine Domini amen. 30

Anno a nativitate eius millesimo CCCXVI, indict. XIIII, die IIII. Octubris. Dominus Puccius Chicholus de Lanfranchis potestas Serçane suprascriptum exemplum sententie imperialis insinuatum, lectum et ascultatum coram eo et testibus infrascriptis, ad hoc ut ex eo possit fides plena exhiberi, approbavit et confirmavit et concessit michi et infrascriptis notariis licentiam et auctoritatem subscribendi in testes suam et dicti comunis Serçane auctoritatem interponendo atque decretum, sedendo 35 ad banchum pro tribunali in dicta terra sub palatio dicti comunis. Preseutibus ser Manno not(ario) condam Guccii de Sancto Miniate, Bonucio condam Raynerii, magistro Moroello condam Amati de Serçana testibus ad hec rogatis et vocatis.

(S. N.)[a] Ego Iachopus filius Iohannis Bonapartis de Serzana imperiali auctoritate iudex ordinarius et not(arius) suprascriptum exsemplum, quia lectum et ascultatum fuit per me[b] cum infra- 40 scriptis not(ariis) ad originale et quia inventum fuit concordare cum eodem, ideo de licentia suprascripti potestatis me in testem subscripsi, signum et nomen proprium apponendo.

(S. N.)[c] Ego Thomaxinus condam Parentis de Serçana imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius suprascriptum exemplum, quia lectum et ascu[l]tatum fuit per me cum suprascripto et infrascripto notariis ad originale et quia inventum fuit concordare cum eodeu, ideo de licentia suprascripti 45 potestatis me in testem subscripxi, signum et nomen proprium apponendo.

(S. N.)[d] Ego Bonfante dictus[e] Fantonello de Bononia imperiali auctoritate notarius suprascriptum exemplum imperialis sententie insinuatum, lectum et ascultatum coram suprascripto domino potestate per me dictum notarium cum suprascriptis notariis ad originale scripsi et exemplavi et quia inventum fuit concordare cum originali de mandato suprascripti domini potestatis, ad hoc ut ex eo possit 50 haberi plena fides, me subscripsi, signum et nomen proprium appouendo.

2) *Cf. 'Indice delle più importanti Pergamene storiche . . . che si conservano nell'Archivio comunale di Sarzana' (Sarzana 1904) pag. 7. Servatur etiam apographon in Registro veteri eiusdem tabularii fol. 26.*

a) *abhinc alia manus* 1. b) *sequitur* per me *subpunctum* 1. c) *iterum alia manus* 1. d) *manus principalis* 1. e) dicto 1. 55

potestates, inter que Romanum imperium, cui disponente Domino licet immeriti presidemus, obtinere voluit principatum, cum enim ex Deo regnent reges[1] et omnes principes dominentur in terris sitque iubente apostolo[2] omnis anima sublimiori potestati subdita, qui[cun]que potestati resistit, dispositioni divine contraire videtur. Profecto 5 fideles singuli mandatum apostoli[b] necesse est adimpleant et eorum superioris colla iugo submictant opportet ac serviat iudicio libertatis quodque circa exibenda iura sua et grate devotionis ac debite subiectionis obsequia nostri mandato pareant Redemptoris, qui visa figura numismatis reddi que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo[3] statuit et precepit.

10 2. Sane post nostrum Ytalie felicem ingressum dum magnificentia nostra pro suscipiendis imperialibus infulis properaret ad Urbem, nonnullos nobiles, vassallos et fideles imperii per nostras litteras[4] perhemptorie fecimus evocari, eis nichilominus sub pena privationis feudorum, privilegiorum et omnium aliorum que ab imperio obtinebant districtius iniungentes, ut infra certum spatium temporis personaliter cum decenti arma- 15 torum comitiva presentiam nostram accederent, comitaturi latera nostra tunc regia ad coronam, demum per edictum publice propositum tam ipsos quam episcopos, abbates, canonicos et capitulum ac alios nobiles et vassallos eiusdem imperii, quorum omnium nomina inferius annotantur, ut cum decenti armatorum comitiva tam equitum quam peditum nostro se conspectui in castris supra Florentiam in nostra et imperii rebellione 20 persistentem infra certum perhemptorium terminum conpetentem personaliter presentarent, nobis et ipsi imperio adversus rebelles nostros et precipue civitatem predictam obsequium debitum impensuri. Et ipsi, quos veluti gratitudinis filios pro benefitiis, quibus predecessores nostri divi auxere augusti, innate fidei et prompte devotionis et omnimode reverentie pretendere clariora signa credidimus, nedum quod venire superbe 25 contempserint, verum etiam eorum nonnulli rebellium nostrorum venenosis[c] subiectionibus et iniquis factionibus temere adheserunt et fidei nostre cultu exorbitantes et semitis tamquam servi delicate nutriti[5] in nos summum[d] mundi principem proterviunt inconsulte, reddentes nobis pro gratia contumeliam, pro benefitio contemptum[e] ac illa stipendia, que mus in pera, serpens in gremio et ignis in sinu suis hospitibus iuxta 30 vulgare proverbium largiuntur[6]. Equidem illa consuevit ingratitudinis species, qua benefitia percepta negantur, aliquid turbationis afferre, hec autem maioris doloris habet aculeos[f], qua in bono malum colligitur et odium in dilectione notatur.

3. Set [temeri]tatem[g] eorum imperialis mansuetudo dissimulans patienter et cupiens errantes ab invio ad viam rectitudinis revocare, [ipsos][g] iterato ad omnem eorum mali- 35 ciam convincendam per aliud edictum[7] publice propositum requiri et moneri fecimus et citari, ut infra alium terminum perhemptorium competentem coram nobis seu audientia nostra leg(iptime) comparerent ad eorum defens(iones) et excusationes faciendas si quas haberent legiptimas et de iure admictendas. Obferentes nos paratos eos audire benigne et quantum honeste fieri posset et illorum excusationes et deffensiones admictere ac 40 ipsos favorabiliter pertractare ac pollicentes eis in personis, familiaribus ac rebus eorum accessum, moram et reditum liberum et securum ad eorum liberam voluntatem.

4. Verum sicut nec profec[er]imus apud eos nec[g*] ipsi errorem deposuerint nec per se vel responsales aliquos studuerint comparere, trahentes [locum][h] a potentia, set potius ins[i]pientia, quasi non sit qui eorum possit[i] superbie cornua incurvare, porro iidem[k]

45 **915.** b) appostoli 1. c) *fere illegibile* 1. d) sumpmum 1 e) contentum 1. f) acculeos 1. g) *uncis inclusa evanuerunt* 1. g*) et 1. h) *omnino evanidum* 1; *ita in Registro legitur.* i) *abhinc* 2. k) idem 1.

1) *Prov.* 8, 15. 2) *Rom.* 13, 1. 3) *Matth.* 22, 21. *Marc.* 12, 17. *Luc.* 20, 25. 4) *Cf. supra nr.* 695. 5) *Cf. Prov.* 29, 21. 6) *Cf. eadem fere verba iam supra pag.* 654 *lin.* 18—20 *et not.* 5. 50 7) *Servatum non est; cf. etiam Citationem civitatis Florentinae supra pag.* 700.

tam episcopi, abbates, canonici et[l] capitulum quam nobiles, vassalli et fideles feudorum suorum que ipsi ab imperio detinebant investituram infra tempus a iure prefixum petere et iuramentum pollicere fidelitatis debite non curarunt.

5. Quibus omnibus in libra[m] iustitie preponderatis diligenter, ex quo beneficia nostra non prosunt et ipsi ad Deum vel singularem eorum[n] principem noluere habere respectum, eligentes potius gradi per devia quam per viam rectam, semperque eorum ascendit iniquitas, donec exurgens iustitia pro iudice sedeat adipes[o] quos[p] ipsa prodire vidit abscissura, ipsis absentibus et contumacibus, leg(iptime) tamen monitis et citatis ad hanc declarationem et privationis sententiam audiendam, habita[q] cum principibus et[r] proceribus nostris et aliis iurisperitis super premissis, que adeo sunt notoria quod infitiationi non est locus, examinatione diligenti, Christi nomine invocato dicimus et antiqui iuris verbis inherentes declarando pronumptiamus[s] episcopos, abbates, canonicos, capitulum, qui nunc insunt ecclesiis, nobiles, vassallos et fideles eosdem ac heredes et successores[t] nobilium, vassallorum et fidelium ipsorum in perpetuum omnibus feudis, privilegiis, bonis, honoribus, iuribus et[r] iurisdictionibus et gratiis[u] quibuscunque que[v] ab imperio detinebant esse privatos et etiam destitutos, ac[w] in hiis scriptis pro tribunali in maiestate nostra sedentes sententialiter privamus eosdem eaque[x] omnia tamquam ab ingratis revocamus et applicamus fisco nostro disponenda pro nostre[y] libito voluntatis. Hanc nostram declarationem et privationis sententiam ex certa nostra scientia robur firmitatis perpetue obtinere[z] volentes et supplentes omnem defectum, si quis fortassis est habitus in processu ob aliquam iuris solempnitatem obmissam, de imperialis plenitudine potestatis, lege aliqua, consuetudine vel dissuetudine[a] non obstantibus, quas pro nominatis haberi volumus et expressis.

6. Nomina vero episcoporum, abbatum, canonicorum, capituli[b] seu ecclesiarum ipsorum ac nobilium, vassallorum et fidelium eorundem sunt hec:

Episcopus Florentinus etc.

Episcopus Lunensis etc.[c, 1]

Data et pronumptiata fuit dicta sententia per dictum dominum imperatorem pro tribunali sedentem et lecta et publicata mandato et in presentia ipsius domini imperatoris per Anthonium[d] Petri de Mediolano notarium et in presentia[e] Leopardi Frenecti de Pisis[f] et[g] magistri Iohannis de Urbino[g] et mei[h] Pauli de Monte Imperiali notariorum camere dicte maiestatis[i], quibus et michi notariis supradictis idem dominus imperator precepit, quod de predictis faciant et dent et faciam et dem publica instrumenta, in castris apud Montem Imperialem supra Florentiam. Et hec omnia ibidem acta fuerunt convocata inibi et congregata mandato imperiali multitudine copiosa tam nobilium quam popularium de partibus Ytalie et ultramontanis et aliunde. Presentibus[k] magnificis viris dominis Amadeo comite Sabaudie, Iohanne comite Foresi, Manfredo de Claramonte comite Moac, Henrico de Flandria mariscalco dicti domini imperatoris, Tancredo comite de Mudiglana, Frederico comite Montis Feretri, Conte comite de Ilcio, Spinetto marchione Malaspine et dominis Egidio[l] thesaurario domini imperatoris, Francisco Tani de Ubaldinis, Nich(olao) de Çauro de Ianua, Baldinaccio de Adimaribus de

915. l) *deest* 1. m) libro 1. n) terrenum 2. o) ad ipsos *male* 1. p) ex quibus 1. q) habito 1. r) *deest* 2. s) pronuntiamus 2. t) subcessores 1. u) gratiarum 1. v) quo 1. w) hac 1. x) que 1. y) nostro 1. z) optinere 1. a) vel dissuetudine *deest* 1. b) caplm 2. c) *loco* Episcopus Lunensis etc. 2: et alii etc. et singulares etc. d) Antonium 2. e) mei *add.* 2. f) notarii camere imperialis *add.* 2. g) et — Urbino *post* Imperiali 2. h) mei *deest* 2. i) *loco* camere dicte maiestatis 2: ipsius domini imperatoris. k) *loco* Presentibus — rogatis 2: Presentibus testibus quibus supra. l) Egidido 1.

1) *Nomina huius sententiae in* 1 *et* 2 *omissa esse valde dolemus.*

Florentia, Baschiera de Tosinghis de Florentia. Alexandro de Ogi, Simone Phy(lippi) de Pistorio, Nicholao de Bonsignoribus de Senis, Iohanne Çeno de Pisis, Tebaldo de Belloviso, Baldovino de Montecornecto, Ran(erio) de Casulis, Giano de Cerchis de Flor(entia), Pauloço de Faggiola et Ran(erio) Iannis comite de Donoratico et quam
5 pluribus aliis fidedignis testibus ad hec vocatis et rogatis[k]. Dominice nativitatis anno millesimo[m] CCCXIII, indict. XI, die XXIII. mensis Febr., ac regni ipsius domini imperatoris anno quinto, imperii vero primo[n].

(S. N.) Ego Paulus olim ser Ranuccini de Monte Imperiali, qui olim Podium Bonici vocabatur, auctoritate imperiali iudex et notarius publicus et nunc notarius
10 camere sacre imperatorie maiestatis predictis pronuntiationi, prolationi et declarationi et sententie interfui et suprascripta omnia rogatus scripsi et publicavi.

916. *BANNITIO CIVITATUM ALTERA.*

Codicem C bibliothecae Riccardianae Florentinae nr. 786 (M II nr. III) chart. fol. saec. XV. in. fol. 241bis denuo contulit vir cl. Holder-Egger. Pronuntiationem supra nr. 890
15 *statim in codice sequitur. Edidit a. 1740. Lamius loco supra ad nr. 715 citato pag. 216 sqq. Orthographiae Italicae vestigia non semper adnotavimus. Textum haud omnino sanare potuimus.*

Post Lamium edidit etiam a. 1778. Frater Ildefonsus 'Delizie degli Eruditi Toscani' XI, 114 sqq. ex aliis codicibus castigatam, quorum cognitionem non habemus. Sed
20 *cum ad textus verba emendanda nihil faciat illa editio, nominum potiores tantum lectiones varias sub sigla* J *adnotavimus.*

Cf. iam supra bannitiones civitatis Florentiae nr. 716 et civitatum Lucae, Senarum etc. nr. 768. — Böhmer, Reg. Heinr. 523. *(P. 537.)*

In[a] eterni Dei nomine amen.

25 Henricus Dei gratia[a] Romanorum imperator semper augustus ad certitudinem presentium et[b] memoriam futurorum.

1. Confundantur superbe agentes et iniqui conturbentur et erubescant[1], dum preponderantia eorum peccata, quibus iram meruerunt, appensa in statera iusticie ipsos trahunt in maledictionis profundum et faciunt gentibus in derisum[2]. Sicut cera fluit a
30 facie ignis, sic pereant peccatores pertinaces in malo, exultent iusti in conspectu Dei et in letitia delectentur[3], habentibus virtute premium et culpa supplicium transiens posteris in exemplum ex ore sedentis in throno iusto iudicio procedente.

2. Sane dum conatus[c] nefandos et opera detestanda comunium et universitatum civitatum Pistorii, Vulterrarum, Grosseti[d], Clusii necnon et castrorum Prati[e], Sancti
35 Miniatis, Sancti Geminiani, Collis vallis Else, Montis Puliciani et Castri Plebis necnon et infrascriptarum singularum personarum, quarum alique de civitatibus et castris predictis, alie vero de Florentia, Luca, Pisis, Senis, Eugubio, Monte Imperiali, qui olim Podium Boniçi dicebatur, et aliis terris et locis existunt et inferius pro ordine describuntur, rebellium cesaree maiestatis diligenter attendimus, venit patenter in lucem,
40 quod ipsi, qui ex imperialium libertatum et honorum adipe impinguati et dilatati existunt, antiquorum beneficiorum, que patres eorum ab imperio recepisse noscuntur, immemores et obtuso gratitudinis intellectu facti degeneres et in reprobum sensum[4] elati, contra

915. m) M 2. n) *hic desinit* 2.

916. a) ‖ In—gratia ‖ *C.* b) *praecedit* ac *subpunctum C.* c) *corr. ex* conatos *C.* d) Gros-
45 setti *hic C.* e) Pratri *C.*

1) *Cf. Ps. 118, 78. 6, 11.* 2) *Cf. Thren. 3, 14.* 3) *Ps. 67, 3. 4.* 4) *Cf. Rom. 1, 28.*

imperatoriam maiestatem eorum dominam et magistram ipsorum et aliorum fidelium quietem commodam procurantem, quam cum omni subiectione revereri cuique humiliato spiritu obedire tene[n]tur, erigentes superbie cornua et se in aliorum foveam demergentes, maiestatem ipsam, postquam provincie Tuscie fines intravimus, contumeliis et iniuriis provocarunt et provocare continuatione temeraria et temeritate presumptuosa non cessarunt postmodum neque cessant, tamquam qui videntur elegisse[f] pro gloria confusionis obprobrium et inreparabili[s] ruine periculum pro tutela.

3. Nam licet nos antequam pro imperialis dyadematis suscepcione profi[cis]ceremur ad Urbem, comunia et universitates easdem singulariter et legittime requiri fecimus et moneri, ut coram[g] nobis per suos sindicos sufficienter comparere curarent, prestituri nobis ut tenebantur et tenentur debite fidelitatis iuramentum et nostris mandatis et beneplacitis parituri, tamen ipsa comunia et universitates a semitis mandatorum Domini oberrantes et obturantes more aspidis aures suas[1], dictos sindicos ad presentiam nostram mittere dictumque iuramentum prestare contumaciter obmiserunt. Et nichilominus [tam] eadem comunia et universitates quam nonnulle de infrascriptis privatis personis, sicut ad nostrum auditum publica fama deduxit et fide dignorum testimonia et rei experientia oculate probarunt nosque cottidie clarius experimur, una cum Florentinis, Lucanis et Senensibus imperii hostibus et reipublice turbatoribus manifestis, facta cum eis coniuracione in predicte maiestatis offensam, Romam adveniente nostre imperialis coronacionis tempore ad exercendam preexcogitatam maliciam, videlicet ut si[h] possent coronacionis sollempnia perturbarent, et ipsorum iniquitate nequeunte ibi per Dei gratiam prevalere nobisque postmodum contra Florentiam et alios hostes prefatos nostra signa felicia dirigentibus, Florentiam, ut[i] pro posse suo Florentinos diutius in rebellione foverent, gentes[i] armatas sue ministros nequicie transmisisse ac aliqui de ipsis personis singularibus personaliter accessisse noscuntur. Et ipsorum quidam per se, quidam per alios primo in Urbe vias publicas et loca, per que ad reverendam[k] basilicam principis apostolorum de dicta Urbe non solum nobis, sed etiam omnibus religionem profitentibus[l] christianam [liber aditus patere debebat][m], munire ac nobis et ipsis gentibus nostris ad dictam basilicam, ne ibi dicta coronatio celebrari posset, aditum totis prohibere viribus presumpserunt et tam in Urbe ipsa partibusque vicinis quam postmodum in Tuscia simul cum aliis hostibus nostris predictis et sine ipsis insidias posuerunt, obstacula paraverunt, spoliaciones, violentias, incendia, homicidia et alios enormes excessus in nostre maiestatis offensam, reipublice perturbacionem ac pacis et tranquillitatis dicte provincie impedimentum nequiter perpetrarunt. Infrascripteque persone singule pro sua singulari iusticia[n] et calliditate civitates, castra et alia loca dicte provincie, que nobis debitam obedientiam denegant, ad rebellionem et ad predictos et alios contra nos committendos excessus pro sue malignitatis instigacione nequiter concitarunt ipsasque civitates, castra et loca in rebellione tenuerunt et tenent, dando eisdem civitatibus castris et locis ad id auxilium, consilium et iuvamen.

4. Nos autem, licet hec adeo notoria essent, quod nulla tergiversacione[o] celari valerent, et nos qui legibus subiecti non sumus contra comunia et universitates predictas et ipsas singulares personas possemus ipsis inrequisitis procedere, tamen ex augusti clementia, que libentius emendat in subditos peccata quam puniat nec exerit ferrum precisionis in morbos, quos sanare potest mulcebris lenitatis medicine, ut ex-

916. f) eligisse *C.* g) *bis scriptum, in fine paginae deletum C.* h) ut si *corr. ex* nisi *C.* i) ut—gentes *in margine alia manu suppleta C.* k) reverendum *C.* l) proficiscentibus *C.* m) *uncis inclusa exciderunt C; sed posuimus ex Interlocutione supra pag. 925 lin. 35.* n) *sic C; an pro* astucia? o) terguisacione *C.*

1) *Cf. Ps. 57, 5.*

periremur, utrum aliquis obedientie spiritus remansisset in eis, volentes super hiis ex officio inquiri facere contra eos, comunia, universitates et singulares personas prefatas singulariter et legittime citari[1] fecimus, ut coram nobis ad suam si possent innocentiam ostendendum comparere curarent, alioquin super hi[i]s etiam ad sententiam non obstante 5 ipsorum et cuiuslibet eorum absentia procedere curaremus. Verum eadem comunia et universitates et singulares persone in malicia ac contumacia obstinata nec ipsi[p] nec ipsorum aliquis in terminis ad hoc eis prefixis[q] vel quivis eorum etiam post ipsos terminos expectati comparere coram nobis aliquatenus curaverunt, propter quod nos ipsos contumaces esse reputamus ac super his pronunciamus fore non obstante ipsorum 10 contumacia procedendum.

5. In ipsorum igitur absentia, quam Dei replet presentia, receptis et examinatis testibus supradictis et eorum dictis[r] in scriptis redactis et per peritos nostri pallatii sollempniter publicatis et cum diligentia recensitis factaque nobis de ipsis per eosdem peritos relatione fideli et[s] super hiis omnibus procerum, principum et aliorum baronum 15 nostrorum comunicato consilio, postquam apud eos nec requisitiones nec monita nec mansuetudo nec benignitas proficere possunt, ut ipsorum temeritas elidatur, Christi nomine invocato, in presentia dictorum nostrorum procerum, principum et baronum et populi multitudinis copiose

(I) in hi[i]s scriptis sentenciamus, decernimus et pronunciamus, quod muri, 20 murorum turres et porte civitatum predictarum Pistorii, Vulterrarum, Grosseti, Clusii ac etiam predictorum castrorum Prati, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Collis vallis Else[t], Montis Puliciani et Castri Plebis, sumptibus [et] expensis[u] hominum civitatum et castrorum predictorum totaliter diruantur et funditus destruantur, eisdem sumptibus et expensis[u] omnia fossata et valla in ambitu ipsarum civitatum et castrorum facta 25 explanentur[v] et devastentur et impleantur, et dictorum murorum et vallorum et fossatorum solum aratrum paciatur[w] et numquam muri, fossata et valla predicta reficiantur absque cesare[e] celsitudinis licentia speciali.

(II) Eadem etiam comunia et universitates earundem civitatum Pistorii, Vulterrarum, Grosseti, Clusii, castrorum Prati, Sancti [Miniatis, Sancti][x] Geminiani, Collis 30 vallis Else[t], Montis Puliciani et Castri Plebis, omnibus privilegiis, libertatibus et immunitatibus a nobis vel predecessoribus nostris imperatoribus vel regibus Romanorum vel eorum vicariis concessis eisdem necnon et statutis, consuetudinibus, quocumque[y] iure vel titulo eis competant vel sint quesita, et mero et mixto imperio, si quod actenus consueverunt exercere vel facere exerceri, et omni iurisdictione in civi35 tatibus et castris predictis et quodlibet ex eis et earum ac eorum burgis necnon et quibuscumque aliis castris et villis perpetuo privamus, iustitia suadente.

(III) Ac etiam omnia pedagia, theolonea[z], gabellas, redditus, proventus et cetera bona mobilia et immobilia, que ipsa comunia et universitates et quo[d]libet et quelibet[a] ex eis habent, tenent vel possident vel quasi seu alii eorum vel earum nomine 40 percipere vel habere consueverunt temporibus retroactis, necnon et castra, burgos et villas, municiones, fortellicias, redditus et proventus et quecumque alia bona, que comunia et universitates predicte et quodlibet seu quelibet ex eis intus et extra civitates et castra ipsa habent vel possident aut quasi, cum ipsorum iuribus, iurisdictionibus, mero et mixto imperio nobis et nostre camere confiscamus.

45 (IV) Et nichilominus comunia [et] universitates civitatis Pistorii in mille libris auri, Vulterrarum in sexcentis libris auri, Grosseti, Clusii, Prati, Sancti Miniatis,

916. p) ipsius *C.* q) prefissis *C.* r) dicta *C.* s) *sequitur* in *delet. C.* t) Helse *C.* u) *corr. ex* ex ipis *C.* v) *corr. ex* explanantur *C.* w) paciantur *C.* x) *exciderunt C.* y) *corr. ex* quoquocumque *C.* z) *corr. ex* theoloneum *C.* a) *corr. ex* quēlibet *C.*

50 1) *Citatio servata non est; cf. pag. 931 not. 7.*

Sancti Geminiani, Collis vallis Else[b], Montis Puliciani et Castri Plebis et cuiuslibet eorumdem in quingentis libris auri puri dicte nostre camere applicandis et persolvendis condempnamus et sentencialiter in hi[i]s scriptis pronunciamus.

(V) Et omnes et singulos infrascriptos de civitate et castris predictis et infrascriptis terris et locis, ut infra per ordinem apponuntur, et qui singuli pro posse suo 5 fautores existunt et auctores rebellionum et excessuum predictorum fuisse et esse noscuntur aliis nostris hostibus a[s]sistendo continue, ut superius continetur, tamquam rebelles et proditores imperii et lese maiestatis crimine reos de toto Romano imperio exbannimus et diffidamus et eorum omnium et singulorum bona omnia mobilia et immobilia, iura et actiones in quibuscumque rebus et ubicumque in imperio com- 10 petant, nostre camere adnotamus et confiscamus, privantes eos omnes et singulos omni honore et dignitate, immunitatibus et privilegiis, franchisiis et libertatibus a nobis vel predecessoribus [nostris] imperatoribus vel regibus Romanorum et a quibuscumque principibus, nobilibus et personis aliis eis concessis seu quocumque titulo acquisitis. Et eos et quemlibet eorum perpetua dampnamus infamia, ita quod sint 15 intestabiles et ad nullum actum legittimum de cetero admittantur. Et si quo tempore aliquis ipsorum in imperii forciam devenerit, sibi extremum furcis supplicium inferatur.

cf. nr. 716 cap. 7 (III). nr. 768 cap. 4 (I).

(VI) Dictarum quoque civitatum et castrorum et cuiuslibet ipsorum et locorum, que sub earum et eorum districtu hactenus exstiterunt, omnes et singulos peritos iudicandi et assidendi, advocatos advocandi et tabelliones tabellionatus[c] officio priva- 20 mus et perpetue volumus infamie subiacere.

nr. 716 cap. 7 (IV). nr. 768 cap. 4 (V).

(VII) Potestates[d] et iudices ac notarios, qui predicte rebellionis tempore vel in futurum de predictis offensis obnoxii fuerint et quivis ipsorum absque nostra vel successorum nostrorum licentia ad regimen dictarum civitatum et castrorum vel alicuius earum aut eorum exercendum accesserint, omni assidendi et iudicandi et 25 notariatus et cuiuslibet magistratus officio, dignitate et auctoritate omnibusque privilegiis, inmunitatibus, honoribus et iuribus eis a nobis vel predecessoribus nostris concessis vel alio modo quesitis omnino privamus et tamquam rebelles imperii exbannimus et diffidamus, ut a cunctis nostris et imperii fidelibus impune personaliter et realiter offendantur. 30

nr. 716 cap. 7 (V) nr. 768 cap. 4 (VI).

(VIII) Preterea mandamus, quod nullus princeps vel alius nobilis seu quecumque persona, etiam cuiuscumque status seu condicionis existat, nullaque civitas, castrum vel villa seu quecumque universitas deinceps dictis comunibus vel universitatibus Pistorii, Vulterrarum, Grosseti, Clusii, Prati, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Collis vallis Else[b], Montis Puliciani et Castri Plebis ac dictis singularibus personis per nos 35 ut patet superius condempnatis et diffidatis vel alicui eorum seu earum det vel prestet in aliquo auxilium, consilium vel favorem, nec personas ipsas vel aliquam earum post unius mensis spacium ab hodie computandum quoquo modo receptet, sub pena quinquaginta librarum auri pro qualibet civitate, principe vel alio nobili et viginti libris auri pro quolibet castro et decem libris auri pro qualibet persona 40 privata, quotiens contra factum fuerit, et plus et minus ad nostrum arbitrium et nostre camere persolvendis.

Mart. 23.

nr. 716 cap. 7 (VI). nr. 768 cap. 4 (VI).

(IX) Decernentes quod unicuique inpune liceat supradictas personas per nos taliter condempnatas et earum singulas necnon incolas et habitatores civitatum et castrorum superius condempnatorum et terrarum, que olim de districtibus fuerint 45 ipsorum, personaliter et realiter capere et detinere, nostre curie de bonis ipsorum que ceperit duas partes assignando et sibi terciam retinendo[e]. In[h]ibentes expresse, ut sepe dictorum communium vel universitatum seu ipsarum singularium personarum

916. b) Helse *C.* c) *corr. ex* tabellionatos *C.* d) *corr. ex* potestas *C.* e) retinendi *C.*

vel alicuius ipsarum debitores de debitis, in quibus tenentur eisdem, ipsis nullatenus satisfaciant neque presumant quomodolibet respondere, alioquin tantumdem nostre camere persolvant et ad id sine strepitu vel figura iudicii compellantur.

6. Ab huiusmodi tamen sententiis, condempnationibus, diffidamentis et bannimentis et aliis omnibus et singulis processibus supradictis omnes illos qui sunt de nostra familia et qui ab eisdem comunibus vel universitatibus exulant quacumque racione vel causa, qui castra nostra[f] secuntur, et qui venerint vel infra quindecim dies futuros ab hodie computandos accedent, videlicet post et non ante quam accesserint ad mandata nostra, volumus et declaramus cum eorum familiis et bonis exceptos et exemptos esse ac sub nostre protectionis clipeo permanere. Quos omnes et singulos cum eorum familiis et bonis contra premissa sub protectione nostra et imperii reservamus.

nr. 716 cap. 8. nr. 768 cap. 5.

7. Has nostras sententias et alia omnia supradicta ex certa scientia robur firmitatis perpetue obtinere volentes et supplentes omnem defectum, si quis forsan est habitus in processibus ob aliquam iuris sollempnitatem omissam[g], de imperialis plenitudine potestatis, aliqua lege, consuetudine vel dissuetudine non obstantibus, quas haberi volumus pro expressis.

8. Nomina vero illorum, qui de predictis publice inculpantur et contra quos processum est et reperti sunt culpabiles de predictis, sunt infrascripti:

(I) In primis de civitate Florentie sextu Ultraarni

Lappus
Gualterottus
Iohannes et
Gualterius } condam Iacobi de Bardis de Florentia
Anastasius de Bardis
Simon condam Geri de Bardis
Cecchinus[h] condam Geri de Bardis
Cece et
Terucius[i] } Iuliani de Florentia
Bartholomeus[k] condam Rede
Ricchardus
Tomasus
Ciampus et
Nepus } omnes condam Nepi de Bardis de Florentia
Bandellinus Iannis Bonaguide
Coltus Bonaguide
Gerrardinus[l] filius Colti
Masinus condam Simonis Iacobi
Maçinus del' Acerano[m]
Nerius
Gerius et
Nellus } condam Simonis Iacobi
Franciscus et
Bertinus } condam Ianuccii de Bardis de Florentia
Lapuccinus Guernieri et
Bandinellus Iannuccii } de Bardis

916. f) *supra lineam add. C.* g) obmissam *C.* h) *al.* Teghinus *adnotat J.* i) Tuccius *J.* k) Bartholus *J.* l) Gherardus *J.* m) delacerano *C.*

Iohannes Pini de Rossis
Bandinus Liscii
Stoldus et Bianchus } eius filii
Stoldus condam Coppi Stoldi
Guccius condam Tinghi Bandini
Manfredus[n] Stoldi
Berlingherius condam Albiçi Baldesis
Tinghus eius frater
Guidus condam Gerrardi della Fede
Pela et Bandinus } Maçini
Forparius et Iacobus } del Rosso
Tribaldus de Rossis
Guido Rigatelli
Silvester et Bartholus } eius filii
Torellinus[o] et Binguccius } de Fornariis
Squalsa Lapi del Bocchaccio
Barone de Rossis
Niccholuccius de Belfredellis
Aghius Gione de Alumis[p]
Banchus de Allionis
Cioninus, Ciandinus, Vanni et Bancheronus } de Aglionis
Coppus Cotenna
Lapus eius frater
Noffus Guidi
Tegghia et Gerius } de Frescobaldis de Florentia
Guido Panicce
Cione Benintendi
Mettus et Cenne } Bellioti de Florentia
Cassinus Sassini
Nerius Corsini
Iustus Benci
Iacobus de Certaldo dictus Iudex
Beccha et More } condam Cecchi de Quarata et
Simon eius filius
Loctuco de Quarata
Rinuccius et Ugho } fratres de Piano qui dicuntur Notarii
Albiçinus Ughi

916. n) Manfredinus *J.* o) Cionellinus *J.* p) Aglionis *J.*

Prior Bartholi
Banchus et }
Lapus } eius fratres
Francischus della Scorta
Goccia de Nerlis[q]
Nerlus de Nerlis
Barone Bellagonella
Mannetus eius filius
Bancherinus Blettoldi
Gerius eius frater
Bone et }
Ticius } condam Iacobi de Varaçano
Vanni condam Chiari de Varaçano
Gerius Bonsi Siguli
Bindus et }
Dacuccius } de Canigianis
Cere[r] de Canigianis
Huricus[s] condam Sarelli[t]
Albiçus de Corbinellis qui dicitur Iudex
Boninsegna Angeluccii[u]
Paccinus et }
Paglace } de Malchiavellis
Vanni de Guicciardinis
Bencinus Sanne Benci
Donatus frater dicti Sanne
Feus Gueri
Pierus Compangni
Guadangnius eius frater
Lapus Raynerii
Bindus }
Lottus et }
Guiduccius } eius fratres
Ugo Ugolini Benevieni
Iohannes Lapi Ugolini
Tottus et }
Bindaccius } condam Raynaldi[v]
Guccius de[w] Ponçano[x]
Tuccius Ferruccii
Taddeus Rannucci de Munitolis
Ceppus magistri Lamberti
Binellus Guicciardi qui dicitur Notarius
Iohannes Mazza
Pulce et }
Pinus } condam Chiavicelle de Tigliamocchis
Bellinccione de Chacciaforis
Lapaccius Chacciaforis[y]

916. q) *hic add. J:* et Guccius et Foresinus eius filii   Cantinus et Coppus q[uondam] Nerli   Goccia Gherardi.   r) Cece *J.*   s) Chericus *J.*   t) *al.* Sassori *adnotat J.*   u) Angiolini de Angiolieris *J.*   v) de Panzano *add. J.*   w) ponte sevio *add., sed delet. C.*   x) Panzano *J.*   y) Lap. Chac. *alia manu post suppl. C.*

Bensus[z] Pagnoccha
Çuccharus de Sodarinis
Guerra de Soderinis
Corsellus Bonacchursi
Silvester eius filius

(II) De sextu Sancti Petri maioris de Florentia

Bellinccione de Donatis
Lore Scolaris
Donatus Gerii
Aipardus et
Iacobus } condam Taddei
Sinibaldus Simonis
Americhus
Iohannes et
Thomasius } condam Chursi de Donatis
Masus de Donatis
Ursus Biccichochy
Maruccius
Donatus et
Lappus } condam Martelli de Donatis de Florentia
Donatus qui dicitur Iudex de Donatis
Lapus et
Çurla } filii Loris Scolaris[a]
Taddeus Buosi de Donatis
Lapus
Iohannes
Scalore et
Donçellus } filii Bellinccionis de Donatis de Florentia
Bindus et
Albertus } condam Pepi de Adimaribus
Allamannus condam Bocchaccii
Talannus condam Bocchaccii
Cantinus et
Carolus } condam Guerre de Cavicciulis de Florentia
Guidus Bensi
Doffus et
Paganinus } condam Lapi Allamanni
Guidus Didaçi[b] eorum nepos
Gerrardus Sgrane
Pepus et
Talanus } Boccaci de Cavicciulis de Florentia
Iohannes Andree et
Nerius Chinça[c] } de Riccis de Florentia
Rusticus
Riccardus
Ardinghus et
Bartholus qui dicitur Iudex et
Iacobus qui dicitur Iudex } omnes de Riccis[d] de Florentia

916. z) Beneivenni *J.* a) *corr. ex* Scaloris *C.* b) Bindaccii *J.* c) Sghizza *(al.* Chiuzza*)* *J.* d) *corr. ex* Riççis *C.*

Iohannes de Guignis de Florentia
Falcus et
Fatius } Cambi de Guignis
Ugolinus et
Gerius } condam Zampe de Guignis
Nerius Clerici de Paçis
Simon eius filius
Iachinottus de Paçis
Clericus et
Antonius } eius filii
Franciscus condam Paçini
Ghigus Iacobini de Paçis
Rottinus[e] et
Accorri } condam Iacobini de Paçis de Florentia
Lapus et
Cambius } condam Gerii Balestrerii
Baldus de Agullione qui dicitur Iudex[f]
Chele et
Nicolo } eius nepotes
Truffa de Agullione
Betto Ristori
Arrighus Rocchi qui dicitur Notarius
Chellus Baldovini qui dicitur Notarius
Baldovinus eius frater
Bertus Baldovini pater predictorum
Maçeus condam Miglioris Guadagni
Peroçius olim Peroçii condam Guadagni
Meglioroçus condam Çati Guadagni
Lottus Miglioris Pançe
Bartolus condam Benedicti
Iohannes et
Nerius } eius fratres
Gerrardus condam Uberti
Cancioçus condam Terii
Simon condam Guidonis
Tuccius condam Cierriti[g]
Laurencius Banchi Cierriti[g]
Albiçus qui dicitur Notarius } de Vicedominis
Lapus[h] Brachi[i]
Lottus condam Bindi Aliotti
Naddus Cedicis de Aliottis
Passa Çati Passavantis
Simon et
Çatus } Gatti[k] Passavantis
Belluctus Tornabelli
Franciscus et
Bengus[l] } eius filii

916. e) Bettinus *J.* f) Tertius Bonegli *add. J.* g) Terrici *J.* h) *hic add. J:* quondam Gioie Nerius (Bruchi). i) Bruchi *J.* k) Colti *J.* l) Renzus *J.*

Pannocchia Manni Richomanni
Lapus Rainaldi et
Salvinus Grassus } Drittafede
Durante Bonfantini
Bindus et
Druci[l*] } Drittafede
Cionettus Giovenchi de Bastariis
Thommasinus et
Giacchettus } de Bastariis
Guidus Orlandi Rustichelli
Lapus Davançati
Cambius magistri Salvi
Lapus Covoni
Autus et
Loctus } Vermigli
Ricchus de Albiçis[m]
Lippaccius et
Girrardus } Bartoli
Fantinus et
Franciscus } Rustichi[n] Bonifacii
Aldobrandus et
Iacobus } condam Spigliati de Filicaia
Naddus et
Iohannes dictus Notarius } condam Spigliati de Filicaia
Albertus et
Pierus } Bandini de Filicaia

(III) De sextu Sancti Petri Scaradii

Naddus de Filicaia
Chiaramontese
Masus eius filius
Cinus
Dominicus et
Bindus } de[o] Uccellinis
Ruggerius et
Spilla } Bencimedici
Rainaldus et
Scarpa } Scarpe[p]
Iannes Alfani
Beliottus et
Sandrus } condam Foresis Alphani
Landus et
Pace } Beliotti
Tegghia della Vitella
Cione de Mangnale
Gianotte et
Guidus } de Mangnale
Duccius Risalicti

916. l*) Duti *J.* m) Vannes Benintendi de Albizzis *add. J.* n) Rustichini *J.* o) *praecedit* omnes *delet.* C. p) Rainaldus et Scarpa Scarpe *C.*

Cione del Canella
Iohannes Rustichelli
Miglinus Magaldi
Lapus Talenti
Iannocchus Buocelli
Rustichus de Sancto Apollinari dictus Notarius
Bellus Cullacci
Ciones et } condam Gerardi notarii
Peroçus
Duccius et
Cione[q] } Magalotti
Lippus de Mancinis
Lottus et
Duccinus } Guidonis Malabocche
Nerius Margha de Mancinis
Catellinus
Calcina et } de Rassatanis[r]
Gregorius
Lappus Çaffa
Guccius de Maneriis
Ceffus de Maneriis
Bartolinus Cienni Alberti
Donatus dell' Antella
Cenninus Orifex
Lapus Arnolfi
Iacobinus Morelli de Tebalduccis
Lapus de Compio[m]bensibus
Bertinus[s] de Rimbertinis
Gallinus Cionis et
Ubaldinus Tadocii } de Sacchettis[t]
Rodolffus et
Giambertinus } condam Gerii de Cavalcantibus
Lorencius Turagli de Vertine
Mettus Bianchi de Pulcis
Laius et
Ghinuccius[u] eius filius[v]
Lamus
Fiorençinus et } Pucci Corbinelli
Albicinus
Cantinus et
Bertuccius } Sinibaldi
Lotterius Uberti[w]
Bettus
Baldus et } condam Guelffi de Pulcis
Pulce
Francischus condam Pocciardi[x]
Berttus et
Doginus } olim Dogii de Pulcis

916. q) *corr. ex* Ciones *C.* r) Raffacanis *J.* s) *al.* Bencinus *adnotat J.* t) Vanni Iamberti de Cavalcantibus *add. J.* u) Ghin *in corr. C.* v) filii *J.* w) Ruggierii *J.* x) Ponzardi *J.*

Guido Pieri et
Ruggieri } de Pulcis[y]
Banchellus[z] et
Iohannes Lamberti } dell' Antella[a]
Lambertus Masii de Antella
Guidus Betti del Bene populi Sancti Romuli

(IV) De sextu Burgi

Collençanus[b] Gentilis et
Pepus Rainerius et
Manente Rossi[b*]
Raynerius Maringnani et
Bindus Stancherius[c]
Bondelmonte condam Benghi et
Lottus condam Bondelmontis
Monte condam Gerrarducci
Venturella condam Benghi
Vannes eius filius et
Fantones Giotti } omnes de Bondelmontibus [de Florentia][d]
Bernardus Paccini dicti Giotti
Franciscluis Chaccie Boncciani
Bardus condam Masi Guernerii
Caccinus et
Giannottus } condam Cienni Boncciani
Brandallus condam Bartoli
Dardanus et
Leonus } fratres de Acciaiuolis
Monte Manni et
Acciaiuolus } condam Niccoli[e] de Acciaiuolis[f]
Tile
Bindus
Ugho et
Pierus } Oddi de Acciaiuolis
Lapus Rinovantis[g]
Tuccius Scambrilla
Guccius Batis Tornabelli
Nerius condam[h] Bellinccionis
Bellinccione eius filius
Ser Iannes Simonetti
Açulinus de Bustichis
Alexander Fortebraccii
Andreas de Bus[ti]chis
Corteccione de Bostichis
Bertus et
Pace } condam Corteccionis de Bustichis
Banchus Nepi de Bustichis

916. y) Guido—Pulcis *in margine post alia manu supplet. C.* z) *corr. ex* Bianch. *C.* a) Antilla *C.* b) *al.* Calenzanus *adnotat J.* b*) Rossi Manente *C.* c) *al.* Bancherius *adnotat J; in fine paginae etiam hic add.* omnes de Bondelmontibus de Florentia *C.* d) *cf. not.* c. e) *illegibile C.* f) Monte—Acciaiuolis *in margine post supplet. C.* g) *bis scriptum, semel deletum C.* h) Iudex *J.*

Rainerius de Bustichis[i] qui dicitur Iudex
Simon et
Sengna } de Arrussatis[k]
Gerius
Guglielminus
Pierus et
Vannes } condam Mannetti de Spinis[l]
Philippus et
Spina } condam Ugoni [de] Spinis
Doffus Lapi Ugoni Spine
Simon Gerrardi et
Advocatus eius frater
Vannes et
Simon } Rossi de Gianfigliaçis
Nicolaus Telli de Gianfigliaçis
Gerius de Gianfigliaçis
Stoldus et
Cantes } de Ardinghellis
Franciscus Ubaldini et
Lapus Donati } etiam de Ardinghellis
Russus de Giandonatis
Scolaius et
Uguiccione } condam Rudolffi
Malignus et
Nosus[m] } de Iamdonatis
Coppus Steffani
Paçinus et
Pescinus } condam Gusci Pesci
Cecchus et
Bartolus } condam Rustichi Armaiuoli
Fatius[n] de Sengna[o] qui dicitur Iudex
Iohannes et
Facius } qui dicuntur Notarii
Cecchus et
Dinus } condam Corsi[p] Fonarii
Donatus Tucci Busi
Vannes Colti
Medicus Aliotti
Sagnia Filippi
Bernardus et
Tegghia } condam Paccini Botticini
Rinuccius condam Cecchi
Iohannes et Tuccius Compangni
Bartolus et
Nerocius } condam Mei Compagni
Meglius et
Firençe } Faggioli
Buonus Calligharius

916. i) Forese *J.* k) Abruciatis *J.* l) de Florentia *add. sed delet. C.* m) Noffus *J.* n) *praecedit post add.* .d. *C.* o) Sengna *post corr.* Singna *C.* p) *al.* Ciuffi *adnotat J.*

Gianni et Masus } Bonci Lanaiuoli

(V) De sextu Sancti Branchacii

Chele Pagnini Bordoni
Anshelmus Palle
Duccius Palle
Vannes Puccii qui fuit de Forli
Vannes Marsilii de Vechiettis
Cenni Nanni Oricellarii
Spinellus de Monsciano
Paghanus et Lapus de Stroççiis
Ubertinus qui dicitur Iudex
Lapus Lucoli
Ranierius del Forese
Landus Marini
Salvinus Albiçi Oliandolo[q]
Gerrardus condam Ugolini Ventraia
Ugolinus Cardinalis dictus Iudex de Tornaquinceiis
Cardinale Girolami
Lottus Ardinghi
Accore Belchari
Magister Iohannes Medicus
Ceffus Becchenugi[r]
Bernardus et Feruccius[s] } de Bordonibus
Lapus de Mongnone[t]
Baldus Borghi
Terius Orlandi
Mannus Attaviani
Achori Beliardi
Dolcinus Aurifex
Guatanus de Pilis
Feus Mini Alberti
Francischus Çuchonis
Checchus Miniati
Cecchus Corsi Fornarii
Nerius Vianaterii
Iohannes Incontri
Lippoçus Gerrardini Gianni
Bindus dictus Bindaccara[u]
Bettinus, Cette et Altieri } condam Ormanni de Foraboschis
Çucharus Magistri Iulii
Giannus eius frater
Mascius Çuchari
Lapus Marie

916. q) Oliand *alia manu in loco raso C.* r) *in corr. C.* s) *al.* Franciscus *adnotat J.* t) Mugnone *vel* Magnone *J.* u) Bindacchora *vel* Bindoschera *J.*

(VI) De sextu Porte Domus

Nepus Nepi della Tosa
Clericus eius filius
Gottefredus et
Simon } condam Rossi
Tannuccius de Matriola
Pinus condam Vannis
Iohannes Saxus condam Rainerii
Rosselinus condam Henrici
Odaldus della Tosa
Vegla de Ameriis
Verius Rondinelli
Rustichus et
Lappuccius } Consigli
Falcoccius Rondinelli
Nicolus et
Taddeus } de Cerretto
Donatus et
Falcardus } Lapi Viviani
Butus et
Davancinus } Richi
Bartolinus et
Giunchta } Lapi de Galiano[v]
Tercius de Bonellis
Gerius Cardinalis
Alexius de Crimario[w]
Amadore Lanaiuolus
Albertus Rosone qui dicitur Iudex
Gerius Rosone qui dicitur Notarius
Beçolinus et
Lapus } condam Fortis Beçoli
Bindus de Brunelischis
Martellinus Richi
Bartolus de Anchionibus[x]
Steffanus Toscanelli
Cambius Malabocche
Tuccius Ciapi
Cambius Capellarius
Andreas Spinelli
Cenninus eius frater
Lippus Bongie
Lapus et Ardingus de Medicis
Bone Bensi qui dicitur Notarius
Iacobus de Maringnolis
Banchus et
Cassinus } Falchi Bonacorsi
Dominicus Bencivennis
Pratese Becharius

916. v) Garliano *J.* w) *al.* de Cremamano *adnotat J.* x) Aglionibus *J.*

Neruccius et
Tieri } Bendi del Nero de Ambrosiis
Scolaius de Iamdonatis
Orsachius Tubaldi de Iamdonatis
Iacobus Mangnoli
Iannes Pucci Mangnoli
Donatus et Lapus Benci de Mangnolis

(VII) De sextu Porte Sancti Petri

Durante Vinaterius
Tomasius
Henriguccius
Ugolottus et
Maruccius } filii Allionis de Aglis
Nerius et Vencinus[y] Ghinuccii Bonfantini
Ciones Salimbeni
Ghigus
Lapus et
Franciscus } Ruggerii Campanarii
Lapus et
Durante } Bonfantini
Corbiçus Maçochi
Berccius Arrighi
Durancoçius Bonfantini.

9. Nomina vero comitatinorum Floren(tie), qui de predictis publice inculpantur et diffamantur, contra quos iam processum est. Et sunt isti infrascripti:

Baldus et
Rainerius } Fini
Schiaccinus
Tile et
Scalça } de Bonçis[z] de Fighini vallis Arni superioris
Braccius Gentilis de Palmeriis
Paulus Arrighi qui dicitur Iudex
Maçola Vite
Lappus Citti
Bufaça Cittadini
Maça Cituçi
Bonacoltus et
Ghiarruccius } Monis
Tanus Landi
Angelus Bochineri
Magna Ginnchi[a]
Sesta Dechi
Duti
Giaffa et
Romanus } Vite
Iohannes Sartoris qui dicitur Notarius[b]
Vannes vocatus Ascianicus[c]
Tonus Landi } qui omnes sunt de Cascia vallis Arni superioris

916. y) Beneinus *J.* z) *corr. ex* Bonehis *C.* a) *in fine columnae sequitur iam hic* qui omnes sunt de Casci[a] vallis Arni superioris *C.* b) Ventura de Madrieis Albertinus et Geruccius Baldese Iacobus Raynerii notarius *add. J.* c) *vel* Ascianus *adnotat J.*

Nicola de Francesis
Francischus Arrighi de Mannettis de Fighini
Maçuolus de Francesis
Iohannes Neapoleonis de Mannettis de Fighini
Bindus
Pançęiera et } Ugi de Ricasoli
Bindaccius
Faggiolus
Bertus et } Ugonis de Cachiano
Çeppa
Rossus de Viella de Chianti
Pannochinus Ruggerii } de Broglio
Iacobus Alberti[d]
Ugolinus de Vertine
Nuccius
Lapus } filii Tocti de Uzano
Alexander et
Guccius
Guccius
Toctus et } Raynaldi de Pançano
Bindaccius
Bindus Ciampoli et } de Ponçano
Fredi eius filius
Vannes
Tinghinus et } Balduvinetti de Gerrardinis
Bettus
Bettus
Duccius } Lotteringhi de Gerardinis de Monte Corbolini
Massus et
Naldus
Vannes
Noldus et } condam Berrardini de Gerardinis de Monte Corbolini
Gerrardus
Bernardus et } condam Bernardi Orlandi
Mamfredi
Guidus Impiccia
Nicoluccius et } eius filii
Fonochtus[e]
Gualtieri et
Tanus et } filii Bernardi predicti
Armaleus
} omnes de Squarccialupis de Montenano
Sarsinus Lupi[f] Squarccialupi
Monaldus Squarccialupi
Ciumpus eius filius
Gerrardus Roggerii della Fiorina[g]
Tone Ricchardi
Guarnerius Vangi[h] et } de Ciparello
Vangus[h] Righetti
Braccinus condam Bonensigne de Avena[i]

916. d) Abbati *J.* e) Forattus *J.* f) Corsinus Ughi *J.* g) Fioraia *J.* h) Bengi *J.* i) Adena *C.*

Querçus
Fede et
Sengna et
Orlandus } eius filii[k]
Bernardus[l] de Monte Rinaldi
Bindus Teghie
Folinus eius filius
Massus et
Teghia } etiam eius filii
Guccius et
Tribaldus dictus Panciera } condam Tribaldi dicti Fuobe[m] de Monte Ranaldi[n]
Luca et Masus Tribaldi de Stinchis
Scolaius de Gangalandis
Bernarduccius
Sangallus
Cignus[o] Marucci
Facius Garulla[p] et
Bartaldus[q] } de Signa
Robba de Rinaldis
Bernardus
Guiduccius et
Iacobus } eius filii
Vintoctus et
Binduccius } condam Gualterii
Guccius
Gualterius et
Francischus } condam Ranaldi, omnes de Rinaldis[r] de Sen(is) comitatini et cives Flor(entie).

Data, lata et pronunciata fuit dicta sententia per dictum dominum imperatorem pro tribunali sedentem et lecta et publicata mandato et in presentia ipsius domini imperatoris per Paulum Ranuccii de Monte Imperiali notarium et eius officialem et in presentia mei Leopardi Frenetti de Pisis notarii camere imperialis et magistri Iohannis de Urbino notariis ipsius domini imperatoris, quibus et michi notariis supradictis idem dominus imperator precepit, quod de predictis omnibus et singulis faciant et dent et faciam et dem publica instrumenta, in castris apud Montem Imperialem predictum Florenti[n]e dioc. supra Florentiam. Et hec omnia ibidem acta fuerunt [congregata][s] et convocata ibi ad audiendum dictam sententiam legi imperiali mandato multitudine copiosa tam nobilium quam popularium de partibus ultramontanis et Italie ac etiam aliunde. Presentibus magnificis et potentibus viris et dominis Amideo comite Sabaudie, Iohanne comite Foresii, Manfredo de Claramonte comite Mohac, Henrico de Flandria marischalco dicti domini imperatoris, Tancredo comite de Muttigliana, Federico comite Montis Feltri, Conte comite de Ilecio, Spinetta marchione Malaspine et dominis Egidio thezaurerio domini imperatoris, Francischo Tani de Ubaldinis, Nicolao de Çauro de Ianua, Baldinaccio de Adimaribus de Florentia, Bascheria de Thosinghis de Florentia, Allexandro de Oisi, Simone Filippi de Pistorio, Nicolao de Bonsengnoribus de Senis, Iohanne Zeno de Pisis, Theoballdo de Belloviso, Baldovino de Montecornetto, Rainerio de Casulis, Giano de Cerchis de Florentia, Paulоccio[t] de Faggiola et Ranierio Iannis

916. k) Anselmus Comitis Anselmi de Capraria *add. J.* l) Brandus *J.* m) Suole *J.* n) Tribaldus dictus Guglione quondam Tribaldi *add. J.* o) *al.* Ciprianus *adnotat J.* p) *al.* Barulla *adnotat J.* q) Brandus *J.* r) Rainaldinis *J.* s) *deest C. J; sic addendum esse videtur.* t) Paulonio *C;* Paulo *J.*

comite de Donnoratico et quam pluribus aliis fidedignis testibus ad hec rogatis et vocatis. Dominice nativitatis anno millesimo trecentesimo tertiodecimo, indictione undecima, die XXIII. mensis Februarii, ac regni ipsius domini imperatoris anno quinto, imperii vero primo [1].

---

5 # 917. RECEPTIO IN PROTECTIONEM IMPERII.

1313. Mart. 1.

Repetimus editionem, quam ex autographo ut videtur tabularii Hospitalis Sanctae Mariae Senensis (vulgo 'della Scala' dictae) paravit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 270 nr. 170. *(P. deest.)*

10 Henricus [a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis sacri imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

Licet semper in mentis desideriis habeamus, ut loca misericordie deputata operibus et pietatis offitiis ordinata preserventur a noxiis, tunc tamen ad eorum deffensionem diligentiorem habemus affectum, cum ipsa esse inter guerrarum constituta discrimina et 15 infra procellosos bellorum turbines intuemur. Volentes igitur hospitale Sancte Marie de Senis, quod in pelago tribulationum et correctionum, quibus Senenses et alios rebelles nostros de Tuscia exigentibus nephariis excessibus ipsorum plecti condigne cesaris celsitudo decrevit [2], fore dignoscitur, intuitu magnorum ministeriorum caritatis et aliorum servitiorum Dei, que in eo et suis membris, prout declarat fama laudabilis, exercentur, 20 et etiam consideratione nobilis viri Nicholai de Bonsegnoribus militis fidelis nostri dilecti nobis super hoc supplicantis, de profundo dicti pelagi, ne in excidio contumatie rebellium prefatorum naufragium vel oppressionem forsitan patiatur, erigere, hospitale predictum una cum omnibus et singulis membris, personis, rebus, bonis mobilibus et immobilibus ipsius ubicumque consistentibus, presentibus et futuris, sub nostra et imperii 25 protectione suscipimus et huius scripti patrocinio communimus. Vobis universis et singulis sub nostre indignationis et qualibet alia pena, qua vos punire vellemus, districte precipiendo mandantes, ne dictum hospitale vel membra eius in personis, rebus et bonis predictis presumatis in aliquo molestare.

Datum in castris apud Montem Imperialem Florentine diocesis, Kalendis Martii, 30 regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

---

917. a) Heinricus *ed.*

1) *Subscriptiones notariorum desiderantur. Authenticationem vero quae non levis est momenti ex* C *et* J *hic ponimus:*

Ego Rainerius [a] filius condam Leopardi Frenetti notarii et Pisanus cives imperatoria maiestate 35 iudex ordinarius atque notarius publicus predicta [b] omnia, ut in actis suprascripti Leopardi olim patris mei tunc temporis ut supra notarii camere supradicti domini imperatoris inveni, ita scripsi et publicavi ac meum nomen et signum apposui. Et [c] hec est subscriptio ipsius Rainerii notarii et cet. [d].

Quam authenticationem non solum ad nr. 916, sed ad omnia quae in codicibus praecedunt documenta spectare itaque sententias contra Florentinos nr. 715. 716. 890. 916 omnes ex Registro Leopardi Frenetti 40 *notarii ad nos pervenisse, nemo est quin videat.*

2) *Cf. supra nr. 916.*

a) Raynerius *J.* b) predictus *C.* c) Et—cet. *desunt J.* d) *subscriptio Rainerii deest C.*

918. LITTERAE CLEMENTIS V. LEGATO DIRECTAE.

1313. Mart. 1.

Repetimus editionem nostram, quam iam paravimus 'Neues Archiv' XXV, 724 nr. 3 ex autographo tabularii secreti Vaticani inter 'Instrumenta Miscellanea' asservato. Pendet bulla plumbea filo cannabis. In plica scriptum est: R LXX. de cur̄ .N. Raynulf.; *in verso leguntur:* Littera dirigenda domino legato | Missa fuit similis et ista retenta pro custodia. *Ex Registro editae sunt apud Theiner 'Codex diplomaticus dominii temporalis s. sedis' I, 469 nr. 634 et 'Regestum Clementis V.' sub nr. 9980. In Catalogo a. 1366. desideratur.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Arnaldo episcopo Sabinensi apostolice sedis legato salutem et apostolicam benedictionem.

Certis ex causis, quas in aliis nostris litteris tibi directis expressas poteris diligentius intueri, volentes te de tenore litterarum nobis dudum per carissimum in Christo filium nostrum Henricum imperatorem tunc regem Romanorum illustrem semper augustum directarum, per quas certos procuratores suos super iuramento fidelitatis nobis prestando et aliis certis articulis constituerat, reddere certiorem, ecce quod tenorem ipsum de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus. Qui talis est:

'Sanctissimo in Christo — anno primo'. *supra nr. 293.*

Dat. Avinion., Kal. Martii, pontificatus nostri anno octavo.

---

919. DONATIO ALTERA CARDINALI EPISCOPO OSTIENSI FACTA.

1313. Mart. 17.

Denuo contulimus autographon, quod servatur Florentiae in tabulario regio 'S. Maria Novella Domenicani'[1]. *Sigillum iam desideratur. Scriptum est manu cancellariae papalis. In verso leguntur (an manu Bernardi de Mercato scripta?):* detur vicario Med(iolani) | pro dn̄o Ostieñ. *Edidit etiam Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 387 nr. 206. Cf. iam supra nr. 845, ubi addere licet, Nicolaum fuisse gentis comitum de Prato.* *(P. deest.)*

‖ Henricus ‖ divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus venerabili in Christo patri domino Nicolao Ostiensi et Velletrensi episcopo, amico carissimo salutem et sincere dilectionis affectum.

Grandia vestre paternitatis merita, que ante cesarei throni clementiam preclara patent et prerogativam honoris et gratie sibi digne vendicasse noscuntur, sollicite attendentes ac ea, que pro honore nostro vos facturos in futuro speramus, meditatione provida previdentes, dignum reputamus et debitum, quod ad vos munificentie nostre dexteram extendamus. Volentes igitur, quod vestra laudabilia studia penes nos vobis fructuosa

1) *Nicolaus erat frater ordinis Praedicatorum ipsius conventus S. Mariae Novellae Florentini.*

existant, duo milia quadringentos et vigintiquinque florenos auri annui redditus percipiendos annuatim in festo Resurrectionis dominice a . . vicario nostro Mediolanensi, qui nunc est vel erit pro tempore, vobis quoad vixeritis ex mera liberalitate tenore presentium concedimus et donamus. Mandantes harum serie dicto vicario, qui nunc est et qui 5 pro tempore fuerit, quod annuatim in dicto termino absque alterius expectatione mandati dicta duo milia quadringentos et vigintiquinque florenos auri vobis quoad vixeritis aut vestro certo nuntio de redditibus et proventibus quibuscunque civitatis et territorii Mediolanensis ad nos et Romanum imperium spectantibus integraliter numeret et persolvat. Ipsum vicarium et quamcunque aliam personam, cuius interesse posset, de 10 omnibus et singulis, que de dicto annuo redditu vobis aut dicto vestro nuntio pro vobis per huiusmodi nostrum mandatum annuatim tradiderit vel persolverit seu tradi aut solvi fecerit, harum serie absolventes. Preterea volumus quod quotiens et quando dictus vicarius in predicti redditus annui persolutione forsan deficeret, dicti redditus annui vobis seu nuntio vestro prefato de nostra camera plenarie persolva[n]tur.

15 Dat. Pisis, XVI. Kal. Aprilis, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

---

920. MANDATUM IN FAVOREM HISTRIONIS.

1313. Mart. 18.

Denuo contulimus autographon, quod inter reliquias archivi Heinrici VII. servatur Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1382 signatum. Sigillum deest, foraminibus 20 *relictis. Scriptum est manu Italica. Edidit etiam Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 98 nr. 83 (= W. SB. pag. 234). — Böhmer, Reg. Heinr. 657 (Addit. II).*

(P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis fidelibus suis . . magistro scabinorum, tredecim et probis viris Metensibus gratiam suam et 25 omne bonum.

Pro Iohanne[a] de Sancto Privato instrione et servitore nostro dilecto latore presentium vos attente requirimus et rogamus, quatinus ei de victu et vestitu in aliquo certo loco ad vitam suam studeatis nostre maiestatis intuitu providere, in hoc taliter vos habentes, quod obinde vos et civitatem vestram condignis debeamus prevenire 30 favoribus et honoribus prosequi gratiosis.

Dat. Pisis, XV. Kal. April., regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

921—923. LEGATIO IN LOMBARDIAM MISSA.

1313. Mart. 21.

35 *Libellus ipse, quo Relatio legatorum imperatori tradita in duas partes divisa continetur, servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 5' nr. 9 (= Doenniges Ms. III, de quo cf. eius 'Acta Henrici VII.' I, praef. pag. XIII sq.). Intitulatus*

920. a) ro Io *in loco raso or.*

est: Infrascripte sunt requisitiones, litterarum presentationes, precepta et alie varie et diverse scripture de mandato et voluntate sapientum et nobilium virorum domini Iohannis Rubei de Gualandis de Pisis militis et Vermillii de Alfanis de Florentia ambaxiatorum serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti ad civitatem Verone et quasdam alias civitates, scripte per me Lapum Fatii de Galciana notarium, *scil. inde ab a. 1313. Apr. 12. In verso manu cancellariae exarata sunt:* Papirus inquisitionum factarum pro parte imperatoris Henrici in partibus Italie.

Edidit Doenniges l. c. I, 123—178. Nos mandata, quae ex Relationis parte priori R *hic ponenda esse duximus, denuo contulimus.*

921. *MANDATUM DE CONDUCTU PRAESTANDO.*

Ex R *ad Apr. 18, quo die Placentiae praesentabatur; v. Doenniges l. c. I, 124.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis sacri imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint gratiam suam et omne bonum.

Dilectos fideles et ambaxiatores nostros Iohannem[a] Rubeum de Gualandis de Pisis militem et Vermillium Alfani de Florentia exibitores presentium ad partes Lombardie et loca circumposita presentialiter transmictentes, fidelitati vestre districte precipiendo mandamus, quatinus eos in eundo et redeundo nostre maiestatis intuitu efficaciter commendatos habentes, eis ac sotiis familiaribus suis cum rebus eorum, cum per vos transiverint, curetis de securo conductu et libero transitu providere, erga ipsos in hoc et aliis taliter vos habentes, quod nos id gratum merito reputemus.

Dat. Pisis, XII. Kal. Aprilis, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

922. *LITTERAE CREDENTIALES.*

Ex R *ad Apr. 30, ubi praeter hoc alia tria exemplaria inserta sunt, scil. ad Mai. 23 et Mai. 28 (bis). Textus omnino inter se concordant. V. Doenniges l. c. I, 127, 153, 156, 157. — Böhmer, Reg. Heinr. 526.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus venerabilibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prelatis aliisque imperii fidelibus universis et singulis per Lombardiam et loca circumposita constitutis, ad quos presentes pervenerint gratiam suam et omne bonum.

Dilectos fideles nostros Iohannem Rubeum de Gualandis de Pisis militem et Vermillium Alfani de Florentia pro certis negociis honorem nostrum tangentibus ad vos et quemlibet vestrum presentialiter transmictentes, fidelitati vestre mandamus, quatinus eis super hiis, que vobis ex parte nostra exponent, plenam fidem adhibeatis et ea efficaciter impleatis, in hoc taliter vos habentes, quod exinde nostre gratie plenitudinem uberius reportetis.

Dat. Pisis, XII. Kal. Aprilis, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

923. *VOCATIO AD PARLAMENTUM ET GENERALEM EXERCITUM.*

Servantur in R *quinque exemplaria, quorum quatuor fere omnino inter se concordant, quintum ad eandem minutam ab alio ingrossatore confectum esse videtur:*

1) episcopo Brixiensi directum l. c. ad Apr. 28, quo die litterae praesentabantur (Doenniges l. c. I, 125); 2) episcopo Veronensi missum item ad Mai. 7 (Doenniges I, 140); 3) episcopo Vicentino directum item ad Mai. 12 (cf. Doenniges I, 143);

921. a) m *corr. ex* s *R.*

4) *episcopo Mantuano missum item ad Mai. 23 (cf. Doenniges I, 152);* 5) *episcopo Mutinensi directum item ad Mai. 28 (Doenniges I, 156). Nos omnia integra denuo contulimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 525.* *(P. deest.)*

1—4.

5 Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus ven(erabili) . . Brixiensi[a] episcopo principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Cum super nonnullis arduis tractandis 10 et ordinandis negociis reipublice, christianitatis et imperii precipue prosperum statum tangentibus[b], ad que propter subscepti regiminis et officii debitum frequentis sollicitudinis cura nos admonet[d] et astringit, 15 necnon super rebellium nostrorum de Tuscia et aliis partibus insolenciis propulsandis ac nostris et eiusdem imperii recuperandis iuribus in Kal.[e] May[f] venturi proxime parlamentum celebrandum indixerimus et 20 generalem exercitum[g] de universis imperii partibus diligenti deliberatione prehabita duxerimus convocandum, ad quorum ordinationem, tractatum et persecutionem felicem cum tua presentia requiratur, te 25 specialiter alias citavimus et adhuc citamus ac[h] tenore presentium evocamus, sinceritati tue sub pena privationis privilegiorum, immunitatum, gratiarum et[i] omnium aliorum que a nobis tenes et imperio districte pre- 30 cipiendo mandantes, quatinus zelum, quem ad maiestatem nostram, prosperitatem imperii statumque mundi pacificum geris, hac vice per effectum ostendens in prefatis Kal(endis)[k], quas tibi et aliis quos ad hoc 35 vocari facimus pro termino perhentorio[l] assignamus[m], cum decenti armatorum comitiva presentiam nostram accedas, nobis iuxta datam tibi a Deo gratiam salubre consilium et servitium impensurus. De 40 presentatione vero presentium, quas in registris curie nostre signari[n] fecimus ad cautelam[o], latori earum nuntio nostro iurato dabimus plenam fidem.

Dat. Pysis, XII. Kal. Aprilis, regni 45 nostri anno quinto, imperii vero primo.

5.

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus venerabili . . Mutinensi episcopo principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Cum super nonnullis arduis tractandis et ordinandis negotiis statum reipublice, christianitatis et imperii prosperum precipue tangentibus, ad que nos sollicitat suscepti cura[c] regiminis, necnon super rebellium nostrorum de Tuscia et aliis partibus propulsandis ac nostris et eiusdem imperii recuperandis iuribus in Kalendis Maii venturi proxime parlamentum celebrandum edixerimus et exercitum generalem ab universi imperii partibus diligenti deliberatione prehabita duxerimus convocandum, ad quorum ordinationem, tractatum et persecutionem felicem cum tua requiratur presentia, te specialiter sicut alias citavimus, sic nunc denuo tenore presentium evocamus, sinceritati tue sub pena privationis privilegiorum, gratiarum et aliorum omnium que tenes ab imperio districte precipiendo mandantes, quatinus zelum, quem ad maiestatem nostram, prosperitatem imperii statumque mundi geris pacificum, hac vice per operis effectum ostendens in prefatis Kal. Maii, quem terminum tibi sicut aliis quos ad hoc vocari facimus assignamus pro perhentorio, cum armatorum comitiva decenti nostram accedas presentiam, iuxta datam a Deo tibi gratiam in premissis nobis salubre consilium et obsequium impensurus. De presentatione vero presentium, quas ad cautelam registrari fecimus, earum latori nuntio nostro iurato dabimus plenam fidem.

Mai. 1.

Dat. Pisis, XII. Kal. Aprilis, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

923. a) Veronensi 2; Vincentino 3; episcopo Mantuano 4. b) *sequitur* tangentibus *delet.* 2. c) *sequitur* g *delet.* 5. d) ammonet 2. e) Kalendis 2. 4. f) Maii 2—4. g) exerc. gener. 2—4. h) *sequitur* te *delet.* 1. i) ac 2—4. k) Kalendis 2—4. l) peremtorio 2; peremptorio 3; perhemptorio 4. m) asignamus 4. n) registrari 2. o) . . *add.* 2. 3.

924—928. PETITIONES CIVITATIS IANUENSIS ET PRIVILEGIA CONCESSA.

(ante et post 1313. Mart. 27). 1313. Mart. 27.

Petitiones Ianuensium, quae signo chronologico carent, quamvis priores iam ineunte anno 1312. conscriptae sint, et responsionem legatorum tamen hic coniunctim proponere liceat, additis privilegiis ab imperatore concessis. De quibus omnibus cf. ea quae narrat Nicolaus Botrontiuensis (ed. Heyck) pag. 83: Item in Pisis privilegia Ianuensium confirmavit, que in Ianua confirmare noluit, salvo tamen iure imperii et omnium aliorum. Ianuenses non fuerunt contempti de huiusmodi confirmatione. Aliam tamen confirmationem non habuerunt per eum. *Cf. etiam Samanek loco statim citando XXVII, 580 sqq. et infra nr. 934—936.*

924—926. *PETITIONES ET RESPONSIO LEGATORUM.* *(ante et post 1313. Mart. 27).*

Servantur in fasciculo J *tabularii Tauriuensis, quem iam supra ad nr. 703—712 descripsimus, fol. 24—29b. Fol. 29b' manu Bernardi de Mercato scripta sunt:* Petita per coue Ian̄ (= comune Ianue)[1]. *De quo primus disseruit V. Samanek 'Mittheilungen des Instituts' XXVII, 237 sqq.; tum nos ipsi m. Maio a. 1906. Taurini degentes documenta haec inedita exemplavimus. Interim edidit etiam Samanek l. c. XXVII, 621 sqq., commentario fuso adiecto; sed non omnia recte legit.*

924. *PETITIONES PRIORES. (1312. in.).*

Ex J *fol. 24—25'. De tempore cf. Samanek l. c. XXVII, 585 sqq.*
In margine posuimus numeros capitum Privilegii infra nr. 927. (P. decst.)

Petita per Ian(uam).

nr. 927 c. 2. I. Primo dictus dominus rex confirmat omnes emptiones, donationes et acquisitiones sine vicio per comune Ianue seu alium nomine ipsius comunis factas, non obstante quod res ipse feudales sint et quod sint sine consensu principis acquisite. Ita tamen quod si qua feudalia sunt acquisita per dictum comune, que sine consensu principis alienari non potuerint, quod comune teneatur de ipsis feudalibus domino principi fidelitatem prestare.

c. 3. II. Item concedit[a] dictus dominus rex, quod in petendo et consequendo iura, que habet et habere consuevit comune Ianue in rebus quibuscunque existentibus ultra mare, non obsit ipsi comuni aliqua prescriptio seu transcursus temporis cuiuscunque. In rebus autem existentibus citra mare computetur contra dictum comune solummodo centum annorum prescriptio, videlicet in prescriptionibus pendentibus et futturis, lege aliqua non obstante.

c. 4. III. Item concedit et vult, quod per privilegium per ipsum dominum regem concessum Francischo marchioni Cravexane[2] nullum fiat nec fieri intelligatur preiudicium

924. a) *supra lineam add.* J.

1) *Minus recte legit Samanek l. c. XXVII, 588 not. 3:* concilium (concionem) Ianue. 2) *A. 1311. Dec. 1. Böhmer, Reg. Heinr. 440.*

comuni Ianue seu aliquibus hominibus habitantibus in terris dicti comunis vel in quibus dictum comune habet exercitum et expeditionem, et quod ex ipso privilegio nullum sit nec intelligatur ius quesitum dicto Francischo in preiudicium dicti[b] comunis, terrarum vel hominum dicti comunis seu terrarum vel hominum, in quibus dictum comune habet 5 exercitum vel expedictionem.

IIII. Item quod per aliquod rescriptum vel privilegium per ipsum dominum regem concessum vel confirmatum vel aliquam concessionem vel confirmationem alicui comunitati vel singulari persone non intelligatur nec sit factum preiudicium iuribus comunis Ianue seu hominibus terris vel locis que tenentur ab ipso comuni et quod iura ipsius 10 comunis et hominum sint illesa a dictis privilegiis[c], concessionibus et confirmationibus, quemadmodum erant tempore quo dictus dominus rex Italiam intravit. Ita quod ex aliquo privilegio concesso vel confirmato vel concedendo vel confirmando vel aliqua concessione vel confirmatione facta vel facienda per ipsum dominum principem non intelligatur alicui comunitati vel singulari persone aliquod ius quesitum in preiudicium 15 dicti comunis vel terrarum vel alicuius eorum vel aliquorum hominum, que et qui sunt in obedientia dicti comunis. c. 5.

V. Item quod ei placeat revocare quecunque privilegia et rescripta cuicunque comunitati vel singulari persone concessa de concessione vel confirmatione terrarum et iurisdicionum, quas dictum comune tenet et possidet vel teneret vel possideret vel quasi 20 tempore quo dominus princeps accessit ad partes Italie vel in quibus ipsum comune habebat vel habere consuevit ex forma privilegiorum imperialium exercitum vel cavalcatam.

VI. Item non intendit dictus dominus rex, quod alique vicarie riperiarum vel alique potestarie[d] seu eciam castellanie quibuscunque concesse vel concedende durent[e] 25 ultra tempus sex mensium vel unius anni ad plus. c. 6.

VII. Item dictus dominus rex cassat et irritat omnes laudes et sentencias latas per iudices sive auditores aule sue et omnes processus factos contra comune Ianue, postquam dominus rex intravit Ianuam[f] usque ad presentem diem [g] occasione contumacie sive[h] quia dictum comune non fuit deffensum, restitutis expensis illis qui 30 contra dictum comune dictas contumacias et processus habuerunt et obtinuerunt. c. 7.

VIII. Item non intendit dictus dominus rex, quod aliquis mercator forensis, cuius civitas vel terra sit in obedientia ipsius, possit vel debeat in civitate Ianue vel districtu realiter vel personaliter impediri, molestari vel detineri pro aliquo facto civitatis vel loci de quo vel qua sit, videlicet pro eo quod civitas ipsa vel locus teneretur vel teneri 35 diceretur aliquid dare vel facere ipsi domino regi, eius curie vel officialibus vel alicui de familia vel sequentibus curiam ipsius domini nostri[i] regis. c. 8.

VIIII. Item ordinat et mandat dictus dominus rex, quod per quoscunque iudices et magistratus unicuique Ianuensi iustitia expedita reddatur et fiat et quod omnes strate et itinera secura teneantur. c. 9.

40 X. Item quod capitulum quod loquitur de raubariis integraliter observetur et quod vicarius qui nunc est et qui pro tempore fuerit habeat specialem iudicem dicto officio deputatum. c. 10.

XI. Item quod omnes trac[ta]tores deputati dicto officio de raubariis et omnes qui voluerint exponere bonum civitatis Ianue et maxime super facto mercaturarum habeant 45 liberum accessum quociens expedierit et eis videbitur ad dictum dominum regem, ubicumque sit. c. 11.

924. b) *sequitur* franc *delet. J.* c) *sequitur* ꝛ *delet. J.* d) potīē *J.* e) *sequitur rasura 2—3 litterarum J.* f) *super* Italiam *delet. J.* g) *in fine lineae unius verbi, in initio lineae sequentis duorum verborum spatium vacuum relictum J.* h) *sequitur* dc *delet. J.* i) *supra lineam add. J.*

c. 12. XII. Item super facto assignationis mutuorum, conpararum salis et aliarum similium conpararum seu cabellarum, quibus sunt aliqui redditus assignati per comune Ianue, quod dominus intendit, quod rata et firma permaneant omnia statuta et ordinamenta, nec intendit ipsa debilitare, set pocius corroborare et augmentare.

c. 13. XIII. Item donat, vult et concedit, quod omnes Ianuenses in eundo, stando et redeundo sint ubique terrarum liberi et immunes in personis, mercationibus et rebus ab omnibus pedagiis, tholoneis, passagiis et drictis seu consuetudinibus, non obstantibus legibus vel constitutionibus, privilegiis seu consuetudinibus quibuscunque, se tamen abstineant in ducendo vel salvando res alienas sub eorum nominibus pedagia defraudando. Non tamen predicta locum habeant in aliquibus pedagiis, tholoneis, passagiis, drictis seu consuetudinibus impositis vel imponendis per comune Ianue seu ex ordinatione ipsius comunis seu que solvuntur vel colliguntur ex ordinatione ipsius comunis.

XIIII. Hec clausula, cuius tenor talis est: 'Predicta omnia vult et concedit dictus dominus rex salvo et reservato omni iuri sibi conpetenti ex vigore dominationis sibi concesse usque ad tempus vicennii per comune et populum Ianue' nullomodo in privilegio apponatur, set separatim a privilegio.

XV. Item ubicunque supra dicitur quod 'dominus rex non intendit' dicatur 'concedit et vult', et ubi supra dicitur 'usque in presentem diem' dicatur 'usque in diem privilegii', et ubi dicitur 'dominus rex' dicatur 'sacratissimus imperator'.

925. *PETITIONES POSTERIORES.* *(post 1313. Mart. 27).*

Ex J *fol. 26—28', 29b. Spatia in* J *verbis vel numeris inserendis relicta ita servavimus. De tempore cf. ibidem.* *(P. deest.)*

In nomine domini nostri Iesu Christi et beatissime Marie semper virginis matris eius amen.

(1) Sacratissime Roman(orum) imperatorie maiestati pro parte comunis Ianue cum reverentia supplicatur, quatinus dignetur ipsi comuni concedere in feudum omnia iura et iurisdiciones, que et quas ipse dominus imperator seu imperium habet seu habere consuevit in omnibus et singulis terris, locis, hominibus et territoriis, que sunt a fuce Macre usque Monacum incluxive et a iugo infra versus mare. Ita tamen quod in ipsam concessionem non cedant nec cedere intelligantur iura vel iurisditiones, que vel quas imperium habet in aliquibus terris, locis vel territoriis, quas et que tenerent et possiderent tempore quo dominus imperator intravit Italiam et hodie tenent vel possident aliqui cives originarii civitatis Ianue seu aliquis prelatus ecclesie, marchio, comes vel nobilis teneret in feudum a sacro imperio et possideret racionabiliter dicto tempore quo dominus imperator tunc rex accessit ad partes Italie, quod fuit tali anno et tali mense. In quibus que dicta sunt non cedere, comune Ianue habeat ostem et[a] cavalcatam et alia que habere consuevit[1]. Et[b] predicta irrevocabiliter concedantur, salvo si dominus imperator restituerit comuni Ianue libras , pro quibus libris iura, que ipse dominus imperator seu imperium habet in predictis seu haberet in futturum, obligentur et obligata[c] specialiter intelligantur, quousque dicto comuni Ianue de dictis libris fuerit integre satisfactum. Qua quantitate peccunie restituta, sit in arbitrio dicti domini imperatoris, an velit revocare concessionem predictam, et eo casu quo revocaret, dictum comune habeat in predictis, que cedere debent in dictam concessionem, iura que habere consuevit secundum formam privilegiorum Romanorum

925. a) *super* ut *delet. J.* b) *nova linea in J.* c) obligate *J.*

1) *Manus apposita in margine. Cf. infra pag. 962 not. 1.*

regum et imperatorum et conventionum initarum inter comune Ianue ex una parte et civitates seu loca riperiarum Ianue seu earum universitates ex altera, que conventiones per ipsum dominum imperatorem confirmentur. Et[d] sic fiat quod dominus imperator confiteatur peccuniam, que propterea dabitur ei, habuisse et recepisse pro utilitate imperii 5 et pro necessitate magna ipsius pro recuperandis terris imperii et abrenunciet iuribus que circa hec renuncianda erunt.

II. Item dignetur ipsa imperatoria maiestas comuni Ianue confirmare et ad cautelam de gracia innovare privilegia et conventiones ipsi comuni concessa et concessas ab aliis regibus et imperatoribus Romanorum, exceptis articulis qui faciunt mencionem 10 de factis Sicilie, qui necessarii non videntur, et addendo dignetur in confirmatione ipsorum privilegiorum addere ubi dicitur 'a Portuveneris usque Monachum', quod dicatur 'a fuce Macre usque Monachum inclusive'.

III. Item dignetur concedere, quod in cognitione et diffinitione causarum civilium et peccuniariarum, que sunt et erunt in civitate Ianue et districtu, et in quibuscunque aliis 15 negociis comunis seu singularium personarum, exceptis causis criminalibus, statuta et consuetudines Ianue debeant observari et quod non possit appellari nec[e] supplicari in civilibus seu criminalibus nisi secundum formam statutorum Ianue.

IIII. Item dignetur concedere per privilegium dicto comuni, quod nullus possit exercere publice vel privatim in civitate Ianue vel suburbiis[f] officium notarie nisi fuerit 20 receptus et scriptus in matricula notariorum dicte civitatis, examinatus et approbatus secundum formam capitulorum et consuetudinem dicte civitatis, aliquo rescripto facto vel faciendo non obstante.

V. Item dignetur eidem comuni concedere, quod dictum comune per se et quamlibet personam pro ipso comuni possit emere et quocunque alio iusto titulo acquirere 25 quascunque terras et iurisditiones et quecunque loca et omagia[g] quorumcunque atque fidelitates et iura, sive sint feudales vel feudalia et de feudo imperii sive non, que sint prope mare per miliaria quadraginta, lege vel consuetudine aliqua non obstante vel aliquo privilegio vel rescripto concesso vel concedendo et specialiter non obst(ante) lege, statuto vel consuetudine, quo vel qua res feudales alienari prohibentur. Et pre-30 dicta concedantur salva semper fidelitate imperiali.

VI. Item dignetur concedere ipsi comuni, quod possit capere et punire et capi et puniri facere per officiales et magistratus suos omnes cursales et depredatores et sediciosos habitantes a Monaco usque ad flumen Macre, qui infra dictos confines vel alibi ubicunque commiserint cursariam, rapinam seu sedicionem, et eciam omnes habi-35 tantes extra dictos confines, qui infra dictos confines commiserint predicta vel aliquod predictorum vel infra ipsos confines receptarentur, et receptatores ipsorum et cuiuslibet eorum. Et quod si aliqua discordia seu guerra emergeret inter aliquas civitates vel loca sive inter homines alicuius ipsorum civitatum vel locorum riperie Ianue infra predictos confines, comune Ianue possit ipsos universaliter et singulariter conpellere ad 40 desistendum et recedendum ab ipsis guerris et discordiis et ipsos ad pacem et concordiam redducere.

VII. Item dignetur concedere ipsi comuni, quod ipsum comune et singulares persone ipsius comunis possint uti represaliis seu laudibus represaliarum concessis hinc retro per ipsum comune seu officiales ipsius et etiam quod ipsum comune abhinc inantea 45 possit laudes represaliarum concedere secundum formam capitulorum Ianue, non obstantibus aliquibus privilegiis vel rescriptis hinc retro concessis vel de cetero[h] concedendis alicui collegio, corpori vel universitati vel singulari persone[i].

925. d) *nova linea in J.* e) *super* ut *delet. J.* f) subburbiis *J.* g) obmagia *J.* h) *supra lineam add. J.* i) *in nova pagina sequitur spatium complurium linearum vacuum relictum J.*

VIII. Item dignetur concedere ipsi comuni in feudum iura, que ipse dominus imperator seu imperium habet in castris seu locis Aymelie et Barbazane.

IX. Item placeat ipsi domino imperatori, quod officiales comunis Ianue cum salario vel sine, sive eorum officia exerceri debeant in Ianua sive extra, eligantur et eligi et constitui debeant secundum quod debent ex forma capitulorum Ianue, non obstantibus aliquibus concessionibus privilegiorum vel rescriptis de ipsis officiis vel aliquo ipsorum factis vel faciendis, salvo quod predicta locum non habeant in officiis que iam incepta sunt exerceri, quominus possint ipsi officiales eorum officia[k] explicare, dummodo eorum tempus non prorogetur ultra annum unum a die, qua ipsa officia exercere inceperunt.

X. Item quod vicarii riperiarum Ianue et ultra iugum, si videbitur comuni Ianue quod in dictis riperiis vel aliqua ipsarum seu ultra iugum aliquis vicarius constitui debeat, eligantur et creentur per ipsum comune. Qui vicarii sint cives et continui habitatores Ianue et subsint et subesse debeant domino vicario, qui pro tempore fuerit in civitate Ianue pro imperatoria maiestate et comuni Ianue, secundum quod subesse consueverunt vicarii riperiarum et de[l] ultra iugum potestati et comuni Ianue, et aliter seu alio[m] modo aliquis vicarius creari seu constitui non debeat in dictis riperiis seu aliqua earum seu etiam ultra iugum.

XI. Item quod vicarius civitatis Ianue pro ipso domino imperatore omnia negocia comunis Ianue et que non pertineant ad iustitiam vel vindictam nec sint contra capitula civitatis Ianue facere debeat de consilio ancianorum vel maioris partis ipsorum et si aliqua singularis persona, corpus, collegium vel universitas requireret aliqua a comuni Ianue, que similiter non pertineant ad iusticiam vel vindictam nec sint contra aliquod capitulum civitatis, exponantur consilio ancianorum, si videbitur vicario ipsius domini imperatoris et consilio ancianorum, quod exponi debeant ipsi consilio. In quo sint ad minus decem et octo anciani, quorum decem et octo vel plurium sint ad minus novem de populo et novem nobiles, et due partes ipsorum presentium in ipso consilio sint concordes et servata forma capituli de duodecim sapientibus constitutis super moneta comunis expendenda, et aliter non valeat quicquid consilium ancianorum[n] fecerit. Et in quolibet consilio ancianorum possit esse dominus abbas populi et vocem habere sicut unus ancianorum. Non tamen possit ipse vicarius per se vel cum consilio ancianorum vel aliquo alio aliquid facere contra formam capitulorum Ianue vel alicuius eorum, excepto super maleffliciis vel delictis.

XII. Item quod omnes magistratus et officiales comunis Ianue qui sunt et pro tempore fuerint possint compellere omnes qui vel que solvere consueverunt mutua, dacitas, avarias, collectas et quascunque impositiones factas et faciendas per comune Ianue ad solvendum ipsas avarias, dacitas, mutua[o], collectas et quascunque imposiciones, non obstantibus aliquibus privilegiis seu concessionibus immunitatum[1] vel aliis factis vel concessis vel concedendis per ipsum aliquibus personis, collegiis, corporibus vel universitatibus.

XIII. Item placeat domino imperatori salarium vicarii, quem missurus est Ianuam post istum presentem vicarium, moderare, ut habeat pro se et quatuor iudicibus suis et sociis quatuor et domicellis   et cum equis armigeris   et runcinis   et alia sua familia libras   tantum, et quod dictus vicarius ultra predictam familiam suam ducere debeat milites sive equites   cum equis armigeris   et runcinis   . Qui habeant et habere debeant a comuni pro eorum soldo libras   , quolibet mense pro quolibet, et servientes ducentos, qui similiter habeant a comuni pro eorum soldo solidos quadraginta Ian(uenses) pro quolibet ipsorum quolibet mense. Et que quantitates tam militum

925. k) *sequitur* exerc *delet. J.* l) *supra lineam add. J.* m) aliquo *J.* n) *sequitur* f? *delet. J.* o) *sequitur* ꝛ *delet. J.* p) *sequitur* coı *delet. J.*

sive equitum quam servientium solvantur et solvi debeant ipsis militibus et servientibus, scilicet cuilibet eorum pro se et nulli alii persone pro eis vel aliquo eorum, quolibet mense per nuntium seu nuntios comunis Ianue, qui de ipsis militibus et servientibus faciant cercam et inquirant defectus, prout videbitur expedire.

5 XIIII. Item quod revocentur omnia privilegia et concessiones facta et facte per ipsum dominum alicui persone, corpori, collegio seu universitati de colligendis aliquibus pedagiis, toltis seu exactionibus in civitate Ianue vel a Monaco usque Macram vel eciam ultra iugum in districtu Ianue.

XV. Item dignetur concedere, quod occasione seu ex vigore alicuius laudis repre-10 saliarum seu contracambiorum seu alicuius privilegii vel rescripti concessi seu concesse seu concedendi vel concedende aliqua persona impediri vel molestari non debeat in personis vel rebus in Ianua vel districtu, nisi ipsa laus seu rescriptum concessa seu concessum essent per comune Ianue et servata forma capitulorum Ianue.

XVI. Item quod cum tempore, quo ipse dominus imperator tunc rex erat in Ianua, 15 multe condempnationes, banna et forestationes facte et facta fuerint per dominum mareschalchum seu iudicem ipsius et que condempnationes nunc requiruntur ab ipsis condempnatis et forestatis et fideiussoribus ipsorum, quod dignetur ipse dominus imperator ipsas condempnationes, forestationes et banna factas et facta in aliquem seu aliquos de Ianua seu districtu seu in aliquam universitatem de districtu Ianue cassare et irritare 20 et mandare, quod occasione dictarum condempnationum, forestationum seu bannorum ipsi condempnati, forestati seu banniti seu aliquis eorum seu fideiussores eorum vel alicuius eorum abhinc inantea molestari seu inquietari non possint.

926. *RESPONSIO LEGATORUM.* *(post 1313. Mart. 27).*

Ex J *fol. 29. Fol. 29a' vacuo relicto inscriptum est:* § primus articulus admitta-25 tur | §. *Folia 29 et 29a foliis 28 et 29b interposita sunt. Cf. nr. 925. Quae in* J *prius scripta deinde deleta sunt, in textu retinuimus uncis* ⟨ ⟩ *inclusa.*

De tempore cf. ibidem. V. etiam infra nr. 934 cap. 2. *(P. deest.)*

(I) Deliberatio ambax(atorum).

§ Primum capitulum concessum est iam in privilegio concesso per dominum impe-30 ratorem.

§ Secundum capitulum etiam concessum est.

§ Tertium capitulum ⟨concedatur si non⟩[a] sicut[b] est concessum ita maneat[c].

§ Quartum capitulum, videlicet quod non fiat preiudicium[d] iuribus comunis Ianue, concessum est. In quantum ad alia petitur vel exstenditur non est iustum. +

35 § Quintum capitulum non est iustum neque conveniens. f

§ Sextum sicut concessum est maneat.

§ Septimum concessum est.

§ Octavum concessum est sicut stat.

§ Nonum concessum est sicut stat.

40 § Decimum concessum est sicut stat.

§ Undecimum concessum est sicut petitur.

§ Duodecimum capitulum admittatur, si statuta, de quibus fit mentio in eo, non contineant iniquitatem vel peccatum. +

§ XIII. capitulum ⟨concedatur⟩ concessum in prima parte usque ad verbum 'non 45 tamen', et ab illo verbo inantea videtur concedendum. +

926. a) *uncis* ⟨ ⟩ *inclusa deleta J.* b) *supra lineam add. J.* c) ita maneat *mutato ductu post add. J.* d) *sequitur* c *delet. J.*

\+ § XIIII. capitulum conceditur primo cautela adhibita, ne preiudicet domino in balia dominii et alias sibi a comuni Ianue concessa.

\+ § XV. capitulum fiat in hiis que concedentur.

(II) C Secunda pars capitulorum.

f § Primum capitulum ⟨non⟩[e] concedatur hoc modo, videlicet quod[f] que petita sunt concedantur in feudum pro magna quantitate peccunie, ita quod restituta peccunia res sit in eodem statu in quo nunc est, et aliter non[1]. 5

\+ § Secundum capitulum non concedatur nisi videantur privileg[ia] et[g] conventiones.

§ ⟨Tertium non concedatur, quia iniquum per omnia.⟩[e]

\+ § Tertium capitulum in prima parte servetur in statutis licitis, iuri et bonis[h] moribus non contrariis, in secunda parte non videtur concedendum, quia domino derogatur. 10

f § Quartum non est admittendum, quia contra honorem imperii et publicam utilitatem.

f § Quintum capitulum non concedatur, quia magnum preiudicium inferret iuri imperii et honori. 15

\+ § Sexstum capitulum non est concedendum nisi in quantum[i] includeretur ex concessione primi.

f § VII. non concedatur, quia contra omnia iura de mundo.

f § VIII. capitulum fieri potest ex congruis conventionibus. Non fiat.

f § VIIII. capitulum non concedatur, quia nimis derogatur iurisditioni et potestati et dominio domini ad vicen[n]ium. 20

f §[k] X. capitulum non concedatur ut supra.

f § XI. capitulum derogat balie et potestati domini, set bonum est quod servetur per vicarium, quando viderit expedire.

\+ § XII. capitulum provisum est per dominum circa illud, quia suspense sunt omnes immunitates concesse in Ianua et districtu[2]. 25

f § XIII. capitulum videtur iustum. Remaneat domino.

f § XIIII. capitulum ⟨non concedatur in eo quod⟩[e] dicitur quod privilegia concessa non revocentur sine causa.

f § XV. capitulum non concedatur, quia nimis detraheretur honori et iurisditioni imperii. 30

f § XVI. capitulum ⟨ex primari[l] concedatur⟩[e] posset fieri et concedi, set detrahitur comodo marischalchi.

Omnes signati per f sunt inpossibiles, per + ut iacent.

927. 928. *PRIVILEGIA AB IMPERATORE CONCESSA. 1313. Mart. 27.* 35

927. *PRIVILEGIUM GENERALE.*

Servatur in solis codicibus Libri iurium Ianuensis, ubi transsumtum a. 1331. Aug. 1 a Ricobono Iacopini de Pontremulo notario confectum insertum est. Editum est 'Historiae patriae monumenta. Liber iurium reipublicae Genuensis' II (Augustae Taurinorum 1857), pag. 459 nr. 168. Quam editionem hic repetimus. Numeros capitum arabicos adiecimus nos. In margine posuimus numeros capitum Petitionis supra nr. 924. Cf. infra nr. 934 cap. 2. 40

(P. deest.)

926. e) *uncis* ⟨ ⟩ *inclusa deleta J.* f) *sequitur* ea *delet. J.* g) *sequitur* ꝛ *vel* ī? *delet. J.* h) *supra lineam add. J.* i) *sequitur* co *delet. J.* k) *sequitur* p *delet. J.* l) *sic J.*

1) *Manus huic capitulo in margine apposita. Cf. supra pag. 958 not. 1.* 2) *Cf. infra nr. 928.* 45

Henricus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

1. Et virtutum premia benemerentibus tribui opportet et eos potissime decet 5 gratiosioribus beneficiis illustrare, quos constat in puritate fidei et puritatis fide diucius et constantius permansisse. Sane non obduxit oblivio, sed continuacio omnibus patefecit, quanta per comune et homines Ianuenses erga Romanum imperium extitit fidei constancia, intime affectionis perseverancia nedum tranquillis, verum eciam temporibus nubilosis. Racionabili ergo voluntate inducimur, ut eis larga manu gratias gratiosas de 10 imperialis celsitudinis gremio largiamur.

2. Firmiter igitur tenore presentium confirmamus omnes emptiones, donaciones et aquisitiones sine vicio per comune Ianue seu alium nomine ipsius factas, non obstante quod res ipse sint feudales et quod sint sine consensu principis aquisite. Ita tamen quod comune Ianue teneatur nominatim requirere et accipere investituram a principe 15 et facere ei fidelitatem pro ipsis rebus et quod teneatur ad servicia, ad que tenebantur illi, a quibus dictum comune Ianue causam habet. nr. 924 c. 1.

3. Volumus eciam quod in petendo et consequendo iura, que habet et habere consuevit comune Ianue in rebus quibuscumque existentibus ultra mare, non obsit ipsi comuni aliqua prescriptio seu transcursus temporis cuiuscumque. In rebus autem existenti- 20 bus citra mare computetur contra dictum comune solummodo centum annorum prescriptio, videlicet in prescriptionibus pendentibus et futuris. c. 2.

4. Item ordinamus quod privilegium per nos datum Francischo marchioni de Cravexana[1] nullum faciat preiudicium comuni Ianue seu hominibus districtus ipsius et quantum ad iura comunis Ianue et hominum districtus ipsius comunis sit in eo statu 25 dictum privilegium, in quo erat tempore quo Italiam intravimus. c. 3.

5. Preterea decernimus quod per aliquod rescriptum vel privilegium per nos concessum vel confirmatum vel aliquam concessionem vel aliquam confirmationem alicui comunitati vel singulari persone factam non intelligatur nec sit factum preiudicium iuribus comunis Ianue seu hominibus, terris vel locis que tenentur ab ipso comuni et 30 quod iura ipsius comunis et hominum sint illesa a dictis privilegiis, concessionibus et confirmationibus, quemadmodum erant tempore quo Ytaliam intravimus, salvo omni iure imperii. c. 4.

6. Sane non intendimus quod infra tempus dominacionis vicennii nobis concesse a comuni et populo Ianue aliquis civis vel oriundus a Corvo usque Monachum sit vicarius 35 in civitate Ianue pro nobis. Nec etiam intendimus quod alique vicarie seu potestarie riperiarum aut castellanie quibuscumque concesse vel concedende durent ultra tempus sex mensium vel unius anni ad plus. c. 6.

7. Cassamus autem et irritamus omnes laudes et sentencias latas per iudices seu auditores aule nostre et omnes processus factos contra comune Ianue, postquam intra- 40 vimus Ianuam usque ad undecimum diem Februarii occasione contumacie seu quia dictum comune non fuit[a] defensum, restitutis expensis illis qui contra dictum comune dictas contumacias et processus habuerunt et obtinuerunt. c. 7. Febr. 11.

8. Nec eciam intendimus quod aliquis mercator forensis, cuius civitas vel terra sit in obedientia nostra, possit vel debeat in civitate Ianue realiter vel personaliter 45 impediri, molestari vel detineri pro aliquo facto civitatis vel loci, de quo vel de qua sit, videlicet pro eo quod civitas ipsa vel locus teneatur vel teneri dicatur aliquid dare vel facere nobis vel nostre camere vel officialibus vel alicui de familia vel sequentibus curiam nostram. c. 8.

927. a) fuerit *ed.*

50 1) *A. 1311. Dec. 1. Böhmer, Reg. Heinr. 440.*

c. 9. 9. Item ordinamus et mandamus quod per quoscumque iudices et magistratus unicuique Ianuensi iustitia expedita reddatur et fiat et quod omnes strate et itinera secura teneantur.

c. 10. 10. Item quod capitulum quod loquitur de robariis integraliter observetur et quod vicarius qui nunc est et qui pro tempore fuerit habeat specialem iudicem dicto officio 5 deputatum.

c. 11. 11. Decernimus etiam quod omnes tractatores deputati dicto officio de robariis et omnes qui voluerint exponere bonum comune civitatis Ianue et maxime super facto[b] mercaturarum habeant liberum accessum quociens expedierit et eis videbitur ad nos, ubicumque fuerimus. 10

c. 12. 12. Super facto autem assignacionis mutuorum intendimus et volumus, quod rata et firma permaneant omnia statuta et ordinamenta nec intendimus ipsa debilitare, sed pocius corroborare et augmentare.

c. 13. 13. Insuper graciose donamus et volumus et concedimus, quod omnes Ianuenses in eundo, stando et redeundo sint ubique terrarum liberi et immunes in personis, mer- 15 cacionibus et rebus ab omnibus pedagiis, theloneis, passagiis et dritis seu consuetudinibus quibuscumque, se tamen abstineant in conducendo vel salvando res alienas sub eorum nominibus pedagia defraudando.

14. Predicta omnia volumus et concedimus salvo et reservato omni iure nobis competenti ex vigore dominacionis nobis concesse usque ad tempus vicennii per comune 20 et populum Ianuensem.

In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Pysis, sexto Kalendas Aprilis, indictione undecima, anno Domini millesimo trecentesimo tertio decimo, regni nostri anno quinto, imperii vero primo. 25

928. *REVOCATIO IMMUNITATUM.*

Autographon tabularii regii Ianuensis 'Materie politiche Mazzo 8' servatum denuo contulimus. Sigillum, quod olim pendebat loro membranacco, iam desideratur. In margine dextro eadem manu atramento paulo fusciori plicae inscriptum est nomen scriptoris: Johes. *In verso alia manu tamen cancellariae scriptum est:* R̷ (= Registrat.). *Editum est loco* 30 *supra ad nr. 927 citato pag. 458 nr. 167. Cf. supra nr. 926 (11) c. 12.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Non ab re a sacratissimis predecessoribus nostris Roman(is) principibus est sanctitum, ut sepius exasperetur vel relaxetur ad evitandum scandulum[a] iuris rigor, ibi tamen 35 citius est fiendum, ubi facti ignorancia interveniente, que fallit prudentissimos, aliquid est concessum. Sane quasdam immunitates reales et personales quibusdam civibus Ianuensibus concessisse meminimus, quod non tenerentur ad onera vel prestaciones, ad que tenentur alii eorum concives, prout in litteris ipsarum immunitatum realium et personalium traditis[1] a nobis plenius continetur. Cum igitur ex hoc civitas Ianue senciat 40 se gravari, ex eo quod redditus civitatis ipsius ex gabellis, prestacionibus et contribucionibus dicuntur potissime provenire, nolentes nostra privilegia in aliorum iniuriam redundare, ne [quod uni][b] conceditur, alteri detrahatur, dictas gracias, immunitates et privilegia cuiusvis tenoris existant ex certa sciencia tenore presencium suspendimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis. Non obstante si de ipsis non fiat mencio 45

927. b) factis *ed.*

928. a) *sic or.* b) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

1) *Quae servatae non sunt.*

specialis nec eciam obstantibus iuribus seu consuetudinibus quibuscunque. Damus autem . . vicario nostro Ianuensi qui nunc est vel pro tempore fuerit tenore presentium in mandatis, ne aliquos predictis graciis, immunitatibus seu privilegiis in iudicio vel extra uti sinat, quousque aliud super ipsis duxerimus ordinandum. In cuius rei testimonium 5 presentes litteras exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Pysis, VI. Kalend. Aprilis, indic. XI, anno Domini millesimo trecentesimo terciodecimo, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

929—932. CONSTITUTIONES PISANAE.

1313. Apr. 2.

10 929. 930. *EDICTUM DE CRIMINE LAESAE MAIESTATIS.*

929. *FORMA LATINA.*

Praesto fuere codices: 1) *Vatic. lat. 4265 saec. XIV. fol. 157, ubi rubrum* Autentica ultimi imperatoris[1]; *nos ipsi descripsimus;* 2) *bibliothecae nationalis Parisiensis 'Néerland. 4' fol. 75', quem contulit v. d. Dopsch;* 3) *Vatic. lat. 3978 saec. XIV.—XV.* 15 *fol. 13'; contulit v. d. K. Schellhass*[2]*;* 4) *Vatic. lat. 1437 saec. XV. fol. 67, quem contulit v. d. J. Haller;* 5) *Vindob. lat. 5035 (Iur. can. 14) fol. 296; contulimus nos ipsi. Potiores tantum varias lectiones ex 1—5 adnotavimus, orthographiae fere omnibus minutiis ab editione nostra reiectis. Ceterorum etiam codicum vel editionum a Pertzio adhibitorum lectiones, quae minimi pretii sunt, hic ponere supersedimus.*

20 *Constitutio nostra ad calcem Corporis iuris civilis recepta est. — Böhmer, Reg. Heinr. 527.* *(P. 544.)*

Henricus[a] septimus divina favente clementia[b] Romanorum imperator[c] semper[d] augustus ad[e] perpetuam rei memoriam[d.e].

Ad reprimenda multorum facinora, qui ruptis totius debite[f] fidelitatis[g] habenis 25 adversus Romanum[h] imperium, in cuius tranquillitate totius orbis regularitas requiescit[i], hostili animo animati conantur nedum humana, verum etiam divina precepta, quibus iubetur[k] quod omnis anima Romano[l] principi sit subiecta, sceleratissimis facinoribus[m] et assiduis rebellionibus demoliri, ne ex eorum absentia[n] in detestando lese maiestatis crimine processus et sententia retardentur[o] et tanti sceleris[p] nephanda temeritas remaneat 30 impunita, hac edictali Deo propitio perpetuo[f] valitura lege sanccimus[q], ut in quocunque lese maiestatis crimine et maxime ubi[r] contra Romanorum imperatores[s] vel reges aliquid[t] quod dictum crimen tangat asseratur commissum, possit procedi per accusationem vel[u] inquisitionem[h] seu[v] denuntiationem summarie et de plano sine strepitu et figura[w] iudicii, prout illi qui iurisdictioni preest videbitur expedire. Ad[x] hoc si qua com-35 munitas, corpus vel collegium vel alia quevis persona, cuiuscunque status, dignitatis

929. a) Heinricus 2. b) gratia 2. 4. c) et *add.* 3. d) semper — memoriam *desunt* 2. e) ad—memoriam *desunt* 1. 3. 4. f) *deest* 1. g) fid. deb. 2. h) *deest* 4. i) conquiescit 1. 3; quiescit 4. k) cavetur *male* 2. l) Romanorum 2. m) factionibus 3. 4. 5. n) amentia 4; *deest* 1. o) retardetur 1. 2. 3. p) *loco* tanti sceleris 2: scelerum. q) sanximus 2. r) ubi 40 maxime 4. s) principes 1. t) aliquos 1; ad quid 4. u) *deest* 2—5. v) et 2. w) et figura *desunt* 1. x) Vel ad 2.

1) *Cf. 'Archiv' XII, 243.* 2) *Cf. ibidem XII, 242.*

vel condicionis existat, super dicto[y] crimine per nuntium vel per litteras seu etiam per edictum publice propositum citata vel citatum neglexerit in termino personaliter vel legitime comparere, contra ipsam vel ipsum proinde[z], acsi personaliter[a] omnibus interesset et[b] lis foret legitime contestata, tam ad recepcionem testium et eorum[c] publicacionem et sequentia quam ad diffinitivam sententiam et eius executionem procedatur, legibus vel consuetudinibus non obstantibus quibuscunque[d]. Hanc autem generalem nostram legem[e] extendi iubemus[f] ad preterita, pendentia[g] et futura, quam exnunc absque alterius temporis[h] exspectatione transcursus suum integrum vigorem decernimus optinere[i].

Dat. Pisis, IIII. Nonas Aprilis[k].

930. *FORMA GALLICE CONSCRIPTA.*

Servatur in eadem membrana nitidissime exarata, quam iam supra ad nr. 800 adhibuimus. Edidit Doenniges l. c. II, 226 nr. 3b. Nos denuo contulimus. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 527. *(P. deest.)*

Henris etc.

A corrigir les mauvasties de pluiseurs, li quel rompues les rennes de feaute dehue a l'empire de Rome, en la pais dou quel empire la regularite de tout le monde se repose, s'esforcent par corage d'anemis en mauvais faiz e en continueuz rebellions de deffaire les comandemenz non soulement humains, mais ceux[a] de Dieu, par les queux est commande que toute anme soit souzgite au Romain prince, pour ce que proces ou sentences ne soient retargies ou desloial crime de lese majeste e pour ce que de si grant meffait li desloyaux hardemenz ne remagne senz puniment, pour ceste loy a la ayde de Dieu perpetuelement durable fermement estaublissons, que en chascun crime de lese majeste e majourment la ou encontres les empereours ou rois des Romains aucune chose soit affermee estre commise qui toche le dit crime, puisse estre procehu par acusation ou par enquisition ou par denunciation summairement e de plain senz sollempnite e figure de jugement, einsinc come a celui qui sera justicieres semblera que bien soit. A cele fin que se aucune communite, aucuns cors, aucuns collieges ou quelcunques autre persone, de quelcunques estat, dignite ou condition que il soit[b], sus le devant dit crime par message ou par letres ou par edict publiement propose sera citez e despisera a comparoir legitimement au terme a lui assigne, que il soit procehu encontres celui a reception de tesmoinz e publication e aus autres choses qui y afierent e a diffinitive sentence e a la execution de celi tout ausinc, come se il avoit este presenz a toutes ces choses e li plaiz legitimement este contestez, non nuisanz aucunes lois ou aucunes costumes. Ceste nostre loi general comandons estre extendue a les choses passees e a les choses pendenz e a les choses a venir, la quele nous volons e commandons deis a des avoir pleine vigour senz atendre autre parcours de tens.

931. 932. *DECLARATIO QUIS SIT REBELLIS.*

931. *FORMA LATINA.*

Subsidiis uti licuit his: 1) libello Relationis legatorum Lombardiae tabularii Taurinensis, quem iam supra adhibuimus ad nr. 921—923, ubi ad diem 4. m. Maii exemplar Brixiae promulgatum insertum est; habundat verbis aut aliis — impendendo

929. y) edicto 1. z) perinde 4. 5. a) specialiter 2; presentialiter 4. b) vel 4. c) examinationem et *add.* 2. d) quibusc. n. obst. 2. e) nostram gen. leg. 1. f) iub. ext. 5. g) presentia 1—3. 5. h) *deest* 1. 4. i) amen *add.* 1. k) Dat.—Aprilis *desunt* 2. 3. 4. 5.

930. a) humains—ceux *supra lineam add. B.* b) *in novo folio mutato ductu B.*

certe authenticis, quae tamen in codicibus 2—7 omnino desunt; nos ipsi contulimus; 2) *minuta ut videtur ab Iohanne de Dyst exarata, quae in eodem tabulario exstat inter Collectanea Bernardi de Mercato 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563, sub nr. 23); item nos ipsi contulimus;* 3) *exemplar duci Venetorum directum in Librorum Commemorialium tom. I f. 200', Venetiae in tabulario regio asservato*[1]; *ubi rubrum:* Hoc est exemplum duarum litterarum *(nr. 931 et infra nr. 983)* domini imperatoris Romanorum veris bullis cereis ipsius pendentibus bullatarum, presentatarum domino duci die XXIX. Iul., indict. XI, quarum tenor per omnia talis est; *nos ipsi denuo contulimus;* 4) *cod. bibliothecae nationalis Parisiensis 'Néerland. 4' fol. 76, quem contulit Dopsch;* 5) *cod. Vatic. lat. 3978 saec. XIV.—XV. fol. 14; contulit Schellhass;* 6) *cod. Vatic. lat. 1437 saec. XV. fol. 71, quem contulit Haller;* 7) *cod. Vindobonae in bibliotheca ministerii quod dicitur 'des Innern', olim 'Hofkanzlei' asservato saec. XV. fol. 105', ubi rubrum:* Constitucio Heinrici imperatoris; *descripsimus nos. Ceterorum codicum, etiam eorum quos adhibuit Pertz lectiones varias omnes hic adnotare supersedimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 528.* *(P. 545.)*

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus ad perpetuam rei memoriam[a].

Quoniam nuper est ad auditum nostrum[b] deductum, quod inter nonnullos fideles et[c] subditos[d] nostros provincie Lombardie aliorumque locorum Italie[e] disceptationes et dubia sepius oriuntur, an infidelis[f] et rebellis[g] imperii quisquam[h] reputari debeat, nisi prius per nostre maiestatis sententiam condempnatus appareat[i], nos[k] attendentes, quod acta prava[l] malorum potius quam verba sententiarum ipsos faciunt pena condignos[m], et eo ipso[n] quod quis peccat, correctionem meretur et quanto plus differtur punitio, tanto magis[o] culpa[p] crescit et gentibus in exemplum perniciosius transit, tenore presentium declaramus, decernimus et pronuntiamus, quod illi omnes et singuli sunt rebelles et infideles[q] nostri et imperii[r], qui quomodocunque publice vel occulte contra nostrum honorem infidelitatis vel rebellionis opera[s] faciunt et in nostram seu[t] imperii prosperitatem aliquid machinantur contra nos[u] sive[v] nostros officiales[w] in hiis, que ad commissum[x] eis offitium pertinent[y], rebellando [aut aliis nostris rebellibus consilium vel favorem, per quod commodius in rebellione persistere valeant, impendendo][z]. Nulli[a] ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre[b] declarationis, decreti[b] et pronuntiationis infringere vel ei[b] ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et penam mille[c] librarum auri[b] nostre camere solvendarum[d] se noverit incursurum.

Dat. Pisis, IIII. Nonas Aprilis, regni nostri anno quinto, imperii vero primo[e].

932. *FORMA GALLICE CONSCRIPTA.*

Poenae formula carens servatur in eadem membrana ut supra nr. 930, ubi statim sequitur. Edidit Doenniges l. c. II, 226 nr. 3 c. Nos ipsi denuo contulimus. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 528. *(P. deest.)*

931. a) *protocollon desideratur in* 4. 7; Henricus etc. ad p. r. m. 5; Idem ad p. r. m. 6. b) *loco* aud. nostr. 7: audientiam. c) *deest* 4. 7. d) sudditos 1. e) Ytalie 4. 6. 7. f) infideles 2; fidelis 4. 6; rebellis 7. g) rebelles 2; infidelis 4. 6. 7. h) quis 7. i) *deest* 7. k) autem *add.* 4. l) patrata 4. m) dignos 4. n) *deest* 5. 7. o) amplius 4. 6. p) *sequitur in initio lineae* culpa *delet.* 2. q) et infid. *desunt* 4. r) et imperii *desunt* 6. s) opera rebell. 6. t) et 4. u) contra nos *desunt* 5. v) sive contra 5. w) offic. nostr. 3—7. x) commissum 2. y) spectant officium 4. z) aut—impendendo *in solo* 1; *desunt* 2—7. a) *abhinc formula plus minusve abbreviata* 5. 7. b) *deest* 4. 6. 7. c) *spatium vacuum relictum* 4. d) solvendarum *deest* 4. e) *linea dati in* 3: Dat. IIII. Non. Aprilis Pis(is) r. n. a. q. i. v. p.; anno a nat. Domini MCCCXIII. *post* primo *add.* 5.

1) *Cf. 'Predelli' loco supra ad nr. 361 citato I, 127 nr. 564.*

Henris etc.

Pour ce que novelement avons entendu, que entre pluiseurs nostres feaus e devoz e sougiz de la province de Lumbardie e des autres lues de Ytalie naissent pluiseurs fois doutances, se aucuns doit estre reputes infideuz e rebelles de l'empire, se il premierement par la sentence de nostre majeste n'est condempnez, nos consideranz, que les mauvaises huevres des maus pluis que les paroles de les sentences les font dignes de peine, e pour ce soulement que li homs peche, dessert il correction e com pluis la corrections est deslaye, en tant creist pluis la peine e passe en mauvais exemple aus genz, par ceste present escriture declarons e pronuncions, que tuit cil sunt infidel e rebelles de nous e de l'empire, qui en quelque maniere que ce soit publiement ou priveement encontres nostre henour font huevres de infidelite ou de rebellion e en la prosperite de nous e de l'empire aucune chose pourchacent encontres nous ou nostres officiaux, rebellanz en les choses qui apartienent a l'office commis a eux.

---

933. PRAEFATIO IN LIBRUM PROPOSITORUM ET EXPEDITORUM CONSILII IMPERATORIS.

1313. Apr. 6.

Mandati imperialis de Libro propositorum et expeditorum consilii imperatoris redigendo mentio fit in praefatione eiusdem Libri P *a Bernardo de Mercato scripti, qui asservatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3' nr. 23 (fol. I—XXIII) et nr. 4 (fol. XXIIII—XL). Praecedunt folia duo non numerata, quorum priori Bernardus inscripsit textus Bibliorum quosdam (Ioh. 1, 1—14; Luc. 11, 27. 28; Luc. 2, 21) et in verso:* ‖ Anno Domini millesimo III^C^ XIII° inditione XI imperii dñi imperatoris Henrici septimi anno primo. regni vero eius anno quinto mense Aprilis ‖, *alteri notitiam rerum ut videtur adhuc proponendarum (Doenniges 'Acta Henrici VII.' I, 49 nr. 2).*

Ea quae in P *conscripta servantur, inde ab a. 1313. Apr. 6 usque ad Iul. 29 consilio imperatoris proposita sunt. De supplemento Libri propositorum acta variarum legationum continenti v. infra ad nr. 934—941. Nos de his etiam codicibus alio loco fusius disseremus.*

Librum propositorum P *integrum edidit Doenniges l. c. I, 47—96. Nos ea, quae ex* P *in editione nostra recipienda esse decrevimus, denuo contulimus.*

Praefationem hic proponimus ex P *fol. I. Edidit Doenniges l. c. I, 51 nr. 3.*

(P. decst.)

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem millesimo tricentesimo terciodecimo, indicione undecima, die sexta mensis Aprilis fuit ordinatum per serenissimum dominum H. Dei gratia Roman(orum) imperatorem semper augustum et eius consilium, quod omnia negotia tam sua quam aliena, de quibus expedit habere maturam deliberationem, omni die proponantur in consilio usque ad finalem expeditionem eorum et eorum propositio et expeditio rediguantur in scriptis. Et debet consilium domini congreguari quolibet die in mane ad curiam domini in aliquo[a] convenienti ad deliberandum ea que coram eis proponentur.

933. a) *addendum esse videtur* loco.

Eapropter ego Bernardus de Mercato notarius eiusdem domini et camere sue de voluntate et mandato ipsius domini incepi predicta seriatim inserere in hoc libro in lingua Guallica sive Romana pro comoditate ipsius domini, ut ipse facilius intelligere possit ea que coram eo et dicto consilio proposita fuerint et etiam expedita.

---

5 # 934—941. LEGATIONES AD DIVERSOS MISSAE.

1313. Apr. 6.(—Iun. 1).

Liber legationum sive de gestis per consilium imperatoris (L), *supplementum Libri propositorum, de quo v. supra nr. 933, praebens codemque die inceptus, item a Bernardo de Mercato exaratus servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3* 10 *nr. 23'. Constat* L *24 foliis, quorum primum non numeratum, fol. I—XVII conscripta, fol. XVIII—XX numerata, sed haud conscripta, reliqua tria folia non numerata sunt. Folio quod praecedit non numerato inscripta leguntur:* ‖ Anno Domini millesimo III^c. XIII. inditione XI. mense Aprilis imperii serenissimi principis dñi Henrici Dei gratia Romanorum semper augusti anno primo . regni vero eius anno quinto fuit inceptus liber 15 iste per me Bernardum de Mercato notarium camere eiusdem principis de gestis per consilium eiusdem dñi imperatoris ‖ *(S. N.)* *Fol. I textus his verbis incipit:* In nomine Domini amen. Anno eiusdem millesimo tricentesimo terciodecimo, inditione XI, die sexta mensis Aprilis, recesserunt de Pisis ambaxiatores infrascripti missi ad loca infrascripta, portantes ambaxiatas infrascriptas.

20 *Librum legationum* L *integrum edidit Doenniges l. c. I, 98—120. Nos omnia, quae ex eodem posuimus in editione nostra, denuo contulimus vel inspeximus.*

934—936. *LEGATIO AD CIVITATEM IANUENSEM. Apr. 6.—16.*

934. *INSTRUCTIO LEGATORUM. Apr. 6.*

Ex L *fol. I, ubi in margine additur rubrum* Ianue. *Edidit Doenniges l. c. I, 99* 25 *nr. 1. Denuo inspeximus. Relationem ambassiatorum datam a. 1313. Mai. 4.—Mai. 14., quae in* L *sequitur fol. II—II' inscripta, hic inserere longum est; cf. Doenniges l. c. I, 100 sqq.* *(P. deest.)*

Apud Ianuam domini Raynerius abbas monasterii sancti Michaelis de Monte Imperiali, Philippus de Vergellensibus miles et Anthonius de Surdis de Placencia iudex. 30 Et est eorum ambaxiata talis:

1. Primo quomodo dominus confidens de fidelitate et prudentia hominum Ianue vult uti consilio et auxilio ipsorum in presenti guerra, quam habet contra rebelles suos. Et inter cetera que videntur sibi et consilio suo honorabilia et utilia est illud, quod ipse sit potens per mare, cum iam ordinaverit esse potentissimus per terram. Et 35 propterea quia ipse dominus imperator cognoscit, quod prudentia et potentia Ianuensis prevalet maxime in mari, petant dicti ambaxiatores ab ipso comuni Ianue auxilium XXV gualearum armandarum et muniendarum sufficienter et bene pro termino et tempore quatuor mensium ad servitium domini expensis dicti comunis Ianue ad custodiam maris et ad offensionem eorum, qui sunt vel fuerunt aut esse vellent contrarii impera-

torie maiestatis. Et quas gualeas dominus vult habere armatas in eius servicio in introitu mensis Madii proxime venturi vel ad tardius usque ad medium dicti mensis. Et si ipsum comune Ianue vellet eligere amiratum dictarum gualearum, respondeant quod dominus est inde contentus, dummodo subsit iurisdicioni amirati generalis domini et ipsi generali amirato teneatur obedire et respondere in omnibus.

Mai. in.

Si autem dicti ambaxiatores non possent obtinere de numero et quantitate viginti quinque gualearum, ad que obtinenda insistant, sicut viderint expedire, condescendant sicut melius et plus obtinere poterunt usque ad numerum quindecim gualearum. Et illud idem faciant et procurent de termino IIII mensium et infra, sicut melius poterunt. Et si ipsum comune Ianue acceptaverit de ipsis gualeis concedendis ut supra dicitur, remaneat dictus Anthonius cum notario ad procurandum et sollicitandum armatum istarum gualearum, taliter quod sint parate et munite in mari ad alterum dictorum terminorum. Alii vero duo ambaxiatores redeant. Si vero ipsum comune Ianue negaret tottaliter servicium gualearum predictarum, tunc habeant consilium super hoc domini Ostiensis et vicarii Ianue et rescribant domino.

2. Et si aliquid diceretur pro ipso comuni Ianue dictis ambaxiatoribus de graciis dicto comuni concessis et nundum ad effectum deductis, respondeant quod non stetit per dominum quin effectualiter traderentur. Et ut cognoscat ipsum comune Ianue benivolentiam, quam habet dominus erga ipsum comune, dicant quod dominus fecit dictas gratias compleri et sigillari per privilegium inde scriptum, quod dicto comuni debeant consignare. Et si aliquid ultra dictum comune Ianue velit pettere a domino super declarationibus aut additionibus dictarum gratiarum, dicant quod mittant ad dominum suos ambaxiatores et dominus in hiis que potterit cum honore suo dicto comuni Ianue gratiosus existet. Ex habundanti ipse dominus imperator omnes et singulas immunitates et franchesias concessas per eum singularibus personis Ianue suspendit ad beneplacitum suum, ex quo audivit graviosas esse comuni Ianue, et si a principio cognovisset inde gravari comune Ianue, abstinuisset a concessione ipsarum. Et super hoc ipsi ambaxiatores secum portant privilegium imperiale, quod ipsi comuni representent.[1]

3. Item expedito supradicto negocio gualearum requirant omnes singulares personas de Ianua, quibus littere de credentia diriguntur, de ipsorum speciali adiutorio prestando domino.

4. Item habeant consilium et colloquium cum domino Ostiensi et cum vicario Ianue, qualiter et quantum Florentini et alii Tusci morantes in Ianua dare debeant dominio auxilium. Et sicut eis videbitur dictus vicarius effectualiter exequatur.

5. Item referant dicto vicario Ianuensi, quod secrete prudenter et caute procuret cum consilio bonorum et fidelium hominum civitatis Ianue remotis precio, precibus et amore, quod abbas futurus populi Ianue sit bonus, legalis et sufficiens et talis quod in omnibus persequatur voluntatem domini et ipsius vicarii. Et idem faciat de castellanis castrorum Monachi, Guavii, Portus Veneris et Illicis. Et quod dictus vicarius caveat et diligentiam apponat, ne ipse abbas aut aliquis de dictis castellanis eliguatur ad preces alicuius.

6. Qui ambaxiatores antequam perveniant ad aliquod principium predictorum, esse debeant cum domino Ostiensi et vicario Ianue secrete et eis refferre omnia supradicta et ab eis pettere consilium de persecutione dicte ambaxiate et secundum eorum consilium debeant procedere, non discedendo a sententia predictorum.

7. Et si dictis ambaxiatoribus aliquid diceretur ab aliquibus Ianuensibus, quod ipsi vellent armare gualeas ad offensionem rebellium et condempnatorum domini impe-

1) *Cf. supra nr. 927—928.*

ratoris, respondeant quod placet domino sub ista cautela, quod ipsi debeant coram vicario Ianue prestare ydoneam caucionem de non offendendo nisi rebelles et condempnatos domini. Et dominus vult, quod predicta fiant per dictum vicarium Ianue et ipsi ambaxiatores predicta committant ex parte domini ipsi vicario[1].

5 8. Item dicant ipsi vicario, quod totis viribus faciat, quod nullus vadat cum victualibus vel mercaturis ad montronem, ad hoc ut rebelles domini favorem non habeant de terris sibi subiectis.

9. Item super eo quod petuntur represallie per quosdam Ianuenses contra quosdam Sicilianos, dicant dicto vicario, quod concessionem ipsarum represalliarum impediat 10 quantum potest, cum hoc possit inducere impedimentum negociis domini.

935. *OBLATIO CIVIS IANUENSIS.* *Apr. 7.*

Ex P, *de quo v. supra ad nr. 933, fol. II. Edidit Doenniges l. c. I, 53 nr. 7. Cf. supra nr. 934 cap. 7. Responsum consilii imperatoris post adiectum est.*

(P. deest.)

15 Nicholas de Sou de Genua prie, que li sires vuellie mander e commander au vicaire de Genua, que il li laisse armer une gualie a Genua e aler offendre les rebelles dou segnour selonc la forme dou commendement e de la auctorite, que li sires li en a ja done par ses letres.

Mande est au vicaire, que se il n'a juste cause de lui empeschier, que li 20 laist armer la dite gualea. E se il crude avoir juste cause, si la mande au segnour.

936. *INFORMATIO VICARII IMPERATORI PORRECTA.* *Apr. 16.*

Item ex P *fol. IV ad diem 16. m. April. inscripta cum rubro in margine* Ianua. *Edidit Doenniges l. c. I, 54 nr. 17. Responsa consilii imperatoris post adiecta sunt.*

25 *(P. deest.)*

Li vicaires de Genua maude e par messer Alixandre requiert e conseillie sus les besognes de Genes e pour le meillour dou segnour e dou cummunz:

1. Premierement que equalite soit guardee entre les Doris sceux d'Oire e de Spinola. E que les offices, quant il se donront soit em terre ou en mar, soient con- 30 venient dones entre eux a oster toute matiere de envie d'entre eux, quar ce est une chose par quey la cite a este en peril d'estre perdue. E orendroit piert que ele soit en seur estat pour la equalite que l'on y a encommencie a guarder.

Placet domino.

2. Item que il soit pourvehu se faire se puet comment aucuns del alberc de 35 Spinula qui sont foruoye de la obedience dou segnour puissent ravoir e estre rapeles a la grace dou segnour.

Placet quantum cum honore domini possit fieri.

3. Item que aucuns dou dit ostel de Spinula, li quel ont este banni pour choses dont il n'ont coupes si come il dient e li quel non anuisent le bant, sont apparellie de 40 venir devant le vicaires e faire raison a ce que se il ont meffait, si soient puniz selonc raison, que il soient recehu a faire raison non anusant le banniment dessus dit.

Suspenditur tant que li vicaires ait vehu e rescrit au segnour, se faire se puet senz esclandre.

1) *Cf. nr. 935.*

4. Item que a doner les offices soient esleves par le vicaire mehurement e non par autres les persones, a cui les offices se ballieront, senz prendre riens ne pour le office pourchacier ne doner ne pour sael ne pour autre chose par pluiseurs raisons etc.

Placet.

5. Item que en la riviere de Genes soient faiz vicaires e autres officiaux de la auctorite dou segnour e soient eslehu par le vicaire de Genes, ne tuit ne soient de Genes ne touz ne soient estranges, issi que se li vicaires est etranges, les juges soient de Genes, ou se li vicaires est de Genes, les juges soient estranges. E soient pour III mois ou pour VI ou pour un ant, selonc ce que il plaira au segnour, quar par ceste maniere il avront salaire dou cumunz, e les granz en seront mieux content e pluis entendu au profit dou segnour e li mauvais estaz de la riviere s'en reformera plus tost.

Placet domino, dummodo ipse dominus constituat vicarios predictos.

6. Item que en la guerre de Lunisana ait un capitaine pour soi. E ait II^{C} homes d'armes awec lui, si que il soit forz non soulement encontres les anemis, mais ausi encontres les amis qui non sunt obeissant. E ait jurisdiction sus les marquis e seur touz autres e de condempner e de priver.

Placet. Vult tamen dominus quod ille qui erit capitaneus dicte guerre sit vicarius ripparie Ianuensis ita prope Ianuam sicut vicario videbitur.
Item de vicaire a Saona ordene est.

7. Item que li sires tramete querir monser contra Doria.

Fait est.

8. Item que li sires commande c'en que lui plaira de recevoir sérement e seurte de messer Barnabo Doria de guarder e sauver le chastel d'Amelia pour le segnour e a son honour e a son profit e de rendre le dit chastel a chascun commandement dou segnour e non a autrui, paiant au dit monser Barnabo M florins, les queux il dist que il a done au vicaire de la riviere pour le dit chastel.

Plaist au segnour, mais que messer Barnabo re[n]de bon comp[t]e de yssues del chastel.

9. Sus le fait de Phelippe de Negro, a cui li sires ballia ses monaies a faire[1], dist il que il n'a riens fait, pour ce que il dist, que li diz Phelippes n'a riens oure. E dist le diz Phelipes, que il a certaines convenances au segnour, e ensuit la courz n'a riens pehu faire encontres lui, de ce que li sires li demande.

Suspenditur.

10. Item que li sires li vueillie declarer son salaire a florins e non a Ienuins selonc la forme de sa election, quar autrement li seroit il granz domages.

Plaist que florins li soient paies ou autres monaies a la value.

11. Item que li sires vueillie declarer le commencement dou tens de son salaire, quar les Genevois dient que il non li sont tenu for que deis le premier jour, que il vinst a Geines. E li vicaires entent, que ses termes encommence puis que il se parti d'Arez venant vers Genes, que il commencza a tenir les genz que il devoit tenir en dit regiment. E il a fait sa mestre a Genes II foiz puis que il y vinst, si come faire se doit.

Suspenditur[a].

936. a) suppenditur *P.*

1) *Cf. supra nr. 727 cap. 10 et nr. 728.*

12. Item que li sires vueillie mander e commander au vicaire e au cumun de Melan e aus autres feauz de Lumbardie, que il entendent tant com il pourront a offendre e domagier ceux de Cremona, quar il a entendu par aucuns siens amis forissus de Cremona, que ce sera avancemenz de obedience.

5 Placet.

13. E ces choses se facent hastivement.

14. Item dist que messer Opecins li a respondu, que le mariage qui estoit traities de la dame de Gallure ne vuelt ja faire ne entendre y senz le consentimant dou segnour.

10 Seur toutes ces delivrances doit respondre au vicaires messer Alixandres.

937. 938. *LEGATIO AD CIVITATEM VENETAM ALIOSQUE.* *Apr. 6. — Mai. 30. Iun. 1.*

937. *INSTRUCTIO LEGATORUM.* *Apr. 6.*

Ex L *fol. III, ubi in margine rubrum* Venetiis. *Edidit Doenniges l. c. I, 103* 15 *nr. 3. Denuo inspeximus.* *(P. decst.)*

Dominus Guillelmus abbas Locedi et Titius de Colle missi ambaxiatores ad Venetos, ad patriarcham Aquylee, ad comitem de Goricio, ad comitem Reymbaldum[a], ad comune Trivisii et ad singulos prelatos et vassallos fideles imperii provincie Forungioli[b].

20 1. Primo ad comune Venitiarum debent recitare, quod dominus considerans fidelitatem et pure dilectionis constantiam comunis et hominum civitatis Venetiarum, vult in presenti guerra uti auxilio et consilio eorundem. Et inter cetera que videntur sibi et consilio suo honorabilia et utilia est illud, quod dominus sit potens per mare, cum iam ordinaverit esse potentissimus per terram. Et propterea quia dominus cognoscit 25 prudentiam et potentiam Venetorum multum valere maxime in mari, petant dicti ambaxiatores ab ipso comuni Venetiarum auxilium XV gualearum armandarum et tenendarum in mari ad servitium domini tam ad custodiam maris quam ad offensionem rebellium suorum et eorum, qui sunt, fuerunt aut esse vellent contrarii domini[c], pro termino quatuor mensium. Ad que obtinenda sollicite intendant et insistant. Et sint 30 armate dicte gualee in mari ad servitium domini in introitu Madii proxime venturi vel ad tardius in medio dicti mensis. Mai. in.

Si vero ipsum comune Venitiarum excusaret se, quod predicta facere nollet vel non posset aliquo imminente impedimento, procurent in quantum poterunt obtinere de adiutorio decem gualearum, descendendo particulariter de quindecim ad decem. Et 35 idem faciant pro tempore quatuor mensium. Et si dicerent, quod gualeas armare non possent, allegando exceptiones et causas, propter quas non possent armare gualeas, tunc dicti ambaxiatores procurent habere a dicto comuni adiutorium pecunie in tanta quantitate, quanta constarent ipse XV gualee vel ab inde infra usque in decem ut supra dictum est. Expectato prius, sicut eis videbitur, antequam veniant ad petitionem 40 pecunie, insistendo solummodo de gualeis, quod ipsi Veneti a se ipsis moveantur offerre

937. a) Reymbarldum *B.* b) gioli *corr. ex* giuoli *B.* c) *sequitur delet.* ad que o *B.*

peccuniam. Et dicant in casu peccunie, quod dominus de ipsa peccunia faciet armari alias gualeas ad stipendia.

2. Item dicti ambaxiatores requirant ex parte domini patriarcham Acquilee et comitem de Goricio, quod personaliter venire debeant ad servitium domini cum comitiva equitum, de qua expedire viderint pro honore domini et ipsorum, et[d] esse debeant Pisis in introitu Madii proxime venturi vel ad tardius ad medium dicti mensis. Et dictus comes veniat etiam pro faciendo fidelitatem domino. Et si ipsi personaliter venire non possent iusto inminente impedimento, requirant eos quod mittant de gente sua in quantitate sufficienti, que esse debeat Pisis in termino supradicto. Et quod dictus comes si venire non potest, mittat aliquem filium suum vel alium de latere suo cum sufficienti mandato procurator(ii) ad faciendum fidelitatem.

(Mai. in.)

3. Item requirant consilium et comune Trevisii de adiutorio prestando domino in sufficienti quantitate equitum armatorum secundum potenciam dicti comunis, de qua informentur prudenter et caute, et dicant quod dominus vult habere dictum adiutorium in Pisis in termino supradicto. Et etiam informentur plenarie de statu et conditionibus dicte terre et id referant vel significent domino.

4. Item requirant comitem Reimbaldum et ei precipiant, quod ad predictum tempus personaliter veniat ad dominum cum comitiva equitum armatorum, prout expedire viderit pro honore domini et suo, ad serviendum domino et ad faciendum ei fidelitatem. Et si esset infirmus vel aliter impeditus, quod[e] personaliter venire non possit, mittat unum de filiis suis vel aliquem de latere suo cum sufficienti mandato procuratorii ad faciendum fidelitatem predictam.

5. Item requirant omnes et singulos prelatos et vassallos fideles imperii provincie Forungioli de adiutorio prestando domino et mittendo Pisas ad terminum supradictum.

6. Item debent requirere, procurare et seriose sollicitare Tuscos fideles imperii morantes in Venetiis[1] et aliis locis superius nominatis ad hoc, ut serviant domino in guerra de Tuscia de gente equitum armatorum in bona quantitate si fieri poterit, alias serviant de pecunia taliter, quod dominus debeat contentari. Et prius informentur de posse et conditionibus ipsorum Tuscorum.

938. *CITATIO FLORENTINORUM VENETIAE EXISTENTIUM.*
Mai. 30. Iun. 1.

Instrumentum de Citatione confectum servatur autographum Taurini in tabulario regio inter Collectanea Bernardi de Mercato 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) fol. 18. 19. Ediderunt tam Doenniges l. c. II, 85 nr. 34 quam Fr. Novati 'Archivio storico Italiano. Serie IV.' XIX, 380. Nos ipsi denuo contulimus. Cf. supra nr. 937 cap. 6. (P. deest.)

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo terciodecimo, indictione undecima, tempore gloriosissimi principis domini Henrici Romanorum imperatoris semper augusti, die trigesima mensis Maii. (Mai. 30.) Venerabilis et religiosus vir dominus frater Guillelmus abbas monasterii de Locedio et Ticcius de Colle, ambaxiatores eiusdem gloriosissimi principis domini Henrici Romanorum imperatoris semper augusti, presentialiter Venetiis in claustro ecclesie sancti Salvatoris existentes ex speciali commissione et mandato eisdem ab ipso

937. d) *sequitur delet.* ꝗ *B.* e) *sequitur delet.* aliter *B.*

1) *Cf. infra nr. 938.*

principe factis elegerunt in eorum nuntium ad infrascripta exequenda et facienda Pierum domini Rovasii de Cagiole presentem et recipientem. Qui nuntius incontinenti in ipsorum ambaxiatorum presencia constitutus iuravit ad sancta Dei euangelia scripturis corporaliter manu tactis, omnia que sibi imponerent bene et legaliter facere et referre, remoto etc.

Post que dicti ambaxiatores incontinenti imposuerunt, commiserunt et mandaverunt dicto Piero ipsorum iurato nuntio in ipsorum presentia constituto, quod vadat, citet et requirat omnes et singulos infrascriptos in persona vel ad domos habitationis ipsorum et cuiusque ipsorum, ubi nunc Venetiis habitant vel quisque ipsorum habitat, et eisdem et cuique[a] eorum in persona vel ad domos ut supra continetur ex ipsorum ambaxiatorum parte precipiat, quatinus infra terminum trium edomadarum inmediate sequentium vel hinc ad festum sancti Iohannis mensis Iunii (Iun. 24.) ipsi et quilibet eorum per se vel per ydoneas personas cum equis eis et cuilibet eorum infra designatis et ascriptis coram dicto serenissimo principe ubicunque fuerit se presentent eiusdem principis parituri mandatis, pena perpetui banni imperii et alia pena eiusdem principis arbitrio auferenda.

Nomina vero illorum quos citare debet et equi cum quibus se presentare debent sunt hii, videlicet:

dominus[b] Franciscus de Barberino cum quinque equis — inventus in persona
Schiatta[b] de Macciis cum consortibus suis cum sex equis — inventus in persona
Lambertus, Ubriacus, Ugolinus — fratres de Ubriachis cum sex equis — inventi in personis
Tingus de Ubriachis cum tribus equis — citatus ad domum
Bandinus de Ubriachis cum uno equo — citatus ad domum
Cante de Somaia cum filio suo cum duobus equis — citatus ad domum
Guccius de Castroflorentino et Stephanus eius filius — cum tribus equis — citati ad domum
Vecchius de Castroflorentino et Iohannes eius filius — cum tribus equis — citati ad domum
Neri Agolanti cum filiis suis cum tribus equis — citatus ad domum
Maynectus Agolantis cum duobus equis — citatus ad domum
Donusdeus Agolantis cum tribus equis — citatus ad domum
Thomaxius Agolantis cum uno equo — citatus ad domum
Bartholomeus Agolantis cum uno equo — citatus ad domum
Ciprianus de Ciprianis cum fil(iis) cum tribus equis — in persona
Corsus Alberti cum filiis cum duobus equis — in persona
Ristorus, Franciscus, Andreas et Pierus — de Carinis cum quattuor equis — in persona
Mone et Micus Guidalocti — cum tribus equis — in persona
Neri Mazetti cum duobus equis — in persona
Guccius de comitibus de Collegalli cum duobus equis — in persona
Franciscus Thomaxii cum uno equo — in persona
Marinus Marini cum uno equo — non fuit inventus
Chele[c] Broccardi et Cinus del Volta — cum uno equo — citati ad domum

938. a) cuiusq3 *or.* b) *signum paragraphi praecedit semper or.* c) *sequitur* delvolta *delet. or.*

Albiçus domini Guivenchi de Arrigucciis cum duobus equis in persona
Bonus de Musignano cum uno equo in persona
Dietisalvi Artinisii cum uno equo in persona
Lambertus Lamberti cum uno equo in persona
Laurentius Bonsignoris cum uno equo in persona 5
Lippus Bonamichi cum uno equo in persona
Iohannes ser Pini et frater eius cum uno equo in persona.

Qui omnes sunt de Florentia et eius districtu et nunc habitant Venetiis.

Iun. 1. Eodem anno et indictione, die primo mensis Iunii sequentis. Pierus predictus nuntius iuratus retulit dictis ambaxiatoribus et michi notario infrascripto, se die XXX. 10 Mai. 30. mensis Maii citasse predictos Lambertum, Ubriacum, Ugolinum, Tingum et Bandinum de Ubriacis, Cantem de Somaia, Gucciun de Castroflorentino et Stephanum eius filium, Vecchium de Castroflorentino, Iohannem eius filium et Nerium Agolanti et alios omnes Mai. 31. die ultima mensis Maii, et predictis nunc supra nominatis, ut infra terminum trium edomadarum proxime sequentium, et aliis, ut hinc ad festum sancti Iohannis mensis 15 Iun. 24. Iunii proxime futuri, ubi supra dicitur ad domum et ubi in persona personaliter eisdem et cuilibet eorum ex ipsorum ambaxiatorum parte precepisse in omnibus et per omnia, ut supra ab eisdem habuit in mandatis.

(S. N.) Et ego Philippus Acconcii de Prato publicus imperiali auctoritate notarius predictis electioni nuntii, prestationi iuramenti, commissioni et relationi interfui una 20 cum ambaxiatoribus predictis et ea omnia de ipsorum ambaxiatorum mandato publice scripsi.

939. *LEGATIO AD LOMBARDIAM SUPERIOREM.* *Apr. 6.*

Ex L *fol. IIII, ubi rubrum* Lumbardie. *Edidit Doenniges l. c. I, 104 nr. 4. Denuo inspeximus.* *(P. deest.)* 25

Domini frater Ysnardus patriarcha Anthiochenus, Lelmus Bullie de Galandis miles, Iacobus Faselus iudex et Pone Gluti de Perusio ambaxiatores missi Medyolanum, Placentiam, Cumas, Laudem, Pergamum, Novariam, Terdonam, Cremam, Yporigiam et Carium et ad dominum Philippum principem Achaye et ad marchiones Montisferrati et Saluciarum et ad alios vassallos et fideles imperii predictarum partium. Et est 30 eorum ambaxiata talis:

1. Primo recitabunt supradictis particulariter, quod dominus in presenti guerra de Tuscia vult uti auxilio et consilio eorundem. Et inter cetera que videntur sibi et consilio suo honorabilia et utilia est illud, quod dominus sit potens per terram et iam ordinavit esse potens in mari. Et propterea debent pettere dicti ambaxiatores a dictis comitibus 35 auxilium equitum armatorum secundum potenciam uniuscuiusque, de qua plenarie informentur a comite Warnerio[a] et a domino Iohanne de Castellione. Et super hoc caveant dicti ambaxiatores, ne decipiantur aliqua occasione. Qui equites esse debeant in Pisis Mai. in. in principio mensis Madii vel ad tardius in medio dicti mensis. Nichilhominus tamen dicti ambaxiatores exequantur hec sibi commissa per se ipsos absque colloquio habendo 40 cum dictis comite Warnerio et Iohanne de Castellione interim quod eos invenire contingat. Cui comiti Warnerio precipiant ex parte domini, quod cum comitiva sua equitum ultramontanorum debeat venire personaliter ad dominum in civitate Pisana et esse in Pisis in dicto termino, proviso quod terre obedientes domino in partibus Lumbardie in tuto statu remaneant. 45

939. a) Vuarnerio *similiter semper B.*

2. Item precipiant Matheo Vicecomiti vicario Medyolani, quod cum gente Medyolani, quam mittere debet ad dominum, mittat Gualeaczum filium suum et etiam ipsi Galeacio precipiant, quod veniat.

3. Item precipiant dicto principi Achaye, quod personaliter veniat ad dominum 5 cum comitiva equitum armatorum, de qua expedire viderit pro honore domini et suo. Et ducat secum obsides, quos penes se habet de Papia et Vercellis et de quibuscunque aliis partibus obsides haberet sub fida custodia, et esse debeat Pisis in termino supradicto. Si vero dictus princeps excusaret se, quod dictos obsides non posset secum ducere propter guerrarum discrimina, tunc dicant et precipiant ei, quod eos consignet 10 et recommendet nomine domini vicario Medyolani vel comiti Warnerio, quibus in dicto casu precipiant, quod ipsos obsides ab eo recipiant et bene custodiant pro domino.

4. Item requirant omnes prelatos et vassallos dictarum partium fideles imperii de adiutorio prestando domino per eos secundum potentiam uniuscuiusque, de qua sicut melius poterunt plenius informentur. Et presentent ipsis prelatis et vassallis litteras 15 domini, que eis propterea diriguntur pro eisdem[b]. Si vero dicta comunia non offerrent adiutorium equitum armatorum secundum quod dictis ambaxiatoribus videretur iuxta posse cuiusque, tunc dicant quod dominus vult habere ab eis pro adiutorio quantitatem equitum secundum tallia[m] eis factam, quam secum portant. Nichilhominus denuo sint contenti de adiutorio cuiusque dictorum comunium secundum posse ipsorum, quod 20 remaneat in discretione dictorum ambaxiatorum.

5. Item debent requirere, procurare et seriose sollicitare Tuscos fideles imperii morantes in terris Lumbardie, ad quas se debent conferre, ad hoc ut serviant domino in guerra de Tuscia de gente equitum armatorum in bona quantitate si fieri potterit, alias serviant de pecunia taliter, quod dominus debeat contentari. Et prius informentur 25 de posse et conditionibus ipsorum Tuscorum.

6. Item debent inquirere de statu et conditionibus terrarum Lumbardie, ad quas mittuntur, et inde se plenius informare et significare domino festinanter illa, de quibus erit festinantia.

7. Item requirant et procurent habere prout melius potterunt debita que debentur 30 domino in Lumbardia, videlicet:

. a vicario Medyolani pro censu fructuum vicariatus Medyolani pro uno et dimidio preteritis XXXVII^{M} V^{C} flor. ad rationem viginti quinque milia flor. aur. per annum

item a comuni Placentie VII^{M} flor.

item a comuni Laude VI^{M} VII^{C} flor.

35 item a comuni Creme III^{M} flor.

Qui ambaxiatores procurent habere totam summam predictam si poterunt, insistendo sicut melius viderint expedire, alias recipiant denuo quantum de ipsa summa poterunt obtinere. Et secum portent propterea litteras procuratorias domini.

8. Item dicti ambaxiatores ex parte domini respondeant vicario Medyolani et 40 episcopo Cum(arum) super ambaxiata ipsorum relata domino per fratrem Danyelem de ordine Minorum.

(I) Et primo super remissione dicte quantitatis florenorum, quam debet domino ipse vicarius Medyolani: quod dominus non intendit dictam remissionem facere, quia de ipsa pecunia indiget vehementer pro expeditione negociorum imperii. Et 45 propterea mandavit dictis ambaxiatoribus, ut ipsam quantitatem florenorum petant et requirant ab eo.

939. b) per eosdem *B*.

(II) Item super facto civitatis Laude, quod dominus provideret super statu dicte civitatis, respondeant: quod dominus misit pro regimine dicte civitatis sufficientem et bonum vicarium, de quo dominus bene confidit. Verum dominus est contentus, quod ipse vicarius Medyolani et Medyolanenses sint ei favorabiles et assistant favoribus oportunis. 5

(III) Item super facto civitatis Cumarum, quod per comune Cumarum eligerentur ab uno usque in tres rectores, de quibus dominus imperator confirmaret unum quem vellet, respondeant: quod quando dominus erit in partibus Lumbardie, tunc super ista pettitione providebit taliter, quod poterunt contentari.

(IV) Super facto vero relacxationis domini Fanonis de Laude et cassationis fide- 10 iussionis per eum prestite comiti Warnerio, qui eum fecit capi, de ipso Maffeo Vicecomite et aliis sociis suis fideiussoribus ipsius Fanonis respondeant: quod ipsi sunt informati super hoc de intentione domini et secundum ipsam informationem procedent in negocio et propterea diligenter inquirant, si idem Fanone fuit culpabilis de eis, quorum occasione captus et detentus fuit vel non. Et si invenerint eum sine culpa, 15 dicant eis tunc, quod relacxatio facta de eo placet domino. Si autem invenerint eum culpabilem, tunc reprehendant eundem comitem Warnerium et Maffeum Vicecomitem de relacxatione eiusdem, dicentes quod non placet domino, ymo vult dominus quod fiat iusticia de eo.

(V) Item super facto permutationis vicarii Pergami respondeant: quod ipsi sunt 20 informati super hoc per dominum et secundum dictam informacionem procedent in negocio. Et propterea quia ipsi Maffeus et episcopus infamant eum et comune Pergami per suum ambassiatorem excusat et comendat eundem, inquirant de regimine suo, si se habet bene vel male et secundum quod invenerint, significent domino per eorum litteras. 25

(VI) Item super facto vicarii Tartone, quem ipsi accusant de malo regimine, respondeant: quod dominus informavit eosdem super hoc et secundum dictam informationem procedent in negocio. Et propterea inquirant, si marchio Montisferrati est utilis vicarius in dicta terra et si facit pro domino et eius negociis et pro fidelibus dicte contrate. Et si cives contentabuntur et si sic invenerint, tradant eidem mar- 30 chioni litteras dicti vicariatus, quas secum portant, alias sibi retineant dictas litteras et ipsum negocium teneant in secreto.

(VII) Item dicti ambassiatores precipiant vicario et comuni Comarum, quod cum effectu faciant et procurent, quod homines de vicaria Burmii obediant et pareant Facino de Amberia de Cumis vicario pro domino imperatore ibidem et eidem super 35 predictis prestent auxilium et favorem, ita quod omnino obediant eidem.

9. Item dicti ambassiatores respondeant comuni Pergami super hiis, que nuper petiverunt a domino per Tancredum de Vergellen(sibus) eorum nuncium et ambassiatorem.

(I) Et primo super suplicatione facta, quod non deberent relaxari certi cives Pergami, qui sunt duo vel tres capti in Sonczino et quos dominus iam relaxari man- 40 davit ad petitionem cardinalis de Pergamo respondeant: quod ex quo dominus iam dictam gratiam fecit ad petitionem dicti cardinalis, vult ipse dominus, quod ipsi duo vel tres carcerati relacxentur omnino secundum conditionem iam mandatam, videlicet quod non debeant intrare Italiam nec ad dictam civitatem Pergami reverti sine licentia domini[1], dando eis intelligere, quod dominus non intendit quod amplius aliqui 45

1) *Ad quae melius illustranda hic subiungere iuvat litteras fideiussorias eiusdem cardinalis, quas inter reliquias archivi Henrici VII. Pisis invenimus in tabulario Roncioniano nr. 740 asservatas, hucusque ineditas. Datae sunt a. 1313. Ian. 11; in verso vestigia oblongi sigilli impressi supersunt.*

Pateat universis presentes litteras inspecturis, quod nos Guill(elmu)s miseratione divina Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis promittimus bona fide et specialiter [nos] obligamus, 50

alii relaxentur, sed bene custodiantur. Et hoc idem precipiant comiti Warnerio, quod nullum alium de dictis carceratis dimittat aliqua occasione sine speciali licentia domini. Et bene placuisset domino, quod fuisset facta iusticia de eis.

(II) Item super petitione facta de concessione bonorum rebellium dicte civitatis facienda per dominum dicto comuni Pergami respondeant: quod dominus super dicta petitione concedenda vel neganda vult supersedere, donec fuerit in partibus Lombardie, quia dominus non est bene informatus de conditione ipsorum bonorum.

(III) Item super appellacionibus, que fiunt apud comitem Warnerium a condempnatis dicti comunis Pergami, respondeant: quod predicta non placent domino neque vult, quod dicte appellationes fiant apud dictum comitem Warnerium et quod iam facte non teneant. Et propterea dicti ambassiatores districte precipiant dicto comiti Warnerio, quod de dictis appellationibus recipiendis vel iam receptis se non intromittat aliquo modo.

10. Item super ambassiata facta per dictum ambassiatorem domino imperatori ex parte vicarii Pergamensis respondeant ut infra.

(I) Et primo super ordinatione et declaratione sui salarii respondeant ei: quod dominus comisit eis concordare eum cum comuni Pergami de dicto salario. Et propterea dicti ambassiatores prudenter et caute procurent concordare et concordent dictum vicarium cum dicto comuni Pergami de dicto salario.

(II) Item super facto robarie sibi facte in ripparia Ianue respondeant: quod dominus intendit predicta committere vicario suo Ianuensi.

(III) Item super responsione facta per eum magistro Henrico de Geldonya officiali domini super bonis rebellium inquirendis transmisso ad partes Lombardie respondeant: quod de tali responsione dominus male contentus est et de ea ipsi ambassiatores multum debeant increpare dictum vicarium, quia ipse portat regimen dicte civitatis Pergami pro domino et nomine suo et ipse vicarius ex suo officio debet scire, qui sunt rebelles et que sunt bona ipsorum. Et propterea precipiant ei ex parte domini sub certa pena, quod ipsos rebelles et eorum bona redigi faciat in scriptis et mittat domino vel tradat ipsis ambassiatoribus.

11. Item cum marchio Montisferrati requirat a domino, quod ipse mandet comiti Warnerio et Maffeo Vicecomiti vicario Medyolani et aliis vicariis Comarum, Pergami et Novarie, Yporrigie, Karii et comunitatibus Canapicii et de Maysino, quod eidem marchioni debeant prestare adiutorium ducentorum hominum armatorum quocienscunque expedient ad requisitionem dicti marchionis pro faciendo guerram contra rebelles domini illarum partium, dicti ambassiatores precipiant supradictis ex parte domini, quod predictum adiutorium et maius si poterunt prebeant dicto marchioni ad eius requisitionem. Et respondeant dicto marchioni, quod intentio domini est quod ita fiat.

Item cum dictus marchio petiverit a domino vicariatum Tartone, Yporrigie et Canapicii, ad hoc quod ipse marchio possit facere guerram contra illos de Alexandria,

quod nobiles viri Georgius de Soppo, Guill(elmu)s de Rivola et Ubertinus de Bengis cives Pergamenses, cum fuerint a carceribus liberati de mandato excellentissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris et semper augusti, non movebunt nec moveri facient per se vel per alios publice vel occulte, directe vel indirecte gueram contra ipsum dominum imperatorem vel eius officiales aut contra Romanum imperium, et subiectos eidem non offendent nec nocebunt nec ad nocendum dabunt auxilium vel conscilium ullo modo, et quod infra quindenam, postquam fuerint liberati et poterunt bono modo, recedent de Lombardia et quam cicius comode poterunt, se nobis presentare curabunt in nostra custodia permansuri et non recedent ad partes Italie sine mandato et licencia speciali eiusdem domini imperatoris. Et hec omnia nos facturos et curaturos promittimus bona fide.

Dat. et actum Avinion(e), anno Domini millesimo trecentesimo tertiodecimo, indictione undecima, die undecimo mensis Ianuarii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno octavo.

Papia, Vercellis rebelles domini, quia dicit dictas civitates Tartone et Yporrigie esse continue in casu perdendi, et propterea inquirant dicti ambassiatores, si est utile pro domino et eius negociis et facit pro salute et deffensione fidelium et offensione rebellium predictorum. Et si gentes dictarum terrarum contentarentur, quod dominus marchio Montisferrati sit vicarius dictorum locorum, et si sic invenerint, tradant ei litteras de dictis vicariatibus, quas secum portant, et confortent eum ad offensionem inimicorum viriliter faciendam. Et si contrarium invenirent, dictas litteras retineant penes se et negocium habeant in secreto.

12. Item dicti ambassiatores inquirant, si est utile pro domino et eius negociis et facit pro salute et deffensione fidelium et offensione rebellium, quod marchio Saluciarum sit vicarius Karii. Et si de hoc sunt contenti homines dicte terre et si sic invenerint, exhibeant ei litteram de vicariatu predicto, alias eam sibi retineant et negocium teneant in secreto.

13. Item dicti ambassiatores secrete, prudenter et caute inquirant contra dictos comitem Warnerium et Iohannem de Castellione procuratorem fisci, qualiter se habuerunt in officiis suis, et de gestu et administratione ipsorum plenius informentur et sicut invenerint, referant vel significent domino imperatori [1].

14. Item inquirant de gestu et administratione domini Hugnicionis de Pistorio olim iudicis domini imperatoris super bonis rebellium et bannitorum in civitate Mediolani. Et si invenerint ipsum se bene et legaliter gessisse in dicto officio, faciant eum relaxari et ei restitui sibi ablata. Si autem male, faciant arrestari pro domino imperatore dicta sibi ablata. Et in omni casu faciant ipsum venire Pisas ad faciendum computum suum coram domino imperatore.

15. Tallia facta infrascriptis vicariis et comunibus Lombardie de infrascripta quantitate equitum, quos mittere debent ad servicium domini imperatoris:

vicario et comuni Medyolani equites III^{C}
vicario et comuni Pergami equites C
vicario et comuni Comarum equites L
vicario et comuni Placencie equites L.

Ab aliis autem comunibus non talliatis recipiant, quod commode habere poterunt.

16. Qui ambassiatores secum deferant patentes imperiales litteras, qualiter dominus imperator de plenitudine potestatis pronunciavit omnes et singulos de civitatibus et terris provincie Lombardie et qualibet earum, qui fuerunt, sunt et inantea erunt inobedientes domino vel eius vicariis, pro rebellibus et tamquam rebelles suos et imperii [2]. Et antequam dictas litteras publicent in qualibet terrarum, ad quas mittuntur, secrete, prudenter et caute procurent habere et habeant in scriptis nomina et pronomina omnium rebellium domini de dictis terris et qualibet earum, reputando rebelles domini omnes et singulos, qui fuerunt, sunt et erunt inobedientes domino vel eius vicariis, dicentes quod dominus vult eos habere in scriptis, quia intendit contra eos processus facere. Et ipsis nominibus in scriptis habitis ut est dictum, tunc publicare debeant litteras pronunciationis predicte.

940. *LEGATIO AD LOMBARDIAM INFERIOREM.* *Apr. 6.*

Proponimus collatis inter se 1) minuta ut videtur, cuius capita 1—7 Bernardus scripsit, caput 8 ab Iohanne de Urbino exaratum est, servata Taurini in tabulario regio inter Collectanea Bernardi 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra nr. 563, sub nr. 25); edidit Doenniges l. c. II, praef. pag. XV sqq., nos

1) *Cf. examinationes testium in diversis locis a. 1313. Apr. 29. — Mai. 27. habitas Doenniges l. c. I, 165—178.* 2) *Supra nr. 931.*

denuo contulimus; 2) *apographon Libro legationum* L *inscriptum fol. VIII', ubi rubrum* in Lumbardia inferiori; *ea quae in* 2 *capitibus 1. 2. 5. Bernardus sumpta ex Libello relationis legatorum, de quo v. supra ad nr. 921—923, post adiecit, sub asterisco adnotavimus; edidit Doenniges l. c. I, 110 nr. 6; nos denuo contulimus.* (*P. deest.*)

5 Hec est forma ambaxiate, quam facere et portare debent strenui viri Iohannes Rubeus de Gualandis et Vermilius[a] de Alfanis, ambaxiatores serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, ad vicarios et comunia Verone, Vincencie[b], Mantue, Mutine et Brixie[c] et ad singulos prelatos et vassallos[d] dictorum parcium fideles imperii:

10 1. Inprimis dicti ambassiatores[e] particulariter recitabunt eis, sicut ipse dominus imperator, ad hoc ut haberet breviter honorabilem et triu[m]phantem victoriam de rebellibus suis, venit personaliter ad civitatem Pisas[f] ad ordinandum de potentissimo exercitu suo. Et ad hoc perficiendum fecit iam vocari per sollempnes ambaxiatores suos reges, principes et prelatos et eciam civitates in toto Romano imperio. Et quia dominus im-15 perator cognoscit fidelitatem et pure dilectionis constanciam eorundem et quod victoria ipsius domini imperatoris contra rebelles suos de Tuscia est salus et quies ipsorum comunium et aliorum supra nominatorum et[g] confusio rebellium domini dictarum[h] partium[g], intendit ipse dominus imperator intentionem suam predictam iam deliberatam et etiam in futurum deliberandam eis declarare et eorum consilio et auxilio uti. Et 20 inter cetera, que videntur sibi et consilio suo honorabilia et utilia, est illud quod ipse dominus imperator sit potens in terra et iam ordinavit esse potens in mari. Et propterea petant dicti ambaxiatores a dictis comunibus auxilium equitum armatorum secundum potenciam cuiusque ipsorum comunium, de qua plenarie informentur a comite Warnerio[i] et a domino Iohanne de Castellione vel altero ipsorum, si cum eis vel altero 25 eorum comode esse poterit, alias per se ipsos, sicut melius poterunt. Et super hoc caveant dicti ambaxiatores, ne decipiantur aliqua occasione vel causa. Qui equites esse debeant[l] Pisis in introitu mensis Madii proxime venturi vel ad plus usque ad medium dicti mensis*. *Mai. in.*

Qui ambaxiatores precipiant domino Cany[m] de Schala vicario Verone et Vincencie, 30 quod cum gente, quam mittet ad dominum de Verona et Vincencia, mittat dominum Fredericum de Scala[n], et ipsi Frederico precipiant, quod veniat. Item precipiant domino Passarino vicario Mantue et Mutine, quod cum gente, quam mittet de Mantua et Mutina, mittat Buttironem fratrem suum, et ipsi Butironi precipiant, quod veniat.

Si vero dicta comunia non offerrent adiutorium equitum armatorum secundum 35 quod dictis ambassiatoribus videretur iusta posse cuiusque, tunc dicti ambaxiatores dicant, quod dominus imperator vult habere ab eis pro adiutorio quantitatem equitum secundum talliam eis factam, quam dicti ambaxiatores secum portant. Nichilominus dicti ambaxiatores[o] denuo sint contenti de quantitate secundum posse cuiusque, quod remaneat in discretione[p] ipsorum.

40 2. Item requirant omnes et singulos archiepiscopos, episcopos et prelatos et alios vassallos imperii dictarum partium de adiutorio prestando domino imperatori et mittendo Pisas ad terminum supradictum. Et ipsis[q] archiepiscopis[q], episcopis[q] et prelatis[q] pre-

*) *in 2 post adiecit Bernardus:* Ambaxiatores predicti sunt informati de responsione comunium Verone et Vincencie oraculo vive vocis.

45 Comune Brixie excusat se propter inpotentiam et quia rebellibus domini continue affliguntur.

940. a) Vermelius 1. b) Vicencie 1. c) Brissie 1. d) vaxalos 1. e) ambaxiatores *similiter semper* 1. f) Pisañ 1. g) et—partium *supra lineam a Bernardo add.* 1. h) *sequitur delet.* terrarum 2. i) Guarnerio *similiter semper* 1. k) ipsorum 1. l) debent 1. m) Cani 1. 50 n) Schala 1. o) *sequitur delet.* de 2. p) *videtur scriptum esse* discrtione 2. q) is *finales corr. ex* o 1.

sentent litteras domini, que propterea diriguntur eisdem[1] et quas ipsi ambaxiatores secum portant*.

3. Item dicti ambaxiatores debent requirere, procurare et seriose sollicitare Tuscos fideles imperii morantes in terris Lombardie, ad quas se debent conferre, ad hoc ut serviant domino in guerra de Tuscia de gente equitum armatorum in bona quantitate si fieri poterit, alias serviant de pecunia taliter, quod dominus debeat contentari. Et prius informentur de posse et conditionibus ipsorum Tuscorum.

4. Item debent requirere[r] de statu et conditionibus terrarum Lombardie, ad quas mittuntur, et inde se plenius informare et significare domino festinanter de illis, de quibus erit festinacio[s].

5. Item requirant et procurent habere prout melius poterunt debita que debentur domino in Lombardia, videlicet:

a vicario et comuni Mantue XX^{M} flor. aur.
a[t] comuni Brixie LXXIX^{M} flor. aur.**
a[t] comuni Mutine MIIII^{C} flor. aur.

Qui[t] ambaxiatores procurent totam summam predictam habere si poterunt, insistendo sicut melius viderint expedire, alias recipiant denuo quantum[u] de ipsa summa poterunt obtinere. Et secum portent propterea litteras procuratorias domini imperatoris.

6. Item precipiant comiti Warnerio, si contingat eos ipsum invenire, quod proviso quod terre partium Lombardie obedientes domino remaneant in tuto statu, personaliter veniat ad dominum cum comitiva sua equitum ultramontanorum et sit in Pisis in termino supradicto. Item secrete, prudenter et caute inquirant contra dictum comitem Warnerium et Iohannem de Castellione iudicem procuratorem fisci, qualiter se habuerunt quilibet in officio suo, et de gestu et administratione ipsorum plenius informentur et referant domino imperatori vel significent ei per eorum litteras.

[7. Tallia facta infrascriptis vicariis et comunibus Lombardie de infrascripta quantitate equitum, quos mittere debent ad servitium domini imperatoris in civitate Pisana, videlicet:

vicario et comunibus Verone et[v] Vicencie equites CL
vicario et comunibus Mantue et Mutine equites C
vicario et comuni Brixie equites L.][w]

8. Qui[x] ambaxiatores secum deferant patentes imperiales litteras, qualiter dominus de plenitudine potestatis pronunciavit[y] omnes et singulos de civitatibus et terris provincie Lombardie et qualibet earum, qui fuerunt[z], sunt et inantea erunt inobedientes domino imperatori vel eius vicariis, pro rebellibus et tamquam rebelles suos et imperii[2]. Et antequam dictas litteras publicent in qualibet terrarum ad quas mittuntur, secrete, prudenter et caute procurent habere et habeant in scriptis[a] nomina et pronomina[b] omnium

*) *in 2 post adiecit Bernardus:* Episcopus Brixie excusat se propter inpotentiam et necessitatem suam. Capitulum ecclesie Mutinensis excusant se propter vacationem episcopatus et propter indigentiam dicte ecclesie. Episcopus Mantuanus excusat se propter inpotentiam suam. Episcopus Vincencie excusat se et dicit, quod fuit expoliatus omnibus bonis suis. Episcopus Verone excusat se propter infirmitatem et indigentiam bonorum.

**) *in 2 post adiecit Bernardus:* Excusat se, quia illi qui sunt modo[c] rebelles domini fuerunt condempnati, et non illi qui modo regunt.

940. r) *corr. ex* inquirere 1. s) festinancia 1. t) *praecedit* Item *post adiectum* 1. u) quantam 1. v) Vinc *sequitur delet.* 1. w) *cap. 7 in solo* 1 *adhuc manu Bernardi exaratum.* x) *cap. 8 in* 1 *manu Iohannis de Urbino scriptum.* y) pronūpt. *similiter semper* 1. z) *corr. ex* sunt 2; *sequitur* 7 *delet.* 1. a) in inscriptis 1. b) prenomina 1. c) illi qui sunt modo *supra lineam* 2.

1) *Supra nr. 923.* 2) *Supra nr. 931.*

rebellium domini de dictis terris et qualibet earum, reputando rebelles domini omnes et singulos, qui fuerunt, sunt et erunt inobedientes domino vel eius vicariis, dicentes quod dominus vult eos habere[d] in scriptis, quia intendit contra eos processus facere. Et ipsis nominibus in scriptis habitis ut est dictum, tunc publicare debeant litteras[e] 5 pronunciationis predicte.

941. *LEGATIO AD CURIAM. Apr. 7.*

Ex P *fol. IV. Edidit Doenniges l. c. I, 53 nr. 9.* *(P. decst.)*

Est a pourveoir seur ce que cil de Florence, de Luque, de Siena, de Perouse e des autres lues rebelles e les ambaysseours dou roi Robert ont ordone novelement 10 de trametre messages a la court de Rome sus deus articles:

Premierement pour diffamer le segnour e sa gent.

Item a pourchacier que li papes tramete un legat au segnour, disent que li papes vuelt estre apaissieres e arbitres de toutes les brigues, qui sont entre[a] l'empereour e les Guelfes de Toscana.

15 E que li papes reserve en soi a dire e a pronuncier de sa bouche la sentence de l'acort e de la pais dessus dite.

E que entretant soit trieve, ne guerre ne offensions ne se face entre l'empereour e les Guelfes de Toscaine.

Missi[b] sunt nuncii ad curiam propter hoc.

20 Item les ambaysseours des viles dessus dites ont este novelement ensemble e ont finalment acorde entre eux de mander e de rassembler secretement e hastivement leurs genz senz atendre pluis des genz dou roi Robert e de aprochier vers le segnour vers Luque e vers Saint Meniat pour doner bataillie au segnour e a sa gent, avant que il soit pluis forz de gent que il est maintenant. E dient que li sires est de si grant cuer, 25 que il ne deignera reffuser que il ne pregne la bataillie aweques eux a lour emprise. E estiment a avoir pluis genz que li sires non avra assez, c'est a savoir genz a cheval II tanz e genz a pie trois tanz.

---

942. 943. SCRIPTA PRO ABBATE MONTIS AMIATI.

30 1313. Apr. 9. 10.

942. *INFEUDATIO ABBATIS. Apr. 9.*

Servatur autographum Florentiae in tabulario regio; sigillum desideratur. Exempla abbatis G. C. Fatteschi saec. XVIII. inveniuntur Romae in codicibus Sessorianis 213 pag. 671 et 215 pag. 660. Quae omnia iam olim descripsit vel contulit Giesebrecht, edidit 35 *Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 459 nr. 655. Nos hanc editionem repetimus, additis quibusdam verbis per scriptoris errorem neglectis. Edidit etiam Bonaini 'Acta Henrici VII' I, 271 nr. 172 ad autographum ut videtur. — Böhmer, Reg. Heinr. nr. 597.*

(P. deest.)

940. d) habere eos 1. e) *sequitur delet.* de 2.

40 **941.** a) *sequitur delet.* les. b) Missi—hoc *manu Bernardi post adiecta.*

Henricus divina favente clementia imperator semper augustus venerabilibus viris abbati et conventui monasterii Sancti Salvatoris de Monte Amiato Cisterciensis ordinis Clusin. dioc. gratiam suam et omne bonum.

Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. 5 Vestris itaque supplicationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates, immunitates, largitiones et gratias vobis seu monasterio vestro sive per privilegia sive alias a dive memorie Romanorum imperatoribus et regibus predecessoribus nostris iuste concessas, de quibus per religiosos viros fratrem Iohannem de Pictavia et Benentendem de Radicofano monachos, yconomos et procuratores vestros ad hoc specialiter constitutos, 10 homagium solemne fecistis et iuramentum fidelitatis debite prestitistis, sicut eas rationabiliter habetis et possidetis, vobis et eidem monasterio vestro[a] confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus presentique abbati et subcessoribus suis auctoritatem[a] confirmamus et de novo concedimus filios non legiptimos legiptimandi, filios adoptivos[b] recipiendi, notarios iudicesque ordinarios creandi et libertatibus, inmunitatibus, largi- 15 tionibus et gratiis eosdem yconomos et procuratores vice ac nomine abbatis et monasterii predicti per baculum quem manu gestamus presentialiter investimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et penam quingentarum librarum auri, pro dimidia camere nostre et pro reliqua dimidia passis iniuriam sol- 20 vendarum, se noverit incursurum.

Dat. Pisis, V. Idus Aprilis, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

943. *RECEPTIO IN PROTECTIONEM.* *Apr. 10.*

Item ex autographo Florentino, quod sigillo caret, et codicibus Sessorianis 213 pag. 671 et 215 pag. 751 curante Giesebrecht edidit Böhmer l. c. pag. 459 nr. 656. Cuius 25 *editionem nos repetimus. Edidit etiam Bonaini l. c. I, 272 nr. 173 ut videtur ad autographum. — Böhmer, Reg. Heinr. 598.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia imperator semper augustus universis et singulis marchionibus, comitibus, baronibus, militibus, nobilibus, vicariis, officialibus, communibus, universitatibus et singularibus personis quarumcunque civitatum, castrorum, terrarum, villarum 30 et locorum per provinciam Tuscie constitutis, fidelibus suis, ad quos presentes pervenerint, gratiam suam et omne bonum.

Licet ecclesias singulas, monasteria et loca religiosa propter maiestatis Altissimi reverentiam cordis sinceritate colamus, ad venerabilem tamen Cisterciensem ordinem, qui reverendos viros et magna sancte religionis honestate conspicuos in se habere 35 dinoscitur, specialem devotionem habentes, vobis universis et singulis tam premissorum intuitu quam obtentu venerabilis Henrici Tridentini episcopi, principis et canzellarii nostri carissimi, qui dictum ordinem profitetur et super hoc nobis cum instantia supplicavit, sub nostre indignationis et qualibet alia pena, quam vobis vellemus infligere, districte precipiendo mandamus, quatinus cum nos dictum ordinem cum membris, locis, 40 personis et bonis suis sub protectione nostra susceperimus ipsumque sincera benevolentia prosequamur, monasterium Sancti Salvatoris de Monte Amiato dicti ordinis Clusin. dioc., quod sub dicta protectione consistit et consistere volumus, non presumatis in personis vel quibuscunque bonis eius quomodolibet molestare.

Dat. Pisis, IIII[a]. Idus Aprilis, regni nostri anno quinto, imperii vero primo. 45

942. a) vestro — auctoritatem *des. apud Böhmer.* b) adoctivos *Bon.*

943. a) IV. *Böhmer.*

944. RECOGNITIO DEBITI.

1313. Apr. 16.

Denuo contulimus autographon tabularii Taurinensis 'Diplomi imperiali Mazzo 4' nr. 18 asservatum. In verso legitur eadem manu scriptum, quae textum exaravit: Littera 5 domini imperatoris super debito VIII milium florenorum debitorum domino comiti Sabaudie. *Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 209 nr. 58.*

Cum protocollon ab usu cancellariae discrepet, hanc recognitionem a camerae notario scriptam esse crediderim. Cf. iam supra nr. 699. — Böhmer, Reg. Heinr. 529.

(P. deest.)

10 Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus.

Notum facimus, quod facta computatione finali per . . thesaurarium et gentes camere nostre una cum nobili viro Amedeo Sabaudie comite, principe et affine[a] nostro dilecto, de omnibus et singulis, que tam ratione stipendiorum, emendationis equorum et equitaturarum pro toto tempore, quo ipse postquam montes transivimus usque ad 15 initium Ianuarii proxime preteriti nostris servitiis institit, sibi debuimus et discomputatis [1313. Ian. 1.] hiis, que ipse de camera nostra receperat, eidem comiti remansimus et remanemus in octo milibus flor(enis) aureis debitores.

Dat. Pisis, XVI. Kal. Maii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

---

945. INSTITUTIO VICARII PISANI.

20 1313. Apr. 18.

Ex Libro propositorum P, de quo v. supra ad nr. 933, fol. V, ubi rubrum: de vicario Pisarum. *Edidit Doenniges l. c. I, 56 nr. 18.* *(P. deest.)*

Die XVIII. Aprilis dominus Manifredus comes de Claromonte fuit factus vicarius Pisarum civitatis et districtus et iuravit ipsum officium fideliter exercere ad honorem, 25 exaltationem et bonum statum ipsius domini et imperii et ad bonum et tranquillum statum civitatis et districtus Pisarum et iusticiam unicuique reddere, statuta et consuetudines, de quibus sibi videbitur non esse contra honorem, ius et bonum statum corone imperialis, bona fide observare.

946—948. BANNITIO ET CONDEMNATIO 30 ROBERTI REGIS SICILIAE.

1313. Apr. 26.—Mai. 12.

946. *SENTENTIA IMPERATORIS. Apr. 26.*

Proponimus ex 1) autographo manu Pauli de Podio Bonizi notarii exarato, quod superest Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4' nr. 19 signatum. In

35 **944.** a) *in loco raso; prius scriptum erat* nr̄o dil *or.*

verso leguntur ab eodem Paulo scripta: Sentencia diffinitiva contra regem Robertum Sicilie per Henricum imperatorem lata XXVI. Aprilis MCCCXIII. *Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 198 nr. 56 et minus recte communicatum iam adhibuit Pertz. Nos denuo accuratissime contulimus; tamen levia quaedam orthographiae Pauli propria non adnotavimus.* 5

Item contulimus 2) apographon in Registro Leopardi Frenctti notarii fol. 20, de quo v. supra ad nr. 470, servatum. Varias lectiones mere orthographicas indicare supersedimus.

Ceteros qui hic illic exstant codices neglecximus.

In margine posuimus capita Interlocutionis supra nr. 913, cuius verba cum nostris plus minusve concordant. Cf. etiam supra nr. 821 et 848. — Böhmer, Reg. Heinr. 530. 10
(P. 545.)

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator senper augustus ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.

1. Deus iudex iustus, fortis[1] et longanimis omnes secundum sua merita iudicans, 15 superbientem illum, qui dum ante sue tronum clementie se gloria et honore sublimatum conspiciens, sedem suam ab aquilone, ut esset Altissimo similis, ponere cogitavit, de altis celorum fastibus ad inferiora terre in obprobria[a] senpiterna demergens, ipsum omni gratia et spe misericordie condigne privando, eum duxit eternalibus ultionibus exponendum. Sic et ad presens iustitiam respiciat et equitatem videat ipse celestium, 20 terrestrium et infernorum dominus, qui novit occulta cordium et ante cuius tribunal omnis calu[m]pnia cessat et veritas nullis nequitie tenebris obscuratur. Deponat et nunc de sede potentem, qui temptavit et exacerbavit ipsum et concitavit eum in iram, perdat eum qui mala querit, det illi qui ostinato animo viam inocentie refugit et gloriatur in malitia, obprobrium senpiternum. Faciat in eo iudicium conscriptum et sit gloria 25 omnibus sanctis eius.

2. Nequitie siquidem et perditionis alumpnus[2] Robertus natus clare memorie Karuli secundi, qui se Sicilie regem intitulat, ex imperii Romani adipe inpinguatus, incrassatus et dilatatus contra illud, cui etiam causa multorum feudorum et honorum ipsius imperii, que actenus tenuit et que iniuste presentialiter occupat, humiliter obedire 30 deberet, virus iniquitatis evomens, odia, dolos et fraudes pro fidelitate retribuens ex detestande ingratitudinis vitio calcaneum rebellionis presumpsit erigere ac contra stimulum indurata nequitia calcitrare[3] non cessat, nefandaque superbia tumefactus sedem ab aquilone, videlicet ab opposito maiestatis cesaree, quam eius dominam et magistram revereri et honorare tenetur, sibi ponere satagens, ipsam convitiis et contumeliis provo- 35 (nr. 913 cap. 1.) cavit actenus et protervo animo continue provocare presummit. Ipse namque inter ceteros sue malignitatis conatus, licet antequam pro imperialis diadematis susceptione proficisceremur ad Urbem, per suas litteras speciales pluries[b] culmini nostro scripsisset, quod ipse, sicut ex causa predicta debebat et nos qui nec verbo nec opere quod sciremus gravaveramus nec gravare, set potius gratiose tractare intendebamus eundem, ex puri- 40 tate conscientie credebamus[b], ad exibendam nobis debitam reverentiam et honorem tam in dicta coronatione quam alias intendebat et ad id pro viribus se parabat, confederationes tamen et conspirationes, uniones et ligas in offensam et inpedimentum progressus cesarei una cum Florentinis, Lucanis, Senensibus et aliis nostris et Romani imperii subditis de Lonbardia et Tuscia, ut eos in rebellionis precipitium et cecitatis foveam 45 secum traheret, sicut et traxisse dignoscitur, per se suosque procuratores, nuntios et

946. a) obbrobria *similiter semper* 1. b) *deest* 2.

1) *Ps. 7, 12.* 2) *Cf. 2. Thess. 2, 3.* 3) *Cf. Act. 9, 5.*

ambaxiatores in nostre maiestatis iniuriam et o[f]fensam et inpedimentum progressus cesarei facere procuravit et fecit ac etiam tractavit et ordinavit, quod civitates Cremone, Regii[c] et Parme, que sub nostra obedientia consistebant, contra nos et imperium rebellarent, inducendo tam comunia ipsarum civitatum quam alios subditos nostros 5 predictos ad rebellionem huiusmodi et eis ad id pollicendo consilium, auxilium et favorem. Et nichilominus gentes dicti Roberti eius fulti favoribus sueque nequitie conscii et ministri civitatem Astensem et castra Valentie et Casalis Sancti Euagii et alias nonnullas civitates et castra provincie Lonbardie, que mandata nostra iuraverant et nos in eorum dominum recognoverant et offitiales nostros receperant et habebant, 10 offitialibus ipsis exinde violenter eiectis, nequiter occuparunt ac occupatos et occupata pro Roberto detinent supradicto.

3. Idem quoque Robertus Iohannem fratrem et stipendiarios suos Romam ea videlicet intentione tra[n]smisit, ut Urbe si posset sue dictioni dolose subiecta vel saltim turbine in eius populo nefande seditionis inmisso, dicte coronationis solempnia impe- 15 diret, prout dicti Iohannes et stipendiarii in ingressu nostro in Urbem predictam et quam diu in partibus illis moram traximus, efficaci operum argumento probantes, una cum copiosa dictorum subditorum multitudine, que per instigationem dicti Roberti sub promissi eis sui subsidii et defensionis fiducia, cum equis et armis ad se opponendum nobis et exercendum preexcogitatam malitiam simul cum Iohanne stipendiariisque 20 predictis convenit ibidem, contra nos et gentes nostras hostiliter posuerunt insidias, fecerunt insultus, spoliationes, violentias et homicidia perpetrarunt viasque publicas et loca, per que ad reverendam basilicam principis apostolorum de Urbe omnibus religionem profitentibus christianam liber aditus patere debebat, bellicosis apparatibus claudere nobisque ac nostris gentibus ad basilicam ipsam, ne ibi dicta coronatio cele- 25 brari valeret, accessum totis viribus prohibere ac alias omni modo quo poterant maiestatem nostram offendere procurarunt. Aliaque[d] prefatus Robertus committebat et erat in actu continue co[m]mittendi omnia, que ad nostrum et imperii dampnum vel iacturam tenderent, et ad ea omnibus modis quibus poterat nitebatur. (nr. 913. cap. 1.)

4. Hec siquidem ad nos deferente clamore notorio et in pluribus etiam rerum 30 experientia edocente, licet ipsa tam publica et notoria essent, quod nulla possent tergiversatione celari, et[e] nos qui legibus subiecti non sumus contra dictum Robertum propter premissa ipso inrequisito potuissemus procedere, tamen ex augusti clementia, que libentius emendat in subditis peccata quam puniat nec exerit ferrum precisionis in morbos, quos sanare potest mulcebris lenitas medicine, post recessum nostrum de 35 Urbe predicta super dicto notorio ex predictis per ipsum Robertum contra nostram maiestatem commissis ad inquisitionem descendimus, quam ut fidei vel amoris scintilla, si qua forsan remansisset in eo, ipsius viscera tangeret et ipsa interim spatium ad cor redeundi haberet, usque in presens gratiosis dilationibus duximus protrahendum[f], Robertum predictum citari legitime facientes, ut coram nobis[g] conparere curaret super hiis 40 [suam] si posset in[n]ocentiam ostensurus. Verum idem Robertus in sua protervia perseverans in terminis ad hec sibi prefixis vel eorum aliquo per se vel alium conparere contumaciter non curavit. Quare nos super premissis in ipsius Roberti contumacia, fidedignis et subficientibus[h] receptis et examinatis testibus et eorum dictis in scripta redactis et per nos sole[m]pniter publicatis et de mandato nostro a peritis nostri palatii 45 cum diligentia recensitis et facta nobis de ipsis per dictos peritos relatione fideli, per ea que probata fuerunt predicta omnia et singula publica et notoria esse in scriptis interloquendo pronuptiavimus et declaravimus iustitia exigente[1]. Ac postmodum cum (cap. 2.)

946. c) Reggii 2. d) aliasque 2. e) ad *add.* 1. f) protrahendam 2. g) legiptime *add.* 2. h) testibus *post* sufficientibus 2.

50 1) *Supra nr. 913.*

requiri et citari subficienter et perhemptorie fecimus, ut certo termino iam elapso coram nobis ubicunque essemus ad hanc nostram diffinitivam sententiam audiendam comparere curaret, quod ipse pre suis diffisus meritis et offensis et in sua obstinatus contumacia et fraudibus pernitiosius induratus facere pretermisit.

5. Quia igitur de premissis omnibus et singulis, prout seriosius in inquisitione continentur predicta, specialiter per dictos testes plenarie nobis constat, nos predictos et alios predicti Roberti excessus nefarios et opera detestanda maturo[i] et iusto librantes examine ac illud notissimum nullatenus obmittentes, quod ipse Robertus, dum in Urbe predicta causa prefate coronationis essemus et dilectissimi fideles nostri Pisani, qui inter ceteros subditos nostros fidelitatis et operis sinceritate renitent, galeas et gentes Romam ad nostrum servitium et honorem micterent, galeas ipsas in nostre maiestatis iniuriam hostiliter invadi, spoliari et gentes predictas capi, carcerari et in carcere detineri fecit, et nichilominus in huiusmodi continuatione criminum perseverando, mala malis a[d]dendo et peiora cotidie co[m]mittendo, dum contra rebelles nostros de Tuscia direxis[s]emus signa cesaria, rebellibus ipsis, sicut publicum et notorium est et facti evidentia docebat[k] et docet, misit pluries armatorum subsidium, ut eos diutius in sue rebellionis erroribus confoveret, et actendentes quod ipse dum[l] potuit pacem et quietem habere, dum debuit tranquil[l]itatem expetere ac nostram benivolentiam et dilectionem, quam sibi ex animi sinceritate paraveramus, obtinere valuit, bella quesivit, iniquitates exercuit et pro posse procuravit, sicut etiam ad[h]uc procurare non cessat, in imperii populis seminare zizaniam, suscitare odia, inmittere scandala, concitare tumultus, nutrire scismata et fovere discordias et sine intermissione in actu continuandi et co[m]mittendi omnia que potest in contrarium nostrum existit, non solum in nostrum et imperii contemptum[m] reique publice detrimentum, sed etiam in perturbationem prosperitatis ecclesiastice, que ab ipsius imperii statu plurimum pendere dignoscitur, et in retardationem negotii Terre Sancte, ad quod teste illo qui omnia novit totis cordis affectibus anelamus, et videntes aperte quod dictus Robertus inrevocabiliter in devium erroris prolapsus et obstinatus in dolis viam veritatis spernit omnino et tanquam aspis surda suarum aurium obturans auditum[1] nec mandata nostra nec legis penam, in quam suis culpis incidisse ac incidere noscitur, nec etiam imperatorie plenitudinem potestatis veretur, sed cotidie cervicis durioris efficitur et quanto ipsum ad penitudinem expectamus, tanto maiorem summit audaciam malignandi, considerantes etiam quod idem Robertus de imperii crapulatus pinguedine debaccatur et ex licentia sibi lassatis habenis furit, et nobis pro obedientia rebellionem et pro fidelitatis debito iniurias facit nosque atque[n] quoscunque fideles imperii nobis obedientes pro posse inpugnare conatur, eiusque potestas non in edificationem, sed in destructionem, non ad fructum et iuvamen ut deberet, set ad pestem esse dignoscitur, et volentes periculis et iacturis, ad que ipsius tendunt insolentie, obviare et euangelicam doctrinam sequentes, que nos monet quod omnis arbor, que non facit fructum bonum, abscidatur et mittatur in ignem[2], licet fideles reges et principes propter ipsorum dignitatis eminentiam libenter condignis honoribus et gratiosis favoribus prosequamur, tamen ut culpa supplicium timeat et virtus premium retributionis expectet,

(I) dictum Robertum, cuius elegimus domare superbiam et presumptionem elatam conterere ipsumque a statu suo quantuncunque sublimi deponere, cum propter premissa sit lese maiestatis crimine reus, universis et singulis dignitatibus quocunque titulo conprehensis et quibus se intitulat et[o] decorat auctoritatibus, honoribus, liber-

946. i) mature 2. k) edocebat 2. l) dum ipse 2. m) contentum 1. n) ac 2. o) vel 2.

1) *Ps. 57, 4.* 2) *Matth. 3, 10. 7, 19. Luc. 3, 9.*

tatibus, inmunitatibus, privilegiis, provinciis, contratis, civitatibus, castris, terris, villis, feudis, vassallis, bonis, rebus, iuribus et iurisditionibus tam perpetuis quam temporalibus, quos, quas et que habet, tenet vel possidet vel quasi seu habuerunt, tenuerunt et possiderunt quomodolibet actenus ipse vel sui antecessores, privamus eundemque
5 Robertum rebellem, proditorem et hostem imperii dicteque maiestatis crimine reum de toto predicto imperio exbannimus et diffidamus et ipsum si quo tempore in nostram et imperii fortiam venerit, vita per capitis mutilationem privandum in hiis scriptis sententialiter condempnamus.

(II) Statuentes et mandantes, quod nulla persona, cuiuscunque nobilitatis, excel-
10 lentie, status vel conditionis existat, nullaque civitas, castrum, villa vel universitas eidem contra nos et imperium prebeat publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, sub pena centum librarum[p] auri pro qualibet civitate et quinquaginta librarum auri pro quolibet castro, villa, marchione, duce, comite, barone et quolibet nobili, et XX[q] librarum auri pro qualibet alia singulari persona pro vice qualibet qua contra-
15 fecerint com[m]ittenda, quodque cuilibet inpune liceat cives, incolas et habitatores civitatum, castrorum, villarum et quaslibet alias singulares personas, cuiuscunque status vel conditionis existant, que contra nostrum honorem ei obedirent vel darent consilium, auxilium[r] vel favorem publice vel occulte, offendere in persona et rebus et iuribus et ipsos et ea capere, ar[r]estare et detinere. Inhibentes etiam et precipientes
20 expresse, ne aliqui debitores eiusdem Roberti de bonis, in quibus sibi tenerentur, in aliquo ei satisfaciant vel presummant quomodolibet respondere, alioquin tantundem camere nostre persolvant et ad id sine strepitu et figura iudicii conpellantur.

(III) Universas etiam provincias, civitates, castra, villas et singulas universitates et quaslibet singulares personas, cuiuscunque preeminentie vel excellentie, etiamsi
25 regia dignitate prefulgeant, et cuiuscunque alterius nobilitatis, conditionis vel status existant, que ex aliquo pacto, promissione seu obligatione dicto Roberto aut suis predecessoribus facta vel pena apposita sub quacunque verborum forma conprehenso vel conprehensa sive quavis ratione, causa vel titulo et specialiter de aliquo servitio faciendo galearum[s] vel hominum armatorum aut aliud subsidium dando per mare vel
30 per terram tenerentur eidem Roberto, ab ipsis pacto, promissione, obligatione et pena apposita, vassalos quoque, feudatarios et omnes et singulos, qui eidem fidelitatis et feudorum vel alia quacunque ratione vel causa ad aliqua prestanda servitia personalia vel[t] realia tenerentur, ab omni vinculo fidelitatis, subiectionis, obedientie sibi vel suis heredibus faciendo absolvimus penitus et in totum, ita quod nec civitates, castra,
35 ville, universitates et persone predicte pacti vel obligationis predictorum nec vassalli et feudatarii prefati cuiusvis fidelitatis, subiectionis vel obedientie ratione, causa vel titulo sibi vel suis heredibus quomodolibet teneantur. Provincias enim, contratas, civitates, castra, terras, villas, feuda, vassallos, bona, res, iurisditiones, iura, servitia et quecunque alia sub nostris conprehensa privatione et absolutione huiusmodi confiscamus.

40 (IV) Demum omnibus et singulis militibus, auditoribus, iudicibus, iurisperitis et notariis, qui eiusdem Roberti domestici seu familiares existunt seu alias[u] in eius servitio esse noscuntur, et quibusvis aliis districte precipiendo mandamus, quatinus ab ipsius Roberti familiaritate, consilio et directione et obsequiis quibuscunque infra duorum mensium spatium ab [h]odie conputandum cum effectu recedant et nunquam
45 ad eius consilium vel servitium accedere publice vel occulte presummant. Alioquin ipsos milites honore et dignitate militie, auditores, iudices et iurisperitos omni iudicandi et assidendi auctoritate omnibusque ac singulis privilegiis et inmunitatibus, ac

946. p) libr. *semper* 1. q) viginti 2. r) aux. cons. 2. s) *excidit* 1. t) lia vel *in loco raso* 1. u) aliter 2.

notarios notariatus offitio, eos videlicet de dictis militibus, auditoribus, iudicibus, iurisperitis et notariis, qui huiusmodi mandato nostro non paruerint, exnunc prout extunc privamus[v] omnino et inhabiles et infames reddimus, ita quod elapsis mensibus predictis ad nullos actus legiptimos postmodum quocunque tempore admittantur.

6. Huiusmodi autem privationum, confiscationis, exbanitionis, diffidationis, conde[m]pnationis et absolutionis sententias in hiis scriptis ferimus et alia omnia et singula suprascripta et infrascripta facimus exigente iustitia et bono rei publice requirente ac ex certa scientia et de plenitudine potestatis. Supplentes omnem defectum, si quis forsan in inquisitione predicta vel quibuscunque processibus propterea factis ob aliquam iuris solempnitatem obmissam est habitus, non obstantibus aliquibus legibus, constitutionibus, gratiis et privilegiis sub quacunque verborum forma concessis, etiamsi de ipsis oporteret de verbo ad verbum in presentibus fieri mentionem, que contra premissa vel premissorum aliquod possent quomodolibet obici vel opponi, quibus specialiter derogamus.

Lata, data et pronumptiata fuit dicta sententia per dictum serenissimum dominum imperatorem sedentem pro tribunali et lecta et publicata[w] mandato et in presentia ipsius domini imperatoris per me[x] Paulum condam Sere[y] Ranuctini de Monte Imperiali notarium ipsius domini imperatoris et in presentia[z] Leopardi Frenecti de Pisis notarii ipsius domini imperatoris[a], quibus ipse dominus imperator mandavit, quod de predictis omnibus et singulis scribant et faciant publica instrumenta. Et hec omnia et singula acta fuerunt Pisis in platea publica ante hospitium nobilis viri Ranerii[b] comitis de Donoratico, in quo ipse dominus imperator habitat, convocata ibidem et congregata ad parlamentum ad predicta audienda et intelligenda mandato ipsius domini imperatoris innumerabili multitudine hominum tam citramontanorum quam ultramontanorum, tam magnatum et[c] nobilium quam etiam popularium. Presentibus nobilibus viris dominis Henrico de Flandria mariscalco[d] dicti domini imperatoris, Manfredo de Claromonte comite Moac[e], Gottifredo comite de Olloco, Tancredo comite de Mutilliana, Barthalomeo[f] comite camarlingo[g], Ranerio et Gerardo comitibus de Donoratico[h], Amone[i] de Albomonte, Thoma de Septemfontibus, Simone Phylippi de Pistorio, Giliberto de Saltana magistro hospitii domini imperatoris, Alexandro de Orgio[k], Dominico de Quigerio, Anselmo de Agundacort[l] et Ugolino de Vichio, Lapo de Ubertis, Tosolato[m] de Ubertis de Floren(tia) et Andrea de Caprona, Iohanne Cinino, Ugolino de Sismondis[n], Betto Nicho[o], Guidone Pellarii de Pisis militibus et Gaddo[p] Ganbacurta, Lapo iudice de Vico, Andrea Carfagnine[q], Fecino Lippi, Simone de Colle, Vanne Ribaldini et Vanne Raciocho anzianis Pisani populi et Ranerio Iannis comite de Donoratico de Pisis, Carbone de Cerchiis de Florentia, Francisco Tani de Ubaldinis[o], Farinata de Ubertinis et aliis quam pluribus fidedignis testibus ad hoc. Dominice nativitatis anno millesimo CCCXIII[r], inditione XI, die XXVI.[s] mensis Aprilis, ac regni ipsius domini imperatoris anno quinto, imperii vero primo[t].

(S. N.) Et ego Paulus condam sere Ranuctini de Monte Imperiali auctoritate imperiali iudex ordinarius et notarius supradicti domini imperatoris predicte sententie et pronumptiationi interfui et scripta omnia et singula ipsius mandato scripssi et publicavi.

946. v) *sequitur* omnimodo *delet.* 2. w) et lecta et publicata *desunt* 2. x) me *deest* 2. y) ser 2. z) mei *add.* 2. a) *loco* ips. dom. imp. 2: camere imperialis. b) Rainerii *similiter semper* 2. c) et *deest* 1. d) marescalcho 2. e) Mohac 2. f) Barthō 2. g) camerlengo 2. h) Doñoratico *semper* 2. i) Aimone 2. k) Orçi 2. l) Gondecort 2. m) Toserato 2. n) Sismundis 2. o) et *add.* 2. p) Gerardo 2. q) Garfagnini 2. r) trecentesimo tertio decimo 2. s) vigesima sexta 2. t) *reliqua desunt* 2.

947. *LITTERAE REGIS SICILIAE. (post Apr. 26).*

Subiungere liceat protestationis litteras regis Roberti signo chronologico carentes, quas ultimi capituli ratione habita spurias non esse crediderim. Servantur codici H. III. 38 bibliothecae universitatis Taurinensis bis fol. 42 et 75 inscriptae (1 et 2). Est ibi rubrum: Lictere destinate per regem Robertum ad plures partes et loca occasione sententie suprascripte. *Edidit Doenniges l. c. II, 235 nr. 8, cuius editionem hic repetimus.*

(P. deest.)

Robertus Dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue, Andagavie, Provincie et Folcacherii comes ac Ierusalem rex, Romandiole comes et civitatis Ferarie dominus generalis universis et singulis comunibus et universitatibus ac etiam singularibus personis civitatum, castrorum et terrarum Italie, sancte Romane ecclesie fidelibus et devotis, amicis karissimis gratiam suam et bonam voluntatem.

(1) Ab olim sparso pestifero semine per quondam Fredericum imperatorem in Italie partibus pululavit amara pestis dissensionis[a] et odii contra orthodoxe fidei zelatores in arbores asperas et mortiferas tunc conversa. Cuius propagines universas inferunt civitates et oppida, ipsius filii silicet et nepotes, cervices[b] et cornua contra sanctam Romanam ecclesiam matrem nostram eiusque fideles et filios erigentes in universale scandalum fidei christiane[b]. Verum quia negatum est superbis diu in cornu superbie residere, scriptura testante, qualiter divina iustitia eos pulsaverit, mediante potentia leonis invicti illustrissimi[c] condam regis Caroli avi nostri[c], qualiterque de pomerio fidei christiane succiderit arbores nedum[d] infructuosas, sed etiam letiferas, Manfredum scilicet et Corradum ac etiam eorum complices et fautores, persecutores ecclesie et eiusdem fidelium, qualiterque sub iugo dominii fidelium predictorum submiserit civitates et castra in partibus Tuscie et Lombardie ac alibi[d], novit manifestissime totus orbis. (2) Attamen non eradicatis tunc ex toto radicibus produxerunt semina fructus malos, qui modernis temporibus per fas et nephas instigantes promotionem Henrici Lesomensis[e] comitis[f], conceptum dudum virus contra fideles ecclesie spargere sunt conati, ipsum Henricum licet indignum imperio colorate et subdole[g] prefici[h] procurantes, non[i] ut augeret imperium ut debebat, non ut tenebatur ecclesias defensaret nec ut mundo[i] daret pacem diutius expectatam, sed ut veros[k] fideles ecclesie in confusionem poneret et ruinam et ut alia obscena perageret tam contra sacras ecclesias et earum iura quam etiam contra personas miserabiles layeas, que abominamur seriosius nuntiare. Regni[l] porro nostri coronam succendens in aliorum vitium, cum non posset ut intendebat viribus lacerare, loquaci tamen quadam garulitate mulierculaum senescentium more nisus est diebus presentibus infamare, contra nos ut iudex rectum iudicium non condens[m], verbosos processus instituens[l], qui nedum imperatori non congruunt, sed nec alii etiam vilissimo iudicanti, quos referre vel audire aborrere debent universi christicole. Quin immo et ipse, si ut sibi ascribit meruisset imperiali fastigio decorari, sed ab eius fructibus publicis non imperator, sed predo, non iuris conditor, sed destructor nec veritatis amator dignoscitur evidenter, licet ut suos possit facilius erroneos palliare processus, scribat se legibus non astrictum, immemor legis, dignam esse vocem dicentis in maiestatem regnantis, legibus alligatam se principem profiteri, nec considerans, quod par in parem non habet arbitrium iudicandi. Cum etsi veri imperatoris uteretur arbitrio, nos tamen qui regnum nostrum ab ecclesia immediate tenemus et quod felicis memorie avus ex

947. a) assensionis 1. b) *loco* cervices—christiane 2: contra Rom. eccl. matr. nostr. erigentes cerv. et cornua eiusque filios et fideles. c) illustrissimi — nostri *desunt* 2. d) nedum — ac alibi *desunt* 2. e) *sic* 1. f) *sic* 1; Lesom. comitis *desunt* 2. g) subdolose 2. h) *deest* 2. i) non ut augeret — nec ut mundo *desunt* 2. k) viros 2. l) Regni—instituens *desunt* 2. m) condemnans? 1. 2.

cessione sancte matris ecclesie de manibus eripuit Pharaonum, predictorum Manfredi silicet et Corradi, sibi plus quam ipse nobis subesse in aliquo non debemus[n]. (3) Sumpta tamen audacia temeritate propria ad processus fatuos non ex ardore iustitie, sed ex iniquitatis concepte et excogitate proposito sic processit[o], non attendens, quod nostri predecessores antiquissimi similiter et antiqui domus Francie, de cuius fabrica sumus orti, suos adversarios et rebelles non substinuerunt multos diutius superbire. Elationis etiam tante supercilio suis utitur in scripturis, quod civitates Regii, Parme et alias, que contra ipsius perfidiam nostrum ut veri christiani[p] imploraverunt auxilium et succursum, nos asseveret a iurisdictione imperii subtraxisse, quas in animo gerimus tanquam fideles ecclesie, in quantum nobis ex alto processit, ad statum ecclesie defendere, non a debita iurisdictione alterius revocare. Dicat autem nobis qui se dicit imperatoria dignitate fulciri[q] et qui se vocat augustum, si quod iuris non est imperat, et si non auget, sed minuit, numquid haberi debet ab imperii subditis imperator? Nonne privilegium meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate et reatus nomine omnem excludit honorem? Respondeat Henricus, mens potentie avida, que non novit gaudere concessis nec a vetitis abstinere. Estne imperii dignus[r] regimine, loquatur, qui nimium elato corde regum facta diiudicat, si promulgata dudum iura concedunt devotis possessoribus, quales sumus, auctoritate propria iudiciariam iniuriam propulsare. (4) Hec quippe iudicare potest de facili iuris et legum verus inspector, veritatis amator et cultor vere religionis et fidei, quod nos, qui[s] pro veritate, pro fide, pro ecclesia, pro iustitie defensione pugnam assumimus, libere Henrico predicto ab eius iniuriis provocati opponere nos possumus, eius processus et verbosa fatua[t] ac etiam versutias non curantes, quia scriptum esse didicimus: 'Cum rex iustus sederit[u] super sedem, non adversabitur sibi quicquam malignum' et alibi: 'Cor regis in manu Dei est et ubi voluerit inclinabit illud'[1].

(5) Nos igitur excitati non solum ab iniuriosa nostre corone irrogata per dictum Henricum infamia, sed ad querelas orphanorum, viduarum, hospitalium et ecclesiarum ac etiam ad clamorem sanguinis christianorum fidelium effusi per eum tam in partibus Lombardie quam Tuscie contra debitum rationis, nolentes quod diu in corde gestavimus amplius occultare[v], sed illud potius per universa mundi climata divulgare, vobis amicis karissimis et dilectis fidelibus et aliis quibuslibet[w] publice nuntiamus, quod nullo alio per nos contra dictum[x] Henricum processu fiendo, quem erubemus nedum facere, sed referre, eum tanquam inimicum nostrum, hostem ecclesie, turbatorem quietis et pacis, persecutorem nostrum et iuris nostri, fallacem etiam in promissis, quin immo periurum, persequi intendimus et volumus tota nostra et amicorum collecta potentia tam terra quam mari, auctoritate etiam fulti sancte matris ecclesie, quam habere pro firmo speramus et in hoc eius vertitur interesse, licet sui milites bellicosi, ut ferunt, velociores volucribus non morentur et quamquam se mundi dominum asserat universi, in occursum[y] cuius manus nostra non timida diriget hastam suam, paratam vos et nos pro viribus defendere contra quoslibet impugnantes[z] ipsosque in stragem convertere perpetuam et ruinam. (6) Ad quorum omnium executionem velocem[a] nostrum continuum fecimus[b] apparatum, subito dirigendum ad quascunque partes predictus Henricus se duxerit conferendum. Eapropter cum nostre intentionis existat, quod dictus vester et noster et[v] hominum inimicus non possit finaliter effugere nostre gladium ultionis, vos omnes et

947. n) Cum—debemus *desunt* 2. o) et *add.* 2. p) Non—imploraverunt *desunt* 2. q) imp. auct. fulciri se dicit 2. r) digna 1. s) qui nos quod 2. t) fausta 1. 2. u) sedeat 2. v) *deest* 2. w) quibuscunque 2. x) dominum 2. y) cursum 2. z) impugnatores 2. a) in *add.* 2. b) facimus 2.

1) *Prov.* 21, 1.

singulos requirimus et hortamur attente, quatinus[c] firmi et constantes more solito persistentes animositate concepta vos et terras vestras custodire sollicite procuretis, ad nichil aliud vigilantes nec ad ullum vos fortune periculum exponentes, donec potentia nostra ad vestras usque partes pervenerit, simul vobiscum Deo propitio triumphum 5 optatum et gloriam de inimicis quibuslibet habitura.

948. *LITTERAE PHILIPPI REGIS FRANCIAE CLEMENTI V. PAPAE MISSAE. Mai. 12.*

Contulimus 1) codicem A 261 inf. bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis saec. XV fol. 46'. Contulit etiam 2) codicem Vaticanum lat. 2962 fol. 65' vir d. Henricus Pogatscher. 10 *Cum codicibus editio Muratoriana 'Rerum Italicarum scriptores' X, 563 parata fere omnino convenit. Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 340 et litteras pontificis infra ad Iun. 12 edendas.* *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri domino C(lementi) divina providencia sacrosancte ac universalis ecclesie summo pontifici Phylipus Dei gratia rex Francorum devota 15 pedum oscula[a] beatorum.

Ad nostrum alias quorumdam magistrorum relatu et nunc ex assertione karissimi consanguinei nostri principis Achaie pervenit auditum, quod magnificus princeps H(enricus) imperator Romanorum Apulie, Sicilie et alias terras proprias illustris principis Roberti regis Sicilie consanguinei nostri[b] karissimi debellare proponens ad ipsius 20 exheredationem suos intendat exercere conatus, turbando pacem universam christianorum, impediendo negotium passagii Terre Sancte in universale et specialiter Romane ecclesie, cuius dicte terre patrimonium proprium esse dinoscitur, excidium et iacturam. Cum igitur nos, qui[c] dicti[d] regis Sicilie, qui de consanguinitate nostra traxit originem et de nostra domo regia[e] processit, exheredationem non de facili sustinere possemus, beatitu- 25 dini vestre super hoc alias scripsimus[1], ut consideratis incomodis, que ex premissis, si quod absit contingerent, sequerentur, ad occurrendum tantis et talibus periculis velit vestra sanctitas in hac parte de competenti remedio celeriter providere, ne propter huiusmodi incomoda possit dicte Terre Sancte negotium retardari vel totaliter impediri[f]. Verum cum imperatorem in predictis non intellexerimus suum propositum divertisse, 30 quin ymmo paret se diebus singulis ad eadem, vestram iteratis precibus clementiam deprecamur, quatinus iminentibus periculis occurrentes, prout ad vestrum spectat offitium, in predictis sic celeriter tale remedium apponatis, quod pacis pulcritudo servetur negotiumque passagii Terre Sancte, quod alias fieri posse non credimus, impediri non debeat aut turbari et ne cum velletis super hiis alias occurrere, tunc comode non 35 possetis. Dictumque regem et subditos dignetur vestra sanctitas specialiter recomendatum habere.

Data Parisius[g], XII. Maii.

947. c) quod 2.

948. a) oscula pedum 1. b) *sequitur delet.* germani 2. c) quidem 2. d) *deest* 2. e) regia 40 domo 2. f) impedire 1. 2. g) Parixius 2.

1) *Quae litterae servatae non sunt.*

949—957. ACTA LEGATIONIS IN LOMBARDIAM MISSAE.

1313. Apr. 28.—Iun. 6.

Cf. scripta imperatoris supra nr. 921—923.

Quaecunque ex Actis huius legationis hic proponenda esse censuimus, servantur in libello Relationis R, *de quo v. iam supra l. c. Quae omnia denuo contulimus.*

949. *CITATIO LEGATORUM ABBATI MISSA. Apr. 28.*

Ex R *ad Apr. 28; edidit Doenniges l. c. I, 125.* *(P. deest.)*

Iohannes Rubeus de Gualandis de Pisis miles et Vermillius de Alfanis de Florentia familiares et ambaxatores in aliquibus partibus Lombardie serenissimi principis domini H(enrici) Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti religioso viro dompno Ayeardo abbati monasterii Leonensis Brixien. dioc. salutem prosperam iuxta vota.

Vobis presentibus patefiat, nos pro quibusdam negotiis nostri domini imperatoris esse Brixie. Et etiam vobiscum ex parte nostri domini debemus habere colloquium et ideireo vobis mandamus, quatinus cras per totam diem Brixiam coram nostra presentia veniatis.

Dat. Brixie, die XXVIII. Aprilis.

950. *RESPONSIO CIVITATIS BRIXIENSIS. Mai. 5.*

Ex R *ad Mai. 5, ubi rubrum:* Infrascripta est responsio vicarii et comunis Brixie facta supradictis ambaxatoribus et eisdem in scriptis data die V. Maii, cuius tenor talis est; *edidit Doenniges l. c. I, 138. Numeros arabicos adiecimus nos. Cf. nr. 958. 959.* *(P. deest.)*

In nomine Yhesu Christi.

1. Ad exaltationem maiestatis serenissimi domini H(enrici) divina providentia Romanorum imperatoris semper augusti et ad omnimodam subiectionem eiusdem maiestatis fidelium vicarii, sapientum et comunis Brixie. Ex parte prefate imperatorie maiestatis per dominos Iohannem Rubeum de Gualandis et Vermillium Alfanum de Florentia strenuos et discretos ambaxatores solempniter . . vicario et ceteris . . sapientibus Brixie exposite ambaxate idem fideles Brixienses breviter sic respondent, quod de exaltatione imperatorie maiestatis et preparamentis et sumptis ordinibus ad victoriam trihumphalem fidelium Brixie corda intime collетantur, sperantes a sui miseria liberari eiusdem maiestatis prosperitate fecunda.

2. Set licet verecunde et dolentes referant, a destinacione armatorum comitive in magna vel modica quantitate afflictionibus notoriis se excusant, quoniam tribus partibus Brixiensis territorii occupatis per rebelles sacri imperii numero X^{M} vel circa in Brixiensi territorio commorantes ac etiam eisdem a perfidis Cremonensibus, Parmensibus, extrinsecis Pergamensibus, Bononiensibus et ceteris rebellibus sacri imperii in provincia Lombardie fervente subsidio accedente, et ipsis continue gueriantibus usque ad ianuas civitatis et depredantibus et spoliantibus fere territorium universum ac civitate Brixie averis et personarum inopia laborante, quibus non mirum cum quasi trigenio intrinsecі afflictionibus omnibus perstiterint occupati et tam a comite Guernerio quam ceteris, qui servire eisdem merito tenebantur et saltem obedientia et gratia imperatorie maiestatis, sint et fuerint omni suffragio destituti, vere non possint nec se posse sentiant defendere civitatem. Nam ipsorum separatio vere foret perdictio civitatis, cum non valentes stipen-

diarios substinere vili et parvo personarum numero remansere quasi omnibus denudati. Et igitur supplicant et omnimode porrigunt suas preces, quod ipsorum statui taliter debeat provideri, quod dictam civitatem valeant defendere, nam si eius status perverteretur, inde vere quoad sacrum imperium induceretur perdictio Lombardie.

5 3. De transmissione monete requisite respondent fideles Brixie non teneri, set demum rebelles, prout maiestas imperatoria circumspexit, que a predictis ipsos fideles in sui sententia liberavit, set si haberent, libentissime conferrent ad tantam victoriam peroctatam. Set ipsorum condictionem exponat iuxta vera predictorum ambaxatorum discretio, quibus ipsorum impossibilitas inotuit evidenter, nedum quod de dicta quanti-10 tate per dominum Moroelem Malaspinam tunc vicarium Brixie magne facta fuit exactio quantitatis, de qua debuisset reddere rationem.

4. Et quia nomina banitorum et rebellium requiruntur, ad futuram memoriam declaratur, quod dominus Goytius de Foro et domini de Confanoneriis quam plures ad imperialis maiestatis obedientiam et gratiam conscientia domini comitis Guernerii per-15 venere, cum quibus conventio extitit celebrata, quod certe condictionis homines venire volentes ad gratiam antedictam et contra rebelles se fidelibus Brixie aggregare, cum eisdem possent simile beneficium obtinere. Unde imperatorie placeat maiestati, si contra rebelles ad aliqua duxerit procedendum, cum prefatis pacta inita et gratiam per fideles cuique concessam plenarie reservare, ne fideles Brixie prefatis viderentur in 20 aliquo corrumpere suam fidem.

Dat. Brixie, millesimo CCCXIII, ind. XI, die V. mensis Maii.

951. *LITTERAE LEGATORUM IMPERATORI DIRECTAE.* *Mai. 5.*

Ex R *l. c., ubi rubrum:* Infrascripta est quedam lictera missa per predictos ambaxatores domino imperatori, cuius tenor talis est; *edidit Doenniges l. c. I, 139.*

25 *(P. deest.)*

Serenissimo principi domino H(enrico) Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto Iohannes Rubeus de Gualandis de Pisis miles et Vermillius de Alfanis de Florentia, fidelissimi et devoti eiusdem nuntii et ambaxatores ad civitatem Verone et quasdam alias civitates Lombardie se ipsos cum eorum recommendatione ad pedes.

30 Ineffabili maiestati vestre reverenter notum facimus per presentes, nos die XXVII. Aprilis ad civitatem vestram Brixie pervenisse conductos cum scorta et equitum comitiva, nostrum iter differentes, citius accedere non possendo propter rebellium vestrorum persecutionem, malitiam atque guerram. Ubi vobis debite pecunie requisitionem et equitum armatorum fecimus iuxta nobis commissum a vestra maiestate mandatum, qui respon-35 dentes exposuerunt se excusando, quod a vestris rebellibus civitatis predicte ac etiam Cremonensibus et eorum sequacibus partium circumstantium guerrarum onere gravati armatos equites neque pecuniam non poterant ullatenus destinare. In predictis nos vero secundum vestre maiestatis mandatum quod poterimus faciemus, de civitate predicta discedere quam citius poterimus intendentes ad vestrum exequendum mandatum, 40 licet sit periculi maximi noster gressus. Comitem Guernerium in aliqua terrarum non potuimus invenire. Fertur ipsum ad partes Tuscie devenisse. Statum examinantes civitatis predicte Brixie iuxta nobis commissum officium debilissimum invenimus, eo quod dicte civitatis extrinseci, Cremonenses ceterique circumstantes celsitudini vestre rebelles usque ad fossatas eiusdem terre continue guerram movent et dicti de Brixia 45 nullum possunt a circumstantibus vestris fidelibus habere iuvamen, ita quod ut credimus si per vos consilium in brevi et gentium cum bono subsidium vicario non mictetur, ad rebelles vestros posset predicta civitas evenire.

Apr. 27.

Datum Brixie, die V. Maii.

952. *RESPONSIO CIVITATUM VERONENSIS ET VICENTINAE. Mai. 17.*

Ex R *ad Mai. 17, ubi rubrum:* Responsio vicarii, consiliorum et comunium Verone et Vincentie*; edidit Doenniges l. c. I, 152.* *(P. deest.)*

Serenissimo domino H(enrico) Romanorum imperatori semper augusto nobiles et discreti viri domini Iohannes Rubeus de Gualandis de Pisis et Vermillius Alfani prefati domini imperatoris ambaxatores debent oretenus respondere super hiis, que iidem nobiles . . vicario, consiliis, comunibus et hominibus Verone et Vincentie pro parte dicti domini Romanorum imperatoris licteris et vive vocis oraculo declararunt, cum dicti nobiles de responsione eorum et aliis contingentibus a prefato vicario, consiliis, comunibus et hominibus Verone et Vincentie, prefato domino imperatori et imperio sincere fidelibus et devotis, responsionis eiusmodi informationem receperint et eorum oculata fide viderint essentiam veritatis.

Dat. Vincentie, die Iovis XVII. Maii.

953. *MANDATUM LEGATORUM ABBATI MISSUM. Mai. 24.*

Ex R *ad Mai. 24; edidit Doenniges l. c. I, 153.* *(P. deest.)*

Iohannes Rubeus de Gualandis de Pisis miles et Vermillius de Alfanis de Florentia, serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti familiares et ambaxatores in aliquibus partibus Lombardie religioso viro dompno . . abbati monasterii Sancti Benedicti Mantuan.[a] dioc. salutem prosperam iuxta vota.

Noveritis nos habere licteras imperialis maiestatis sigillo pendenti munitas, quarum tenor talis est:

'Henricus Dei gratia — imperii vero primo'. *supra nr. 922.*

Idcirco vobis ex parte nostri domini imperatoris districte precipiendo mandamus, quatinus hinc ad Kal. Iunii proxime venturas coram nostro domino imperatore cum maiori qua potestis armatorum equitum comitiva personaliter comparere curetis ad eidem domino in guerra de Tuscia serviendum, sub pena vobis imperiali arbitrio auferenda. Has autem licteras in actis nostris fecimus registrari, de quarum presentatione latori earum nuntio nostro iurato dabimus plenam fidem.

Dat. Mantue, die XXIIII. Maii.

954. *MANDATUM ALTERUM EORUNDEM. Mai. 28.*

Ex R *ad Mai. 28 bis inscriptum:* 1) *abbati Nonantulensi,* 2) *abbati de Frassinoro missum;* 1 *et* 2 *inter se concordant; edidit ex* 1 *Doenniges l. c. I, 156. Ad* 2 *cf. infra nr. 956.* *(P. deest.)*

Iohannes Rubeus de Gualandis de Pisis miles et Vermillius de Alfanis de Florentia, serenissimi principis domini H. Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti familiares et ambaxatores in aliquibus partibus Lombardie religioso viro dompno . . abbati monasterii Sancti Benedicti de Nonantola[a] Mutinen. dioc. salutem prosperam iuxta vota.

Noveritis nos habere licteras imperialis maiestatis sigillo pendenti munitas, quarum tenor talis est:

'Henricus Dei gratia — imperio vero primo'. *supra nr. 922.*

953. a) Mantuani *R.*

954. a) *loco* Bened. de Non. 2*:* Claudi de Fraxinoro.

Idcirco vobis ex parte nostri domini imperatoris et nostra districte precipiendo mandamus, quatinus hinc ad octo dies mensis Iunii proxime venturi coram nostro domino Iun. 8. imperatore cum maiori qua potestis armatorum equitum comitiva personaliter comparere curetis ad eidem domino in guerra de Tuscia serviendum, sub pena vobis imperiali 5 arbitrio auferenda. Has autem licteras in actis nostris fecimus registrari, de quarum presentatione latori earum nuntio nostro iurato dabimus plenam fidem.

Dat. Mutine, die XXVIII. Maii.

955. *RESPONSIO CIVITATIS MUTINENSIS.* *(Mai. 28.)*

Ex R *ad Mai. 28; edidit Doenniges l. c. I, 162.* *(P. deest.)*

10 In Christi nomine et beate Marie virginis gloriose.

Hec est forma responsionis, quam cum reverentia debita faciunt et facere intendunt domini potestas, . . sapientes, . . consilium et . . comune civitatis Mutine ad ea, que ab ipsis sunt petita per viros magne nobilitatis et prudentie dominos . . . . ambaxatores sancte maiestatis imperialis pro parte et ex parte maiestatis predicte.

15 Petierunt namque . . ambaxatores predicti a prefato comuni quactuor, scilicet certam quantitatem militum armatorum propter victoriosum exercitum, quem facere intendit ipsa maiestas contra Tuscanos rebelles suos.

Item mille quatringentos florenos aureos tamquam ipsi maiestati debitum.

Item nomina rebellium, qui ipsi maiestati et suis officialibus in dicta civitate et 20 districtu rebellionem faciunt.

Item nomina illorum de Tuscia, qui sunt dicte civitatis habitatores.

(I) Et primo super petitione militum sic respondent, quod libenter et libentissime quantitatem petitam militum et omnem suam potentiam impenderent ad obsequia maiestatis imperialis et ad hoc ut ipsa maiestas triumpharetur contra rebelles suos et regnaret 25 potentissime, quod a memoria hominum citra semper avidissime affectaverunt regentes et tenentes civitatem prefatam, quam tenent et conservant pro ipsa maiestate imperiali. Set quia ipsa civitas undique circumfulta est multitudine proditorum et rebellium, qui ipsi domino imperatori rebellionem faciunt ac civitati predicte et officialibus ipsius domini imperatoris in ipsa civitate existentibus continuam guerram faciunt et ipsi civitati 30 insidiantur, ut ipsam possent invadere et aliis Lombardie rebellionem facientibus sotiare, quod valde pericolosum esset fidelibus Lombardie, si accideret quod Deus avertat, non vident quod aliquo modo possint extenuare nec minuere vires suas, que valde sunt breves considerata multitudine rebellium et potentia inimicorum. Et sunt certi, quod si ipsi maiestati foret bene notus status dicte civitatis, in quantum ipsis regentibus est 35 periculosus et quantum conservatio dicte civitatis confer[t] ad reprimendas vires rebellium Lombardie, ipsa maiestas nedum quod vellet inde auferre milites, provideret eisdem de aliqua quantitate suorum militum, ad hoc ut ipsi possent dictam civitatem ad honorem dicte maiestatis validius conservare et rebellium et hostium vires reprimere. Ecce namque quod in territorio civitatis prefate sunt rebelles valde potentes et maximam ipsi civi- 40 tati guerram faciunt, tam quia sunt multitudo magna, tam quia multa et multa castra et fortilitias tenent in dicto territorio contra ipsam civitatem occupata. Et est etiam ipsa civitas posita in medio potentissimorum rebellium ipsius maiestatis. Habet enim ipsa civitas ex parte una civitatem Bononie una cum illis de Romandiola, que tenet multa et multa castra in territorio Mutine hostiliter occupata, propinqua dicte civitati 45 aliqua ex eis per tria miliaria et aliqua minus, ex parte alia civitatem Regii, dominum Ghibertum de Corigia[a] et comune Parme et comune Cremone, que omnes civitates, quia

955. a) Corigii *R.*

civitas Mutine in medio posita est taliter, quod predicte civitates que sunt rebelles maiestatis et predicti rebelles et proditores non possunt ad necem fidelium Lombardie vires suas unire, contra ipsam civitatem guerram faciunt et ipsius destructionem cotidie moliuntur. Et in tantum potenter processerunt et procedunt cotidie contra eam, quod undique usque ad menia civitatis subposuerunt ipsius civitatis territorium incendiis, excidiis et ruine, ita quod cives paucos vel nullos possunt de eorum possessionibus haurire redditus vel habere. Consideret ergo circumspecta sancta maiestas, si est tractandum de dando auxilium vel de exstenuandis viribus civitatis prefate. Exponunt enim se regentes civitatem prefatam quibuscunque periculis et sic exponere se disponunt, ut ipsius maiestatis honorem possint, devotionem et reverentiam conservare.

(II) Super petitione florenorum sic dicunt, quod consideratis hiis que supra in primo capitulo dicta sunt et aliis multis que dici possent, que nota et notoria sunt, manifeste patet impotentia ipsorum tam comunis quam civium, qui eorum redditibus et proventibus sunt privati et prorsus ad exsolutionem pecunie impotentes effecti. Supplicant ergo ipsi maiestati, quod ipsos dignetur excusatos habere et super statu et defensione dicte civitatis providere, quia nedum ad predicta, sed etiam suis stipendiariis, quos pro defensione civitatis tenent, solvere et satisfacere nequit, ut ipsis ambaxiatoribus manifeste apparuit.

(III) Super facto rebellium implentur petita.

(IV) Super exibitione nominum illorum de Tuscia respondetur, quod nulli sunt, quia bene satisfieret votis dicte maiestatis.

Ceterum quia sunt devotissimi et fideles dicte maiestatis et qui se periculis exposuerunt et exponere disponunt pro honore dicte maiestatis conservando ultra omnes alias civitates Lombardie, se ipsi maiestati in quantum possunt devotissime recommendant.

956. *RESPONSIO ABBATIS DE FRASSINORO. Mai. 30.*

Autographon servatur foliis libelli Relationis R *interpositum. Sigillum laesum olim impressum adest. Inscriptionem praebet:* Nobilli et potenti milliti domino Iohanni Rubeo de Guallandis de Pissis et sapienti viro domino Vermillio de Alfanis de Florentia. Mut(ine). đđ. *Orthographiam servavimus. Item transsumtum est in* R *ad Iun. 3. Edidit Doenniges l. c. I, 164. Cf. supra nr. 954 sub* 2. *(P. deest.)*

C Nobilli et potenti milliti domino Iohanni Rubeo de Guallandis de Pisis necnon provido et sapienti[a] viro domino Vermillio de Alfanis de Florentia, familiaribus et ambaxatoribus serenissimi inperatoris Henrici Dei gratia Romanorum inperatoris et semper augusti Francischus Dei gratia abbas monesterii Sancti Claudii de Frax(inoro) salutem con plenitudine gaudiorum.

Recepimus literas sanctissimi patris nostri domini Henrici inperatoris humilliter ac devote. In quibus continebatur, nos ad dies[b] octo mensis Iunii proxime venturi coram maiestate domini inperatoris con armatorum equitum comitiva comparire debere. Quibus sic respondimus, quod tenore presenctium animo gratioso et benigno effectui mitteremus, set in hoc excusamus vera excusatione gratia corundam luporum magnatorum Mutinensium et Reg(inorum), qui violenter bona nostri monesterii detraunt et usurpant. Set iusto nostro posse adimplebimus omni modo preceta et mandata in hoc et in alliis domini nostri inperatoris.

Data in monesterio Frax(inoro), die penultima mensis Magii.

956. a) sampienti *or.* b) adies *or.*

957. *MANDATUM LEGATORUM POTESTATI MANTUANO DESTINATUM.* *Iun. 6.*

Ex R *ad Iun. 6; edidit Doenniges l. c. I, 164.* *(P. deest.)*

Nobili et potenti viro domino Antonio de Nogaruola potestati Mantue Iohannes 5 Rubeus de Gualandis de Pisis miles et Vermillius de Alfanis de Florentia, serenissimi principis domini H. Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti ambaxatores in aliquibus partibus Lombardie salutem ad vota felicem.

Meminimus requisivisse dominum Passarinum et vos, quod Tuscos morantes Mantue nobis in scriptis datos ad serviendum domino in guerra de Tuscia de gente equitum 10 armatorum vel de pecunia cogeretis. Idcireo si pecuniam solverunt, domino imperatori mictere curetis, set si in aliquo nostris non satisfecerunt requisitionibus, ex parte nostri domini vos requirimus, quatinus eosdem de Tuscia cogatis, quod coram nostro domino hinc ad medium mensis Iunii personaliter se presentent, non permittendo ipsos in civi- Iun. 15. tate vel districtu Mantue permanere. De stipendiariis vero et aliis legipt(imam) excusa- 15 t(ionem) habentibus, quod vobis et vestris iudicibus de iure videbitur congruum, faciatis. Quicquid autem in premissis duxeritis faciendum, domino imperatori vestris licteris intimetis omni mora postposita. Has autem licteras in aetis nostris fecimus registrari.

Dat. Verone, die VI. Iunii.

958—960. PETITIONES DIVERSORUM.

20 1313. Apr. (ex.)

958. *PETITIO VICARII BRIXIENSIS.*

Ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 923, fol. X'. Edidit Doenniges l. c. I, 63 nr. 41a. Denuo contulimus. Cf. nr. 950.* *(P. deest.)*

1. Li vicaires de Bressa, c'est a savoir Paganins[a] de Mandel, li conseux e li cummuns 25 dou dit liu[b] font a savoir, comment la cite e les citaiens sont durement grevez e que les anemis tienent bien les trois parties dou conte de Bressa e lour courrent chascun jour juques a les pourtes e les guastent e destruent si e la cherte y est si granz, que a grant poine puent il soustenir lour vie, e poi ont aide ne secours de nule part. E pour ce prient, que li sires vuelle mander e comander au conte Warnier e[c] es autres vicaires, 30 cumunes, vassaux e sougiz de l'empire en Lombardie, que il lour donent aide, conseil e eonfort, quan mestiers sera, e que il ne les vuellent grever en la charge des talles de Lombardie.

Outroie[d] est quant a mander de faire ayde, eonseil e eonfort.

2. Item que li sires ne vuelle[e] ballier ne outroier aucune vicarie ou conte de Bressa 35 fors que a celui qui sera vicaires de la eite.

Seur ce aura li sires deliberacion.

3. Item que li sires vuelle rendre e restituir a cex qui sont ses feables de Bressa lours privilieges e lours franchises, quar dure chose est que les ynnoces e ceux qui n'ont cuolpe soient puni par le peehiez des mauvais e que en ee il reçoivent domage

40 958. a) *supra lineam P.* b) li conseux — liu *supra lineam P.* c) *sequitur* a *delet. P.* d) *praecedit* orde *delet. P.* e) vueller *P.*

de toute pars, quar les mauvais et rebelles dessus diz lour font touz le domage que il puent.

Seur ce aura li sires deliberation.

4. Item que li sires veulle outroier par ses letres au regiment de Bressa mero et mixto emperio.

Outroie est que li vicaires en non dou segnour tant soulement[f] puisse exerciter mere e mixte empiere.

959. *PETITIO EPISCOPI BRIXIENSIS.*

Ex P *fol. XI, ubi nr. 958 statim sequitur. Edidit Doenniges l. c. I, 63 nr. 41b. Item contulimus.* *(P. deest.)*

Li eveques de Bressa fait a savoir le povre estat de Bressa e coment il sont greves e presse par les anemis e que poi ont aide ne secours de nule part e recomande la cite e les citaiens au segnour.

960. *PETITIO VICARII MEDIOLANENSIS.*

Ex P *fol. XI. Edidit Doenniges l. c. I, 63 nr. 43. Item contulimus.* *(P. deest.)*

1. Les ambaisseurs de Melan font a savoir de l'estat de Lombardie, d'Ast, d'Alixandre ce que li sires bien savoit.

2. Item dou fait de Terdona[a] dist, que cil de la vile estoient en bone disposicion vers le segnour juques a tant que li vicaires les a mis en dissension, faisanz son pooir de soumetre la terre a la segnorie dou roy Robert. E a son pourchaz li senechauz dou roy Robert e li cuns Philippons a tout lour efforz chevaucharent juques aus fours bors de la terre, creanz entrer dedanz. Mais li vicaires de Melan, qui avoit devant sentu la besogne, mit conseil que cete chose ne fut faite.

3. Item fait a savoir dou fait de Casal ainsinc comme li sires le set.

4. Item dou fait de Verceux coment les Tiçons en furent chacies hors.

5. Item dou fait de Pavie coment li cuens Philippons a tourne la terre a rebellion e coment cil de Melan les tienent en destroit, qu'il ne lour laissent guaynier ne laborer plein pie de terre.

6. Item de Guibert de Courrige coment il tient en rebellion Parma, Regi e Cremona e coment les nobles que l'on apele les Ruos a l'aide de ceux de Melan les tienent courz vers le Bourc Saint Donnin e en celes parties e lour font grant guerre.

7. Item de l'estat de Bressa coment cil dedenz feables dou segnour son en grant pouverte e en grant decrece e durement presse des anemis de toutes pars en tel maniere, que a poine porront il durer longuement ne nehussent[b] point dure juques ores, se ne fust l'aide e li secours a ceux de Melan.

8. Item recordent[c] le fait de Berguem e le mal pourtement dou vicaire e coment la terre estoit en bone condicion tan que ciz vicaires y vient, e coment il donoient pluis d'aide e de confort aus feables dou segnour que toute Lombardie ecepte Melan. E or est la terre toute troublee par les descorz[d] que ciz vicaires y a semes, dont la terre est en grant peril, se remedies non y est mis, pour le quel remedie metre cil de Melan avoient tramis sollempnes ambasseurs, mais il n'ont peu mener a chie.

9. Item sus le fait de Plaisence, dont dues parties sont deffours, c'est a savoir cil de la Fontaine, qui sont rebelle de l'empire, e cil de Lando, li quel tuit font grant

958. f) tant soulement *supra lineam P.*

960. a) *super* Berguem *delet. P.* b) *praecedit* neusse *delet. P.* c) *sequitur delet.* encor autre foiz *P.* d) *praecedit delet.* descors *P.*

guerre en la cite, e messer Albers Scot avoi ses seivanz par la grant puissance e a la grant aide e es granz despens dou vicaire e dou cumun de Melan deffent la terre a la honur e a l'exaltacion de l'empire e de touz les feables de Lombardie. E certainement se ne fust la granz feaute, que li devant diz Albers pourte a l'empire, la cite 5 de Plaisence fust perdue pour le segnour.

10. Item dou fait de Lode dient, que la terre est en mauvais point pour une discordie entre messer Fanon de Trez e ceux de Viscarins, non mie pour ce que[e] li une partie ne l'autre vuellent riens faire contre l'onour ne l'estat dou segnour, mais li uns contres l'autre soulement. Toute foiz quan li cuens Warniers et pris messer Fanon, 10 les amis dou dit messer Fanon furent chacie hors dedenz deus jours apres par l'autre partie, par la quel chose certainement la terre fust venue en la main dou roy Robert, se ne fust la bone guarde e le secours dou vicaire e dou cumun de Melan. E pour les descordies qui sont e pour le peril qui en peut avenir covient que cil de Melan y tiegnent continuement granz genz armes.

15 11. Item de Crema dient, coment il ont e ont heu grant guerre, toute foiz cil dedenz se sont bien deffendu e bien se deffendent a l'onour de l'empire e au domage des anemis, e se lour fait mestiers li secours a ceux de Melan ou il ne se pourroient tenir.

12. Item dou fait de Melan dient, que la cite e li cumuns Dieu merci fussent en 20 bon estat, se ne fussent les granz despens, que il lour covient faire continuement pour maintenir e guarder les terres dessus dites e les autres feaux e devoux dou segnour en Lombardie, e la male sospeçons que il ont touz jours de ceux de la Tour, li quel sont nourri e soustenu par le conte Philippon a Pavie e li quel se sont dou tout done au roy Robert e sont ale a lui Francesquins de la Tour e Bonifaces de Fara pour 25 aucunes convencions faire e fermer avoi lui.

13. Item dient, coment toutes les terres de Lombardie ecepte Melan e Como sont en tel estat, qui les covient soustenir e aidier par ceux de Melan, ne l'une ne peut secourdre ne aidier l'autre. E pour ce sont si chargie de despens e de travaux que il ne le puent pluis souffrir, se li sires ne les aide et met remedie.

30 14. Les remedes e l'aide que les diz ambasseurs demandent sont cieux:

(I) Primeriment que li sires doint congie a ses feables de Lombardies debatre e destruire les chateux de l'eveschiel de Cremona, qui ni font fors que mal.

(II) Item que a Tortona e a Berguem astivement soient mis autres vicaires, qui soient feables e devouz au segnour e a l'empire.

35 (III) Item que li sires vuelle ordener, que quan messires li roys de Boegne[f] viendra, que il lour laisse VI^{C} homes armes d'Alemagne.

15. Item que li sires vuelle benignement e graciousement entendre e outroier les peticions dou devant dit vicaire, des homes e dou cumun de Melan[g], qui s'ensuivent:

(I) Primeriment demandent, que li sires lour doint e souzmete a la juridicion dou 40 vicaire e dou cumun de Melan toutes les terres, viles e chastex, que il ont tolu e conquis e que il pourront conquerir e tolir par le temps avenir au rebelles dou segnour e de l'empire.

(II) Item que li sires lour vuelle remetre e quiter cele cense de XXV^{M} florins pour soustenir les despens dessus diz.

45 (III) Item que li sires vuelle retourner a la segnorie e a la juridicion dou vicaire e dou cumun de Melan les terres de Mochi e de Trevil, les quex avoient touz jours

960. e) *sequitur delet.* nule *P.* f) *orthographia non omnino certa P.* g) *sequitur delet.* e d'aucunes singuleres persones de Melan *P.*

este de lour juridicion juques a la venue dou segnour. E ce meisme demandent de toutes les autres terres, qui soloient e ont acoustume estre dou conte e dou destroit de Melan, es queles li sires a mis ses vicaires, que li sires vuelles cex vicaires reapeler e oster e laissier user de la segnorie a ceux de Melan.

(IV) Item comment il croient fermement que une granz partie des rebelles dou segnour retournaroient volontiers a l'obedience e aus comandamenz dou segnour pour maniere de pais e de misericordie, semble bon que li sires donat pooir e congie ou dit vicaire de recevoir les par voie de pais a l'obedience e a la grace dou segnour.

(V) Toutes ces choses dessus dites prient si acertes quant il puent li dit vicaires e cumuns, que il plaise au segnour de faires les e outroier einsine come eles sont dessus escrites.

(VI) Item que y plaise au segnour de faire proces et sentences encontres ses rebelles de Lombardie.

---

961. 962. PETITIONES CIVITATIS PONTREMULENSIS.

1313. Apr. (ex.)—(Iun. in.)

961. *PETITIO PRIOR. Apr. (ex.)*

Ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 923, fol. VII'. Edidit Doenniges l. c. I, 59 nr. 34. Denuo contulimus. (P. deest.)*

Ce est la forme de l'ambaisserie de la part Guibelina de Pontremblo:

1. Primeriment dient que ausinc tout come li sires fust venuz en Lombardie, cil de la dite part feables dou segnour ordenarent de trametre vers lui pour obeir a lui come a lour droiturier segnour. E lors les autres de la part Guelfa alierent a Luca e pourchaçarent, que li Luquois y tramitrent li homes d'armes, e li cumuns de Parma e de Regi CC soudoiers, e cil dou Flecs e li Grimaut e li Salvage e la pars Guelfa de Genua LX aubalestiers, e tantout cil se mirent a rebellion e començarent la guerre encontres la part Guibelina. E par la fort aide que les devant dit Guelfe ont heue, si ont fait granz domages a la part Guibelina e lour ont ars maysons, copes les aubres e guastes les bles, e il se sont deffendu tant comme il ont pehu a l'aide de Francesquin Malespine. Messer Morrvel ne s'en est voluz entremetre.

2. Item s'ecusent coment il ne sont pohu venir vers le segnour pour la fort guerre que il ont heue e pour le peril de lour persones.

3. Item prient que li sires veulle mander e comander au vicaire de Genua e au vicaire de la rivere de Genua e a touz les marquis Malespine, c'est a savoir messer[a] Mourrvel, Francesquin, Conradin, Isnart, Spineta, Bernabo, Othobon e Marquesot, que il les devant diz feables aident de tout lour pooir encontres les devanz diz rebelles, einsinc que il puissent faire un batiffol ou bore, par les quel li dit rebelle perdront entrer e yssir.

4. Item dient que Pontrembles est propre chambre d'empire e que unque nuls empereres ne les veut metre hors de sa main, pour ce que ce est la cle e la pourte d'aler de Lombardie en Touscaine. E se li sires avoit Ponttremble, se auroit Lulysana e la pluis grant partie des montagnes de Luca, de Parma, de Plaisence e de la marchi de Jenua.

961. a) *supra lineam add. P.*

5. E pour ce prient le segnour, que il les vuelle aidier e confourter, einsinc que il puissent les rebelles amener a l'obediance dou segnour, puis aura li sires le chemin ouvret a venir de Lombardie en Touscaine e specielement jusques a Petrasainte e encor juques a Pise, e pourront venir les genz dou segnour de Plaisence a Pise en quatre jours.

5 6. Item dient comment il ont presente as diz rebelles, que se il voloient venir a la obeissance dou segnour, yl voloient faire pais avoique eux bone e ferme. E les rebelles lour ont respondu, que se il veulent avoir pais, que il la viegnent faire par devant le cumun de Luca, quar autre part n'en feroient il point.

Expedita et concessa est prout petunt. Et est missus apud Pontre- 10 mulum Iacobus de Cassio die II. Aprilis[b] ad dandam pacem vel treugas utrique parti et recipiendos omnes ad misericordiam et gratiam domini libere. Sin autem ad requirendos omnes predictos ad movendum et faciendum guerram contra rebelles. Mai. 2.

962. *PETITIO POSTERIOR. (Iun. in.)*

15 *Item ex* P *fol. XXIII (Mazzo 3 nr. 23) et XXIIII (Mazzo 3 nr. 4). Edidit Doenniges l. c. I, 76 nr. 89. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

In Christi nomine amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo terciodecimo, inditione undecima, regni felicissi[mi] principis domini Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris semper 20 augusti anno quinto, imperii vero primo.

Forma ambaxiate, que fit per infrascriptos ambaxiatores ad serenissimum imperatorem Romanorum ex parte Iacobi de Cassio imperiali gratia pacificatoris in terra Pontremuli et partis imperialis dicte terre de Pontremulo fideiu(ssoris) circumstancium, hec est:

1. Primo exponatur per prefatos ambaxiatores in presencia sacre maiestatis imperia- 25 lis, quod dictus Iacobus de Cassio requisivit nobiles viros Karlum de Flisco, Morvellum, Barnabovem et Octobonum marchiones Malespine amicos et consiliatores ut creditur Pontremulensium, qui sunt a palacio comunis supra, obediencium comuni Lucano, quod pro parte sacri imperii ipsos ad pacem et concordiam firmam et perpetuam cum vicinis ipsorum inducerent faciendam. Qui Pontremulenses nundum ipsum Iacobum nec pre- 30 dictos nobiles audire vel recipere voluerunt, set semper steterunt in rebellione et stant obtemperando mandatis cuiusdam capitanei Lucani quem habent, tenendo etiam in suis fortiliciis insigna et vexilla Lucana, veniendo insuper contra predictum Iacobum et predictos marchiones cum balistris et sagitis, quando veniebant ad terram predictam ad ipsos pacificandos.

35 2. Secundo quod Pontremulenses habitantes a palacio comunis infra tamquam fideles et devoti sacri imperii ipsum Iacobum benigne receperunt, offerentes sese in totum ei[us]dem obtemperare mandatis.

3. Tercio quod cum accessit dictus Iacobus ad dictam terram pacificandam, invenit ibidem nobiles viros dominos Franceschinum, Ysnardum et Conradum marchiones Male- 40 spine cum tota gente ipsorum, qui volebant dictos Pontremulenses inobedientes guastare de bonis ipsorum. Quibus marchionibus dictus Iacobus, nolens ipsos Pontremulenses inobedientes ad inobedientiam inducere, precepit quod dictam gentem licenciarent a dicta terra deinde ad quintum diem, qui erit dies penultimus Maii. Cui mandato benigne obtemperaverunt predicti marchiones nec minus se obtulerunt in totum mandatis dicti 45 Iacobi et cunctis etiam mandatis imperialibus obedire. Mai. 30.

961. b) *sic pro* Maii *ut videtur P.*

4. Quarto quod Pontremulum est clavis et porta ad veniendum de Lombardia in Tusciam et per quam gens serenissimi principis commodius et agilius ire potest a civitate Placentie ad civitatem Pisarum, quam per aliquam aliam partem totius Ytalie, et quod marchiones timentes, si perderent terram de Pontremulo, quod in maximo periculo essent de terris ipsorum, non possunt ut expediret intendere ad alias brigas et rixas 5 de episcopatu Lunensi et Versilia, in tantum intendunt ad dictam briguam de Pontremulo. Et quia marchiones non bene concordant in dicta briga de Pontremulo e[t] ex briga in discensu sunt, nundum habita est dicta terra et propter ea non bene procedunt facta domini in Lunexana.

5. Quinto quod habita terra Pontremuli crescit potencia domini bene in quatuor 10 milibus de melioribus peditibus Ytalie et qui plus apreciantur et sunt audaciores in guerris, cum quibus et alio subsidio, quod propterea haberetur, expediretur in totum intencio domini a Pontremulo usque ad civitatem Lucanam.

6. Sexto quod habita terra de Pontremulo crescit potencia domini in tantum. Habito ipso passu rebelles domini tam in Tuscia quam Lumbardia nullum habent passum in dictas 15 partes intrandi et ex terra Pontremuli Lucam, firmaretur potencia domini et suorum fidelium in ripparia Ianue et in episcopatu Lunensi, civitatum Placencie et Parme.

7. Septimo suplicetur prefate maiestati, quod ad predicta brevius et securius effectui demandanda detur in mandatis vicariis ripparie orientis Ianuensi, Lunexane, Versigie et Garfagnane et nominatim omnibus marchionibus Malespine, quod personaliter cum 20 tota eorum gente et efforcio ad obsedium predictorum rebellium de Pontremulo veniant nec inde discedant sine precepto domini, donec ipsos rebelles reduxerint ad mandata et domino Galeasco vicario Placencie et comuni eiusdem, cum passus Pontremuli sit necessarius et periculosus imperio, quod ipse mittat gentem plus quam potest, que ibi debeat stare ad exercitum, donec ipsos habuerit et posuerit sub domini potestate. 25

Fiat.

8. Item etiam ut inobedientium pravitas opprimatur, supplicent dicti ambaxiatores pro parte partis imperialis de Pontremulo et circonfidelium[a] obedientium tam marchionum quam aliorum, quod dictus Iacobus possit compellere dictos inobedientes de Pontremulo et quoslibet favorantes eosdem, cum ipsi sperent habere conscilium et favorem a quibus- 30 dam fidelibus imperii, et quod possit recipere terras, fortalicias et loca, que venire vellent ad mandata domini. Et quod libeat sue serenissime maiestati facere de dicta terra Pontremuli et burgo Vallis Tarii pro pacifico statu servando unum vicarium cum solo vicariatu dictorum dominorum terrarum et eorum pertinentiarum.

Fiat. 35

9. Item cum preceptum fuerit per litteras speciales ex parte serenissimi principis domino Ysnardo marchioni Malespine, quod facere deberet una cum aliis suis consortibus guerram in Lunexana contra Lucenses et quoslibet alios rebelles imperialis maiestatis et hoc preceptum factum fuerit sibi in partibus Lombardie, ubi etiam terras habet, quod inde discederet et ad dictam guerram faciendam de Lun(exana) veniret. Et 40 postquam de partibus Lombardie discessit ad dictam guerram faciendam, sibi preceptum fuerit per vicarium Lombardie, quod guerram faceret cum tota sua gente Alexandrinis. Quod quidem minime facere potest, ut ubique et necessarius et utilis sit in partibus Lunexane, supplicant dicti ambaxiatores, quod imperialis maiestas velit dicto domino Ysnardo excusatorias litteras mittere de guerra facienda in partibus Lombardie pro se et gente sua. 45

Fiat, quoniam iam est alias concessum per dominum et mandatum.

Ambaxiatores sunt hii providi et discreti:

Danyel Macalaffus de Ianua } fideles sacri imperii.
Iohanninus dictus Balbus de Pontremulo }

962. a) *sic P.* 50

963—973. ORDINATIONES VARIAE ET INFEUDATIONES.

1313. Mai. 2.—(Mai. 22).

963. *ORDINATIONES. Mai. 2.*

Ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 923, fol. XIIII, ubi rubra* Ordenances *et* Maius. *Edidit Doenniges l. c. I, 66 nr. 47. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

1. Die secunda mensis Maii fuit propositum in consilio de facto Padue, quod processus inchoati in curia domini contra ipsos Paduanos expedia[n]tur ut citius fieri potterit. Item quod ex parte domini mittatur sufficienter in Venetiis ad saysiendum et arrestandum ad opus domini omnia bona quorumcunque Paduanorum et aliorum rebellium domini.

2. Ce[a] jour meisme fu ordene, que nus vicaires dou segnour ne pregne plus de salaire, que soloient prendre en chascune vile poesta e capitain, tenant encores tant de genz come li duy en tenoient, se ce n'estoit par le commandement espres dou segnour ou par la volunte franche de ceux de la vile.

3. Item fu ordene que les proces, qui sont comencie en la court dou segnour encontres les Paduans, soient hastez tant come l'on pourra bonement e la sentence donee, que messages soient tramis par le segnour a Venise pour saisir e arrester les biens des Paduains e des autres rebelles que il ont a Venise. E semble que les messages seroent bons messer Nychola juges de messer Can e messer Guabriel.

964. *INFEUDATIONES. Mai. 6.*

Ex P *fol. XIIII', ubi notitia ordinationes nr. 963 statim sequitur. Edidit Doenniges l. c. I, 66 nr. 47. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

1. Die sexta mensis Maii Franciscus de Arnigiano prope Urbem[a] clericus fuit receptus in clericum et scriptorem domini et iuravit fidelitatem, presentibus episcopis Butrentino, Kyronen(si) et Iohanne de Urbino.

2. Die predicto dominus investivit marchionem Salutiarum de marchionatu ipso cum pertinenciis et de hiis omnibus, que dictus marchyo tenuit a X annis citra, salvo iure domini et imperii et cuiuslibet alterius persone. Item donavit ei usque ad beneplacitum domini civitatem Albe cum pertinenciis in feudum[1].

3. Item investivit Henricum de Verduno iurisperitum procuratorem et procuratorio nomine domini Iohannis de Saluciis de omnibus que tenet ab imperio, salvo iure imperii et cuiuslibet alterius persone.

Et iuraverunt fidelitatem ambo. Presentibus dominis Bonifacio Kyronensi episcopo, A. comite Sabaudie, H. de Flandria marescalco, Symone Philippi.

965. *PETITIONES CIVITATIS ARETINAE. (Mai. 2.—6).*

Ex P *fol. XV, ubi cancellis positis notitia deleta est, adiecto verbo* Expedit(um). *Edidit Doenniges l. c. I, 67 nr. 49. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

963. a) *praecedit delet.* Eodem die fuit *P.*

964. a) *sequitur delet.* notar *P.*

1) *Cf. instrumentum super hoc confectum, quod servatur in tabulario Taurinensi 'Marchesato di Saluzzo I. Categ. Mazzo 1' nr. 3 et tria infeudationis scripta Mai. 8. data, quorum duo notat Böhmer, Reg. Heinr. 531 et 532, in transsumto a. 1313. Dec. 29 scripto ibidem servata.*

1. Cil d'Arez se plagnent de trop de charge que il ont des deus vicaires, un general e un especial, e prient que y plaise au segnour de chargier les soulement de un vicaire au salaire qui est acostumes, c'est a savoir IIII^{C} libr. pour chascun mois.

Ordene est que li cuens Frederis soit vicaires d'Arez generaux e esepeciaux, e quant est pour la especialte dognent le salaire acostume e pour la generalte dognent au dit conte ce que il y afiert.

2. Item que li vicaires qui y sera soit tenuz de guarder les estatuz e les ordenemanz de la cite ou plaisir dou segnour.

Outroie est de ceux qui ne sont encontres le henour dou segnour e de l'empire e tant com il plaira au segnour.

3. Item prient que li sires les vuelle allegier de la grant charge, que il ont en tenir genz armes a pie e a cheval pour la guarde dou val d'Arno e dou chasteux de Cisterna e de Asinalonga. E que il lour vuelle faire rebatre de la summe des X^{M} florins, que il doivent au segnour, tant comme montent les guages des genz dessus dites.

Respondu est que se Dieu plaist les besognes dou segnour seront en tel estat, que il les pourra allegier e deschargier. E li sires en a bone volonte e ores aient pacience.

Expeditum.

966. *COMMISSIO CAUSAE AUDITORIBUS PALATII FACTA. (Mai. 4.—11).*

Ex P *fol. XVII. Edidit Doenniges l. c. I, 69 nr. 65. Denuo contulimus.*

(P. deest.)

Minuches Cassin de Seyna se plaint de monser Guobert d'Aspremont, disenz que comme il heut longuement demore ou servis dou segnour en Lombardie en l'ost de Bressa e apres avoi le conte Warnier, e il s'en revenit en Touscaine pour estre pres dou segnour e passa par Genes, li diz monser Guoberz par ses maisnies le fit derober e li fit tolir XIII chevax e VI^{C} e IIII^{XX} VIII florins d'or e armes a la valour de C florins d'or e pluiseurs autres arnois, e lui fit metre en prison e tenir pris par X jours e vilainement le fit tormenter, demandanz a lui autre reanczon outres les choses dessus dites. Les quex il reteni toute escepte sis chevax, les quex li diz monser Gobers[a] li restitui apres e puis le fi sallir de Genua astiement par imposicion de poine personal. E dist que li diz vicaires retint ciex quatre chevax dou dit Minuche, qui valoient bien III^{C} flor. d'or. Des quiex deniers dessus diz furent mis en deposite devers le tresurier dou segnour VI^{C} florins e li estimacions ou li pris de trois chevax. E pour ce prie que li sires li vuelle faire restituir les choses dessus dites.

Commissum est negocium dominis Melanchio et Scoto et debent vocare dominum Dominicum.

967. *COMMISSIO NOTARIATUS. (Mai. 4.—11).*

Ex P *fol. XVII'. Edidit Doenniges l. c. I, 70 nr. 68. Denuo contulimus.*

(P. deest.)

Andriol de Monte Rous notaires e Guabros de Portu Venere notaires demandent e messer Opeçins Spinola prie pour eux, que li sires lour vuelle confermer la notarie de la rivere de Genes a eux done e outroie per Manuel Durant notaire, a cui li sires l'avoit done.

Habeat ita quod ipse exerceat per se et non per alium.

966. a) Robers *P.*

968. *ORDINATIO SUPER OFFICIO ADMIRATIAE. (Mai. 4.—11).*

Ex P *fol. XVIII'. Edidit Doenniges l. c. I, 71 nr. 71. Cf. infra nr. 987 cap. 6. Denuo contulimus. (P. deest.)*

Messer Barnabo Doria demande, que li sires li vueillie outroier par priviliege 5 e mander e commander, que il puisse e doive exerciter l'ofice de admirallie e que il soit apelez e nommes 'Barnabos Doria faisanz les veyes de l'amirail dou saint empire' ou en autre maniere, si com il plaira au segnour.

Expedita per comitem de Claromonte.

969. *ORDINATIO SUPER APOCHA RATIONIS FRATRIS BERNARDINI.* 10 *(Mai. 11).*

Ex P *fol. XVIII'. Edidit Doenniges l. c. I, 71 n. 72. Denuo contulimus. (P. deest.)*

Freres Bernardins fait a savoir que puis le jour de la nativite nostre Dame, ce fu le huitisme jour de Setembre, au quel jour li sires le reczut de son hostel, a il 15 despendu jusques au jour de Pasques C florins d'or meins IIII, des queux il a recheu L de Rustie e X dou tresorier, einsinc li en devroit lon XXXVI. Item dist que quant li sires l'envoia a Orbevieto, il perti un ronein que li avoit coste XII florins. (1312. Sept. 8. — 1313. Apr. 15.)

Item puis Pasques jusques al XI. jour de May est il en detes de VIII florins. (11. Mai.)

Prie que li sires vueillie seur ce ordener sa volonte e coment li sires vuelt, que 20 il demuere al hostel.

Celui jour meisme fu ordene que li diz freres Bernardins doive ordener e escrivre caraniques des faiz e des besognes notables e des queux il affiert d'avoir perpetuel memoire dou segnour.

970. *COMMISSIO VICARIATUS. Mai. 12.*

25 *Ex* P *fol. XX ad Mai. 12, ubi in margine praecedit rubrum* Ordonances. *Edidit Doenniges l. c. I, 72 nr. 74d. Denuo contulimus. (P. deest.)*

Item celui jour meisme fu ordenes e faiz vicaires de Lunisana monser Guy dou Says e jura l'ofice faire bien e loialment etc. e doit avoir plein pooir seur touz. E li fu ballies juges par le segnour messer Barrieo de Lingua de Vaca de Padua e jura etc.

30 E fu ordene que messer Jehanz de Castellion allie awec lui e demuere pour aucun tens a aviser le des besognes dou pays e pour ordener de son salaire awec les bones gens dou pays.

E encores li fu ballies I juges, qui a non messer Guillaumes du Beqiners de Bologne e jura etc.

35 **971.** *INFEUDATIONES. Mai. 16.*

Ex P *fol. XX'. Edidit Doenniges l. c. I, 72 nr. 76. Denuo contulimus. (P. deest.)*

Die XVI. Maii dominus donavit in feudum comiti Warnerio et fratri suo et heredibus suis in feudum tria milia flor(enorum) auri etc.

40 Item donavit Mamfredo de Claromonte comiti Mohae M V^C flor(enos) in feudum.

Item donavit domino Guillelmo de Fordes militti in feudum IIII^C flor(enos).

De hiis omnibus Pardus recepit instrumentum.

972. *PETITIO LEGITIMATIONIS. (Mai. 17.—21).*

Ex P *fol. XXII. Edidit Doenniges l. c. I, 74 nr. 80. Denuo contulimus. Cf. F. Kogler 'Die legitimatio per rescriptum' (Weimar 1904) pag. 63. (P. deest.)*

Castellan fiz jadis de sur don Curol citaen de Tartone prie, que li sires vuelle de certaine science e par privilege confermer une legitimacion faite de lui par le conte Bertout, li quex a privilege de l'emperour Frederic de faire e outroier legitimacions si comme il dist.

E pour cecui Cacelan prie li cardenax d'Ostia e messer Bernabos Doria.

973. *RECEPTIO IN CONSILIAREM IMPERATORIS. (Mai. 22).*

Ex P *fol. XXII. Edidit Doenniges l. c. I, 74 nr. 81. Denuo contulimus. De tempore cf. infra nr. 988 cap. 13. (P. deest.)*

Monser Rayniers abbes de Saint Michiel de Mont Emperial fu receuz par le segnour de son conseil e jura etc.[1]

974—978. SCRIPTA AD SERVITIUM MILITARE SPECTANTIA.

1313. Mai. 4.—22.

Cf. etiam scriptum Iohannis regis Bohemiae Iun. 20 datum, quo confirmat conventionem de stipendiariis mittendis (Böhmer, Reg. 1313—1347 pag. 182 nr. 20), quod infra in Appendice Actorum vicariatus generalis edituri sumus.

974. *CONVENTIO PROCURATORUM IMPERATORIS CUM SPIRENSIBUS. Mai. 4.*

Cum autographon reperiri non possit, repetimus in minutiis hic illic correctam editionem, quam paravit Hilgard 'Urkunden zur Geschichte der Stadt Speyer' pag. 210 nr. 276 ad editionem iam olim a Lehmanno in Chronico Spirensi factam. De magistro Hermanno cf. supra nr. 894 et 912. (P. deest.)

Nos Georgius comes Veldentie provincialis Spirkowie et magister Hermannus de Stocka canonicus Constanciensis notarius magnifici domini nostri Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris, habentes plenum mandatum et auctoritatem ab eodem domino nostro imperatore ad infrascripta, prout in litteris prefati domini nostri imperatoris desuper nobis datis[2] plenius continetur, virtute et auctoritate eiusdem mandati pari voto consentimus et volumus, quod Ieckelinus dictus de Sletzstat Iudeus civis Spirensis in civitate Spirensi cum Iudeis aliis eiusdem civitatis resideat et moretur sub protectione et defensione prelibati domini nostri imperatoris atque nostra absque impedimento et turbatione quorumcunque. Quem etiam cives Spirenses in hiis, que continentur in hac littera, facimus defendere et tueri, ita quod ipse ibidem iuri pareat ut alter Iudeus et domino

1) *C. infra nr. 988 cap. 13.* 2) *Quae deperditae sunt.*

nostro imperatori serviat proportionaliter cum immunitate Iudeorum Spirensium absque dolo. (2) Et si Iudei sive universitas Iudeorum civitatis Spirensis mille quingentas libras Hallensium, quas consules Spirenses ad servicium et utilitatem domini nostri imperatoris iuxta iussum nostrum dare promiserunt usque ad festum beati Martini (1313. Nov. 11.) proximum pro eisdem Iudeis, ipsis eosdem exnunc dare et promittere recalcitrantibus, pro quibus ipsi Iudei et Ieckelinus a data huius littere usque ad festum beati Martini (1314. Nov. 11.) proximum et deinde ad annum a stura et servicio quibuslibet domini nostri imperatoris atque nostra esse debent absoluti et liberi bona fide, ipsis consulibus non dederint seu exnunc cautionem eis facere noluerint, volumus quod extunc ipsi consules ipsos Iudeos per captionem rerum et personarum suarum ad solvendum ipsis dictam pecuniam iuxta seriem mandati nostri et tenore[m] litterarum predictarum nobis a domino nostro imperatore traditarum auctoritate eiusdem domini imperatoris et vice nostra coerceant et compellant, nec per hoc incident offensam domini nostri imperatoris atque nostram. (3) Et si qui ex dictis Iudeis Spirensibus ante solutionem predictam dictarum mille quingentarum librarum Hallensium de civitate Spirensi se traxerint vel absconderint, volumus quod extunc ipsi consules pro quolibet tali duos Iudeos alios quos voluerint in suos concives et societatem dictorum Iudeorum recipiant, aliorum Iudeorum Spirensium contradictione qualibet non obstante, et nichilominus ipsi consules seu eorum nuncii res et personas eorundem recedencium seu se abscondentium Iudeorum, in quibuscunque locis eos poterunt reperire, capiant et recipiant usque ad solutionem Hallensium predictorum, contradictione quorumlibet non obstante. Si quis enim ipsos consules in hoc impediret in toto vel in parte, volumus et decernimus quod idem incidat penam privationis feodorum, iurium, libertatum, gratiarum et omnium que habet ab imperio iuxta tenorem dictarum litterarum nostrarum, iuribus et privilegiis dictorum Iudeorum Spirensium in omnibus aliis semper salvis. Et nos comes provincialis predictus ipsis civibus ad hoc prestabimus consilium et iuvamen. Et in robur ac testimonium premissorum presentes litteras nostris sigillis prefatis civibus tradimus communitas.

Datum anno Domini MCCC tercio decimo, in crastino invencionis sanctissime Crucis.

975. *RECEPTIO CASTRENSIS.* *Mai. 18.*

Denuo contulimus autographon tabularii civitatis Obernehnheim 'Série CC. 42' signatum. Pendet sigillum laesum filis sericis rubri flavique coloris. In verso legitur manu cancellariae scriptum: ℞ (= Registrat.). *Edidit etiam Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 264 nr. 412. — Böhmer, Reg. Heinr. 599 (Addit. I). (P. deest.)*

‖Henricus‖ Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilecto fideli suo Rudolfo dicto Rebelin de Morsmûnster gratiam suam et omne bonum.

Digni et benemeriti tanto sunt preveniendi favoribus et specialibus gratiis attollendi, quanto se reddunt in sinceritate devotionis placidos et in obsequendi promptitudine fructuosos. Attendentes igitur grata et fructuosa obsequia, que nobis et imperio hactenus in Italie partibus impendisti et tam ibi quam alibi impendere poteris in futurum, et volentes propterea te liberalibus favoribus prosequi, ut ex hoc tua et aliorum tui exemplo fidelitas ad benemerendum forcius animetur, centum libras denariorum Argentinen(sium), cum quibus te in castrensem nostrum et imperii apud oppidum Obernehenhein conquirimus, tibi de liberalitate nostra promittimus largiendas. Quas quia ad presens solvere non possumus, pro eisdem tibi presentibus obligamus decem librarum predictorum denariorum Argentinen(sium) redditus per te et heredes tuos legittimos de tuo corpore descendentes de stura nobis danda per cives nostros in prefato oppido commorantes singulis annis in festo beati Martini recipiendos et tam (Nov. 11.)

diu tenendos eosdem, quousque tibi vel heredibus tuis predictis de prefata summa pecunie per nos vel successores nostros imperatores vel reges Romanorum plenarie fuerit satisfactum. Qua habita cum eadem per te et heredes tuos predictos statim predia comparentur et illa nomine castrensis feodi deserviendi more solito in oppido predicto tenebitis a nobis et imperio memorato. Et propter hoc te nobis tuo et predictorum heredum tuorum nomine homagium et fidelitatis debite sacramentum prestantem de huiusmodi feodo castrensi per baculum, quem manu gestamus, presencialiter investimus. Mandantes civibus nostris in oppido prenotato morantibus firmiter per presentes, quatinus tibi et heredibus tuis predictis singulis annis in festo predicto obligatione durante prefata de redditibus huiusmodi integraliter satisfacere non omittant. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Pysis, XV. Kalen. Iunii, indic. XI, anno Domini MCCCXIII, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

976. *RECEPTIO IN VASSALLUM IMPERII. Mai. 19.*

Descripsit iam olim Jaffé b. m. autographon tabularii Solodurensis (= Winkelmann l. c. II, 264 nr. 413). Pendet sigillum. — Böhmer, Reg. Heinr. 537. (P. deest.)

Henricus septimus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Hugoni comiti de Buchecke fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Nominis nostri culmen extollitur, dum ad illos dexteram nostre liberalitatis extendimus, quos fidei et devocionis claritate conspicuos et circa [nostra][a] et imperii servicia continuos, fructuosos et utiles claris et[b] evidentibus semper indiciis experimur. Considerantes itaque tue fidei puritatem et sincere devocionis constanciam, quibus erga maiestatem nostram et sacrum Romanum imperium laudabiliter claruisti, necnon etiam attendentes grata et fructuosa obsequia, que nobis et eidem imperio in Italie partibus impendisti hactenus et tam ibi quam alibi impendere poteris in futurum, et volentes propterea te liberalibus favoribus prosequi, ut ex hoc nostris et eiusdem imperii servitiis sis inantea magis astrictus ac tua et aliorum tui exemplo fidelitas ad benemerendum forcius animetur, tibi tuisque legittimis heredibus de corpore tuo descendentibus centum marcas argenti, cum quibus te et ipsos heredes tuos in nostros et imperii vassallos et homines ligios conquirimus, de liberalitate nostra donamus et pro eisdem, quas ad presens in parato solvere non possumus, officium scultetatus in Solodro tibi et heredibus tuis predictis tenore presentium titulo pignoris duximus obligandum, tenendum et possidendum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis tam diu, donec tibi vel heredibus tuis predictis per nos vel successores nostros imperatores vel reges Romanorum de predictis centum marcis, perceptis interim in sortem minime computandis, plene satisfactum existat. Quibus habitis per te et heredes tuos predictos pro ipsis unum castrum, quod si non haberetis, alia bona vestra propria iuxta valorem ipsarum nobis et imperio consignentur vel saltem cum eisdem predia comparentur, que a nobis et imperio tu et ipsi heredes tui tenebitis in feodum, pro eo nobis et successoribus nostris predictis debita servicia prestituri. Te igitur propter hoc tuo et heredum tuorum predictorum nomine homagium ligium et fidelitatis debite sacramentum nobis prestantem de feodo huiusmodi per baculum, quem manu gestamus, presentialiter investimus. Mandantes consulibus et civibus nostris Solodrensibus firmiter per presentes, quatinus tibi tanquam sculteto suo vel ei, quem loco tui ad exercendum ipsum scultetatus officium deputaveris, prefata obligatione durante humiliter pareant et intendant

976. a) *deest or.* b) eti *or.*

ac tibi de iuribus et pertinentiis ipsius officii plenarie studeant respondere. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Pysis, XIII. Kal. Iunii, indictione XI., anno Domini MCCCXIII, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

977. 978. *SCRIPTA PRO EGENONE DE AMATIA. Mai. 22.*

977. *OBLIGATIO BONORUM IMPERII.*

Denuo nobis petentibus contulit autographon in archivo comitis Trapp Churburgi servatum v. d. Th. Mayer Oenipontanus. Sigillum deperiit, loro membranaceo relicto. In verso manu cancellariae regiae scriptum est: ℞ (= Registrat.). — *Böhmer, Reg. Heinr. 659 (Addit. II). (P. deest.)*

Henricus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Egenoni advocato de Ametzia fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Cum sicut ex parte tua nobilis vir Wernherus comes de Homberg dilectus fidelis noster nuper nobis exposuit, cum quadraginta viris armatis de Alemania nobis et imperio in Lombardie partibus a festo purificationis beate Virginis transacto proxime (Febr. 2.) citra serviciris et cum eisdem armatis, videlicet quadraginta viris equis et armis decenter expeditis, usque ad annum completum a dicto festo purificationis computandum in Italia vel alibi ad beneplacitum nostrum, sicut idem comes nobis tuo nomine promisit, nobis servire debeas fideliter et constanter, tibi propter hoc quadringentas marcas argenti tenore presentium promittimus largiendas et pro eisdem vallem terre Veltelini cum castro Trisine de lacu Cumarum usque ad districtus et territoria dicta Burniser per te et heredes tuos legittimos tenendam et possidendam cum omnibus iuribus et[a] pertinenciis suis, usque tibi vel heredibus tuis predictis de prefata summa pecunie per nos vel successores nostros imperatores vel reges Romanorum, perceptis interim in sortem minime computandis, plenarie satisfiat, harum serie duximus obligandam. Tibi nichilominus promittentes, quod quam primum nostram presenciam accesseris, iuxta ordinacionem et arbitrium dicti comitis ultra prefatam summam pecunie, quam tibi daturam promisimus, pro huiusmodi servicio facto et faciendo per te ut premittitur tibi graciosius respondere curabimus ac eciam de stipendiis, que tibi et armatis tuis predictis pro tempore iuxta consuetudinem curie nostre racionabiliter debentur, tibi et ipsis satisfactionem debitam impendemus[b]. Mandamus[c] igitur universis comunitatibus et hominibus in dictis valle et castro morantibus firmiter per presentes, quatinus obligacione predicta durante tibi et heredibus tuis predictis in omnibus nostro nomine[a] humiliter pareant et intendant ac de iuribus, redditibus et obvencionibus universis provenientibus ex eisdem integraliter respondere procurent. Harum testimonio litterarum nostre maiestatis sigili robore signatarum.

Datum Pysis, XI. Kal. Iunii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

978. *MANDATUM CIVITATI CUMANAE DIRECTUM.*

Repetimus editionem a Bonainio 'Acta Henrici VII' I, 273 nr. 174 paratam, quae nititur transsumto diversorum notariorum subscriptionibus authenticato tabularii civitatis Burmii. (P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis fidelibus suis vicario, consilio et comuni Cumarum gratiam suam et omne bonum.

977. a) *in loco raso or.* b) *ultima* e *in loco raso or.* c) Man *in loco raso or.*

Conquesti sunt nobis venerabilis Sifridus Curiensis episcopus-princeps[a] et nobilis vir Egeno advocatus de Amatia fideles nostri, quod vos una cum Facino de Ambria ipsos in bonis et possessionibus et iuribus et hominibus Vallis dicte Burmensis sibi episcopo et ecclesie sue proprietatis, sicuti nostro Egeno feodali titulo pertinentibus contra rationis debitum molestetis et plurimum pergravetis, bona, possessiones, homines 5 et iura huiusmodi violenter occupando et nonnumquam temere spoliando. Quocirca fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatinus cum ad hoc officii nostri debitum nos astringat, ut singulos imperii fideles in suis iuribus foveamus et etiam defendamus, de molestacione et gravamine predictorum episcopi et nobilis de cetero penitus abstinere curetis et pro iuris et pro nostra reverencia eisdem de ablatis indebite 10 satisfationem et emendam congruam impendatis, maxime cum parati sint vobis et dicto Facino coram nobis super actionibus vestris, si quas contra ipsos habueritis, facere et exhibere iusticie complementum. Alioquin ipsis episcopo et nobili super hoc providere curabimus de remediis opportunis.

Datum Pisis, XI. Kalendas Iunii, regni[b] nostri anno quinto, imperii vero primo. 15

---

979. 980. LEGATIO AD FRIDERICUM REGEM TRINACRIAE.

1313. Mai. 7.

Servantur in L *Libro legationum, de quo v. supra ad nr. 934—941, duae formae, quarum prior a Bernardo cancellata est. Cf. Tractatus inter imperatorem et regem* 20 *Fridericum habitos supra nr. 765. 766 et nr. 815—823.*

979. *FORMA REIECTA.*

Ex L *fol. VII', ubi rubrum item cancellatum:* In Sicilia *verbumque praecedit* Vacat. *Edidit Doenniges l. c. I, 109 nr. 5. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

[Die[a] septima mensis Maii recessit de Pisis frater [b] nuncius et ambaxiator 25 domini imperatoris missus ad regem Fredericum. Cui nuncio fuerunt iniuncta ea que secuntur per dictum dominum imperatorem:

1. Primo debet requirere regem predictum, quod personaliter veniat ad dominum imperatorem, si comode potterit. Et si forte venire non potterit et videatur ipsi regi, quod mora sua sit magis utilis ad incohandum et perficiendum negocium ordinatum 30 per ipsos duos dominos, in hoc casu debet dictus nuncius requirere dictum regem, quod incontinenti debeat vivam guerram incipere contra Robertum natum bone memorie regis Karoli secundi et invadere Regnum et terras, que dictus Robertus tenet, toto posse suo per mare et per terras.

2. Item quod dictus rex[c] faciat venire illos de societate Romanie[1] in loco illo 35 ubi sibi melius videbitur super terras, quas tenet dictus Robertus, ad faciendum guerram contra ipsum R(obertum).

3. Item quod in casu predicto si rex non veniat, mittat domino imperatori ad ipsum associandum in presenti guerra banneriam suam associatam trecentis vel quatercentis equitibus expeditis equis et armis ad honorem ipsorum dominorum. 40

978. a) noster *add. ed.* b) regiminis *ed.*

979. a) Die — regis *cancellis positis deleta sunt L.* b) *spatium nomini inserendo vacuum relictum L.* c) *sequitur* debeat *delet. L.*

1) *Cf. pag. 1013 not. 2.*

4. Item quod dictus rex mittat gualeas, que conducent dictos equites taliter munitas et expeditas hominibus, marinariis, pane bescocto et aliis necessariis, quod dominus imperator possit inde munire, quando venerunt, alias leves seu subtiles utiles ad guerram faciendam. Et est intentio domini imperatoris, quod postquam dicti equites, 5 quos mittet rex predictus, venerint et descenderint ad terram, quod ipse dominus imperator debeat solvere panem bescoctum, quod ibi erit ad muniendum dictas gualeas suas. Et quod debeat etiam solvere stipendia marinariorum et hominum predictorum, qui venient de Sicilia, de quibus idem dominus imperator vult munire gualeas suas leves predictas.

10 5. Et est voluntas et intentio domini, quod de illa peccunia, quam dictus rex debet domino, solvatur dictus panis bescoctus et etiam stipendia marinariorum et hominum predictorum, quos dominus imperator vult facere poni supra galeas suas predictas[1] per duos menses sequentes, postquam ad terram venerint. Et residuum dicte peccunie idem rex mittat domino imperatori incontinenti ad solvendum et per- 15 ficiendum ea que sunt necessaria pro armata, quam dominus facit ab ista parte.

6. Et quia dominus imperator intendit similiter inchoare dictam guerram contra dictum Robertum per mare et per terram et ea facere quantum potterit et intendit de presenti invadere Regnum et facere armatam gualearum, ideo vult dominus, quod dictus rex Fredericus requiratur ex parte domini imperatoris, quod ipse mittat sibi in 20 subsidium dicte guerre a sex usque in decem gualeas leves seu subtiles, aptas ad guerram faciendum bene armatas, munitas et expeditas. Cum quibus et cum aliis gualeis, quas dominus facit preparari ab ista parte, possit idem dominus imperator Regnum invadere et guerram facere. Et mittat dominus rex unam bonam personam conestabulum sive capitaneum dictarum gualearum sufficientem[d] ad exercendum 25 officium admirallie cum estandardo ipsius regis[a].]

980. *FORMA TRADITA.*

Ex L *fol. X, ubi rubrum:* Sicilia. *Edidit Doenniges l. c. I, 111 nr. 7. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Forma ambaxiate quam debet refferre dominus Bonifacius episcopus Kyriensis 30 illustri Frederico regi Trinacrie ex parte domini imperatoris:

1. Primo debet ipsum regem requirere, movere et inducere modis omnibus quibus melius expedire viderit ad hoc, ut incontinenti diffidet Robertum natum quondam clare memorie regis Caroli secundi et quod incontinenti vivam guerram moveat, faciat et continuet per mare et per terram contra dictum Robertum toto posse et quod Regnum 35 et terras, quas dictus Robertus tenet, intret et invadat personaliter et hostiliter incontinenti toto posse et amicos et adiutores dicti Roberti quantum poterit subtrahat.

2. Et videtur utile, quod dictus rex faciat venire in auxilium suum ad dictam guerram faciendam illos de compagnia Romanie[2] ad aliquem locum supra terras, quas tenet dictus Robertus, ubi idem rex melius expedire viderit ad dictam guerram faciendam.

40 **979.** d) sufficiendum *L.*

1) *Cf. etiam Doenniges l. c. I, 72 nr. 74b.* 2) *Hic adnotare liceat verba quaedam Conventionis ad has res ut videtur spectantis, quam in fasciculo chartaceo tabularii Barcinonensis 'nr. 4387' signato sub nr. 11, de quo v. iam supra ad nr. 101—104 et nr. 815—823, invenit nobiscumque benivolentissime communicavit vir cl. Henricus Finke:*

45 Capitula et convenciones secundum que universitas exercitus Francorum in Romanie partibus existentis per nobilem Rogerium de Lauro militem marescalcum et rectorem universitatis ipsius ac procuratorem eius ad hoc solenniter ordinatum elegit, approbavit et peciit seu postulavit in eorum

3. Item quod mittat, si comode fieri poterit, dum tamen dicta guerra propter hoc non impediatur, ad dominum ad ipsum associandum ad partes Tuscie aliquam quantitatem equitum armatorum cum vexillo eiusdem regis. Et si forte gentem predictam sine impedimento et retardatione dicte guerre mittere non posset, mittat saltem vexillum suum portandum et associandum per comitem de Claromonte et eius societatem. 5

4. Item quia dominus imperator facit et parat armatam gualearum ad invadendum Regnum predictum et terras predictas et est necesse et expediens, quod dictus rex habeat de suis gualeis cum gualeis domini imperatoris et unum bonum virum capitaneum et rectorem loco admirallii, qui regat totam armatam utrarumque gualearum, ideo requiratur dictus rex, quod de gualeis suis levibus sive subtilibus mittat inconti- 10 nenti ad dominum in tanta quanta potterit quantitate a sex superius bene armatas et munitas cum estandardo suo.*

5. Item[a] requiratur, quod in dictis suis gualeis idem rex mittat de gente sua, quia boni et strenui reputantur, tantum quantum ipse gualee portare poterunt ad muniendum gualeas domini ad stipendia domini per tres menses. Item providentur in Sicilia 15 de panatica pro duodecim gualeas domini pro uno mense et dimidio de peccunia domini. Et solvantur ipsi homines et panatica de peccunia, quam dictus rex debet domino, et residuum dictus rex mittat domino pro facto armate domini in mari solvendo et expediendo[a].

6. Et[b] debet dictus rex induci ad predicta facienda rationibus infrascriptis: 20

(I) Primo quia ipsi dominus imperator et rex pro se et heredibus suis sunt mutue unionis, amicitie et parentele federe alliguati. Propter quod debent se iuvare invicem contra omnes, exceptis etc.

(II) Secundo quia specialiter et expressim dictus rex promisit et ex pacto expresso tenetur regnum predictum et terras predictas personaliter invadere et intrare et contra 25 dictum Robertum guerram et offensiones facere et amicos subtrahere, ut dictum est.

(III) Tercio ratione officii admirallie.

(IV) Quarto ratione qua omnes amici, omnes devoti et omnes fideles imperii ac omnes, qui statum transquillum tocius christianitatis et tocius rei publice diligunt, rationabiliter tenentur ipsum R(obertum) realiter et personaliter offendere tamquam publicum 30 rebellem et hostem imperii et lese maiestatis crimine reum diffidatum, bannitum realiter et personaliter et suadente iusticia condempnatum[b].

*) *Sequuntur in L post cancellis positis deleta:* Et quia apud Pisas dominus habet corpora duodecim gualearum subtilium bonarum et bene preparatarum, quarum quinque sunt munite et expedite omnibus necessariis, exceptis hominibus et panatica, septem vero non sunt 35 munite de aliqua re necessaria,

idcirco est necesse et expediens, quod dictus rex mittat cum suis gualeis supradictis hominem et panaticam ad fruniendum et muniendum duodecim gualeas domini predictas et alia necessaria pro dictis septem gualeis, que de nullo sunt munite.

Et est intentio domini, quod dicti homines et panatica, de quibus dominus vult munire 40 dictas duodecim gualeas suas, solvantur de propria pecunia domini, quam dictus rex debet domino pro tribus mensibus subsequentibus.

Et residuum dictus rex mittat domino ad solvenda et perficienda ea que sunt necessaria pro armata, quam dominus facit et preparat ab ista parte.

Vacant quatuor capitula proxime precedentia. 45

980. a) Item — expediendo *signo posito scripta sunt post* condempnatum *L.* b) Et — condempnatum *et* Item — expediendo *(cf. not. a) in folio post adsuto scripta sunt L.*

verum legitimum et naturalem dominum inclitum infantem Manfridum filium serenissimi principis domini Friderici illustris regis Trinacrie ac nomine ipsius infantis eundem dominum regem in eiusdem universitatis rectorem et defensorem. *Quae omnia iurantur nomine regis Trinacriae per Manfredum* 50 *de Claromonte in presentia* Symonis Ph(ilipp)i de Regalibus de Pistorio militis serenissimi et excellentissimi domini imperatoris Messinam missi ad presenciam dicti domini regis Friderici.

981. CONSILIUM IUDICIS AULAE IMPERIALIS SUPER REBELLIBUS.

1313. (ante Mai. 16).

Signo chronologico carens, tamen inter Apr. 26 et Mai. 16 scriptum, servatur autographum Taurini in tabulario regio inter Collectanea Bernardi de Mercato 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23', (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) fol. 3 et 4, duobus tantum foliis constans. Quin a Milancio ipso scriptum sit, non est dubium; additiones vero adiecit Leopardus Frenetti notarius. Edidit Doenniges l. c. II, 79 nr. 32. Nos denuo accuratissime contulimus; orthographiam omnino servantes. (P. deest.)

(I) Celsitudini imperialis culminis notificat Milancius vestre imperialis aule iudex, quod propter guerrarum discrimina Romanioli, Paduani, Bononienses, Trivisani omnem eorum thesaurum portaverunt Venetias et ibi deposuerunt eundem. Si ergo lata est sententia contra Robertum[1] et feratur, sicut de iure ferri potest, contra comune et homines de Bononia, contra comunitates et homines de Romaniola propter delicta et crimina lese maiestatis comissa super territorio imperii et contra comune et homines civitatis Padue[2] et contra comune et homines civitatis Trivisii, certum est quod universus thesaurus, qui reperietur fore depositus de locis et civitatibus antedictis, confiscabitur et in camaram imperii devolvetur de iure. Utile est ergo, quod predicte sententie contra ipsas civitates et cives velociter proferantur et excogitetur via, per quam camara imperii habere possit thesauros antedictos.

Et si non falor ista videtur in via, quod civitas Venitiarum acquiratur et ad benivolentiam et subiectionem imperii deducatur. Via autem deducendi ipsam civitatem Vinetiarum ad benivolentiam imperii est, ut mihi videtur, quod primo imperialis maiestas se interponat per solepnem et fidelisimum nuntium ad sedandam et pacificandam guerram, que vigilat inter ipsum comune Venitiarum ex una parte et civitatem et comune Iadre ex altera. Nam ista guerra inrecuparabile dampnum contulit civitati Venitiarum et civitati Iadre in avere et personis, propter quod speratur pro certo, quod fidelis et sapiens anbaxator possit ipsas guerras pacificare vel saltem conpetentes treuguas facere, donec imperialis maiestas per se ipsam pacificaret easdem.

Secundo posito quod predicte guerre sedatio non proficeret ex toto ad acquirendam civitatem Venitiarum, detur Venetis in feudum de comitatu civitatis Padue totum territorium quod est a flumine Brente usque Venetias et ipsum flumen Brente, et faciat quod istud territorium sit sub iuridicione temporali civitatis Venetiarum. Et certum reddo imperialem clementiam, quod meis temporibus civitas Venitiarum voluit expendere centum millia libras, ut flumen illud Brente toleretur de cursu suo quem[a] facit versus Venetias et fieret quod haberet transcursum per[a*] alias partes ad mare magnum. Et ista sola ratio faciet, quod imperialis maiestas aquiret civitatem Venitiarum et deducet Paduanos ad mortem.

Tertia ratio faciendi venire Venitos ad subiectionem imperii est, quod certa portio asignetur et detur comuni Venitiarum de thesauris supradictis rebellium predictorum, quia ipsi Veniti sunt pecuniis denudati et per Romanam curiam spoliati, quod libenter facient sibi conscientiam ad partem tanti thesauri acquirendam.

Acquisita ergo civitate Venetiarum per unum vel per duos de predictis modis vel per omnes tres superius denotatos acquisiti sunt thesauri antedicti, recuperata est

981. a) ꝗ *or.* a*) *loco* ad *delet. or.*

1) *Apr. 26; cf. supra nr. 946.* 2) *Mai. 16; cf. infra nr. 982.*

etiam civitas Paduana. Nam si ex una parte insurgunt Veneti contra Paduanos, ex altera comes Guritie qui est vasallus imperii, ex altera[b] patriarcha Aquiliensis qui etiam[c] est vasallus imperii, ex altera[d] civitas Trivisina que zelat ad mandata imperii provenire, ex altera parte civitas Vicentie cum toto suo posse, ex altera civitas Verone cum dominis de la Scala et omnes veniunt uno impetu et una die contra et adversus civitatem Padue et super territorio Paduano, certum est quod civitas Paduana recuperatur et Paduani proditores cum adherentibus eis, videlicet cum Vicentinis extrinsecis, cum Veronensibus extrinsecis, cum illis de la Turre qui ibi sunt, cum episcopo Paduano deducentur ad mortem et ipsa civitas Paduana incorporabitur iuri imperii.

Sic ergo retinendo et anbulando per supradictas vias imperialis maiestas acquirit civitatem Venitiarum, que numquam subiecta fuit imperio, et recuperat civitatem Padue, que proditionaliter de iugo imperii effugere procuravit, nec imperium faciendo predicta aliquid expendit de suo[e] nisi cartam, calamum et ceram et fidelem hominem sive anbaxatorem, qui sciat, velit et possit fideliter predicta omnia adimplere et tractare[f].

(II) ℂ Quod possitis et debeatis sententiare contra comunitates et homines Romaniole ac etiam contra comune et homines civitatis Bononie, contra quos de mandato imperialis maiestatis[g] inquisitio et probatio iam preeessit, ita quod non restat nisi citatio ad sententiam audiendam, patet et manifestum est causis et[h] rationibus infradictis:

Prima quia facta est inquisitio et probatio manifesta, quod comune Bononie et homines Bononienses in ipsa inquisitione descripti[i] commiserunt et delinquerunt contra imperialis culminis maiestatem personaliter quoad homines specificatos et per solennes anbaxatores quoad comune civitatis Bononie in territorio et super territorio maiestatis imperialis, videlicet in Lombardia, in marchia Trivisana et in Tuscia, mitendo pecuniam et milites ac pedites in suscidium rebellium ad partes predictas ad interitum gentis imperialis et mortem et distructionem fidelium Romani imperii.

Item[k] si contra Robertum qui est in simili casu processum est, cur non procedetur contra Barisellum Beccarium et civitatem Bononie quam tenet et eius cives, qui adeo notorie delinquerunt contra maiestatem imperii, sicut fecit ille Robertus. Loquantur qui contrarium attestantur, si sciunt[k].

Secunda ratio est quia civitas Bononie et civitates Romaniole et comunitates ipsarum terrarum per sententiam latam contra Robertum olim regem Sicilie sunt incorporati in fiscum imperii pro eo tempore, quo ipse Robertus pro Romana ecclesia dominari debebat in Romaniola et civitatibus antedictis. Si ergo illud ius deductum est per sententiam antedictam et incorporatum in fiscum imperii, satis rationabiliter patet quod sententia contra comune Bononie et homines ac etiam comunitates et homines Romaniole proferenda non promulgabitur contra terras et homines ecclesie, set contra terras imperii et homines.

Tertia ratio est quia comune et homines civitatis Bononie non optenperant Romane ecclesie, set secum in rebellione persistunt nec recipiunt rectores et comites ecclesie nec ei obtenperant[l] nec[l*] obtenperaverunt[l, m] iam sunt decem et octo anni et ultra. Si ergo ita est sicut est, ecclesia Romana non possidet vel quasi ius aliquod temporale in civitate predicta, quia ius dicit quod[n] iurisditio et merum imperium que donata

981. b) ex altera *manu Leopardi atramento fusciori supra lineam add. or.* c) *a Leop. atram. fusciori in linea add. or.* d) ex altera *a Leop. atram. fusc. in margine add. or.* e) de suo *a Leop. atram. fusc. supra lineam add. or.* f) et tractare *a Leop. atram. fusc. in linea add. or.* g) de — maiestatis *manu Leop. atram. fusc. super* oīs *delet. or.* h) *atram. fusc. a Leop. in margine add. or.* i) descriptos *or.* k) Item — sciunt *in margine inferiori atram. fusc. post a Leop. add. or.* l) b *a Leop. post atram. fusc. add. or.* l*) *praecedit in fine lineae* et *delet. or.* m) *praecedit delet.* opterarūt *or.* n) ius dicit quod *a Leop. in margine eodem atramento adiect. or.*

fuerunt Romane[o] ecclesie et postmodum confirmata in civitate Bononie per reges Romanorum ita demum retineatur, si possideatur[p]. Verum si possessio iurisditionis perdatur per ecclesiam Romanam vel expelatur de possessione iurisditionis vel ecclesia Romana constituat ibi suum comitem et ille non recipiatur per cives Bononie vel 5 suplicetur se posse repelli de dicta civitate, statim ecclesia Romana perdidit ius quod primitus obtinebat. Si ergo ita est, non proceditur contra civitates ecclesie Romane.

Super hoc ergo respondeatur per principem antedictum, quid intendit quod faciat Milancius antedictus sue aule minimus iudex super processibus antedictis.

(III) C Insuper sepedictus iudex imperialis aule notificat culmini antedicto, quod 10 multe accuse sunt porecte coram ipso contra quasdam civitates et homines provincie Romaniole ac etiam contra civitatem Bononie et certos cives ipsius civitatis super crimine [et] reatu legis[q] Iulie et lese maiestatis, quas accusas recepit. Unde deliberet imperialis maiestas, verum optet, quod procedatur[r] de iure[s] nec ne, et quod mandabitur, observabitur.

15 Ad hec tutum fore reputat antedictus iudex, quod omnes sententie que proferuntur de ore imperialis culminis, ponantur in registro imperialis camere ad perpetuam rei memoriam nec tradantur indiferenter omnibus postulantibus sine causa.

Item videtur iudici antedicto, quod contra Iohannem fratrem dicti Roberti et contra consiliarios eiusdem et fautores et sibi adherentes procedatur de iure, prout 20 fuerit procedendum. Unde quid placet imperiali culmini, rescribatur et demandetur iudici antedicto.

---

982. 983. BANNITIO CIVITATIS PADUANAE.

1313. Mai. 16.—25.

982. *SENTENTIA IMPERATORIS. Mai. 16.*

25 *Autographon a Paulo de Podio Bonizi notario exaratum, eius tamen subscriptione carens, in media parte iam admodum corrosum et dissipatum atque hic illic fere illegibile servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 20' signatum. In verso leguntur manu Iohannis de Dyst ut videtur scripta:* Iste sunt quedam sententie date per dominum imperatorem, *quibus addidit Bernardus:* de Padua. *Edidit Doenniges 'Acta* 30 *Henrici VII.' II, 202 nr. 57; nos denuo accuratissime contulimus.*

Omnia fere quae desunt ope aliarum bannitionum supra nr. 716. 768. 916 supplevimus, itaque textum, quem praebet Albertinus Mussatus (ed. Muratori 'Rerum Italicarum scriptores' X, 539) suo Marte variatum et decurtatum, praeter intitulationem negligere licuit. — Böhmer, Reg. Heinr. 535. (P. deest.)

35 Henricus divina gratia Romanorum imperator semper augustus[1] ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.

1. Postquam rei publice tuitionem divina influentia nobis disposuit committendam, compacatis seditionibus, que per provinciam Alamannie inimico pacis pululaverant

981. o) fuit Romana *or.* p) possiadeatur *or.* q) *in margine a Leop. add.; praecedit* lege 40 lese *delet. or.* r) *praecedit* pcededat *delet. or.* s) de iure *supra lineam atram. fusciori a Leopardo add. or.*

1) *Intitulatio in M est:* Henricus VII. divina favente clementia Rom. imp. et semper aug.

operante, disposuimus necessario partes Ytalie reformare. In quibus vacante imperio universe comunitates et civitates Italie iura Romani imperii occuparant et inter se intestinis bellis duriter fatigate cupiditate habitantium excrescente, quibusdam civibus captata occasione nefanda eiectis, more [tyrannico] regebantur et infinitis ipsarum civibus exulantibus ab eisdem ac bonis propriis tyrannice per adversarios occupatis, 5 cogebantur per civitates exteras mendicare ac multis etiam per diversas provincias dispersis, vitam eorum in exilio peregerunt. Verum ad ipsas partes Ytalie accedentes universis nostris et Romani imperii fidelibus de Lombardia, qui infidelitatis proposito perduraverant, placatis atque unitis concorditer, dum nostra foret intentio preparata ad incohanda itinera versus Romam, ut dyadema imperialis culminis suscipere valeremus, 10 civitas et comune civitatis Padue ac infrascripti cives ipsius civitatis et quilibet eorundem in malum dampnabiliter hostinati post recognitionem eorum spontaneam et fidelitatem nobis exhibitam cum prestatione iuramenti solempni inter ceteros sue malignitatis conatus, deferente clamore notorio, qui nulla potuit atque potest tergiversatione celari, conmiserunt contra tunc regiam et post imperatoriam maiestatem infrascripta crimina 15 et reatus.

2. Ipsa namque civitas et comune Padue et infrascripti cives et districtuales ipsius civitatis et quilibet eorundem serioso et vigilanti animo effectualiter procurarunt, ut certe civitates Lombardie et marchie Trivisine cum quibusdam civibus ipsarum civitatum ac etiam civitates Tuscie et alie universitates castrorum nobis et Romano imperio 20 rebelles contra nos se opponerent et in rebellione persisterent animo indurato. Ac etiam vicarium quem posueramus ibidem de ipso vicariatus officio expulerunt, quem contra voluntatem nostram elegerunt postea in rectorem eorum contra honorem nostrum et tocius Romani imperii. Ac[a] etiam promoverunt et induxerunt consiliarios, officiales et homines ipsius civitatis Padue ad expellendum fideles et subditos sive amicos 25 Romani imperii et ipsos forbanniendum et quosdam occidendum et quosdam relegandum de civitate Padue antedicta. Et nichilhominus cum ipsis civitatibus rebellibus supradictis conspirationes et ligas contra nos et Romanum imperium facere presumpserunt. Et mala peioribus cumulando comunicato consilio cum predictis civitatibus rebellibus et hominibus earundem ordinaverunt de transmictendo ad Urbem subsidium armatorum 30 pro impediendo, ne diadema imperiale suscipere valeremus. Item comunicato consilio tractaverunt et ordinaverunt de accipiendo civitatem Vicentie de dominio imperialis culminis et de submictendo eamdem predicte Paduane civitati rebelli, ex quo tractatu cum operibus subsecutis infiniti homines ad interitum sunt deducti. Insuper infrascripti cives eiusdem civitatis comunicato consilio inter se et cum supradictis civitatibus rebellibus 35 partium supradictarum ipsam civitatem Padue tunc temporis nobis et Romano imperio subiectam et re vera sub nostro dominio existentem seduxerunt ad rebellionem nobis et Romano imperio faciendam, in qua rebellione continuo postea perstiterunt et sunt, ac adheserunt civitatibus rebellibus antedictis. Et dum essemus diademate imperialis culminis infulati ac resideremus cum nostro felici exercitu in castris ante Florentiam, 40 mictere Florentiam subsidium festinarunt.

3. Nos vero cupientes scire, utrum clamor ille notorius adimpletus esset operibus sic nefandis, de predictis et super predictis ex nostro voluimus officio diligenter inquirere veritatem. Et commissione predictorum reatuum testibus omni exceptione maioribus notoria legitime comprobata, de consilio nostrorum iudicum pronuptiatum fuit solepniter, 45 crimina supradicta in inquisitione formata contra eos contenta et quodlibet eorundem notorie fore et esse perpetrata seu commissa per comune et civitatem Padue et homines Paduanos in ipsa inquisitione contentos et quemlibet eorundem, et ita per patentem

982. a) Aac *or.*

evidentiam ipsorum criminum notoria fuisse et esse ac commissionem reatuum predictorum, quod nulla possunt tergiversatione celari, et tanquam contra[b] notorie delinquentes hactenus et nullatenus postea desistentes commictere similia et eadem posse et debere procedi contra ipsos comune et civitatem Padue et homines infrascriptos, 5 contra quos nostra inquisitio iam precessit, et quemlibet eorundem, et ipsos et quemlibet eorundem diffinitive condepnari et puniri de crimine et reatu ac super crimine et reatu legis Iulie lese maiestatis notorie perpetrato per ipsos comune et homines Padue et quemlibet eorundem in singulis capitulis in ipsa inquisitione contentis et quolibet eorundem. Demum eamdem civitatem Padue et comune ac homines infrascriptos 10 et quemlibet eorum requisivimus et citavimus sufficienter et perhemptorie, ut certo termino iam elapso coram nobis, ubicunque essemus et nostra curia resideret, ad hanc nostram diffinitivam sententiam audiendam comparere curarent. Quod ipsi suis prediffisi meritis et offensis et in sua obstinati contumacia ac fraudibus pernitiosius indurati facere despexerunt.

15 4. Quia igitur legitime nobis constat predicta crimina et reatus per predictam universitatem, comune et homines infrascriptos fore commissa, premissos et alios quam plures dictorum comunis, civitatis Padue et hominum infrascriptorum excessus nefarios et opera detestanda in statera iusti iudicii apendentes et atendentes, quod dum ipsi pacem et quietem habere potuerunt cum tranquilitate et imperiali benivolentia, bella 20 prodictionaliter quesiverunt, iniquitates exercuerunt et procuraverunt pro posse, sicut etiam procurare adhuc non cessant, in imperii populum seminare çiçaniam, suscitare hodia, inmictere scandala, concitare tumultus et fo[ve]re discordias in nostrum et Romani imperii contemptum atque universalis rei publice detrimentum, ipsum comune Padue et quamlibet singularem personam ipsius comunitatis civitatem et homines infra- 25 scriptos et quemlibet eorundem, cum sint crimine maiestatis rei et multarum nefandarum prodictionum mole preponderante in profundum malorum demersi, in eorum contumaci absentia, quam Dei presentia repleat, omni iure quo melius et plenius possumus ex certa sciencia tam de nostre plenitudine potestatis quam alio quocunque

(I) sedentes pro tribunali diffinitive sententialiter et [in] hiis scriptis tanquam 30 rebelles et proditores ac[c] hostes Romani imperii et lese maiestatis crimine reos privamus mero et mixto imperio et iurisdictione qualibet temporali omnique iure eligendi et habendi potestatem, rectorem seu dominum perpetuum vel temporalem ad regimen ipsius civitatis Padue vel eius districtus.

(II) Privamus etiam civitatem eamdem et privatam esse declaramus literali 35 studio ac licentia doctorandi et omnibus franchisiis, privilegiis, inmunitatibus, honoribus atque leudis et omnibus quibuscunque iuribus a nobis vel ab imperatoribus seu regibus Romanorum predecessoribus nostris concessis seu qualitercunque aquisitis ipsaque scienter revocantes cassamus et irritamus et anullamus. Precipientes et declarantes dictum comune Padue, civitatem ac ipsius comunitatis universitatem et quamlibet 40 personam ipsius universitatis et omnes et singulos homines infrascriptos et quemlibet eorundem felloniam, proditionem et legis Iulie lese maiestatis[d] crimen contra condam regiam et demum imperatoriam maiestatem nostram et[e] totum Romanum imperium ex predictis excessibus commixisse, veniendo etiam contra proprium iuramentum fidelitatis nobis prestitum per ipsum comune, consiliarios, officiales et homines ipsius 45 civitatis et contra fidelitatem per eos factam[1], et nichilhominus ipsam civitatem

982. b) *sequitur* no *delet. or.* c) *corr. ex* et *or.* d) *abhinc mutato stilo or.* e) nostram et *in loco raso artius scripta or.*

1) *Cf. supra nr. 625.*

Padue utpote maiestatis crimine ream, quod muris et fortaliciis quibuscunque denudetur ac etiam totaliter deformetur, ita quod solum aratrum patiatur et ex omni parte ipsius civitatis unicuique sit liber aditus et discessus.

(III) Insuper ipsum comune et universitatem ipsius comunitatis Padue in decem milibus libris auri fisco et camere nostre sive Romani imperii persolvendis propter presumptionem commissionis nefarie excessuum predictorum [condempnamus][f].

(IV) Singulares quoque personas ipsius comunitatis de toto Romano imperio exbannimus et diffidamus, decernentes quod realiter et personaliter quelibet persona ipsius comunitatis licite, libere et impune possit offendi et capi et capientium servi fiant, ipsosque homines infrascriptos et quemlibet eorundem utpote maiestatis crimine [made]factos capitali pena plectendos, ut si quo tempore ipsi vel aliqui ex eis in nostram et Romani imperii fortiam pervenerint, furca suspendantur, ita quod ibidem penitus moriantur, in hiis scriptis sententialiter condepnamus.

(V) Ançianos quoque et consiliarios sive sapientes vel rectores ipsius civitatis predicte et quemlibet eorundem, qui tempore dicte rebellionis erant et successive fuerunt ibidem et in futurum fuerint dicta rebellione durante, de toto Romano imperio exbannimus et perpetua notamus infamia, privantes eosdem et quemlibet ipsorum omnibus privilegiis, honoribus, franchitiis et immunitatibus a nobis vel a Romanis imperatoribus predecessoribus nostris concessis vel [eisdem] aliter aquisitis [et inhabiles esse volumus iudicandi] et assidendi officio et cuiuslibet magistratus honore

(VI) [Potestates vero, iudices et notarios,] qui tempore dicte rebellionis et ab inde citra obnoxii fuerint de predictis et qui deinceps in regimine dicte civitati prefuerint et absque nostra [vel successorum nostrorum] licentia et ad ipsius civitatis regimen exercendum accesserint, privamus et privatos esse volumus ab omni officio iudicandi, presidendi et assidendi et notariatus et cuiuslibet magistratus et perpetue infamie volumus subiacere. Ac etiam omnibus privilegiis, franchitiis et immunitatibus, honoribus et iuribus a nobis vel predecessoribus nostris concessis vel aliter aquisitis eisdem privamus, ipsa privilegia et honores ex certa scientia revocantes. Ipsosque exbannimus et tanquam rebelles Romani imperii a cunctis nostris et dicti imperii fidelibus volumus [personaliter et realiter] posse offendi. Iudices quoque, advocatos et notarios dicte civitatis Padue, cives vel districtuales atque incolas adiudicandi et adsidendi, advocandi et tabellionatus officio privamus et perpetue volumus infamie subiacere.

(VII) Item quia civitas predicta, comune et homines ipsius comunitatis in dicte rebellionis et tam detestabilium scelerum obstinatione publica tanto tempore nullatenus perdurassent sine ipsorum civium et incolarum patientia et assensu et ut pene metu coacti se et dictum comune e predictis nefandis erroribus retrahant et ad debitam reverentiam nostram et Romani imperii reducantur, universos et singulos dicte civitatis eiusque districtus cives et incolas tanquam nostros et Romani imperii proditores et rebelles de toto Romano imperio exbannimus. Decernentes ac mandantes quod nulla persona cuiuscunque status existat nec aliqua civitas, castrum vel villa vel aliqua universitas eidem civitati sive comunitati Padue vel persone dicte comunitatis vel hominibus infrascriptis vel alicui eorum prebeat publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem sub pena centum librarum auri cuilibet civitati et quinquaginta librarum auri cuilibet castro, ville, baroni, comiti, marchioni vel alteri sublimi persone et viginti librarum auri cuilibet singulari persone pro vice qualibet qua contrafecerint committenda.

(VIII) Et quod cuilibet sit [licitum impune] cives, incolas et habitatores civitatum, castrorum, villarum et quaslibet alias [singulares personas, cuiuscunque] status et conditionis existant, que obedirent eisdem vel alicui eorundem vel dederint auxilium,

982. f) *deest or.*

consilium et favorem, [publice vel occulte offendere in persona] et rebus et ipsas et ea capere, arrestare et detinere.

(IX) Iubemus etiam expresse, ne aliqui debito[res predicte civitatis vel] personarum predicte comunitatis Padue vel alicuius eorum seu hominum infrascriptorum vel alicui eorum de debitis in quibus tenerentur eisdem vel alicui eorum in aliquo satisfacere vel presumant vel quomodolibet respondere, alioquin tantundem camere nostre persolvant et ad id sumarie et sine strepitu et figura iudicii compellantur.

(X) Universas etiam civitates, castra, villas totius Romani imperii et quaslibet alias singulares personas cuiuscunque status et conditionis existant, que tenerentur eidem comunitati Padue vel alicui persone de dicta civitate vel hominibus infrascriptis seu alicui eorundem ad aliquam pecunie vel rerum prestationem vel restitutionem vel ad aliquod servitium faciendum vel aliquod auxilium prestandum ex aliquo pacto seu obligatione penali ex quacunque causa seu titulo facto cum eisdem vel aliquo eorundem seu cum[g] predecessoribus suis, ab ipsa promissione, obligatione et contractu sive contractibus et pena apposita in eisdem in tantum, in quantum eisdem vel alicui eorum vel suis heredibus tenerentur, absolvimus et absolutos esse volumus ipso iure, ita quod ad ea prestanda eisdem vel alicui eorundem vel suis heredibus nullatenus teneantur. Predicta autem bona supradicte civitatis et personarum eiusdem et hominum infrascriptorum ac etiam aliarum personarum, de quibus superius facta est mentio, cuiuscunque condictionis existant, iura etiam realia vel personalia servitia ex quacunque causa, titulo vel obligatione eidem civitati Padue, comuni vel personis dicte comunitatis ac etiam hominibus infrascriptis seu alicui ipsorum vel etiam officialibus antedictis appetentia quocunque modo confiscantes et in fiscum Romani imperii incorporantes sentencialiter in hiis scriptis, ita tamen quod si illi, qui [per] hanc sententiam erant obligati predictis personis vel alicui eorundem, se detulerint et re vera manifestaverint debita, ad que tenentur infra denotatis, lucrentur medietatem et eamdem sibi percipiant, si aliam medietatem camere nostre et Romani imperii studeant adsignare.

5. Ab omnibus autem penis predictis excipimus illos omnes qui essent de nostra familia et omnes fideles imperii qui[h] erant et sunt exules a dicta civitate Padue eorumque familias et bona, quos familiares nostros et exules fideles eorumque familias et bona a dictis sententia, penis et bannis eximimus et sub protectione nostra et Romani imperii reservamus, necnon illos omnes qui iam ad nostra mandata venerunt et sunt vel qui infra duos menses proxime subsequentes ad mandata nostra et Romani imperii re vera precordiali et fideli dilectione studuerunt pervenire.

6. Premissa autem omnia et singula facimus exigente iusticia ac bono reipublice requirente et ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis. Supplentes omnem defectum si quis forsan in processibus propterea factis foret habitus ob aliquam iuris solepnitatem obmissam. Non obstantibus aliquibus legibus, privilegiis atque gratiis sub quacunque forma verborum concessis, etiamsi de predictis vel eorum aliquo toto tenore de verbo ad verbum opporteret in premissis fieri mentionem, que contra premissa vel aliquod premissorum possent quomodolibet obici vel opponi.

7. C Nomina autem singularum personarum que predictos excessus, crimina et reatus commiserunt et contra quos processum est et lata sententia suprascripta, sunt infrascripta:

§ Aldobrandinus. Opiço, Raynaldus eius filii. Aço, Bertoldinus filii condam Francisci. Qui omnes se faciunt marchiones Estenses. § Iacobus condam Marsilii.

982. g) de *add. or.* h) quia *or.*

Ubertinus condam Bonifacii. Niccholaus eius filius. Marsilius condam Parençani. Obiço condam Marsilii de domo illorum de Cararia. § Henricus Seruvignus condam Raynaldi de Scruvignis. § Benastrutus et Giliolus eius filius condam Gilioli de Macharufis. Franciscus. Macharufus. Barnabo filii condam dicti Gilioli de Macharufis. § Pantaleo. Henricus Brexanus vocatus. Chiosso et Simon dictus Bio condam filii Falchi de Buçache- 5 rinis. Dux condam Salionis de Buçacherinis. § Fredus condam Emperii. Aycardinus. Niccholaus. Antonius condam Brunaxii. Rodulfus condam Iacobi. Ganselgardus, Chaçarius fratres. Omnes de domo illorum de Malitiis. § Galvanus. Troppinus. Iohannes. Federicus. Dradivese et Bartolomeus fratres et filii condam Aylini de Terradura. Hengulfus Andree de Terradura. § Ronchus condam Agolantis. Guercius. 10 Vivianus. Agolante eius filii. § Gisso de Sancto Angelo. § Henrighectus a Bova condam Gilii. Matheus. Gilius et Bartolomeus filii condam Iacobi Bova. § Niger condam Guidonis de Nigro. § Dominicus dictus Salvatucus. § Clarellus et Tintinellus de Bullis de Montesilice. § Mangaspersus. Uguccio et Aypartus condam Francisci de Mangaspersis. Marchus condam Aiparti de Mangaspersis. § Bellundus et Çambo- 15 nectus condam Allexandri de Billundis. Guido filius Petri de Manfredis. Tisso Novellus condam Tissonis. Guillelmus condam Iacobi. Guilelminus condam Flori. Iohannes et Leonisius eius filii de Campo sancti Petri. § Albertus et Ledoicus condam Hengulfi de Pomello. Hengulfus. Iacobus dictus Bructus filii supradicti Alberti de Pomello. § Gerardus et Vivianus condam Spere. Spera filius dicti Gerardi. § Niccholaus condam 20 Mathei. § Rodulfus et Vivianus condam Bartolomei. § Guillelmus condam Prodocini. § Martinus Canis condam Çambonecti. § Iohannes Cavalere. § Hengulfus dictus Mercarinus condam Guiçardi. § Bartolomeus et Bonaventura filii Floriani. § Honor et Guercius condam Simonis de Vigoargerio. § Ugolinus notarius de Garbione. § Guillelmus condam Vitaliani del Dente. Albertus condam Dente. Petrus eius filius 25 de Lemiçinis. § Marsilius Çambonus dictus Maicardinus. Iohannes Çaçus condam Anthonii de Palafaxana. § Gualpertinus. § Albertinus dictus Musactus. Petrobonus dictus Musactus. §[i] Albertinus Guercius condam Nicholai de Castronovo. Nichola condam Guidonis de Castronovo. § Iohannes Campanarius Precani Campanarii. Iacobus et Aldovandrinus eius filii. § Henrighectus notarius de Ambroxino. Marcus notarius 30 de Mireto. § Petrus et Antonius condam Aldichini Aldicino. Fraxa[k] et Paxe filii dicti Petri. § Çachus Ugonis de Çachis. Martinus et Ugo eius filii. Carolus. Corradus. Ugo dictus Pipia. Antonius dictus Guerçius condam Ugonis. Omnes de Çachis. § Iohannes Sanguenaccius. Albertus Sanguenaccius condam Petri Sanguenaccii. Novellus et Solo filii predicti Iohannis. § Iohannes Gerardi de Viguncia. Dardus. 35 Çagus et Corradus Giuglioni de Viguntia. § Alberghectus et Bonçinellus condam Mathei de Cortosis. § Rolandus de Plaçola dictus Iudex. Antonius de Lyo dictus Iudex. § Çaninus. Phylippus. Çeremias condam Marchi de Paga. § Franciscus condam Frantaxasta. Ricardus et Frugerius et Aycardinus condam Marchi[l]. Omnes de domo de Cavo de Vaccha. § Iohannes Henricus. Nicholaus condam Anthonii. 40 Çambonectus condam Pagani. Guilelmus notarius de Coscio. Albertinellus notarius de Albano. Iacobus condam Aymerici de Francischino. Iacobus notarius condam Raynerii a Prato. Parigius notarius eius filius. Rolandus condam Bonfrancisci. Danexius et Tartarus condam Iacobi de Guarnerinis. Iacobus dictus Pacinus condam Ardiçoni. Vinaroctus dictus Iudex. Avancius dictus Iudex fratres de Permomia. Pevere a Prato. 45 Beldomandus notarius de Bobiis. Albertinus notarius. Henrigitus eius filii. Iohannes dictus Iudex. Parcinipeus condam Marsilii de Partalipio. Paganinus. Francus dictus Iudex. Iohannes dictus Iudex condam Onore a Prato. Andreas de Pedeferco. Matheus

982. i) *deest in initio lineae or.* k) *praecedit* § *or.* l) *corr. ex* mathei *or.*

Falarolus. Antonius dictus Iudex. Petrus eius filii. Albertinus dictus Robinus condam Andree Valenti. Laurentius de Radicibus. Martinus notarius de Caseta. Tisso, Bonifatius et Niccholaus condam Iacobi Maçuchi de Rontolis. Gualpertinus, Niccholaus et Vivianus condam Omniboni de Minis. Çarloctus, Galvanus et Petrus fratres de Merlana. 5 Bernardus magister. Principus eius filius. Aycardinus Laneçolus notarius. Henghenolfus dictus Çanchiella. Aldigherius a Lignamine. Antonius, Olverardus et Baricus eius filii. Graffionus de Graffione. Antonius eius filius dictus Iudex. § Meçocente Galeatus. Lançaloctus. Tristanus condam Eçellini de Este. Grandonus notarius. Berlingherius notarius de Grandonio. Vivaroctus et Bonaventura de Guiçimanno Leonardi. Philippus 10 condam Dimitrii de Comitibus. Manfredinus condam Ugonis Comitis. Iohannes Cataneus de Villarappa.

Lata, data et pronuptiata fuit dicta sententia per dictum serenissimum dominum imperatorem sedentem pro tribunali et lecta et publicata mandato et in presentia ipsius domini imperatoris per me Paulum sere Ranuccini de Monte Imperiali notarium ipsius 15 domini imperatoris et in presentia Leopardi Frenecti de Pisis notarii ipsius domini imperatoris, quibus ipse dominus imperator mandavit, quod de predictis omnibus et singulis scribant et faciant publica instrumenta. Et hec omnia et singula acta fuerunt Pisis in aula maiori hospitii magnifici viri domini Raynerii comitis de Donoraticho, in quo dominus imperator habitat, convocata ibidem et congregata ad parlamentum ad 20 predicta audienda et intelligenda mandato ipsius domini imperatoris innumerabili multitudine hominum tam citramontanorum quam ultramontanorum, tam magnatum et nobilium quam etiam populariuin. Presentibus nobilibus viris dominis Amedeo comite Sabaudie, Manfredo de Claromonte comite Moac, Rainerio comite supradicto, Gerardo comite de Donoratico et nobilibus viris Amone de Albomonte, Guidone de Faxio, 25 Petro de Avillaria, Garino de Sancto Senforiano, Bonafusio de Guasconio militibus, Iohanne Çeno, Guidone de Caprona, Lapo de Ubertis, Guillelmio de Ughis, Simone Philippi, Soffredo de Vergellensibus, Lamberto de Ciprianis, [Milvio de][m] Vitalianis et Carbono de Cerchiis, Iohanne de Castiglione iudice, Francisco Tani de Ubaldinis, Paganino de Panigo, Scocto de Sancto Geminiano, Niccholao de Altomanno de Verona, 30 Melancio de Bononia iudice, Alberto notario de [Lambertellis][m] de Verona, Marco de Aldemaio, Federico de Acello civibus Trivisii et aliis quam pluribus fidedignis testibus ad hec. Dominice nativitatis anno millesimo trecentesimo tertiodecimo, indictione undecima, die decimosexto mensis Maii, ac regni ipsius domini imperatoris anno quinto, imperii vero primo.

35 **983.** *MANDATUM PUBLICATIONIS ET EXECUTIONIS. Mai. 25.*

Servatur in solo C Librorum Commemorialium tabularii regii Venetiani tom. I fol. 200'. Quem denuo contulimus. Cf. supra nr. 931 sub 3. — Böhmer, Reg. Heinr. 538. (P. 549.)

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis 40 imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint gra(tia)m suam et omne bonum.

Cum nuper contra civitatem Padue et comune ipsius ac etiam contra quosdam cives et comittatinos civitatis eiusdem propter eorum nephandos excessus super reatu[a] legis Iulie lese maiestatis sententiam curaverimus promulgare, discretos et sapientes

982. m) *non omnino certum or.*

45 **983.** a) reata *C.*

1) *Cf. 'Predelli' loco ad nr. 361 citato I, 128 nr. 568.*

viros Dominicum de Dugncyo, Sufredum de Vergellen(sibus) milites, Milançium de Bononia iudicem, Iohannem de Castellione procuratorem fisci pro publicatione dicte sententie ad partes Lombardie, Venec(iarum), marchie Tarvisine duximus transmittendos, dantes nichilominus eis et dicto Dominico cum quolibet ipsorum dictam sententiam executioni debite mandandi plenariam potestatem[1]. Quare vobis universis et singulis tenore presencium districte precipimus et mandamus, quatinus eisdem super execucione prefata obedire curetis, dantes executoribus antedictis, prout requisiverint, auxilium, consilium et favorem, sicut nostram indignationem cupitis evitare.

Dat. Pisis, VIII. Kal.[b] Iun. regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

984—986. INFEUDATIONES DIVERSORUM.

1313. Mai. 20.—23.

984. *INFEUDATIO HEINRICI DE FLANDRIA. Mai. 20.*

Ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 923, fol. XXII'. Edidit Doenniges l. c. I, 75 nr. 86. Denuo contulimus.*

Cf. alias infeudationes eisdem diebus factas Doenniges l. c. I, 75 nr. 83. 85. 87. 88.

(P. decst.)

Die XX. Madii dominus imperator donavit in feudum domino Henrico de Flandria eius marescalco pro se et heredibus suis ex se legiptime descendentibus civitatem Laude cum comitatu et districtu ipsius et ipse marescalcus fecit fidelitatem domino. Qui marescalcus renunciavit donationi facte sibi per dominum de castro Soncini[2] et dominus absolvit eum de fidelitate propterea per eum prestita ei.

985. *INFEUDATIO COMITIS FORESII. (post Mai. 20).*

Proponimus hucusque ineditam ex M *minuta chartacea partim corrosa, quae inter archivi Heinrici VII. reliquias superest Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 1383 signata. Tempus colligitur ex eo quod refert scriptum supra nr. 984, itemque ex Relatione Nicolai Botrontinensis, cuius verba in adnotatione ponere liceat*[3].

(P. deest.)

[Henric]us[a] divina favente etc. universis etc.

Licet ad quorumlibet nostrorum fidelium munifice prosequenda servicia liberalitatis [regi]e dexstera quadam generalitate sit abillis, illis tamen quadam specialitate fit

983. b) Kall. *C.*

985. a) *uncis inclusa desunt M.*

1) *Cf. infra nr. 989 cap. 4.* 2) *Cf. infra nr. 985.* 3) *ed. Heyck pag. 78, ubi Nicolaus de tempore minus recte recordans haec narrat:* In eodem loco in castro imperiali dominus dedit domino Henrico Flandrie suo marascalco civitatem Laudensem cum comitatu, et si non valeret X milia florenorum in redditibus, volebat quod in locis propinquioribus eidem assignarentur usque ad decem milia florenorum, et fecit eum comitem Laudensem. Ibidem comiti de Foresio dedit castrum de Sunççino in Lumbardia et quatuor milia florenorum magis prope castrum assignandorum, si predictum castrum non valeret. Ibidem omnibus militibus citramontanis non Theotonicis inter duo milia florenorum et trecentos. Ista fuerunt extrema, quia nullus habuit plus quam duo milia et nullus minus quam trecentos. Dedit huiusmodi feodum secundum conditiones eorum.

debitrix, in quibus pure fidei constantiam [in]venimus[b] quorumque devotio non solum prestitis placere cupit obsequiis, set speratur inantea potius placere prestandis. Eapropter presenti privillegio notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos atendentes inviolabilem devotionis et fidei p[uri]tatem, quam[c] illustris vir Iohannes
5 comes Forensis fa[mi]liaris noster dillectus erga nos et sacrum Romanum imperium constanter noscitur habuisse, considerantes etiam labores continuos et honera expensarum, que ad honorem nostri culminis subiit et subire probatur necnon alia grata et accepta servicia, que ipsum laudabiliter in Tuscie partibus actenus nobis exhibuisse cognoscimus et incessanter ad presens exhibere sentimus ac exhib[iturum pro f]irmo credimus in
10 futurum, castrum Sulcini[1], quod ad nos et imperium pleno iure per[tinet cum] casalibus, villis, hominibus, usibus, iuribus, iurisditionibus, mero et mixsto inperio, iure patronatus ecclesiarum vac[antium et] non vacantium, terris cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscariis, silvis, venationibus, montibus, planis, pascuis, dirictibus, proventibus, pedagiis, bannis, condempnationibus, bonis vacantibus et bonorum publi-
15 cationibus, iusticiis et rationibus omnibus, que de iure vel consuetudine antiqua [hactenus observata][d] ad nos et Romanum imperium ratione quacunque pertinere noscuntur, sibi et heredibus suis legitimis in perpetuum donamus et concedimus in feudum ex certa nostra[e] scientia de gratia speciali[f], cum idem Iohannes pro se et heredibus suis predictis no[mine ipsorum] nobis, successoribus nostris et Romano imperio pro feudo
20 h[uiusmodi promiserit debita][g] et consueta servicia exhibere et ad ea exhibenda recognoverit se teneri. De quo quidem feudo, recepto prius ab eodem suo et heredum suorum nomine homagii legii et fidelitatis debito sacra[mento, ipsum] premissa recepta promissione per sceptrum nostrum solempniter investimus. Hoc addicientes expresse, quod si dictum feudum non valeret vel ascenderet in redditibus annuatim summam
25 florenorum quatuormilium auri, quod tunc et in eo casu recognoscimus nos teneri ad supplendum et supplere eidem dictum feudum usque ad predictam summam in castris, villis vel iuribus aliis ad nos et Romanum imperium spectantibus vicinioribus dicto castro Sulcini[2]. Nullo ergo etc.[h]

986. *INFEUDATIO EPISCOPI MASSANI.* *Mai. 23.*

30 *Ex* P, *de quo v. supra, fol. XXII'. Edidit Doenniges l. c. I, 75 nr. 84. Denuo contulimus. Cf. privilegia infra ad Iul. 27. edenda.* *(P. deest.)*

Iohannes de Rippafracta plebanus plebis Sancti Laurentii in Platea Pisan. diocesis et Muletus quondam Guillelmi de Fosciana procuratores venerandi patris domini Iohannis Dei gratia Popoloniensis et Massani episcopi quondam nobilis viri Paladini marchionis
35 Masse et Confice pro se ipso et suo nomine proprio et [pro] dicto episcopatu et nomine dicti episcopatus procuratorio nomine dicti episcopi, nominibus quibus supra, fuerunt investiti per dominum. Et ipsi nomine quo supra fecerunt fidelitatem domino die XXIII. Madii.

985. b) *uncis inclusa desunt M.* c) *sequitur* N *M.* d) *omnino incerta; desunt duo verba in*
40 *fine lineae M.* e) *supra lineam add. M.* f) *sequitur deletum:* Hoc adicientes expresse quod idem Iohannes et heredes sui predicti nobis successoribus nostris *M.* g) *desunt 16 fere litterae M; sic coniecimus.* h) Nullo — etc. *alio atramento add. M.*

1) *De quo v. supra nr. 984.* 2) *Cf. pag. 1024 not. 3.*

987—989. INSTRUCTIONES LEGATORUM.
1313. Mai. 22.—27.

987. 988. *INSTRUCTIONES AD CIVITATEM IANUENSEM SPECTANTES. Mai. 22.*

987. *INSTRUCTIO VICARII IANUENSIS.*

Ex L, *de quo v. supra ad nr. 934—941, fol. XI, ubi rubrum:* de Huguch. de la Fagol. a Genes. *Edidit Doenniges l. c. I, 113 nr. 8. Denuo contulimus.*
Cf. iam supra nr. 934—936. *(P. deest.)*

Ce[a] sont les besconges qui furent dites e enchargies a Huguchon de la Faisola, quant il ala a Genes vicaires:

1. Premierement que par grant provision e diligence soient eslehues persones feables au regiment des chasteux dou destroit de Genes e especialment a Monego, a Guavia, a Lerisi. E cil soient mis chastelain en non dou segnour par le dit vicaires par un an e tant pluis au moins, com il plaira au segnour. E doivent doner bone seurte e cauteile, que il guarderont les chasteux al henour e au profit dou segnour e au bon estat de la cite e dou cumun de Genes e que il les rendront a nostre segnour l'empereour ou a son certain commandement e non a autrui, vivent nostre segnour l'empereour.

2. Item de aliis officiis comunis Ianue tam in civitate quam extra, exceptis illis de quibus iam ordinavit, vult dominus, quod dictus vicarius cum magna providencia et consilio virorum providorum et fidelium domini ipsa committat per unum[b] annum talibus personis, quod sit ad honorem domini et bonum statum comunis Ianue, nec vult dominus, quod una persona teneat unum officium plus quam per unum annum, et distribuantur officia de anno in annum personis fidelibus dignis et sufficientibus ad honorem domini et bonum statum comunis.

3. Item vult dominus, quod dictus vicarius committat domino Barnabovi de Auria vicariatum castri de Melia Lunensis dyocesis per unum annum et recipiat ab ipso iuramentum, quod consuetum est prestari per vicarios imperatoris, per unum annum videlicet et tantum plus et minus, quantum placuerit domino. Et iuret dictus Barnabos dictum castrum fideliter custodire pro domino et reddere eum[c] domino vel eius mandato et non alteri.

4. Item quod dictus vicarius[d] Ianue exigat computum et racionem a nobili viro comite Guidone Novelli vicario in ripparia Ianue a parte orientis et capitaneo guerre Lulisane pro domino imperatore de gestis, receptis et expensis per eum. Et quod in castro Capriole, quod idem Guido vicarius tenet, ipse vicarius Ianue possit pro domino constituere castellum.

5. Item vult dominus, quod dictus vicarius exigat computum et racionem a Philippo de Nigro magistro monetarum domini imperatoris[1] de gestis per ipsum Philippum in ipso officio et de iuribus eiusdem domini et de utilitate, quam idem dominus debet habere de facto dictarum monetarum, et ipsam utilitatem et ius, quod inde spectat ad dominum, exigendi et recipiendi pro domino. Et redimendi a supradicto Philippo iocalia domini, que ipse Philippus habet pignori obligata.

987. a) *sequitur* est *delet. L.* b) *sequitur* v *delet. L.* c) *sic L.* d) vicaricus *L.*

1) *Cf. supra pag. 972 not. 1.*

6. Item fiat littera apperta pro domino Barnabove de Auria universis vicariis, castellanis, potestatibus et aliis officialibus domini in civitatibus Ianue et Saone et eorum districtibus et in tota ripparia Ianue, quod dominus vult, mandat et precipit, quod omnes obediant supradicto domino Barnabovi de Auria tamquam vices gerenti admirallii domini
5 et sacri imperii [1] ad faciendam armatam gualearum et aliorum lignorum supra mare ad inimicos et rebelles domini et imperii offendendos et amicos et fideles deffendendos, prout et quando per ipsum dominum Barnabovem vicegerentem ut supra fuerint requisiti. Et ista littera tradatur Hugucioni de Fagiola vicario predicto, qui eam tradat ipsi domino Barnabovi, recepto prius per eum a dicto domino Barnabove sollempni iuramento, quod
10 dictum officium et omnia que ad ipsum officium pertinent bene et fideliter exercebit ad honorem, utilitatem [e] et exaltacionem domini et sacri imperii quodque inimicos et rebelles domini et imperii, ubicunque per mare et per terram realiter et personaliter poterit, persequetur et offendet iusticiamque in dicto officio fideliter observabit et omnia faciet que dicto officio pertinent ad honorem et exaltacionem domini et sacri imperii et
15 bonum statum omnium fidelium subditorum.

7. Item vult dominus, quod officium rectorum nobilium, quod dominus cassaverat, restituatur et reducatur ad pristinum statum, tali modo quod per dominum sive per vicarium Ianue de auctoritate domini ipsi rectores eligantur et constituantur, sicut eliguntur ancziani [f]. Et de modo et forma et de potestate et ballia, que dicti rectores
20 habere debent ad honorem domini et bonum statum civitatis, cum maxima provisione et discretione habeat consilium dictus vicarius cum domino Barnabove de Auria et cum aliis fidelibus et devotis domini et cum illis videlicet, qui plus diligunt honorem et exaltacionem domini et statum pacificum civitatis. Habito consilio cum eisdem incontinenti predicta omnia scribat domino quantum poterit festinanter.

25 8. Item vult dominus, quod dictus vicarius in transitu suo per rippariam Ianue inquirat diligenter de gestis per comitem Guidonem Novelli in officiis suis vicariatus ripparie Ianue et capitanee guerre Lulysane. Et si potest habere colloquium cum Iohanne de Castellione procuratore fisci, qui est in Lulysana, habeat et exquirat diligenter de negociis predictis et de negociis guerre Lulisane et de gestis marchionum Malespine.
30 Et ea que reperiri poterit significet et scribat domino quantumcunque poterit festinanter.

9. Item eodem modo inquirat de facto vicariatus ripparie Ianue a parte orientis et si expedit quod ille comes Novelli mutetur et per quem modum, et quam societatem et quod salarium oportet habere illum qui substituetur, et si expedit constituere vicarium in tota ripparia a parte orientis vel sufficit in parte tantum et qua parte.

35 10. Item super tractatu matrimonii contrahendi inter dominum Opeczinum Spinule et filiam iudicis Gallure sit advisus et cautus dictus vicarius ad impediendum ipsum matrimonium per curialem modum. Et super hoc habeat consilium et bonam providentiam cum fidelibus domini.

11. Item provideat dictus vicarius super eo quod dicitur, quod quidam cives
40 Ianuenses et specialiter de domibus Spinule et Aurie frequenter portant et conducunt victualia, mercaturas et res alias per mare apud Montron et alibi ad terras rebellium et infidelium domini. Et super hoc locatur cum supradicto Iohanne de Castellione et inquirat per eum et alios quos poterit super hoc veritatem et postea studeat sagaciter de salubri remedio apponendo.

45 987. e) utilitilitatē *L.* f) *sequitur linea duorum verborum spatium adaequans in initio lineae L.*

1) *Cf. supra nr. 968.*

12. Item de stipendiariis, quos comune Pisarum tenet in Lulisana, sciat et exquirat diligenter, qualiter sunt ibi utiles et necessarii, et inquirat per alios quam per Pysanos et secundum quod invenerit, ordinet de statu vel recessu eorum.

13. Item habeat dictus vicarius advisamentum super potestaria Poyre, que est in Romagna, antequam committat eam alicui, quoniam si mitteretur ibi homo sapiens et fidelis domino, posset esse honori et utilitati domini multipliciter fructuosus.

14. Item videtur esse utile pro honore domini et bono statu comunis Ianue, quod dominus per vicarium suum Ianue tractet et ordinet de concordia facienda inter dominos Opeczinum Spinule et Barnabovem Aurie, et videtur posse fieri per hunc modum:

(I) Primo quod in civitate Saone inter cives Saone et specialiter inter amicos dictorum Opeczini et Barnabovis sit pax et unitas, ita [quod] qualibet pars possit stare pacifice in eadem civitate, et quod castra teneantur per dominum et non per aliquam partium predictorum.

(II) Item super discordia, que vertitur inter dominum Branchaleonem de Auria et dominum Isnardum marchionem Malespine occasione castri Morariarum, quod castrum dictus Lancerotus de Bosco violenter occupavit et abstulit a dicto domino Barnabove eo tempore, quo dominus Opeczinus Spinula expulit de Ianua illos de Auria, de quo facto dictus dominus Isnardus fovet et manutenet dictum dominum Lancerotum contra dictum dominum Branchaleonem, et[g] occasione etiam dictus dominus Isnardus detinet occupatum quoddam castrum vocatum Wada, quod spectat pro parte ad comune Ianue, de quo castro ipse dominus Isnardus expulit omnes amicos et benivolos dictorum dominorum Branchaleonis et Barnabovis, super hiis omnibus videat dictus vicarius et habeat consilium cum aliis amicis et fidelibus domini, per quem modum predicta pacificari possent, quia de istis est omnis materia discordie inter eos.

(III) Item super discordia, que vertitur inter dominos Opeczinum Spinule et Fredericum de Auria, videtur quod pax de levi fieri posset, quoniam dicta discordia sive materia dicte discordie non est nisi pro hominibus dicti domini Frederici de valle Onelie, qui dicuntur esse rebelles dicti Frederici, et Franciscus quondam Cravesane marchio ipsos homines fovebat et sustinebat contra dictum Fredericum et dictus dominus Opeczinus consuevit fovere partem dicti marchionis. Et dicitur quod dicti homines de facili reducerentur ad mandatum dicti Frederici, si scirent quod non tractarentur male per eundem, sed propter maliciam eius non sunt ausi.

15. Isti sunt qui dicuntur esse veri amici et fideles domini:

Branchaleo, Lamba, Fredericus, Paulus } de Auria. Et omnes de Auria preter { Raffum, Nycholaum quondam Hugonis, qui dicuntur esse de sexta Galeotis Spinule.

Amici de domo Spinularum:
Opeczinus, Christianus, Lanfrancus, Percevallus } de Spinulis. Et omnes de dicto albergo preter { heredes quondam Odoardi, Nycholaum Spinule militem, Nycholaum[h] Spinule de Dama.

Dominus Othobonus de Flisco amicus.

987. g) *addendum esse videtur* cuius. h) *sequitur* de *delet. L.*

16. Inimici et persecutores honoris domini dicuntur esse:
Gabriel Salvagius et multi secaces sui
omnes de albergo illorum de Nygro et sequaces eorum
heredes Ansaldi Balbi de Castro quondam
5 omnes de albergo Marchionum et sequaces eorum
Ansaldus Marabotus et sequaces sui.

17. Detur officium potestarie Corvarie cum scribania Iacobo de Cassio per unum annum, non obstante quod dictum officium debet anno futuro per nobilem exerceri, exercendum per se vel per personas ydoneas.

10 18. [Die XXII. Maii fuit ordinatum per dominum, quod venerabilis Raynerius abbas monasterii Sancti Michaelis de Monte Imperiali vadat Ianuam nuncius et ambaxiator pro domino ad faciendum omnia ut s(upra)][h].

988. *INSTRUCTIO LEGATI.*

Item ex L *fol. XIII', ubi rubrum:* Ian̄. *Edidit Doenniges l. c. I, 116. Denuo con-* 15 *tulimus.* *(P. deest.)*

Hec est forma ambassiate quam debet facere venerabilis Raynerius abbas Sancti Michaelis de Monte Imperiali apud Ianuam ex parte domini nostri imperatoris per ordinationem ipsius domini factam die XXII. mensis Maii:

1. Primo referat grates comuni Ianue de ipsorum bona voluntate et de bono 20 servicio, quod ipsi domino graciose concesserunt, videlicet de armata gualearum, quam ad presens faciunt ad servicium et honorem ipsius domini. Rogans et sollicitans ipsum comune et personas quarum interest super acceleratione dicti negotii, quoniam intendit dominus habere galeas aliunde, quod quidem esset inutile domino, nisi galeas Ianue simul cum aliis gualeis predictis haberet. Consideratis enim incumbentibus et arduis 25 negociis ipsius domini et imperii expedit omnino, quod predicte gualee sint armate usque ad medium proximi mensis Iunii vel saltim ad finem dicti mensis, alioquin dicta armata nullum fructum sive utilitatem afferret ipsi domino, ymo maximum impedimentum generaretur imperialibus negociis et quasi prout ipsa negotia deliberata sunt, non possent deduci ad effectum. [Iun. 15.]

30 2. Item quod in ripparia orientis duo constituantur vicarii per tres menses de domibus Spinulorum et Aurie, et videtur domino, quod ad hoc sint utiles Branchaleo filius domini Barnabovis de Auria et Thomainus filius domini Richardi de Spinulis. Et quod ambo simul regant dictum officium et non divisim. Et si forte videretur utilius, quod ipsum officium divideretur, quod quidem non videtur domino, in hoc casu vult 35 dominus, quod dictus Branchaleo sit vicarius a Petra Cholice inferius versus Ianuam usque ad potestariam Bisannis et dictus Thomainus sit vicarius a Petra Cholice superius usque ad Corvum. Et habeat quilibet ipsorum in dicto suo officio merum et mixtum imperium per terminum supradictum et possint et debeant sindicari et corrigi dicti vicarii durante dicto officio et post de hiis, que gerent in ipso officio, per vicarium 40 Ianue. Nullo modo videtur utile domino, quod ad presens dictum officium dividatur, set pariter exerceant eum. Et debent iurare et etiam dare omnes cautelas, que bono modo haberi poterunt, quod dictum officium bene et laudabiliter ad honorem et exaltacionem domini et imperii et ad bonum et pacificum statum dicte patrie et fidelium et devotorum domini facient et exercebunt quodque iusticiam unicuique reddant, iniurias 45 fidelium et devotorum imperii totis viribus evitabunt, rebelles et inimicos domini et imperii toto posse realiter et personaliter offendent in mari et terra, et custodient et

987. h) *cap. 18 post cancellatum L.*

deffendent totis viribus, quod victualia, mercature, arma vel quecunque alia ipsis rebellibus necessaria vel oportuna non portentur vel ducantur per mare vel per terram ad loca dictorum rebellium in quavis quantitate parva vel magna, et quod factum et expeditionem presentis armate galearum toto posse accelerabunt. Et ideo statuit dominus ita breve tempus, ut interim probet eorum acta et si bene se habeant, intendit dominus et disposuit plus eos honorare et dictum officium eis committere per tres menses sequentes.

3. Item loquatur dictus abbas cum illis de Spinulis et Auria super facto victualium, mercandiarum, armorum et multa armalia rerum, que frequenter portantur et ducuntur per quam plures Ianuenses ad loca et terras predictorum rebellium, et ostendet eis, quomodo istud redundat ad maximum dampnum et preiudicium domini, quoniam nisi hoc esset secundum quod cotidie refertur domino, dicti rebelles hodie non essent in rebellione, set essent ad obedientiam et mandatum domini. Et si hoc cessaret, sicuti et cessare deberet, oporteret de necessitate, quod dicti rebelles venirent ad mandatum et obedientiam domini. Et tunc Ianuenses magis convenienter et decenter possent ire et redire et portare quocunque vellent. Et ostendatur eis, quomodo dominus considerans, quod aliqui Ianuenses propter hoc forte lucrabantur, hoc hucusque pacienter toleravit, et quia ad tantum dampnum redundat domino, non videtur ei quod ipse nec predicti de Spinulis et Auria, qui sunt ei tam fideles et devoti et qui ita gratiose serviunt ei, hoc debeant amplius tolerare, ne quod per magnum et bonum servitium Ianuensium fieri ad servitium domini disponitur et inchoatur, per modicam et miseram comoditatem perdatur vel impediatur. Et ideo requirat ipsos attente, ut contemplacione et honore imperialis culminis et etiam sic ordinetur, quod per nullam personam civem an districtualem Ianue dictis rebellibus sive ad loca ipsorum per terram vel per mare aliquid portetur vel ab ipsis vel a quocunque ipsorum palam vel occulte dicti rebelles habeant aliquid auxilii, consilii vel favoris. Et si per[a] curialem modum predicta obtinuantur[b] et fiant, placet domino. Sin autem, dicatur eis, quod dominus non vult nec intendit predicta sub dissimulatione amplius tolerare.

4. Item super eo quod significatum est domino, quod dominus Conradus Spinule admirallius Roberti, qui ita palam se opposuit et opponit contra honorem et bonum statum imperialis culminis, palam et manifeste vadit Ianuam et stat et moratur ibidem vel satis prope et procurat omnia mala que potest contra dominum et imperium, quod dominus hoc sibi reputat ad dedecus, et fideles domini similiter multum dolent et infideles superbiunt et gloriantur. Verumtamen quia tactum est domino, quod placeret sibi ipsum dominum Conradum recipere ad misericordiam et gratiam suam, si idem dominus Conradus hoc peteret et errorem[c] suum humiliter relinquere vellet et facere sibi aliquam gratiam et recompensationem pro illis beneficiis, que idem dominus Conradus percipit a dicto Roberto, ad arbitrium dominorum comitis Sabaudie[d], Conradi de Auria et Opecini Spinule, hoc satis placet domino, dum tamen idem dominus Conradus dictum errorem suum cito relinquat. Alioquin vult dominus, quod contra ipsum per omnem viam et modum quibus melius fieri poterit tamquam contra rebellem et hostem imperii celeriter procedatur.

5. Item de dominis Guabriele Salvagio et Nycholao Spinule et fratribus dicti domini Conradi et aliis etiam si qui sunt, qui se opponant honori domini, intendit dominus, quod fiat de ipsis sicut dictum est supra de dicto domino Conrado, salvo quod dictus dominus Opecinus non esset forte utilis ad tractandum cum domino Gabriele Salvagio, quia non videtur[e] quod sint amici.

988. a) *sequitur* aliquē *delet. L.* b) *sic L.* c) *sequitur* suam *delet. L.* d) comitis Sabaudie *supra lineam add. L.* e) videntur *L.*

6. Item de vicaria ripparie occidentis placet domino, quod ibi duo constituantur vicarii per tres menses, videlicet Dominicus filius Andrioli, nepos dominorum Conradi, Lambe et Raffi de Auria, sit vicarius in Albinguana et aliunde inferius versus Provinciam, et[f] Iacominus filius domini Raynerii Spinule[g] sit vicarius ab Albingana citra versus 5 Ianuam, exclusis tamen a dicto vicariatu potestariis Pulcisere et Vulturis et quod sunt partes civitatis Ianue. Et in istis vicariis occidentis sic divisis ordinetur et fiet in omnibus et per omnia, sicut superius dictum est de vicaria orientis.

7. Item in vicaria ultra iugum constituatur vicarius dominus Opecinus Spinula de Loculo per unum annum et tantum plus et minus, quantum placuerit domino, cum mero 10 et mixto imperio. Et inducatur idem dominus Opecinus curialiter pro honore domini et suo et pro pace et contentacione civium, quod in quantitate[h] salarii quantum poterit se curialiter habeat, ut tollat[i] emulis materiam male dicendi. Et quod in ipso regimine sicut predictus se ita laudabiliter habeat, quod sit ad honorem domini [et] suum et quod eius prudentia dignis semper laudibus extollatur. Et iuret dictum officium 15 fideliter exercere et cetera que ad hoc[k] requiruntur et [ad] salutem fidelium et devotorum domini et offensam et dampnum inimicorum et rebellium domini.

8. Item loquatur dictus abbas et vicarius cum domino Conrado de Auria et cum domino Opecino Spinule separatim et etiam cum aliis de dictis domibus, cum quibus viderint expedire. Et requirant eos ex parte domini per omnem modum, per quem 20 melius poterunt, ad hoc ut quilibet ipsorum inducat cum effectu omnes de domo sua et amicos et sequaces suos, ut ipsi foveant concordiam, pacem et amorem inter se et omnis materia discordie[l], odii et rancoris inter ipsos et sequaces suos tollatur. Et ad hoc dictus vicarius omnem curam et diligenciam quam poterit apponat. Et si necesse fuerit, quod dominus interponat partes suas in aliquo, significet hoc domino quam cito poterit, 25 quia dominus super hoc[m] libenter intendet.

9. Item eodem modo requirantur et inducantur, quod ipsi foveant et velint cum illis de progenie sua et sequacibus suis, quod plena et comunis iusticia fiat Ianue per vicarium domini, nec ab observancia iusticie aliquatenus retrahantur propter amiciciam vel hodium et quod in hoc ipsi vicario nullum dent impedimentum nec dari ab aliquo 30 pacientur.

10. Item quod cum magnates complures et multi nobiles populares habeant affectionem particularem ad personam domini Conradi et eum sequantur, quod ipse eos inducat omnino ad servicium domini cum legitimis rationibus, narrando eis naturale dominium, benivolentiam et bonam mentis dispositionem, affectionem et amorem pro- 35 prium, quem habet ad civitatem Ianue, et qualiter nulli infert guerram, nisi ut pax fiat in universali imperio. Et hoc multum facit pro Ianua. Et qualiter benivolencia domini semper promta est pocius concedere veniam quam inferre vindictam, et subiciendo alias rationes, quas utiles iudicabit prudentia sua.

11. Item vult dominus omnino, mandat et precipit vicario Ianue, quod ipse ponat 40 in possessione libera et expedita Guilelmum de Romoreno de castellania Ercule et potestaria concessis et commissis eidem Guilelmo per dominum, prout patet per litteras domini, non obstantibus oppositionibus Iacobi de Ponte, omni dilatione postposita. Et sciendum, quod de contemptu et inobediencia hucusque super hoc habitis non contentatur dominus.

45 12. Item antequam dicti vicarii constituantur in ripparia, ordinetur quod ipsi in hoc principio taliter provideant de facto et stipendiis marinariorum, qui debent ascendere gualeas, quod propter deffectum solutionis negocium dicte armate non differatur, et

988. f) *sequitur* Iacobi *delet. L.* g) stipule *L.* h) *sequitur* servicii *delet. L.* i) tollatur *L.* k) *sequitur* requirentur *delet. L.* l) concordie *L.* m) *supra lineam add. L.*

ipsi vicarii habeant convenientem cautelam a comuni, quod de predictis sicut convenit ipsis satisfiet. Quod si forte ipsi vicarii facere recusarent, dicatur eis expresse ex parte domini, quod dominus providebit sibi de aliis vicariis, qui hoc facient.

13. [Eodem die dictus abbas fuit receptus][n. 1].

989. *INSTRUCTIO LEGATORUM AD MANTUANOS ET VERONENSES MISSORUM. Mai. 27.*

Item ex L *fol. XV', ubi rubrum:* Mantua. Verona. *Edidit Doenniges l. c. I, 118. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Die XXVII. mensis Maii domini Dominicus de Dugneyo[a], Soffredus de Vergellensibus milites, Melanchius de Bologna iudex aule imperialis et Iohannes de Castellione procurator fisci fuerunt missi per dominum in Lumbardiam ad loca et negocia infrascripta:

1. Videlicet quia relatum est domino per testimonia fidedigna et etiam suspiciones et indicia manifesta apparent, quod dominus Renaldus de Bonacolsis dictus Passarinus de Mantua vicarius Mantue et tenens locum vicarii in Mutina male et proditorie se habet apud dominum et imperium, participando et habendo tractatus secretos et colloquia cum Guiberto de Corrig(ia), cum Cremonensibus, Parmensibus, Reginis intrinsecis, cum Brissiensibus extrinsecis proditoribus et rebellibus domini et imperii, fovendo, receptando et nutriendo ipsos[b] in terris et locis imperii que sunt sub regimine eius, mittendo quam pluribus ex eis victualia et alia oportuna et pluribus modis aliis dando eis auxilium, consilium et favorem, quapropter ordinatum est per dominum et eius consiliarios laycos secretos et iniunctum supradictis dominis Dominico, Soffredo et Iohanni de Castellione, quod ipsi vadant directe ad dominum Canem de Scala vicarium Verone et Vincencie, qui dicitur de predictis pravis[c] actis dicti domini Passarini plura pro firmo intellexisse et qui tamquam fidelis imperii de eis multum dolet et vult omnino, quod super hiis celeriter et salubriter provideatur et ad hec vult ponere omne quod poterit auxilium, consilium et favorem. Et quicquid idem dominus Canis de predictis fiendum consuluerit, vult dominus quod per dictos nuncios eius cum auxilio ipsius domini Canis et ipso presente si fieri potterit vel saltim nepote suo si expediat tottaliter executur. Verumtamen ante omnia domini Soffredus et Iohannes de Castellione debent ire Medyolanum, Cumas et Pergamum cum litteris domini de credencia ad vicarios et comunia dictorum locorum et requirere ipsos, quod mittant domino equites armatos in ea que haberi potterit quantitate, solutos et expeditos per quatuor menses, ducendos[d] per dictos dominos Soffredum et Iohannem, ubicunque voluerint[d]. Et ipsis equitibus habitis debent ipsos adducere versus Mantuam secundum quod dominus Canis duxerit consulendum. Et si dominus Canis velit perseverare in illa voluntate, in qua est ut dicitur[e], capiendi personaliter dictum dominum Passarinum et fratrem eius et velit hoc consulere et esse presens vel saltim mittere nepotem suum associatum sicut decet, vult dominus quod ad captionem, arrestationem et detentionem dicti domini Passarini et fratris et aliorum, de quibus expedire viderint, viriliter procedatur in personis et avere. Et diligenter custodiantur usque ad domini beneplacitum et mandatum. Et in hoc casu dictus dominus Dominicus cum supradictis dominis Soffredo et Iohanne vel eorum altero debent restituere et repponere virum nobilem dominum Francesquinum de la Mirandula in vicariatu et regimine Mutine et pertinenciarum. Et dictus dominus Dominicus debet exercere

988. n) *cap. 13 cancellatum L.*

989. a) *supra lineam add. L.* b) ipsis *L.* c) pravibus *L.* d) ducendos — voluerint *supra lineam add. L.* e) ut dicitur *supra lineam add. L.*

1) *Cf. supra nr. 973.*

officium vicariatus in Mantua, quousque dominus de vicario ibidem duxerit providendum. Si vero dictus dominus Canis ad predicta intendere nollet nec consuleret fore intendendum, tunc dictus dominus Dominicus cum dictis dominis Soffredo et Iohanne vel eorum altero debent ire ad dictum dominum Passarinum et curialiter ipsum reducere 5 ad bonam viam et veram et dicere sibi ex parte domini, quod dominus non credit nec dat fidem verbis aliquibus sinistris[f], que dicerentur sibi de ipso, quoniam dominus tantum honoravit eum[g] et etiam dominus invenit fidem et servicium in eo, dum esset in Lumbardia[h], quod non possit credere, quod idem dominus Passarinus aliquid operaretur nec etiam cogitaret contra honorem et bonum statum domini et imperii. Et requi- 10 ratur efficaciter, quod illam peccuniam, quam debet domino, mittat sibi omnino, et quod domino Cani succurrat de gente sua et auxilietur ei toto posse contra rebelles domini, sicut evitare cupit indignationem domini, quandocunque ab ipso domino Cane fuerit requisitus.

2. Item quia relatum est domino, quod Trevisini reputantes se fideles et devotos 15 domini et imperii et volunt omnino venire et esse ad mandata domini et miserunt nuncios suos ad dominum ad eos excusandum de hiis, que hucusque ipsis invitis male gesta erant, et supplicandum domino, ut ipsos dignetur recipere ad gratiam et misericordiam suam, eapropter dominus commisit domino Dominico, quod ipsorum regimen possit recipere ad mandatum et misericordiam domini, reservata ipsi domino provisione vicarii. 20 Vult tamen dominus, quod si possibile est, quod dicta obedientia fiat in presentia domini [1].

3. Item vult dominus, quod omnes milites, qui haberi poterunt de Medyolano, Cumis et Pergamo completo negocio supradicto veniant ad dominum indilate.

4. Item debent dicti omnes aut tres aut duo ex eis intendere ad executionem sentencie late contra Paduanos [2] in avere et personis quantum poterunt. Et videtur via 25 utilis, quod ipsi nuncii tres aut duo ipsorum ut dictum est vadant Venetias et diligenter exquirant de thesauris, pecunia et rebus aliis, que Paduani dicuntur habere in Venetiis tam in debitis quam depositis, et cum meliori cautela qua poterunt procurent ea arrestari, sequestrari, capi et detineri sub fida custodia pro domino tamquam imperiali camere confiscata. Et si expediens viderint, consignantibus predicta partem contribuant, ut 30 dominus aliam partem habere possit, prout viderint expedire.

5. Item videtur utile, quod ipsi nuncii perquirant et procurent sagaciter, si per aliquem modum vel viam civitas Venetiarum posset adtrahi et acquiri pro domino et imperio, et videntur infrascripti modus[i] ad hoc utiles [3]:

(I) Videlicet quod dicti nuncii tres aut duo ipsorum interponant partes suas 35 pro domino ad tractandum de pace vel treugis inter Venetos et Iarenzes et perficiendum si poterunt, et ad hoc inducant sollicite partes predictas et earum adiutores et sequaces, significando eis qualiter dominus desiderat bonum et pacificum statum eorum et quod ad hoc vult omnino interponere partes suas.

(II) Item alia via videtur, videlicet quod daretur Venetis in feudum per dominum 40 de comitatu civitatis Padue totum territorium quod est a flumine Brante usque Venetias et etiam ipsum flumen.

(III) Item alia via videtur utilis, quod de huiusmodi thesauris, quos[k] Paduani dicuntur habere in Venetiis, certa pars daretur comuni Venetiarum, quia Veneti sunt ad presens valde pecunia denudati.

45 Et omnes vias predictas debent dicti nuncii perquirere et diligenter examinare, quicquid honoris et utilitatis invenire poterunt pro domino. Et ea quam cito poterunt

989. f) *supra lineam add. L.* g) honoravit eum *in initio lineae bis scriptum L.* h) Lumbardiam *L.* i) *sic L.* k) que *L.*

1) *Cf. litteras Dominici et Milancii Aug. 3 datas apud Verci 'Storia della marca Trivigiana' VI, 22* 50 *nr. 588.* 2) *Cf. supra nr. 982.* 3) *Cf. supra nr. 981 (I).*

debent significare domino et responsionem eius espectare, saltim duo ex ipsis, salvo quod in facto pacis vel treuge inter Venetos et Iarenzes possint complere omnia que fuerint oportuna, procurando semper ex hoc pro domino quicquid utilitatis poterunt et honoris.

6. Item requirant dicti nuncii ducem, consilium et comune Venetiarum et inducant per omnem modum per quem melius poterunt ad hoc, ut ipsi velint iuvare dominum et guerram facere contra Paduanos. Et eodem modo requirant et inducant patriarcham Aquiligensem et comitem Guricie.

7. Et sciendum quod dicti nuncii super predictis omnibus habent litteras de credencia et alias litteras oportunas singulis quibus expedit contractibus et personis et etiam sentenciam latam contra Paduanos[1], quam debent ubicunque expediens fuerit promulgare.

990—997. SCRIPTA AD COMITEM SABAUDIAE SPECTANTIA.

1313. Iun. 3.—Iul. 15.

990. *MANDATUM DE IURAMENTO FIDELITATIS PRAESTANDO.* *Iun. 3.—24.*

Supersunt in tabulario regio Taurinensi 'Diplomi imperiali Mazzo 5 nr. 2' viginti exemplaria autographa, quae eundem textum praebent. Sigillorum maiestatis dorso impressorum vestigia adhuc apparent. Proponimus denuo collatum 1) *exemplar communi Cunei missum*[2], *inscriptiones dataque reliquorum* 2)—20) *item denuo collata in adnotatione ponentes*[3]. *Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII.' II, 209 nr. 59; sed undeviginti tantum exemplaria adnotat. — Böhmer, Reg. Heinr. 542.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis fidelibus suis comuni et hominibus Cunei gratiam suam et omne bonum.

Cum nos attendentes magna et multiplicia merita spectabilis viri Amedei Sabaudie comitis, principis et affinis nostri karissimi, qui postquam ad imperii speculam nos dispositio divina vocavit, maiestatem nostram fide semper concomitando sincera, nobis salutaribus consiliis et laudabilibus obsequiis pro viribus astitit, eidem comiti civitatem

1) *Supra nr. 982.* 2) *Cf. etiam notam sequentem sub nr.* (20). 3) *Reliqua exemplaria sunt haec:* (2) .. comuni et hominibus de Canello fidelibus suis dilectis *(cf. nr. 3)*; (3) dilectis fidelibus suis .. comuni castri de Caneil *(cf. nr. 2)*; (4) d. f. s. .. comuni castri Cavalerii maioris *(cf. nr. 17)*; (5) d. f. s. comuni et hominibus Claraschi (chi *in loco raso; cf. nr. 16*); (6) d. f. s. comuni castri de Mays; (7) d. f. s. .. comuni et hominibus Montis Vici *(cf. nr. 18)*; (8) d. f. s. .. comuni castri Puey Varin; (9) d. f. s. .. comuni et hominibus de Ripa; (10) d. f. s. .. comuni et hominibus Summe Ripe de Bosco; (11) d. f. s. comuni castri Somme Ripe de Paerno; (2)—(11) *omnia cum dato:* Dat. Pisis, III. Non. Iunii *etc.*;

(12) d. f. s. universis et singulis exititiis civitatis Astensis; (13) d. f. s. comuni castri de Filiczan; (14) d. f. s. comuni castri Noun; (15) d. f. s. comuni Ville de Riva; (12)—(15) *cum dato:* Dat. Pisis, Non. Iunii *etc.*;

(16) d. f. s. comuni et singularibus personis et hominibus Clarasci Dat. Pisis, XVI. Kalen. Iulii *etc. (cf. nr. 5)*;

(17) d. f. s. comuni et hominibus Cabalerii maioris Datum Pisis, IX. Kal. Iulii *etc. (cf. nr. 4)*; (18) d. f. s. comuni et hominibus Montis Vici *(cf. nr. 7)* Dat. Pisis, IX. Kal. Iulii *etc.*; (19) d. f. s. comuni et hominibus Pavayrolii Dat. Pisis, IX. Kal. Iulii *etc.*;

(20) d. f. s. .. comuni et hominibus Cunei Dat. Pisis, VIII. Kalend. Iulii *etc. (cf. nr. 1).*

et comitatum Astensem cum castris, villis, casalibus, territoriis, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis suis in pheodum duxerimus concedendum[1], fidelitati vestre sub nostre indignationis pena districte precipiendo mandamus, quatinus prefato comiti tamquam vestro domino et eius gentibus in omnibus humiliter pareatis sibique salvo et reservato 5 prime fidelitatis debito, in quo nostre maiestati tenemini, super hoc iuramentum prestare curetis. In hoc taliter vos habentes, quod de difficultatis obstaculo, que nobis in hac parte plurimum displiceret, nullatenus reprehendi possitis, sed debeatis potius de obedientia commendari.

Dat. Pisis, III. Nonas Iunii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

10 991. 992. *MANDATA DE CASTRIS TRADENDIS.* *Iun. 3.—Iul. 15.*

991. *MANDATUM DIVERSIS MISSUM.* *Iun. 3.*

Exstant ibidem 'Mazzo 5 nr. 2' tria exemplaria autographa 1)—3), *quae inter se contulimus. Sigillorum dorso impressorum vestigia apparent. Edidit Doenniges l. c. II, 210 nr. 60a—b. — Böhmer, Reg. Heinr. 543. 544.* *(P. deest.)*

15 Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili[a] viro Philippo de Sabaudia fideli suo dilecto[a] gratiam suam et omne bonum.

Cum nos attendentes magna et multiplicia merita spectabilis viri Amedei Sabaudie comitis, principis et affinis nostri karissimi, qui postquam ad imperii speculam nos dispositio divina vocavit, maiestatem nostram fide semper concomitando sincera, nobis 20 salutaribus consiliis et laudabilibus obsequiis pro viribus astitit, eidem comiti civitatem et comitatum Astensem cum castris, villis, casalibus, territoriis, iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis suis in pheodum duxerimus concedendum[1], fidelitati tue districte precipiendo mandamus, quatinus castra Somme Ripe de Bosco, Somme Ripe de Peren, Cavallerii maioris, de Mays, de Feliczan, de Podio Varin et Ville de Riva[b] comitatus predicti, 25 que[c] sub tua custodia esse dicuntur[c], prefato comiti vel eius certo nuntio pro eo tradas et assignes seu tradi et assignari facias sine mora, eum vel dictum suum nuntium pro eo in corporalem possessionem dictorum castrorum et locorum penitus inducendo. In hoc te taliter habiturus, quod de difficultatis obstaculo, que nobis in hac parte plurimum displiceret, reprehendi non possis, sed debeas de obedientia merito commendari.

30 Dat. Pisis, III. Non. Iunii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

992. *MANDATUM ITERATUM PHILIPPO DE SABAUDIA DIRECTUM.* *Iul. 15.*

Autographon servatur ibidem 'Mazzo 5 nr. 6', quod denuo contulimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso nihil exaratum est. Edidit Doenniges 35 *l. c. II, 211 nr. 60c. — Böhmer, Reg. Heinr. 557.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Philippo de Sabaudia principi Achaie fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Notum tibi facimus, quod nos attendentes magna et multiplicia merita spectabilis viri Amedei Sabaudie comitis, principis et affinis nostri carissimi, qui postquam ad

40 991. a) *loco* nobili — dilecto 2: dilecto fideli suo Raymundino de Anzisa; 3: dilecto fideli suo Willelmo Vaccha. b) *loco* castra — Riva 2: castrum de Caneil; 3: castrum de Neun. c) *loco* que — dicuntur 2: quod s. t. c. e. dicitur; 3: quod pro nobili viro Warnhero comite de Homberc (r *corr. ex* c) tenere diceris.

1) *Supra nr. 914.*

imperii speculam nos dispositio divina vocavit, maiestatem nostram fide semper concomitando sincera, nobis salutaribus consiliis et laudabilibus obsequiis pro viribus astitit, dicto comiti civitatem et comitatum Astensem cum castris, villis, casalibus, territoriis, iuribus, iurisdictionibus et pertinenciis suis in pheudum duximus concedendum[1]. Quocirca tibi tenore presentium districte precipiendo mandamus, quatinus castra, terras et fortilicias ad dictam civitatem seu comitatum ipsum spectantia, que et quas recomendationis vel alio titulo per te seu alios tenes, prefato comiti vel eius certis nuntiis, omni excusatione et dilatione remota, tradas, liberes et assignes. In hoc te taliter habiturus, quod ipse, quantum in te fuerit, predictorum possessionem libere assequatur et nos tue fidelitatis et obedientie promptitudinem possimus merito commendare.

Dat. Pisis, Id. Iulii, regni nostri anno quinto, imperii vero secundo.

993. *MANDATUM DE AUXILIO FERENDO. Iun. 3.—16.*

Supersunt ibidem 'Mazzo 5 nr. 1' quattuordecim exemplaria autographa mutatis paucis verbis mutandis eundem textum praebentia. Sigillorum dorso impressorum vestigia apparent. Proponimus denuo collatum 1) *exemplar* universis et singulis *missum, cui manu Bernardi de Mercato inscriptum est:* littera generalis omnibus fidelibus imperii super iuvamento domino comiti faciendo. *Reliquorum exemplarium* 2)—14) *inscriptiones dataque in adnotatione posuimus*[2]. *Edidit Doenniges l. c. II, 211 nr. 61. — Böhmer, Reg. Heinr. 541 et 600 (Addit. I). (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis marchionibus, comitibus, baronibus et nobilibus, vicariis, officialibus, comunibus, universitatibus et singularibus personis sacri imperii fidelibus per Lombardiam et partes convicinas constitutis gratiam suam et omne bonum.

Notum vobis facimus, quod nos attendentes magna et multiplicia merita spectabilis viri Amedei Sabaudie comitis, principis et affinis nostri carissimi, qui postquam ad imperii speculam nos dispositio divina vocavit, maiestatem nostram fide semper concomitando sincera, nobis salubribus consiliis et laudabilibus obsequiis pro viribus astitit, eidem comiti civitatem et comitatum Astensem cum castris, villis, casalibus, territoriis[a], iuribus, iurisdictionibus et pertinentiis suis in pheudum duximus concedendum[1]. Quocirca fidelitati vestre sub nostre indignationis pena districte precipiendo mandamus, quatinus prefato comiti et eius gentibus ad ipsorum civitatis et comitatus possessionem corporalem nanciscendam et ad nostrorum et suorum rebellium dicti loci insolentias propulsandas detis omne quod poteritis tam in gentibus armatis quam aliis oportunis auxilium, consilium et iuvamen. In hoc, quod est plurimum nobis cordi, vos taliter habituri, quod

993. a) is *in loco raso* 1.

1) *Supra nr. 914.* 2) *Reliqua exemplaria sunt haec:* (2) nobili viro Maffeo Vicecomiti vicario et comuni Mediolani fidelibus suis dilectis; (3) n. v. Cani de la Scala vicario et comunibus Veronensi et Vicentino f. s. d.; (4) n. v. Theodoro marchioni Montisferrati fideli suo dilecto; (5) n. v. Passarino vicario et comunibus Mantuano et Mutinensi fidelibus suis dilectis; (6) dilectis fidelibus suis . . vicario et comuni Novarie; (7) d. f. s. . . vicario et comuni Querii; (8) . . universis marchionibus de Carreto fidelibus suis dilectis; (2)—(8) *omnia cum dato:* Dat. Pisis, III. Non. Iunii *etc.*

(9) nobilibus et prudentibus viris . . vicario, abbati, anzianis, consilio et comuni Ianue, fidelibus suis dilectis Dat. Pisis, Non. Iunii *etc.*; (10) . . vicario et comuni Yporegie f. s. d. Dat. Pisis, XVII. Kalen. Iulii *etc.*; (11) nobilibus viris omnibus et singulis marchionibus de Cravezana f. s. d. Dat. Pisis, XVI. Kal. Iunii *etc.*; (12) dil. fid. suis omnibus et singulis comitibus et ceteris nobilibus de Canapicio Dat. Pisis, XVI. Kal. Iulii *etc.*; (13) dil. fid. suis . . vicario, consilio et comuni Terdone Dat. Pisis, XVI. Kal. Iulii *etc.*; (14) venerabili . . episcopo Astensi principi et fideli suo dilecto Dat. Pisis, XVI. Kalen. Iulii *etc. (nr. (14) editum est apud Bonaini 'Acta Henrici VII' I, 274 nr. 175).*

iidem comes et gentes eius per vestrum et aliorum fidelium subsidium huius negotii finem consequantur optatum ac exinde laudis preconium et nostre gratie plenitudinem uberius consequi debeatis.

Dat. Pisis, III. Non. Iunii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

5 **994.** *MANDATUM DE IURAMENTO FIDELITATIS PRAESTANDO ASTENSIBUS DIRECTUM. Iun. 7.*

Denuo contulimus autographon eiusdem tabularii 'Mazzo 5 nr. 4' asservatum. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In margine dextro ad indicandum nomen scriptoris plicae inscriptum est: .J.; cf. infra nr. 1000 et 1001. Edidit Doenniges 10 *l. c. II, 212 nr. 62. — Böhmer, Reg. Heinr. 545. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus notum facimus, quod nos attendentes magna et [mult]iplicia[a] merita spectabilis viri Amedei Sabaudie comitis principis et affinis nostri carissimi, qui postquam ad imperii speculam nos dispos[icio divina][a] vocavit, maiestatem nostram fide semper concomitando sincera, nobis salutaribus 15 consiliis et laudabilibus obsequiis pro viribus astitit, eidem comit[i ci]vitatem[a] et comitatum Astensem cum castris, villis, casalibus, territoriis, iuribus, iurisdicionibus et pertinenciis suis in phendum duximus concedendum[1]. Quocirca universis et singulis comunibus, universitatibus, civibus, incolis et habitatoribus civitatis, comitatus, castrorum, villarum, casalium, territoriorum et pertinenciarum predictorum harum tenore districte 20 precipiendo mandamus, quatinus prefato comiti tanquam eorum domino et officialibus eius pareant in omnibus humiliter et intendant sibique salvo et reservato prime fidelitatis debito, in quo nostre maiestati tenentur, homagium faciant et iuramentum fidelitatis prestent absque difficultatis obstaculo et obice tarditatis. Alioquin sententias, penas et banna, que et quas dictus comes et officiales eius rite tulerint seu inflixerint in rebelles, 25 ratas et rata habebimus et faciemus actore Deo irremissibiliter observari.

Dat. Pisis, VII. Id. Iunii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

995. 996. *SCRIPTA AD INVESTITURAM COMITIS SABAUDIAE SPECTANTIA. Iun. 11.—Iul. 10.*

995. *PRIVILEGIUM IMPERATORIS ITERATUM. Iun. 11.*

30 *Cum autographon deperditum esse videatur, denuo contulimus transsumtum a. 1323. Ian. 3 confectum, quod in eodem tabulario servatur 'Mazzo 5 nr. 5', ceteris duobus transsumtis saec. XV. neglectis. Orthographica leviora quaedam non adnotavimus. Edidit Doenniges l. c. II, 213 nr. 63. — Böhmer, Reg. Heinr. 546. (P. deest.)*

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus 35 ad perpetuam rei memoriam.

Cum nos ante susceptionem imperialis corone rex Romanorum existen[te]s, adtendentes precelsa fidelitatis merita illustris et spectabilis viri Amedei Sabaudie comitis, principis et affinis nostri karissimi, quibus se nobis et imperio gratum et fructuosum reddere procurabat, sicut et postmodum continue reddidit et ad presens incessanter 40 reddit, ipsum Amedeum comitem Sabaudie, ducem Chablasii et Vallis Auguste, marchionem in Ytalia et dominum Baugiaci et Cologniaci, affinem et fidelem nostrum karissimum, recipientem pro se et heredibus suis Sabaudie comitibus de Sabaudia, de

994. a) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

1) *Supra nr. 914.*

qua nobis donationem et traditionem fecerat idem Amedeus, investiverimus in civitate Astensi et traditionem fecerimus in presentia reverendi in Christo patris domini domini Arnaldi Sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis, in partibus Ytalie domini summi pontificis generalis legati, necnon et venerabilium Castonis Mediolanensis archiepiscopi, Henrici Tridentini cancellarii nostri, Gerardi Basiliensis episcoporum principum nostrorum 5 ac nobilium virorum Manfredi marchionis Salutiarum, Hugonis et Guidonis Dalphini fratrum, illustris Lupoldi ducis Austrie, Philippi de Sabaudia, Aymari de Potyrs, Gratonis de Clayriaco, Aymari[a] de Bellovidere, Petri domini Altivillarii, Girardi dicti Guespa de Varas, Guillelmi de Briordo et Henrici de Septimo militum ac magistrorum Hominis de Peretulo, Anthonii de Bargiis et Petri de Claromonte iurisperitorum ac bone memorie 10 quondam Theobaldi Leodiensis consanguinei et Aymonis Gebennensis episcoporum necnon quondam Walrami de Lucelmburg germani nostri et plurium aliorum fidedignorum testium ad premissa vocatorum et rogatorum, in principatum cum sceptro regali ipsumque Amedeum Sabaudie principem constituerimus et creaverimus eidemque Amedeo et Sabaudie ultra honorem et dignitatem et nomen comitis et comitatus nomen, honorem et digni- 15 tatem atque amministrationem necnon principis et principatus privilegia plenissime largientes, et insuper ipsum Amedeum recipientem ut supra investiverimus tanquam verum et legitimum principem et comitem Sabaudie, ducem Chablasii et Vallis Auguste, marchionem in Ytalia et dominum Baugiaci et Collogniaci cum sceptro regali, quod in manu nostra tenebamus, in feudum nobile, antiquum et paternum de omnibus hiis et 20 singulis baroniis, civitatibus, castris, villis, meris et mistis imperiis et iurisdictionibus quibuslibet, regaliis, pedagiis, antiquis et consuetis levis et aliis quibuscumque rebus corporalibus et incorporalibus, que et quas ipse comes tenet et possidet vel quasi per se vel per alium vel alius ab ipso in presenti, et etiam de hiis, de quibus predecessores ipsius Amedei per predecessores nostros imperatores vel reges Romanorum, que non 25 sunt de feudo aliquarum ecclesiarum in predictis baroniis et earum pertinentiis et qualibet ipsarum et in aliqua alia parte, titulo feudi vel alio investiti fuerunt, et etiam de hiis, aliis et singulis quocumque nomine seu vocabulo nuncupatis in augmentum iam dictorum feudorum, que ad nos et imperium pertinebant in predictis et quolibet predictorum vel pertinere debebant, tanquam comissa seu escheyta vel aperta[b] vel quali- 30 cumque alia ratione, actiones et defensiones[c] pro predictis habendis, tenendis et possidendis eidem Amedeo utiles et necessarias ex causa predicta cedentes ipsumque ut vassallum nostrum procuratorem in ipsis actionibus et deffensionibus constituentes, ipseque Amedeus pro predictis nobis, osculo pacis interveniente, tactis sacrosanctis euangeliis, fidelitatem iuravit et omnia capitula, que in forma fidelitatis nova et veteri 35 continentur[1], dictusque Amedeus, postquam Deo actore dyadema imperiale suscepimus, nobis humiliter duxerit suplicandum, ut easdem investituras et concessiones premissas, quas eidem ut Romanorum rex fecimus, ut Romanorum imperator eidem faceremus et ius etiamsi non haberet constitueremus eidem, nos eiusdem iustis suplicationibus annuentes de uberiori gratia celsitudinis nostre eidem Amedeo suis exigentibus meritis 40 conplacere curantes, investituras, concessiones et omnia et singula supradicta, que nos ut rex Romanorum profitemur fecisse, ut Romanorum imperator Dei gratia ex certa scientia ratificamus et approbamus, innovamus et de novo facimus, ut melius et uberius possumus, ad utilitatem dicti Amedei et heredum suorum, non obstante eidem Amedeo iure aliquo, quod in predictis petere, exigere vel requirere posset aliquis natus ex pro- 45 genie, agnatione vel cognatione comitum Sabaudie. Nam quoad illos ius eidem comiti et heredibus suis ex certa scientia statuimus in predictis et volentes in ipsum Amedeum

995. a) Aymaro *tr.* b) apperta *tr.* c) deffenssiones *similiter semper tr.*

1) *Supra nr. 479.*

utile dominium predictorum in feudum ut supra concessorum transferre, salvo semper et reservato nobis et successoribus nostris directo dominio et alta segnoria tanquam domino superiori omnium et singulorum premissorum tam corporalium quam incorporalium et omnibus iuribus, honoribus et servitiis nobis competentibus tanquam domino 5 superiori, constituimus nos naturalem possessionem et quasi ipsarum rerum ut supra concessarum, quas non possidet vel quasi, nomine ipsius Amedei et heredum suorum possidere et quasi, donec possessionem et quasi acceperit, quam accipere possit, quandocumque de sua processerit voluntate, secundum investituram supradictam. Addicientes quod per hanc nostram investituram et concessionem non intendimus in hiis, que dictus 10 Amedeus non possidet per se vel per alium, iuri alterius derogare. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre ratificationis, approbationis, innovationis et de novo concessionis paginam infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem indignationem nostram et penam mille librarum auri puri, medietatem camere nostre, reliquam vero passis iniuriam persolvendam, se 15 noverit incursurum.

Huius autem rei testes sunt: venerabiles Oddo Pysanus et Porchetus Ianuensis archiepiscopi, Nicolaus Botrontinus episcopus principes et consiliarii nostri, Henricus de Spanhein consanguineus noster, magistri Iohannes de Vinstinga utriusque iuris doctor et Schotus de Sancto Geminiano iuris civilis professor aule nostre iudices, Symon 20 Philippi de Realibus de Pystorio miles et camerarius noster et quam plures alii fidedigni et fideles nostri dilecti.

Signum (M.) domini Henrici septimi Romanorum imperatoris invictissimi.

Dat. Pysis, sub bulla nostra aurea, III. Idus Iunii, inditione XI, anno Domini millesimo trecentesimo tertio decimo, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

25 Ego frater Henricus Tridentinus episcopus sacre inperialis aule cancellarius vice domini Henrici Coloniensis archiepiscopi sacri Romani imperii per Italiam archicancellarii recognovi.

996. *SCRIPTUM COMITIS SABAUDIAE. Iul. 10.*

Autographon, quod olim Confluentiae existens iam Berolini in tabulario regio asser- 30 *vatur, publici iuris fecimus 'Neues Archiv' XXIII, 675 nr. 6. Iterum contulimus. Sigillum deperiit, foraminibus relictis. In verso legitur:* Lrā comitis Sabaudie pro imperatore, *post* Lrā *atramento pallidiori adiecto* . f . (= scilicet? secunda?), *post* imperatore *adiecto* . 13 . *Edidit etiam Bonaini l. c. I, 275 nr. 176.*

Documentum post imperatoris mortem per familiares in Germaniam latum ad 35 *manus fratris archiepiscopi Treverensis venisse crediderim.* *(P. deest.)*

Serenissimo principi et domino suo karissimo domino Henrico Dei gratia Romanorum imperatori semper augusto Amedeus comes et[a] princeps Sabaudie cum sui recommendatione se paratum ad quevis ipsius beneplacita et mandata.

Cum vos, serenissime domine mi, iam dudum antequam imperialem accipissetis 40 coronam, permanentes in civitate Astensi me Amedeum comitem Sabaudie investiveritis in feudum inter cetera de omnibus hiis, de quibus predecessores mei comites Sabaudie fuerunt investiti vel aliquis ex eisdem per aliquem ex predecessoribus vestris Romanorum imperatoribus vel regibus, et constitueritis, vos ipsa, que non possideo, meo nomine possidere vel quasi, dederitisque michi auctoritatem ipsam possessionem acci- 45 piendi vel quasi, quandocunque de mea procederet voluntate[1], et ad presens divina favente clementia vos Romanorum imperator dictam investituram michi laudaveritis confirmaveritisque, prout vestre benignitatis litteris michi concessis aurea bulla vallatis

996. a) e *in loco raso or.*

1) *Supra nr. 479.*

plenius reseratur[1], fuerit tamen vestre voluntatis expresse, dum prelibatam confirmationem michi fecistis, ut vobis pactum facerem continens, quod ipsam possessionem vel quasi seu auctoritatem ipsam accipiendi a vestri persona non exigerem neque caperem sine vestri alia expressa licencia noviter accedente, eorum videlicet, que per me vel per alium in Italia non possideo, et quod de hoc per me observando meas vobis darem 5 litteras meo sigillo sigillatas, eapropter vestris semper in omnibus avidus beneplacitis complacere, confidens tamen de vestre celsitudinis in futurum gratia largiori, ipsum pactum ut supra vobis facio et ipsum vestre persone inviolabiliter observare promitto, volens quod in omni casu et eventu semper vobis et successoribus vestris tanquam domino feudi salvum sit directum dominium ipsarum rerum et cetera iura et honores 10 vobis in predictis competentes. In quorum omnium robur et testimonium vobis trado has meas patentes litteras sigilli mei munimine roboratas.

Dat. et actum Pysis, anno Domini MCCCXIII, indic. XI, die X. mensis Iulii, regni vestri anno quinto, imperii vero secundo.

997. *MANDATUM DALPHINO MISSUM.* *Iun. 27.* 15

Autographa duo 1) et 2), quae Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 5 nr. 7' servantur, denuo contulimus. Autographi 1 sigillum laesum pendet loro membranaceo; in verso manu Bernardi de Mercato inscriptum legitur: Lr̄a Dalphini super treugis duplex. *Autographi 2 sigillum fere illaesum item pendet loro membranaceo; dorso item manu Bernardi inscriptum est:* Lr̄a dalphini super treugis duplex, per quam 20 dominus imperator mandavit sibi, quod guerram non faceret comiti Sabaudie. *Edidit ex 2 Doenniges l. c. II, 215 nr. 64. — Böhmer, Reg. Heinr. 553 (et falso 560).*

(P. deest.)

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus spectabili viro Iohanni Dalphino Viennensi gratiam suam et omne bonum. 25

(1) Supplicavit nobis instanter dilectus fidelis et affinis noster Amedeus princeps et comes Sabaudie, quod cum tu eidem guerram facias eo quod potes exfortio terram suam invadendo, retinendo, comburendo, homines capiendo, occidendo, opera nova in locis a iure inibitis in sui et suorum preiuditium faciendo et pluribus aliis modis, eidem Amedeo licentiam vellemus concedere accedendi ad Sabaudie comitatum, ut terram suam 30 et iura defendendo tuis possit prelibatis operibus obviare. Nos autem considerantes quod per concessionem supra petite licentie, si ipsam daremus, nobis ad recuperationem iurium imperii persistentibus auxilium subtraheretur non modicum, quod iam dictus Amedeus nobis adsistens et imperio ac publice utilitati diebus singulis multimode impertitur, considerantes etiam quod de dicto Amedeo sumus parati tibi, si aliquid ab ipso 35 coram nobis petere volueris, facere iusticie complementum et quod per inibitiones guerrarum, corporum et animarum periculis quam plurimum obviatur indempnitatique terre dicti Amedei, maxime que est de pheudo nostro, modo debito providetur, eapropter tibi precipimus et mandamus, quatinus postquam hoc mandatum nostrum ad tui noticiam pervenerit sive per ipsius rescripti presentationem tibi factam, sive per ipsius con- 40 tinentiam tibi patefactam[a] per litteras venerabilis archiepiscopi Viennensis aut episcopi Valentinensis, sive per ipsius scripti publicationem in ecclesia Viennensi publice factam seu in publico positam, sine mora ab offensionibus predicti Amedei et suorum subditorum et valitorum desistas totaliter et guerra predicta omnesque tuos a predictis cessare facias subditos et amicos dictumque Amedeum et suos ut supra tuo nomine vel alieno 45 offendere non presumas nec offendi per tuos aliquatenus patiaris. (2) Et quia parum

997. a) *in loco raso* 1.

1) *Supra nr. 995.*

prodesset humilitas humilibus, si contemptus contumacibus non obesset, et ut quos Dei[b] et imperii timor et amor a malo non revocant, saltim imperialis coherceat disciplina, te exnunc prout extunc, si contra predictum mandatum nostrum feceris vel per tuos subditos aut amicos fieri passus fueris, privamus omnibus et singulis feudis, privilegiis 5 et ceteris beneficiis a regibus Romanorum vel imperatoribus nostris predecessoribus vel nobis tuis predecessoribus vel tibi concessis et que sub imperio nostro quoquomodo tenes, possides vel quasi per te vel per alium vel tenere debes, ipsa nobis et imperio applicantes, et insuper, quia vim vi repellere licet et iniuriantium iniurias propulsare necnon inobedientiam atenuare et refrenare[c] potentias, damus et concedimus in eo casu, 10 in quo predictum mandatum nostrum et ordinationem ut supra non servaveris, et in eo, in quo ut servari non feceris posse tuum et nobis aut dicto archiepiscopo nostro nomine recipienti de observando predicta tuas litteras pendenti tuo sigillo sigillatas non tradideris, liberam et impunem licentiam et auctoritatem dicto Amedeo omnibusque suis subditis et coadiutoribus, facta tua et tuorum subditorum et valitorum ut supra per nos 15 prohibita actibus contrariis et omnibus modis aliis quibus poterit propulsandi tuamque et tuorum predictorum atenuandi potentiam et tuam inobedientiam in predictis, et tanquam licentia et auctoritate nostra predicta facientibus tua capiendi et tuorum subditorum et valitorum et iam capta vel alio modo habita et que capientur vel alio modo habebuntur retinendi et sua faciendi. Et ne de vassallis tuis aut tibi alio modo 20 iuratis vel obstrictis te abinde inantea, si mandata nostra predicta contempseris, iuvare valeas, ipsos quos ob tui culpam et contumaciam tibi exnunc prout extunc ut supra adimimus, ab omni obligatione qua tibi quomodo tenentur sententialiter liberamus, salvo semper in eis omni iure nostro et imperii. (3) Hec enim omnia et singula suprascripta valere volumus[d], ex[e] certa scientia eo iure quo melius possumus, etiam ex nostre 25 plenitudine potestatis, non obstante aliquo defectu in iure vel in facto consistente. Intimantes tibi, quod si predictis mandatis nostris parueris et dictus comes aut sui abinde inantea tibi aut tuis guerram fecerint, quod non facere dictus comes nobis promisit in eo casu, quo suprascripta mandata nostra servaveris, nos illud tibi et tuis faciemus, prout consonum rationi fuerit, integraliter emendari.

30 Dat. Pisis, V. Kal. Iulii, regni nostri anno V, imperii vero primo.

---

998. COMMISSIO VICARIATUS.

1313. Iun. 11.

Ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXVII. Edidit Doenniges l. c. I, 80 nr. 103. Denuo contulimus.*

35 *Cf. alias commissiones supra nr. 945 et 970.* *(P. decst.)*

Le uncime jour dou moys de Jugn monser Symonz Philippes fust faiz vicaires generaux e capitaines de guerre en Lulysana, en Versille e en Gualfagnana. E li fu comis li regimenz de chascun lue de les dites provincies, qui sont e vendront a la obedience dou segnour, juques au bon plaisir dou segnour. E jura de faire l'office 40 bien e loialment etc.

---

997. b) *corr. ex* diei 1; dej, j *in loco raso* 2. c) fre *in loco raso* 1. d) *virga in loco raso* 1; *prius scriptum esse videtur* et. e) *supra lineam scriptum* 2.

999—1002. PRIVILEGIUM ET MANDATA CIVITATI NORIMBERGENSI CONCESSA.

1313. Iun. 11.—Iul. 16.

999. *PRIVILEGIUM IMPERATORIS.* *Iun. 11.*

Descripsimus autographon, quod servatur Monaci in tabulario generali regni Bawarici 'Reichsstadt Nürnberg Nachtrag fasc. 2' servatum. Pendet sigillum illaesum filis sericis flavi rubeique coloris. In verso nihil exaratum est.

Cf. confirmationem privilegii Friderici II. Iun. 13. datam Böhmer, Reg. Heinr. 549, cuius autographon ibidem 'Raritäten-Selekt' nr. 15 servatum praecellit bulla aurea. — Böhmer, Reg. Heinr. 548. *(P. deest.)*

Henricus septimus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

1. Dum profectus et commoda fidelium nostrorum debite sollicitudinis studio procuramus, decus et honorem imperii multipliciter attolimus et subiectorum obsequia nostris imperialibus beneplacitis efficimus promptiora. Disponentes igitur affectu benivolo dilectorum fidelium nostrorum civium Nůrembergensium, quantum digne possumus, votivis supplicationibus benignum prebere consensum, infrascriptos articulos specialiter quoad eorum civium et civitatis Nurembergensis commoditates augendas statuimus observandos.

2. Inprimis videlicet quod scultetus Nůrembergensis qui pro tempore fuerit stratas conmunes vel regias vulgariter appellatas defendere ac per eas secure conducere debeat quoslibet transeuntes.

3. Sculteto etiam et civibus Nůrembergensibus liceat sub forma iuris in concivem eorum recipere quemlibet requirentem.

4. Insuper scultetus Nůrembergensis semel in quolibet anno coram consulibus civitatis eiusdem iuramentum prestet de faciendo iudicium equanimiter tam pauperibus quam divitibus secundum rationabilem sententiam scabinorum.

5. Item scultetus civitatis predicte quemlibet civem ipsius detentum debeat excredere sub fideiussoria cautione ac de eo iudicare secundum[a] et rationabilem sententiam scabinorum, nisi atrocitas[b] facti seu cause detentionis ipsius aliud exigat vel requirat.

6. Ceterum quod omnes utriusque sexus homines dicte civitatis Nůrembergensis trahi non possint in causis civilibus ad aliena iudicia, sed conveniri debeant coram iudice suo, dummodo coram illo querelantibus iusticia non negetur[1].

7. Quidquid etiam consules et scabini civitatis Nůrembergensis predicte sub iuramento prestito pro pace ac moderamine rerum venalium infra civitatem eandem statuerint tam ab extraneis quam a civibus observetur.

8. Castrum vero et turris in medio eius sita a civitate Nůrembergensi in tantum alienari non debent, quin castellanus seu possessor eorum ipsis civibus cautionem faciat[2], quod decedente imperatore vel rege Romanorum ipsum castrum et turris predicta ad gubernandum[c] ea usque ad futuri regis creationem devolvantur ad eos.

9. Quodque notarius iudicii provincialis a civitate predicta non alienetur, sed ibidem residenciam faciat et . . sculteto Nůrembergensi obediat pariter et intendat.

999. a) *sic or.* b) *corr. ex* auctoritas *or.* c) r *in loco raso or.*

1) *Cf. mandatum infra nr. 1000.* 2) *Cf. mandatum infra nr. 1002.*

10. Nemo etiam sentenciam in iudicio provinciali promulget, nisi milites vel honesti cives iurati dicte civitatis Nûrembergensis existant.

11. Demum quod universi et singuli cives Nûrembergenses et eorum bona a theloneorum et pedagiorum solucione eximantur in civitatibus et locis singulis, quorum 5 cives etiam et bona econverso apud civitatem Nûremberg fuerunt hactenus exempti pariter et exempta.

12. Premissos autem articulos omnes de speciali gratia et imperialis plenitudine potestatis in favorem et utilitatem civium Nûrembergensium predictorum tenore presencium statuimus et eos usque ad nostre voluntatis beneplacitum valituros esse decernimus 10 et inviolabiliter ab omnibus observari mandamus. Firmiter inhibentes ne quis ipsos cives in premissis vel eorum aliquem contra presentis pagine nostre tenorem impedire molestare vel gravare presumat. Quod qui secus facere presumpserit, indignationem nostram et penam centum librarum auri puri, quarum medietas camere nostre, reliqua vero passis iniuriam persolvatur, se noverit incursurum.

15 Datum Pysis, III. Idus Iunii, indictione XI., anno Domini millesimo trecentesimo terciodecimo, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

1000—1002. *MANDATA IMPERIALIA. Iun. 26.—Iul. 16.*

1000. *MANDATUM DE NON EVOCANDO. Iun. 26.*

Autographon eiusdem tabularii 'Reichsstadt Nürnberg Nachtrag' fasc. 13 nr. 82 20 *hucusque ineditum descripsimus. Pendent sigilli fragmenta loro membranaceo. Scriptum est manu Italica. In margine dextro plicae inscriptum est ad nomen scriptoris indicandum:* .J. *In verso legitur manu cancellariae exaratum:* ℞ (= Registrat.). — *Böhmer, Reg. Heinr. 551.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilecto .. sculteto 25 suo in Nuerenberg gratiam suam et omne bonum.

Attendentes grata fidelitatis servitia, que dilecti fideles nostri cives Nurenbergen(ses) nobis et imperio exhibuerunt hactenus et exhibent incessanter, et propter hoc habentes de conservatione iurium et libertatum suorum vigilantiam spetialem, tue fidelitati districte precipiendo mandamus, quatinus eis, ne per venerabilem .. episcopum 30 Babenbergensem[a] vel eius officiales in causis civilibus indebite ad iuditium evocentur[1], presidio defensionis assistens non permittas ipsos cives vel eorum aliquem super hiis ab eodem episcopo vel officialibus eius indebite molestari. Molestatores et contradictores auctoritate nostra efficaciter compellendo.

Dat. Pisis, VI. Kal. Iulii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

35 1001. *MANDATUM DE IUDAEIS. Iun. 26.*

Item autographon 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 181¼ asservatum hucusque ineditum descripsimus. Eadem manu scriptum est ac nr. 1000. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. Plicae item inscriptum est: J. *In verso item legitur:* ℞. — *Böhmer, Reg. Heinr. 552.* *(P. deest.)*

40 Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilecto sculteto suo in Nurenberg gratiam suam et omne bonum.

Cum ex cesarei offitii debito singulos imperii subditos teneamur in suis iuribus confovere, fidelitati tue presentium tenore committimus et mandamus, quatinus universis

1000. a) ber, b *corr. super* n, er *in loco raso or.*

45 1) *Cf. nr. 999 cap. 6.*

et singulis Iudeis Nurenburgen(sibus)[a] contra eorum molestatores et oppressores presidio debite defensionis asistens non permittas eos in suis iuribus a quoquam indebite molestari, molestatores auctoritate nostra efficaciter compellendo. Preterea de tue providentie ac fidelitatis meritis plenam fidutiam obtinentes tibi recipiendi et admittendi ad habitationem et civilitatem terre Nuerenb(er)gen(sis) omnes et singulos Iudeos, qui ad habitandum et manendum ibidem voluerint accedere, contradictione qualibet Iudeorum Nuremburgen(sium)[b] non obstante, auctoritatem tenore presentium concedimus et largimur.

Dat. Pisis, VI. Kal. Iulii, regni nostri anno V, imperii vero primo.

1002. *MANDATUM DE CASTRO NORIMBERGENSI.* *Iul. 16.*

Item autographon 'Reichsstadt Nürnberg Nachtrag' fasc. 2 nr. 8 descripsimus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Scriptum est manu Germanica. In verso nihil exaratum esse videtur. — Böhmer, Reg. Heinr. 558. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Rom(anorum) imperator semper augustus dilectis fidelibus suis . . burgravio et castellanis[a], qui pro tempore fuerint in castro Nůrembergensi pro parte imperii commorantes gratiam suam et omne bonum.

Prosperum et pacificum statum civitatis et civium nostrorum Nurembergensium plurimum affectantes ac nolentes propter hoc, quod castrum nostrum Nůremberch ullo casu qui eveniret a civitate ipsa alienari debeat vel quomodolibet separari, fidelitati vestre sue obtentu favoris et gratie nostre districte precipiendo mandamus, quatinus eisdem civibus secundum continentiam privilegiorum suorum, que sibi de imperiali clementia duximus concedenda, cum dicto castro nostro, quando iidem cives vos super hoc requisierint et fuerit oportunum, pareatis et in omnibus intendatis et de hoc fatiendo statim exnunc prestetis eis[b] debitam cautionem[1], hoc nullatenus omittendo.

Datum Pysis, XVII. Kalen. Augusti, regni nostri anno quinto, imperii vero secundo.

1003—1008. TRACTATUS FINALES CUM CLEMENTE V. PAPA.

1313. Iun. 12.—(Iul. ex.).

1003. *PROCESSUS PONTIFICIS CONTRA REGNUM SICILIAE INVADENTES.* *Iun. 12.*

Contulimus 1) transsumtum post Iul. 4 confectum, de quo v. infra nr. 1005; 2) copiam manu Pauli de Podio Bonizi ut videtur scriptam, quae servatur Taurini in tabulario regio inter collectanea Bernardi de Mercato 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 46; in verso sigilli vestigia adsunt; inscripta est: Copia processus pape; *3) Regestum Clementis V. papae, in editione supra ad nr. 298 citata sub nr. 10021. Edidit ex 1 et 2 Doenniges l. c. II, 87 nr. 35a.*

1001. a) *sic or.* b) r *corr. ex initio litterae* g *or.*

1002. a) is *corr. ex* o *or.* b) *stilo acutiori supra lineam add. or.*

1) *Cf. nr. 999 cap. 8.*

Omnino neglleximus textum, quem suo Marte variatum praebet Albertinus Mussatus l. 16 c. 3 (Muratori 'Rerum Italicarum scriptores' X, 564). Itemque Raynaldus ad a. 1313 § 21 textum Registri abbreviavit. Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 340.

(P. deest.)

5 Clemens episcopus servus servorum Dei[a] ad perpetuam rei memoriam.

Inter cetera, quorum nos cura sollicitat, illa precipue meditatio mentem nostram occupat illaque nos sollicitudo fatigat, ut ecclesie Romane bonis et iuribus in sua stabilitate servatis status eius preservetur a noxiis, salubria semper incrementa suscipiat et nostre ministerio servitutis copiose pacis affluat ubertate. Nuper siquidem a pluribus 10 fidedignis, quorum auditui innotuisse[b] dinoscitur, intellecto, quod nonnulli multarum in diversis locis et partibus preparabant stolium galearum et alios faciebant bellicos apparatus, ac ex coniecturis suspicaremur[c] variis, ad[d] regnum Sicilie seu terram citra Farum[e], que de regno ipso fore dinoscitur, queve ad nos et predictam[f] ecclesiam pertinent pleno iure et que carissimus in Christo filius noster Robertus Sicilie rex illustris, 15 noster et ecclesie predicte vassallus, a nobis et eadem ecclesia[g] tenet in feudum, hostiliter invadendum vel[h] offendendum stolium et apparatum huiusmodi, quamvis[i] hoc vix possimus credere, preparari, nos ecclesie prefate ac nobis et regno ac terre predictis, que velut recreationis nostre pomerium delectabiliter[k] intuemur et in apostolici pectoris medio pre multa dilectione[l] portamus, et adversus talium molimina providere volentes 20 ac periculis animarum, corporum detrimentis, bonorum dispendiis[m], gravissimis scandalis et irreparabilibus[n] incommodis Terre Sancte, que possent ex hiis, si procedi quod absit ad illa contingeret, merito formidari, salubriter obviare, presertim cum simus parati omnibus de ipso rege Sicilie conquerentibus iusticiam exhibere, universis et singulis clericis et laicis, cuiuscunque conditionis, ordinis, status, dignitatis vel preminentie fuerint, 25 etiamsi pontificali vel imperiali sive regali aut quacunque alia prefulgeant dignitate, ac universitatibus, comunitatibus et civitatibus quibuscunque auctoritate apostolica districtius inhibemus et expresse precipimus, ne dictum regnum vel[o] terram aut partem vel aliqua loca[o] eorum vel alterius eorumdem per terram vel mare quocunque colore quesito invadere vel offendere aut propter hoc recipere vel exhibere stipendia sive galeas seu 30 alia vasa maritima dare, locare, comodare aut titulo quocunque concedere seu remigare in eis vel eadem galeas seu vasa conducere quovis modo presumant sive prestare super hiis presumptoribus ipsis auxilium, consilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte. Nos enim in omnes et singulos, qui contra inhibitionem et mandatum huiusmodi venire presumpserint, etiamsi ut predicitur pontificali aut imperiali seu regali 35 aut[p] quavis alia premineant dignitate, de fratrum nostrorum consilio excommunicationis, quam eo ipso incurrant, sententiam promulgamus eorumque terras et loca et ipsorum et[q] quaslibet alias comunitates ac universitates et civitates contra premissa vel premissorum aliquod attemptantes ecclesiastico subicimus interdicto, contra eos nichilominus ad privationem omnium privilegiorum, indulgentiarum et graciarum, que ab eadem 40 Romana, necnon et feudorum, bonorum, honorum, officiorum et iurium quorumcunque, que ab ipsa et quibusvis aliis tenent ecclesiis, et alias spiritualiter et temporaliter gravius[r] processuri, prout inobedientia eorum exegerit, qualitas facti suaserit et viderimus expedire. Ut autem huiusmodi[s] noster processus[t] ad comunem omnium notitiam deducatur, cartas sive[u] menbranas processum continentes eundem in ecclesie Avinio-

45 **1003.** a) Clemens — Dei *desunt* 3. b) invenisse 2. c) suspicaretur 2. d) *deest* 1. 2. e) Faurum 1. f) Romanam 2. 3. g) *loco* ead. eccl. 2. 3: ecclesia predicta. h) et 2. 3. i) *supra lineam add.* 1. k) *deest* 2. l) dilectatione 2. m) et *add.* 2. 3. n) irreportabilibus 2. o) *loco* vel — loca 2: aut terras seu partes aliquas; 3: aut terram seu partem vel aliqua . . . loca. p) vel 2. 3. q) ipsorum et *deest* 1; et *deest* 2. r) gravius *deest* 3. s) *loco* huiusmodi — publicatur 1: etc. 50 t) processus noster 3. u) seu 3.

nensis appendi vel affigi hostiis seu superliminariis faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ita quod omnes et singuli, quos processus ipse contingit et inposterum contingere poterit, nullam postea possint excusationem pretendere, quod ad eos talis processus non pervenerit vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur[s].

Actum apud Castrum Novum Avinion. dioc. in palacio ipsius castri[v], II. Id. Iunii, pontificatus nostri anno octavo.

1004. *PROTESTATIO IMPERATORIS DE SENTENTIA CONTRA REGEM SICILIAE LATA. Iul. 4.*

Documentum gravissimum hucusque ineditum proponimus ex transsumto nescio a quonam scriptore ad instrumentum ab Iohanne de Urbino exaratum confecto[1]. *Servatur in eodem tabulario l. c. 'Mazzo 3 nr. 23'. In verso legitur:* quoddam instrumentum factum per magistrum Iohannem de Urbino. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem millesimo trecentesimo tertiodecimo, indict. XI, pontificatus sanctissimi patris domini Clementis divina providentia pape V. anno octavo et imperii victoriosissimi principis domini Henrici septimi Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti anno secundo, regni vero eius quinto, die quarta Iulii, ipse dominus imperator in presentia mei Iohannis et magistri Bernardi notariorum ac testium infrascriptorum expresse dixit et protestatus fuit, quod per sententiam, quam pridem super crimine lese maiestatis contra Robertum natum clare memorie Caroli secundi, qui se olim Sicilie regem intitulavit, et obedientes vel favorem contra ipsius domini imperatoris honorem prestantes eidem tulit, sive per quemcunque[a] seu quoscunque alios processus factos vel faciendos ab ipso domino imperatore vel aliis eius mandato ubicunque et quomodocunque ad executionem dicte sententie vel alia quacunque causa nunquam fuit nec est sue voluntatis[b] vel intentionis honoribus vel iuribus seu iurisdictionibus quibuscunque dicti domini[c] pape sive sacrosancte Romane ecclesie in aliquo derogare vel preiudicare quoquo modo. Et si quid in premissis vel aliis per eundem dominum imperatorem forsan[d] factum esset vel fieret, quod non credit, quod esset in preiuditium vel derogationem honorum vel iurium vel iurisdictionum predictorum, id non fuit nec est nec esset ex sua scientia, sed per ingnorantiam et errorem. Et per premissos sententiam[e] et processus ubicunque et quomodocunque factos et faciendos intendit idem dominus imperator, ut protestando dixit, ad iustitiam exequendam et vim repellendam, quam ipse Robertus per se et predictos obedientes et favorem prestantes eidem fecit hactenus eidem domino imperatori et continue facit, terras imperii pro posse invadendo et occupando et impediendo eundem dominum imperatorem in suis iuribus et iurisdictionibus, que in Ytalia sibi competere dinoscuntur.

Actum Pisis in hospitio ipsius domini imperatoris. Presentibus venerabilibus, magnificis et honestis viris Odone archiepiscopo Pisano, Henrico cancellario nostro Tridentino et Nicholao Botrontin(o) episcopis, Amedeo Sabaudie comite, Ranerio abbate monasterii Montis Imperialis, Iohanne de Vistinga[f], Antonio de Bargiis, Antonio de Surdis de Placentia iurisperitis et pluribus aliis testibus.

1003. v) in pal. ips. castri *desunt* 2.

1004. a) quenconque *tr.* b) voluntatibus *tr.* c) dñe *tr.* d) forsam *tr.* e) semtentiam *tr.* f) *prima* i *corr. ex* e *tr.*

1) *Quae notat Samanek loco supra ad nr. 703—712 citato pag. 244 not. 2 in fine, erronea sunt.*

[g]Et ego Iohannes quondam Petri de Urbino publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius protestationi seu protestationibus prescriptis, dum per ipsum dominum imperatorem taliter fierent, una cum magistro Bernardo et testibus supradictis interfui et exinde hoc instrumentum scripsi et publicavi rogatus.

5 **1005.** *RESPONSUM IMPERATORIS LEGATIS DATUM.* *(post Iul. 4.)*

Instrumentum a Bernardo Baboti de Sancta Speria post Iul. 4 confectum exemplavit Bernardus de Mercato. Cuius exemplar in initio valde corrosum, quod Taurini in tabulario regio l. c. 'Mazzo 4 nr. 11' fol. 45 servatur, denuo accuratissime contulimus. Quae in initio desunt, supplevimus ex Protestatione imperatoris supra nr. 1004. Edidit 10 *Doenniges loco supra ad nr. 1003 citato. — Böhmer, Reg. Heinr. 550. (P. deest.)*

In nomine Domini amen.

(1) Anno nativitatis eiusdem M [trecentesimo tertiodecimo, indict. XI, pontificatus sanctissimi patr]is[a] et domini nostri domini Clementis divina providentia pape quinti [anno octavo, die ....[1] Iulii, coram infrascriptis testibus person]aliter[a] constitutis[b] 15 religiosis et venerabilibus viris fratribus Armando de Bellovisu et Iohanne Peregrini ordinis fratrum Predicatorum, nunciis domini nostri summi pontificis, ut per ipsius litteras per me notarium infrascriptum diligenter inspectas plene constat, in civitate Pisana in camera imperiali in[c] presencia serenissimi principis et domini domini Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti reverenter et benigne per dictum dominum 20 imperatorem ad osculum pacis receptis, idem frater Armandus eidem domino imperatori ex parte eiusdem domini nostri summi pontificis presentavit, ac etiam tradidit quasdam clausas litteras apostolicas cum filo canapis et bulla in pendenti more curie Romane bullatas, ut prima facie apparebat, et superscriptas sic 'Carissimo in Christo filio Henrico imperatori Romanorum semper augusto'[2].

25 (2) Quibus quidem apostolicis litteris per dominum imperatorem predictum benigne et reverenter receptis, iterum dictis fratribus paulo post in eiusdem domini imperatoris et testium, de quibus ut predicitur[d], infrascriptorum presentia constitutis, prefatus frater Armandus proposito serioso prologo et facto sermone presentavit exhibuit et personaliter de verbo ad verbum legit distincte et apperte ac etiam publicavit quasdam alias 30 patentes litteras apostolicas non vitiatas, non abolitas, non corruptas nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni suspitione carentes, cum filis de serico et bulla inpendenti ut predicitur more curie Romane bullatas, ut prima facie apparebat. Quarum tenor talis est:

'Clemens episcopus — anno octavo.' *supra nr. 1003.*

(3) Quibus quidem prefatis apostolicis patentibus litteris per dictum dominum 35 imperatorem cum qua decet reverentia diligenter auditis, ipse dominus imperator respondens ad ea, que dictus frater Armandus proposuerat et que dicte apostolice littere continebant, dixit: quod exortationes apostolicas benigne audiverat quodque nunquam habuit nec habet in proposito iura sancte Romane ecclesie occupare, invadere vel diminuere in aliquo seu sibi preiudicium facere quoquomodo, immo intendit et cupit ea conservare 40 et augere pro posse et totum suum desiderium semper fuit et ad presens esse noscitur ad negocium recuperationis Terre Sancte et in omnibus actibus suis et gestis ad recu-

1004. g) *signum notarii desideratur tr.*

1005. a) *uncis inclusa, quae originali omnino corroso iam desunt, nostro Marte supplevimus ad modum nr. 1004.* b) is *corr. ex* us *tr.* c) *sequitur* seren *delet. tr.* d) *sic tr.*

45 1) *Post Iul. 4, cf. infra nr. 1008 cap. 4.* 2) *De litteris credentialibus cogitandum est, quae servatae non sunt.*

perationem ipsam sue intentionis studia principaliter convertuntur. Et licet ipse dominus imperator ut dixit de premissis, quantum est pro se suisque negociis, non commoveatur neque turbetur, miratur tamen de hiis, que in dictis litteris apostolicis continentur, cum timeat ad suggestionem inimicorum et emulorum suorum in detrimentum iuris et iusticie ipsa esse facta, et que non ad reparationem[e] pacifici status christianorum et accelerationem, immo in impeditionem passagii Terre Sancte possent, si successum haberent, periculosis eventibus redundare, ad quod passagium idem dominus imperator summo desiderio noscitur hanelare. Et confidit pro constanti prefatus dominus imperator, sicut asseruit, quod si dominus papa suam scivisset intentionem et desiderium, ad premissa non processisset nec procederet, sed predicta fecit, quia male informatus est de ipso per eos, qui nec ipsum dominum imperatorem nec etiam sanctam ecclesiam diligunt. Deliberabit tamen super propositis per ipsum fratrem Armandum et eidem domino pape plenius respondebit.

(4) Post responsionem vero predictam dominus imperator predictus petit de [pre]dictis apostolicis patentibus litteris copiam sibi dari[1], que per dictum fratrem Armandum fuit eidem exhibita et concessa.

(5) De quibus omnibus et singulis supradictis prefati dominus imperator et fratres petierunt quilibet pro parte sua per me notarium infrascriptum sibi fieri publicum instrumentum unius et eiusdem continencieque tenoris.

Actum Pisis in camera imperiali, anno, inditione, die, mense et pontificatu predictis. Presentibus reverendis patribus et dominis dominis Lucha Sancte Marie in Via lata dyacono cardinali, fratribus Oddone Pisano archiepiscopo, Henrico cancellario ipsius domini imperatoris Tridentino et Nycholao Butrontino episcopis, Raynerio abbate monasterii Montis Imperialis et magni[ficis] viris dominis Amadeo comite Sabaudie, Henrico de Flandria marescalco eiusdem domini imperatoris et prudentibus viris dominis Henrico de Montarso plebano plebis de Lardencia, Iohanne de Vistinga, Anthonio de Placencia, Homine de Peretulo[f] et Anthonio de Bargiis iurisperitis testibus ad premissa.

[g]Et ego Bernardus Baboti de Sancta Speria Caturcen. dioc. publicus auctoritate apostolica notarius presentationi, exhibitioni, lectioni, traditioni et responsioni premissis una cum magistris Bernardo de Mercato de Yenna et Iohanne de Urbino publicis apostolica et imperiali auctoritate notariis et aliis testibus suprascriptis et omnibus aliis et singulis superius expressatis et contentis, anno, indic., die, mense et pontificatu predictis, presens interfui eaque propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi signoque meo consueto signavi rogatus.

1006—1008. *LEGATIO IMPERATORIS PONTIFICI MISSA.* *(Iul. ex.)*

De hac legatione v. Historiam Iohannis de Cermenate (ed. Ferrai 'Fonti per la storia d'Italia' II. 1889) pag. 125, itemque Nicolaum Botrontinensem (ed. Heyck) pag. 84, ubi haec: Cum quanta reverentia in Pisis nuntios vestros, qui processus [contra imperatorem et *cancellat.*][2] coram eo publicaverunt, et quomodo voluit, quod ipsos honorarem et in civitate et per mare securos conducerem, quid responderit eis et protestationem, quam ibi fecit non solum cristiani regis, sed cristianissimi imperatoris, quam hic presentem habeo, personam vestram et ecclesiam Romanam quanta reverentia et dilectione habebat ostendentem, et multa circa ista non scribo, credens probabiliter, quod fratres vestri nuntii ordinate et diffuse sanctitati vestre retulerunt.

1005. e) raparationem *tr.* f) *praecedit* perutulo *delet. tr.* g) *signum notarii desideratur tr.*

1) *Videtur esse copia supra nr. 1003 sub* 2 *adhibita.* 2) *Cf. Bresslau 'Neues Archiv' XXXI, 149.*

Teste Iohanne de Cermenate missi sunt Henricus cancellarius, episcopus Botrontinensis et comes Sabaudiae[1].

1006. *INSTRUCTIO LEGATORUM.*

Manu Leopardi Frenetti notarii scripta servatur Taurini in tabulario regio l. c. 'Mazzo 4 nr. 11' fol. 23 sqq. In verso fol. 26' manu ut crediderim saec. XV. scripta sunt: hoc non expedit copiare. *Edidit Doenniges l. c. II, 81 nr. 33. Denuo nos ipsi accuratissime contulimus. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 550.* *(P. deest.)*

Pater sancte, devotus filius vester Romanorum imperator cum debita reverentia se vestre recommendat sanctitati et nota vobis facere proposuit quedam que vobis dicturi sumus, cum vobis placuerit auditum vestrum nobis prestare benignum.

'Dicatis' respondet papa etc. que sibi placet dicere.

Hic esset premictenda aliqua auctoritas ad ostendendum, quod accepti beneficii memores esse debemus.

1. Pater sancte, sicut in auctoritate premissa colligitur, dominus noster imperator, ne videatur beneficiorum sibi et suis per vestram paternitatem et Romanam ecclesiam collatorum ingratus, libentissime sue reducit memorie grata vestre sanctitatis opera, que tam circa promotionem fratris sui in archiepiscopum Treverensem ante sue in Romanorum regem electionis[a] initium, quam circa ipsius electionis canonice celerem declarationem et sue persone sufficientie ad imperii suscipiendam coronam, necnon pacificum introitum Lombardie et subditorum imperii exortationem ad obediendum eidem et aliquorum principum ipsius imperii benivolentiam procurandam et ut effectum consequeretur optatum, circa concessionem legati a latere vestri et aliorum cardinalium, per quos ut deceret eidem unctio, consecratio et diadematis imperialis fieret largitio, et circa declarationem eorum, que dicti cardinales in sui persona fecerant vel facturi erant, vestra paternitas egisse dignoscitur incessanter. Ex quibus et aliis quam plurimis vestrum et fratrum vestrorum dominorum[b] cardinalium et universalis Dei ecclesie se asserit multipliciter debitorem et ut verba factis respondeant, offert se ipsum debitum in eo quod deest soluturum in vestris beneplacitis pro viribus adimplendis.

2. Verum quia aliqua contra vestrum ut firmiter credit propositum eidem et suis facta fuerunt et adhuc fiunt in contemptum vestrum et sancte ecclesie et in maximum dampnum et preiudicium sui et imperii et totius christianitatis et eius quod semper gessit in mente, videlicet pacificato imperio recuperatio Terre Sancte, que si remanerent iustitia mediante inulta, Deo, vobis et mundo nullatenus complaceret nec complacere deberet multis causis et rationibus, que vestram sanctitatem non latent et idcirco ipsas exprimere ad presens omictimus et ne nimio sermone aures vestre paternitatis offendere valeremus, eapropter ipsa, licet alias vobis tam per suos nuntios quam multis aliis modis nota, etiam tanquam notoria[c] sint, ex ipsius domini nostri imperatoris precepto vestre sanctitati explicare curavimus, ut eisdem Dei et vestri et dominorum cardinalium et totius ecclesie sancte Dei et imperii et totius christianitatis fidelium opportunis occurratur et provideatur remediis.

3. Verum est, pater sancte, quod Robertus condam rex Sicilie, dum dominus noster imperator rex Romanorum veniret de Alamania in Ytaliam, misit eidem nuntios suos una cum vestris ad declarandum ipsi domino nostro, sicut promotio sua in regnum pre-

1006. a) *sequitur in fine lineae delet.* jniti. b) *supra lineam add.* c) *sequitur in fine lineae delet.* sunt.

1) *V. etiam infra pag. 1075 lin. 11 et Gabotto 'Asti e la politica Sabauda in Italia' (Pinerolo 1903) pag. 319.*

dictum et subsequenter in imperium placebat ei, et cum ipse Robertus teneretur eidem ratione imperii ad homagium et comode consideratis aliquibus preteritis non posset ire ad ipsum, quod vellet ei terminum et tempus prorogare et assignare ad alias partes et aliud tempus.

Istorum fiat hic recitatio, sicut fuit factum. 5

Postea vero cum sanctitas vestra aliquibus consideratis de coronatione predicta aliud ordinaret, iterum ad vestri postulationem et ipsius Roberti, quem dominus noster tanquam fidelem prosequebatur favoribus et gratiis largioribus prosequi intendebat, prefatus dominus noster iterum eidem terminum prorogavit ad diem sue coronationis in Urbe, ad quam diem et ad ipsum dominum honorandum dictus condam rex se 10 interesse eidem domino nostro per suas licteras et nuntios pluries intimavit.

Hic recitetur processus ille.

Qualiter autem ipse Robertus fuerit in dicta Urbe ad ipsum dominum suum honorandum et homagium eidem faciendum, Deus et quasi totus mundus novit, quia ipse fuit ibi per Iohannem fratrem suum et gentes suas et etiam gentes, que sunt de terra 15 vestra, pater sancte, ibique per dictum fratrem suum et gentem suam fecit sic et sic.

Hic recitetur processus.

Postea autem mala malis accumulando, cum dominus noster recederet de Urbe et veniret versus terram suam Tuscie, dictus Robertus honoravit dominum suum predictum per gentes suas, quas misit Florentiam contra ipsum. 20

Hic recitetur ille processus.

Insuper volens emendare quod male egerat, ipsam civitatem Florentie in suum licet illicitum recepit dominium et plura alia loca Tuscie ibique tenet gentes suas[d] contra prefatum dominum suum et in sui preiudicium et totius imperii et occupatione eorum, que sunt imperii et non sua, non solum defensionem[e] locorum ubi sunt faciendo, 25 sed etiam loca et fideles imperii offendendo.

Preterea[f] non contentus occupatione terrarum imperii in partibus Pedismontis iam dudum facta, de novo post ipsius domini nostri ad partes Lombardie accessum, loca quedam imperii occupavit et quedam in rebellionem deduxit, quedam etiam in rebellione persistentia suis protexit favoribus et auxiliis, omnia predicta et singula per se et per 30 alios quibusdam interdum cavillationibus et simulatis operibus interiectis contra dominum suum faciendo et publicam pacis et quietis utilitatem comunem, ad quam dictus dominus noster totis viribus habuit et habet intentum.

Que quam sint enormia, iuri et bonis moribus contraria, nefanda, omnibus plena malis, Deo et mundo displicibilia atque vobis et matri sancte ecclesie, nullus est qui 35 posset plene aut comode enarrare.

4. Igitur, pater clementissime, ut predicta que male acta sunt pena in exemplum proditorum debita feriantur et que fieri inchoata sunt de medio subtollantur, ne procedant in peius, et ut imperii florescat tranquillitas in honorem Dei et vestri et ecclesie sancte et totius christianitatis, suplicat sanctitati vestre dictus dominus noster per nos, 40 quatinus eidem tanquam filio vestro precipuo, statu suo considerato unico clipeo, advocato et defensori vestro necnon inimicorum ecclesie et fidei christiane hosti maximo, tantum et tale eidem velitis consilium et auxilium impertiri, quod in predictis et circa predicta et predictorum occasionem effectum valeat consequi peroptatum, quia supra omnes est, ut attenuata ubique ipsius Roberti infidelis sui potentia et sic ut sperat 45 pacificato imperio circa divine iniurie ultionem, Terre Sancte et ecclesie Dei[g] recuperationem toto suo exfortio Dei et vestro auxilio dirigat effectualiter actus suos.

1006. d) tuas. e) nē *supra lineam add.* f) *sequitur* et *delet.* g) *sequitur in fine lineae* rei *delet.*

5. Preterea ne taciturnitate videretur approbare culpam esse, ubi non est, eapropter sui et suorum excusationes paternitati vestre notas esse vult super hiis, que nuper per talem fratrem Predicatorem nuntium vestrum vestrasque licteras[h] eidem vobis placuit intimare[1].

5 Et primo super eo etc. ut in licteris continetur[i].

Hec surridendo dicantur in eius principio.

6. Finaliter, pater sancte, dominus noster dixit, quod nos diceremus vobis, quod ipse aliquantulum conqueritur de sanctitate vestra et fortius conquereretur, nisi spem haberet certissimam, quod ea propter que conqueritur talem per sanctitatem vestram 10 emendam recipient, quod inde multo vobis tenebitur ad merita gratiarum.

Et primo conqueritur:

Hic dicantur multe iuste querele.

Et de processibus et de aliis factis per papam et tolleratis, que tollerari non debebant.

15 7. Si papa queret, quem vult imperator esse effectum sue requisitionis, dicendum est quod effectum vellet esse ⟨primo etc. prout in alia nota sic signata +⟩[k].

(I) Primo quod legatus concedatur petitus a domino imperatore, qui verisimiliter habeat maiorem voluntatem deducendi ad effectum negotia domini, quam ille qui ibi est ad presens. Et qui legatus habeat in mandatis a domino papa monendi omnes 20 laicos sub imperio constitutos, quod ipsi obediant ipsi imperatori, prout debent de iure, et quod non sint ei contrarii aut rebelles, et ipsos excommunicandi, si[l] noluerint obedire, et postquam in excommunicatione per certum tempus perstiterint, contra ipsos tanquam contra infideles et ecclesie rebelles crucem predicandi et ulterius procedendi, prout eidem domino imperatori et legato videbitur expedire.

25 (II) Item habeat dictus legatus in mandatis monere omnes prelatos in imperio constitutos, ne sint contra imperatorem, set[m] eidem respondeant et pareant de ipsorum temporalibus, prout est iuri consonum.

(III) Item inquirere contra ipsos, qui contra fecerunt et facient, et procedere ad privationem[m] beneficiorum et alios ibi ponere gratos et amicos domino.

30 (IV) Item habeat ipse legatus in mandatis monendi omnes subditos ecclesie temporaliter inmediate aut dimidiate, ne ipsi sint contra imperatorem aliquo modo, set potius in ipsius auxilium tanquam patroni et boni filii ecclesie.

(V) Item inquirendi contra eos qui[n] facerent in contrarium et compellendi eos modis omnibus quibus poterit ad emendam faciendam ipsi imperatori et gentibus 35 suis de dampnis et iniuriis eidem et suis per ipsos illatis et ipsorum auxilio.

(VI) Item erit effectus suplicationis, quod terram et patrimonium ecclesie quam papa posuit in gubernatione Roberti, ne de ipsa se iuvet contra ipsum imperatorem, tollat de posse et gubernatione ipsius Roberti et cuiuslibet alterius rebellis imperii et quod ponat in ipsa terra tales rectores, qui non ad dampnum intendant et diminu- 40 tionem imperii, set potius ad auxilium et augmentum et maxime in[o] Urbe.

(VII) Item quod ipse papa tollat processus factos[2] contra ipsum imperatorem et imperii fideles, cum non sint consoni rationi, eo quia ipse imperator non intendit ad dampnum vel diminutionem ecclesie, set potius ad augmentum, ne gentes que de facili interdum causam invenire cupiunt ubi non est, causam aliquam sumant[p] 45 non serviendi eidem domino imperatori nec faciendi pro ipso quod facere debent.

1006. h) *sequitur* eisdem *delet.* i) *sequuntur in margine inferiori* hec surridendo *deleta.* k) *uncis* ⟨ ⟩ *inclusa post deleta.* l) *sequitur* uol *delet.* m) set — privationem *mutato stilo exarata.* n) *sequitur* f *delet.* o) *sequitur* Romandiola *delet.* p) sumant.

1) *Supra nr. 1003 et 1005.* 2) *Supra nr. 1003.*

1007. *NOTITIA DE GRATIIS IMPETRANDIS.*

Item a Leopardo scripta statim sequitur fol. 25. Edidit Doenniges l. c. II, 84. Denuo contulimus. *(P. deest.)*

Memoriale gratiarum.

1. Primo super decimis habendis et fructibus vacantium ecclesiarum post vacationem per aliquos annos et parte bonorum relictorum ad pias causas et pluribus aliis secundum consilium cardinalium et registrum gratiarum regis Francie et Anglie, quarum exemplum portetur domino.

2. Item super impetrandis privilegiis prelatis et aliis clericis morantibus in servitio domini circa fructus ipsorum beneficiorum et aliter, ut plenius fieri poterit.

3. Item super eo quod beneficia ipsorum prelatorum et clericorum vacantia, [qui][a] non fuerint in servitio domini, dominus aliis personis ydoneis conferre possit.

4. Item super confirmatione primariarum precum, quas dominus fecit quando erat rex et postea quando fuit imperator, et etiam faciendarum cum non obstantibus, et ut de novo conferre possit semel in singulis ecclesiis imperii.

5. Item quod ipse imperator et filius suus rex Boemie non subiaceant sententie excommunicationis aut interdicti alterius persone quam summi pontificis.

6. Item quod interdicta ecclesiastica cessent in locis ubi fuerit dominus, donec ibi erit.

7. Item est memorandum habere tractatum cum Provincialibus, ut subiciantur domino.

8. Item quod papa nolit providere de prelatis in imperio, qui non sint fideles imperio.

9. Item super renovandis certis privilegiis sine termino et aliter, ut largius fieri poterit.

1008. *INDEX DOCUMENTORUM PORTANDORUM.*

A Bernardo de Mercato scripta ibidem folio 27 servatur. Edidit Doenniges l. c. Denuo contulimus. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 550. *(P. deest.)*

Hec sunt ea que fuerunt tradita per Bernardum ambaxiatoribus domini euntibus ad curiam:

1. Primo instrumentum super publicatione et presentatione litterarum papalium factis domino imperatori apud Tyburim per cardinales de inditione treugarum et de mandatis apostolicis de non invadendo regnum, de exeundo de Roma et de terris ecclesie continuatis dietis et de non revertendo ad eas etc.[1]

2. Item instrumentum de protestationibus et responsionibus domini factis ad idem[2].

3. Item instrumentum presentationis et publicationis litterarum et processus[a] generalis papalium[b] missorum per papam apud Pisas per duos fratres Predicatores et responsum domini ad idem[3].

1007. a) *deest in initio lineae.*

1008. a) *sequitur* papalium *delet.* b) *supra lineam add.*

1) *Deperditum. Cf. supra ad nr. 839—845.* 2) *A. 1312. Aug. 6, supra nr. 842.* 3) *A. 1313. post Iul. 4 confectum, supra nr. 1005.*

4. Item instrumentum cuiusdam protestationis facte per dominum ante presentationem dicti processus, quod non intendebat aliquid facere in dampnum vel preiudicium ecclesie etc.[1]

5. Item instrumentum responsionum factarum per Robertum olim regem nunciis 5 et ambaxiatoribus domini missis apud Neapolim[2].

6. Item litteras eiusdem Roberti sub eius magno sigillo pendenti missas universis et singulis partis Guelfe extrinsicorum de Medyolano, que vocatur pars illorum de la Turre, cum uno rotulo magno, in quo continentur pacta et conventiones, que et quas dictus Robertus tractabat cum Mediol(anensibus) predictis[3].

10 7. Item quoddam instrumentum, in quo sunt publicate plures littere, quas rex Francie misit quibusdam nobilibus de Urbe in preiudicium domini et favorem ipsius Roberti[4].

8. Item[c] decem paria litterarum dicti regis Francie missarum in Urbe nobilibus supradictis[c. 4].

---

15 1009. 1010. PETITIONES DOMINORUM DE SABAUDIA.

1313. (Iun. 11.—25).

1009. *PETITIONES PHILIPPI ET LUDOVICI.*

Libro propositorum consilii imperatoris P, *de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXVII'* 20 *inter Iun. 11. et 25. inscriptas denuo contulimus. Manu Iohannis de Dyst notarii exaratae esse videntur. Edidit Doenniges l. c. I, 81 nr. 105, itemque P. L. Datta 'Storia dei principi di Savoia del ramo di Acaia' II (1832) pag. 87 nr. 23. (P. deest.)*

Memoriale eorum que suplicata fuerunt et proposita coram serenissima maiestate per ambassiatores domini Philippi de Sabaudia principis Achaye:

25 1. Primo super eo quod celsitudo imperatoria non bene contentari videtur de principe predicto, ex eo quod civitates Papie et Vercellarum, quas sibi commiserit, devenerunt ad manus rebellium[a] imperii, proposuerunt dicti ambassiatores et adhuc proponunt, quod malum seu proditio[nem], quod vel quam fecerunt civitates predicte, fecerunt absque tractatu, conscientia et voluntate principis predicti et cum peiori inimico, 30 quem dictus princeps habere possit in orbe terrarum. Et de hoc fuit et est magis dolens, quam[b] si civitates predicte fuissent sue proprie, tum propter honorem imperatoris, tum propter id quod idem princeps inde consequtus est maius dampnum post dominum imperatorem quam omnes alii homines de mundo. Et ipse princeps in nulla culpa est de proditione, quam fecerunt dicte civitates, quia nunquam intulit eis aliqua gravamina, 35 propter que ad predicta facienda moverentur. Ipse autem pro meliori custodia dictarum civitatum acceperat de utraque civitate plures obsides et meliores tocius terre, quos adhuc habet et detinet ad honorem domini imperatoris. Et non erat verisimile quod

1008. c) *cap. 8 in plica post scriptum est.*

1009. a) *sequitur* dni *delet. P.* b) *sequitur* se *delet. P.*

40 1) *A. 1313. Iul. 4, supra nr. 1004.* 2) *A. 1312. (Mai. 12), supra nr. 782.* 3) *Deperdita esse sane dolemus.* 4) *Tam instrumentum quam autographa deperdita sunt.*

illi, qui remanserant in civitatibus, attemptarent facere proditiones predictas, volendo dimittere tot et tantos amicos suos in carceribus principis predicti.

2. Item deposuerunt querimoniam contra comitem Warnerium, qui cum multitudine armatorum suorum insultavit dictum principem ad domum suam, quam inhabitabat in Vercellis, occasione cuius insultus plures homines eiusdem principis fuerunt ibidem interfecti, vulnerati atrociter et percussi idemque princeps et eius comitiva gravissimis periculis et offensionibus afflicti et spoliati fuerunt universis et singulis bonis et rebus suis, que ibidem habebant, videlicet equis, vestibus, pecuniis et singulis iocalibus et aliis garnimentis eorundem, que omnia extimant decem milia florenorum et ultra. Quare super predictis suplicaverunt et adhuc supplicant, quod imperatoria benignitas dignetur super predictis emendam congruam facere fieri ut decebit, eo maxime quia predicta contigerunt et sic iniuriose facta fuerunt dicto principi existenti in servitio dicte maiestatis et obedienti in omnibus ut debebat et ultra comiti Warnerio predicto.

3. Item supplicaverunt et supplicant, quod imperialis clementia dignetur providere dicto principi super facto regis Roberti et fratris sui, qui ipsum tenent exeredatum de principatu Achaye, secundum tenorem litterarum, quas placuit[c] concedere principi predicto[1].

4. Item quod dignetur dicto principi satisfacere de octo milibus florenorum, in quibus tenetur occasione stipendiorum suorum et gentis sue pro servitio exhibito per eundem domino imperatori ante Brixiam et per alia loca Lombardie[2].

5. Item supplicaverunt et supplicant, quod dictus imperator dignetur et velit, quod idem princeps possit consequi et habere illud, quod sibi debent civitates Papie et Vercellarum, quando volet quod ponat in manibus alicuius persone obsides, quos detinet de civitatibus predictis.

6. Item supplicaverunt et adhuc supplicant ex parte domini Ludovici de Sabaudia, quod imperialis clementia dignetur providere in satisfaciendo eidem domino Ludovico de eo, in quo sibi tenetur occasione stipendiorum suorum et gentium suarum pro tempore, quo stetit Rome et alibi in servitio domini imperatoris predicti, quod debitum ascendit ad summam viginti milium florenorum et ultra.

7. Item quod placeat dicto domino imperatori facere assignari et assetari dicto domino Ludovico mille et septingentos florenos auri de redditibus annuatim et trescentos florenos pro milite suo domino Berlione Revoire[d], quos benignitas imperialis graciose contulit eidem domino Ludovico. Et placeat sibi facere tale assetamentum et in tali loco, quod dictus dominus Ludovicus exinde possit servire domino sic fideliter et congrue ut decebit, quia dictus dominus Ludovicus et assignamentum dicte gratie et solutionem dicti debiti intendit incontinenti refundere in exibitionem sui personalis servicii domino imperatori per eundem continuo et personaliter exhibendi.

1010. *ORDINATIO DE FACTO COMITIS DE HOMBERG.*

Item ex P *fol. XXVIII', ubi Petitionem nr. 1009 statim sequitur. Hic igitur subiungendam esse censuimus. Edidit Doenniges l. c. I, 82 nr. 106. Denuo contulimus. (P. deest.)*

De facto comitis Varnerii.

1. Ordinatum est quod dominus committat alicui seu aliquibus, qui audiat computum et rationem dicti comitis in Lombardia de stipendiis suis et de emendis equorum suorum et sociorum suorum mortuorum et de aliis que debentur rationabiliter ipsi comiti et suis, vocatis ad dictam rationem et computum de civitatibus Lombardie

1009. c) *sequitur* sibi *delet. P.* d) Revoiri *P.*

1) *Supra nr. 395.* 2) *Cf. supra ad nr. 462.*

evocandis, facta extimatione equorum secundum valorem eorum tempore mortis dictorum equorum.

2. Et debet dominus mandare et precipere singulis civitatibus et terris Lombardie, quod solvant incontinenti dicto comiti illud quod reperiretur ex forma computi deberi 5 ipsi comiti.

3. Et si forte recusarent solvere ut supradictum est, debet dominus per litteras suas patentes dare ipsi comiti auctoritatem et licentiam compellendi cum effectu singulas civitates et terras modis omnibus quibus melius poterit ad solvendum.

4. Item est ordinatum quod de illis grossis Turonensibus promissis et statutis 10 per ipsum comitem servientibus, qui custodierunt carceratos, videlicet de duobus grossis Turonensibus pro singulo servienti in die, de quibus soluta sive computata est pars, quod de alia parte satisfiat ei per ipsos carceratos et per loca, ubi ipsi servientes steterunt, per quemlibet pro rata, cum servierint custodie carceratorum et custodie locorum.

15 5. Item de petitione montatarum suarum et gentis sue, videlicet suorum centum, hec relinquit bone voluntati et dispositioni domini imperatoris.

1011. 1012. RECEPTIONES DIVERSORUM.

1313. Iun. 25.—Iul. 3.

1011. *RECEPTIO IN CONSILIAREM IMPERATORIS. Iun. 25.*

20 *Ex* P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXIX'. Edidit Doenniges l. c. I, 83 nr. 112. Denuo contulimus. Cf. supra nr. 973.*

(P. deest.)

Die XXV. Iunii magister Petrus de Cellanova iuravit consilium domini imperatoris, presentibus cancellario, episcopo Butron(tino) et comite Sabaudie.

25 1012. *NOMINATIO IUDICUM CONSILIARIORUM. Iul. 3.*

Item ex P *fol. XXV. Edidit Doenniges l. c. I, 89 nr. 121. Denuo contulimus. Cf. infra nr. 1040.* *(P. deest.)*

Die tertia Iulii
dominus Raynerius Dagmiani iudex de Pisis
30 dominus Henricus de Montearso clericus
} fuerunt recepti iudices consiliarii domini, qui iuraverunt etc.

1013—1016. PETITIONES VARIAE.

1313. (Iun. 25.) — (Iul. in.)

1013. *PETITIO COMMUNIS CORTONENSIS. 1313. (Iun. 25).*

Libro P *propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXIX'* 35 *ad Iun. 25. ut videtur inscriptam proponimus denuo collatam. Edidit Doenniges l. c. I, 83 nr. 113.* *(P. deest.)*

Supplicatur sanctissime imperatorie maiestati per ambassiatores comunis Cortone pro ipso comuni, quod dignetur ipsa imperialis maiestas dicto comuni concedere dominum Bartholum de Spoleto legum doctorem vel dominum Sconem de Urbeveteri legum doctorem vel dominum Petrum Sebastiani de Narnio in iudicem appellationis in terra Cortone, qui cognoscat de gravaminibus inferendis vel faciendis per quenquam 5 alium officialem terre Cortone, quocunque nomine censcantur, contra quascunque personas comunis Cortone, et eius iurisditione tam in civilibus quam criminalibus. Qui iudex procedat super appellationibus et cognoscat et determinet, prout postulat ordo iuris et secundum formam statutorum comunis Cortone, salvo honore domini. Qui iudex appellationis pro suo salario cum uno notario, duobus famulis et uno equo quingentas libras 10 denariorum Cortonensium habeat quolibet anno.

1014—1016. *PETITIONES SPINULARUM DE LUCULO.* *1313. (Iun. ex.— Iul. in.)*

1014. *PETITIONES RAINALDI SPINULAE ET LANCELOTI NIGRINI.* *(Iun. ex.).* 15

Item ex P *fol. XXX, ubi post Iun. 25 inscripta est. Edidit Doenniges l. c. I, 83 nr. 114. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

1. Lancelotus Nigrinus supplicat pro parte domini Raynaldi Spinole de Loculo, quatinus dominus dignetur eidem domino Raynaldo de [speciali] gratia concedere officium potestarie Corvarie ad unum annum[a] vel duos et ultra ad tantum tempus, quantum 20 comune Ianue steterit quominus solvat ipsi domino Raynaldo libras sexcentas Ianuenses, pro quibus idem dominus Raynaldus habet ius in dicto officio, prout patet publicis instrumentis, quod tempus dicte potestarie incipiat eidem domino Raynaldo finito tempore eius qui nunc est in dicto officio[1].

2. Item reverentissime suplicat idem Lancelotus maiestati iam dicte, quatinus 25 dignetur eidem de speciali gratia concedere officium potestarie Monachi ad unum annum incipiendum post tempus Nycholay de Godano, cui et ad quod ipsa maiestas existens in civitate Ianue dictum officium concessit et qui adhuc est in dicto officio, ita quod ipsum possit dictus Lancelotus exercere per se vel ydoneum substitutum, et hoc non obstante aliqua concessione, que de dicto officio facta foret per vicarium 30 Ianuensem, si qua facta reperiretur, quod tamen non credit, a die presentationis litterarum eidem vicario per ipsam maiestatem de dicto officio eidem Lanceloto conferendo missarum sub eiusdem maiestatis secreto sigillo, et non obstante aliqua l(ege) comuni vel ipsius civitatis Ianuensis capitulo.

1015. *PETITIO OBERTI SPINULAE PRIOR. (Iul. in.)* 35

Item ex P *fol. XXXV', ubi ad vel post Iul. 3 inserta esse videtur. Edidit Doenniges l. c. I, 89 nr. 122. Denuo inspeximus.* *(P. deest.)*

1. Supplicat Obertus Spinula de Luculo pro parte domini Raynaldi patris sui et filiorum, quatinus dignetur de imperialis munificentie gratia eisdem domino Raynaldo et filiis concedere, quod ipsi possint facere seu fieri facere in terra ipsorum propria 40 monetam seu monetas cuiuscunque conditionis forme et cunii, ita tamen quod ipsi dominus Raynaldus et filii teneantur et debeant ipsam et ipsas monetas facere seu fieri facere eiusdem bonitatis, ponderis, sagii et lige, cuius est illa ad cuius similitudinem ipsam facere seu fieri facere voluerint, ipsis domino Raynaldo et filiis prius caventibus

1014. a) *sequitur* incipiendum *delet. P.* 45

1) *Cf. infra nr. 1015 cap. 2.*

tam eorum propriis iuramentis quam fideiussoribus ydoneis, prestitis de attendendo et observando bene et legaliter omnia et singula supradicta.

2. Item quatinus dignetur ipsa maiestas dicto domino Raynaldo de gratia eiusdem in indempnitatibus providendo concedere officium potestarie Corvarie ad unum annum 5 incipiendum post tempus eius, qui nunc est in dicto officio, et ultra ad tantum tempus, quantum comune Ianue steterit quominus solvat eidem domino Raynaldo libras sexcentas Ianuenses, pro quibus idem dominus Raynaldus speciale ius habet in dicto officio ex forma publici instrumenti, quod paratus est exhibere ad mandatum maiestatis eiusdem[1].

3. Item quatinus dignetur de imperialis munificencie gratia eidem Oberto con- 10 cedere vicariatum tocius ripparie orientis districtus Ianuensis ad unum annum incipiendum post tempus, ad quod dictus vicariatus divisim concessus est illis qui nunc sunt in dicto vicariatu, et hoc cum illis potestate, balya, iurisditione, salario et servientibus, cum quibus concessus estitit domino Guidoni comiti Novello olim vicario tocius dicte ripparie per eandem maiestatem.

15 4. Item cum idem Obertus recipere debeat a comuni Ianue nomine suo et nomine Ianuarii de Monteleono notarii sui et quorundam servientum suorum occasione salarii, quod habere debebat ipso existente vicario ripparie orientis, libras duo milia quingenta Ianuenses, quas hucusque a dicto comune habere nequivit, dignetur et velit ipsa maiestas dicti Oberti indempnitatibus providendo committere et mandare vicario suo Ianuensi, 20 quod si cognoverit dictam summam pecunie insolidum vel pro parte dictis Oberto, Ianuario et servientibus per dictum comune de iure deberi, idem vicarius faciat[a] et curet cum ancianis, quod inveniatur via per quam dicta pecunia Oberto infra modicum temporis spacium persolvatur. Et si forte via ita brevis inveniri nequiret, ipse vicarius auctoritate maiestatis iam dicte concedat et consignet eidem pro indempnitate et 25 interesse suo pecunie supradicte officium potestarie et scribanie Carpene aut Sigestri aut Clavari, quousque de dicta pecunia per dictum comune eidem fuerit integraliter satisfactum, ita quod ipsum officium possit exercere per se et per quemlibet quem elegerit substitutum.

5. Item cum ipsa maiestas inceperit procedere per modum inquisitionis ad postu- 30 lationem Lanceloti Nigrini iudicis nomine dicti domini Raynaldi contra dominos Oddonem marchionem de Carreto et Manfredum eius filium tanquam contra rebelles ipsius maiestatis et contra personas, que rebellibus ipsius maiestatis pluries impenderunt auxilium, consilium et favorem, et postmodum ipsa maiestas ipsum processum suspenderit, reverentissime supplicat, quatinus dignetur dictam suspensionem revocare et 35 contra sicut inceperat procedere, cum maleficia non debeant remanere impunita.

Concessa est.

6. Item cum ex vigore commissionis facte per eandem maiestatem in nobilem virum dominum Gobertum de Aspromonte militem tunc vicarium civitatis Ianue, idem vicarius eosdem dominos Oddonem et Manfredum et homines eisdem subditos eorum 40 contumacia exigente de toto Romano imperio forestaverit et bannierit, de qua forestatione et bannitione exire non possent, nisi ipsi et quilibet eorum solveret eidem vicario nomine imperialis camere mille marchas argenti, prout de dictis forestationibus apparet in actis curie maleficiorum civitatis Ianue, et a dicta forestatione per aliquem, qui se dicebat eorum procuratorem, fuerit appellatum, si appellatio dici potest, et 45 nullus pro eis infra annum vel circa dictam appellationem prosecutus fuerit, cum eadem reverentia suplicat maiestati iam dicte, quatinus dignetur dictas forestationes et banna confirmare et etiam innovare.

Fiat cum clausula si est ita.

1015. a) fiat *P.*

50 1) *Cf. supra nr. 1014 cap. 1.*

7. Item cum dominus Iohannes Branchaczolus de Papia legum doctor iudex delegatus sive subdelegatus omni modo quo melius fieri potest a discreto viro domino Iohanne domini Iohannis Iacobi de Roma iudice consiliario et auditore generali aule serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis, ut patet per publicum instrumentum scriptum manu Francisci Paonensis de Corvaria notarii, ex vi dicte 5 delegationis causa plena cognita sententiaverit et diffinierit, dominam Elianam filiam quondam domini Leonis marchionis de Ponczono et uxorem quondam domini Hugonis marchionis de Carreto sive procuratorem ipsius domine Eliane sive legitimam personam pro ea et eius nomine esse ponendam et inducendam in possessionem medictatis castri, ville, iurisditionis, hominum, introituum, reddituum et proventuum quocunque nomine 10 censeantur Deghi, a qua sententia dicitur fuisse appellatum, quam appellationem infra annum nullus fuit aliqualiter prosecutus, ob quam causam sententia transivit in rem iudicatam et dicta domina Eliana iure dicte sententie et dotium suarum ex causa donationis inter vivos donaverit domine Constancie filie sue et dicti quondam domini Ugeti ac nurus dicti domini Raynaldi in personam Iacobi de Czoalio notarii et can- 15 cellarii comunis Ianuensis tamquam persone publice recipientis nomine et vice dicte domine Constancie, cum eadem reverentia suplicat idem Obertus nomine dicte domine Constancie cognate sue, quatinus dignetur et velit dictam sententiam et contenta in ea atque donationem predictam dicte Constancie et eius heredibus de benignitate imperatoria confirmare et de novo ad cautelam concedere ac decernere, ipsam Con- 20 stanciam eiusque procuratorem in vacuam et corporalem possessionem dicte medietatis castri predicti mittendam et inducendam. Et dare in mandatis vicario Ianuensi qui est et pro tempore fuerit et quibuscunque rectoribus existentibus in quibuscunque terris Romano imperio subditis, ut omni exceptione et excusatione remotis dictam Constanciam et quemcunque suum procuratorem in corporalem et vacuam possessionem predicti 25 castri Deghi quantum pro dimidia et iurium et pertinentium ad ipsam dimidiam inducant et induci faciant ac deffendant inductam. Et hoc ex certa scientia, non obstantibus legibus inhibentibus lite pendente suplicari et inhibentibus nil innovari appellatione pendente et inibentibus postulari in possessionem mitti et quibuscunque aliis iuribus civilibus seu municipalibus quacunque verborum legatione vallatis. Quibus omnibus et 30 singulis ipsa maiestas per presens rescriptum dignetur ex certa scientia derogari iuberi.

Fiat quantum ad confirmationem sententie cum clausula si est ita.

8. Item quod dignetur vicariatus civitatis Albingauensis et districtus cum decenti salario concedere Iacobino Spinule fratri suo post tempus Odoardi Aurie, qui nunc est ibi potestas. 35

1016. *PETITIO EIUSDEM ALTERA.* *(Ind. in.)*

Item ex P *fol. XXXVII, ubi Petitionem priorem statim sequitur. Edidit Doenniges l. c. I, 91 nr. 123. Denuo inspeximus.* *(P. deest.)*

1. Supplicat Obertus Spinula de Loculo pro parte dominorum Opecini, Raynaldi et Cristiani Spinule et totius albergi Spinulorum, quatinus cum quondam dominus 40 Ansaldus de Castro miles civis Ianuensis attinens dictorum dominorum Spinulorum laudem represalliarum obtinuerit a comuni Ianuensi contra comune et homines Placencie et districtus pro quantitate librarum mille trecentarum nonaginta trium et soldorum decem Ianuensium, pro eo videlicet quod dictus quondam dominus[a] Ansaldus existens pro dicto comuni Placencie in regimine civitatis Placencie in ipso regimine fuit violenter 45 deiectus ac derobatus et dampnificatus per homines dicte civitatis in dicta quantitate

1016. a) *sequitur delet.* hugucio *P.*

et ultra, ut de predictis apparet ex tenore publicorum instrumentorum, dignetur et velit eadem maiestas dictam laudem represalliarum Odoardo et Manfredo filiis et heredibus dicti quondam domini Ansaldi confirmare vel saltem per litteras maiestatis eiusdem comuni et hominibus Placencie precipere et mandare, quod dictis Odoardo 5 et Manfredo infra certum temporis spatium de antedicta pecunia plenarie satisfaciant. Quod si non feceri[n]t, ipsa maiestas contra eos et quemlibet eorum eisdem Odoardo et Manfredo laudem represalliarum concedet et exnunc in hunc casum concedit.

Concessa est quod mittantur littere monitorie et comminatorie comuni predicto, quod si contempxerit etc., dominus providebit de 10 remedio oportuno.

2. Item cum cognitio maleficiorum perpetratorum per certos homines de Trebyano et sequaces ipsorum de Trebiano et Ilice districtus Ianuensis per eandem maiestatem commissa fuerit iudicibus domini Symonis Phi(lippi) vicarii in Lunexana et ad partes Lunesane pars offensa tute accedere nequeat, dignetur dictam commissionem et quem-15 cunque processum factum seu de cetero fiendum per ipsos iudices revocare ac per suas litteras specialiter committere et mandare suo vicario Ianuensi, quod utrique dictarum partium iusticie faciat complementum, ad quem scilicet locum Ianuensem quelibet dictarum parcium tute accedere et stare potest.

Comittatur vicario Ianuensi et revocetur ab audientia illorum 20 duorum, quibus commissum fuit, quia in loco uni parti suspecto trahunt eos.

3. Item quod dignetur ex gratia officium conductus civitatis Ianuensis concessum et datum hoc anno per dominum Hug(ucionem) vicarium Ianuensem et abbatem populi Ianuensis Iohanni Malabeto de Clavaro eidem Iohanni confirmare et suas de hoc 25 litteras dicto vicario mittere dignetur, cum dictus Iohannes in dicto officio sibi ut supra concesso iam serviverit per tres menses vel circa.

Fiat ut petitur.

4. Item cum Bernabos de Mari nunc potestas Corvarie pro Iacobo de Cassio, a quo ipsam potestariam emit precio librarum quadri[n]gentarum viginti quinque 30 Ianuensium, alias non est diu, fuerit potestas dicti loci et ibidem non ut potestas et rector, sed ut raptor et impius thirannus se gesserit, rapiendo et extorquendo per violenciam ab hominibus dicte potestarie omnia que habebant et que redimere poterant, et predicta et longe peius ibidem facere incoaverit, ex quo homines dicte potestarie, qui sunt numero tria milia hominum et ultra fidelium, se mortuos reputant et destructos, 35 si dictus Bernabo preesse deberet usque ad finem anni, qui inchoavit in Kalendis Madii proxime preteritis, dignetur ipsa maiestas dictum Bernabovem a dicta potestaria removere et cassare et per suas litteras committere et mandare vicario Ianuensi, quod alii persone ydonee dictam conferat potestariam, non obstante concessione facta de dicta potestaria dicto Bernabovi. Et si predicta a quocunque revocarentur in dubium, 40 licet sint plus quam notoria, paratum se offert dictus Obertus de hiis omnibus presentialiter facere plenam fidem.

Mai. 1.

5. Item quod dignetur per suas litteras vicario Ianuensi committere et mandare, quod populum Ianuensem ac alios amicos albergi Spinulorum intus et extra fidelissimos eidem maiestati habere debeat commendatos, et quod ipsos et quemlibet eorum tam in 45 iusticia quam in gratiis et honoribus civitatis et extra debeat tractare et tractari facere per suos officiales favorabiliter et benigne, et specialiter admittere populares civitatis Ianuensis ad consilium generale, quod celebrare seu celebrari facere consueverant

qualibet secunda Domenica cuiuslibet mensis, in quo siquidem consilio quilibet popularis dicto suo vicario dicere et proponere possit, si aliquid sibi iniusti fieret vel sinistri, ut actenus facere consueverant.

Scribatur vicario, quod ipse diligenter exquirat, si est utile vel non, ut petitur, et si invenitur quod sit utile, fiat. Et recommendetur vicario populus specialiter.

1017—1019. SCRIPTA AD SAVONENSES SPECTANTIA.

1313. (Iun. ex.)

1017. *QUERIMONIA COMMUNIS CONTRA EPISCOPUM.*

Ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXX. Post Iun. 25 inscripta est. Edidit Doenniges l. c. I, 84 nr. 115. Denuo contulimus. (P. deest.)*

Contra episcopum Sagonensem infrascripta significantur, videlicet:

1. In primis quod ipse infra tres menses, postquam dominus imperator misit suum vicarium Saonensem, procuravit et tractavit, quod coniurationes et conspirationes facte fuerunt in domibus episcopatus Saonensis per multos et infinitos de civitate Saona et per quosdam de burgo Finario et per forisitos de burgo Veraczinis et aliorum locorum ripparie circhunstancie. Que coniurationes et conspirationes facte fuerunt ad suffocandum partem adversam ipsi episcopo et suis sequacibus, ad fortificandum suam partem [et] suos sequaces in maliciis, in dampnum et detrimentum pacifici status civitatis.

2. Item quod in domibus episcopatus et in castro ecclesie recepti sunt et receptantur malefactores, videlicet percusores, homicide[a], pirati et agressores viarum et alii malefactores et malandrini.

3. Item quod ipse impedit officium et regimen vicarii deffendendo malefactores tamquam clericos, qui circha divina non obsecundantur nec in habitu clericali incedunt, et aliquos et multos deffendit tamquam suos familiares. Et breviter ipse est radix omnium malorum, que commituntur in dicta civitate per partem de Spinulis.

4. Item alia parte que dicitur de Auria sunt quidam, qui notantur de parentela de Raynaldis, qui fuerunt autores homicidiorum et maleficiorum commissorum die qua intravit primus vicarius in Saona, et foventur per Manfredum de Careto filium domini Oddonis et per quosdam de Auria, ut alias significatum fuit per ambaxiatores alios comunis Saone imperatorie maiestati.

Super predictis et singulis provideat consilium imperiale.

1018. *PETITIO COMMUNIS.*

Item ex P *fol. XXXIII. Edidit Doenniges l. c. I, 86 nr. 118. Denuo contulimus. (P. deest.)*

1. Sacre imperatorie maiestati supplicant Petrus Buchaordei et Nycholaus de Bruschis ambaxiatores comunis Saone, quatinus placeat eidem providere super eo quod

1017. a) homicidie *P.*

illi de hospitio Spinulorum et illi de Auria tamquam arbitri electi per homines Saone pro discordiis vigentibus in Saona, quamvis eorum arbitrium finitum sit et esset ante prolacionem sententie arbitrorum predictorum[a], partialiter dividere intendunt homines Saone tam in officiis dandis quam in aliis negociis Saone, videlicet ponendo 5 partem inter ipsos homines Saonenses, appellando unam partem Spinulorum et aliam illorum de Auria. Item dividere intendunt per dictum modum castellanias castrorum dicte civitatis tam in officiis castellanorum quam clientum ponendorum in dictis castris. Que quidem valde molesta videntur fidelibus sacri imperii civitatis Saone et periculosum honori imperatorie maiestatis, eo quod videtur quidam modus 10 apropriandi sibi dictam civitatem et etiam videtur modus dividendi et aportandi cives ipsius civitatis, cum pro certo omnia mala, que orta sunt in dicta civitate, orta sunt ex dictis causis, hoc est appellatione partis Spinule et Aurie. Et ideo supplicant quod si contingerit pacem fieri pro discordiis dicte civitatis sedandis, quod officia et honores dicte civitatis non dividantur partialiter, sed atribuantur et dentur hominibus 15 Saone equaliter secundum bonitatem et valorem et discretionem ipsorum hominum.

2. Item supplicant dicti ambaxiatores, quod placeat dicte imperatorie maiestati providere, quod si contingerit et quando contingerit pacem fieri per quemcunque vel quoscunque, quod banniti de homicidiis, robariis et de aliis criminibus, de quibus pena mortis meretur, non restituantur, maxime de commissis ab eo tempore citra, quo impera- 20 toria maiestas misit vicarium ad dictum locum.

3. Item supplicant quod placeat imperatorie maiestati comitere vicario civitatem Saonam pro dicta imperatoria maiestate de pacificanda dicta civitate et hoc ipsi vicario tantum, et non vicario Ianuensi, cum non sit pro meliori, quod de hoc se impediat.

4. Item supplicant quod placeat confirmare populum Saonensem, ita quod populo 25 in civitate Saone sit abbas et populus secundum quod a pluribus annis citra esse consuevit in dicto loco. Et quod dictus populus[b] nec officia ipsius populi ullo modo dividantur, sed dictus populus per se ipsum regatur secundum quod actenus consuevit, cum hoc sit honor imperatorie maiestatis et bonus status ipsius civitatis.

5. Item quod placeat dare in mandatis vicario qui nunc est in civitate Saone 30 et qui pro tempore fuerit, quod debeat in regimine ipsius civitatis observare statuta et capitula ipsius civitatis, salvo et reservato semper in omnibus et per omnia honore speciali precepto imperatorie maiestatis.

6. Item quod cum Bonefacius Buchaordei causa recipiendi vicarium serenissimi principis in civitate Saone interfectus fuerit et pro hoc filii sui et agnati guerram 35 habebant cum malefactoribus, qui dictum Bonefacium interfecerunt, qui banniti sunt de civitate Saone et posse, quod eisdem liceat arma portare ad tuitionem personarum suarum.

7. Item supplicant quod fiat speciale preceptum per imperatoriam maiestatem vicario Saone qui nunc est et pro tempore fuerit, quod cum conscilio hominum civitatis 40 Saone faciat custodiri castra ipsius civitatis et ad illud tempus, quo pro meliori videbitur dictis hominibus Saone.

8. Unum tamen reducunt dicti ambaxiatores ad memoriam imperiali maiestati, quod pax civitatis Saone fieri non potest sine magno periculo ipsius civitatis, nisi prius facta fuerit concordia in locis circumstantibus, videlicet in Veragine, in Cellis, in Abuczola 45 et in Quiliano, scilicet inter intrinsecos et extrinsecos dictorum locorum, et nisi remoti essent officiales, scilicet castellani et rectores de dictis locis, eo quo partialii sunt et contrarii fidelibus domini in civitate Saone.

1018. a) *sequitur* super eo quod *P.* b) dictum populum *P.*

1019. *PETITIO EPISCOPI.*

Item ex P *fol. XXXIIII. Edidit Doenniges l. c. I, 88 nr. 120. Denuo contulimus. (P. deest.)*

1. Supplicat sacratissime imperatorie maiestati Iacobus humilis episcopus Saonensis, servus servorum imperatorie maiestatis, quatinus ipsa maiestas dare dignetur in mandatis vicario suo civitatis Saone qui nunc est et pro tempore fuerit, quod idem vicarius det dicto episcopo consilium, auxilium et favorem in habendis et obtinendis iuribus et rationibus pertinentibus ad ipsum episcopum et episcopatum tam de tempore preterito quam de presenti et futuro et tam in civitate Saone quam extra, et specialiter iura et iurisditiones, que et quas dictus episcopus habet et habere debet in villa et possessione Legeni. Et hoc propter reverentiam Dei et ecclesie beate Marie virginis Saonensis et propter honorem eiusdem imperatorie maiestatis.

2. Item quod cum predictus episcopus semper ab eo tempore citra, quo imperatoria maiestas obtinuit civitatem Saone, fuerit et steterit in ipsa civitate personaliter ad custodiendam ipsam civitatem pro imperatoria maiestate aliquando cum mille hominibus, aliquando cum quingentis et ad minus cum quinquaginta, supplicat idem episcopus, quatinus ipsa imperatoria maiestas dignetur et velit dare et concedere dicto episcopo pro custodia et securitate dicte civitatis castrum Sancte Marie de Saona ad habendum et tenendum in guardia cum salario[a] consueto in honorem imperatorie maiestatis et deffensionem et tuitionem ipsius civitatis.

3. Item quod cum a quinque annis citra, antequam imperatoria maiestas obtineret civitatem Saone et dictus episcopus esset extra civitatem predictam, expulsus scilicet per Guelfos et eorum complices, qui ipsam civitatem obtinebant, comune Saone imposuerit quasdam exactiones possessionibus, videlicet fornacibus episcopi et episcopatus de qualibet coctura solidos quinquaginta Ianuenses, quatinus imperatoria maiestas dignetur dare in mandatis vicario qui nunc est et pro tempore fuerit in civitate predicta, quod dictas exactiones illicitas et ante tempus predictum non consuetas relaxare et remittere debeat et omnes alias exactiones illicitas captas et de cetero capiendas in preiudicium ipsius episcopi et episcopatus Saonensis.

4. Item quod cum episcopus Saonensis mittat semper et quandocunque placet et placuit imperatorie maiestati homines suos tam in galeis quam in aliis exercitibus cum comuni Saone in honorem imperatorie maiestatis, sicut astrictus dictus episcopus per conventiones domini editas inter ipsum episcopum et episcopatum et comune Saone, et modo de novo vicarius qui nunc est in civitate Ianue in isto exercitu ultra illos, quos dictus episcopus mittit cum comuni[b] Saone, sicut consuevit ab antiquo, dedit in mandatis dicto episcopo, quod debeat mittere certam quantitatem hominum, quod nunquam facere consuevit nec tenetur facere de iure, quatinus ipsa imperatoria maiestas dignetur dare in mandatis dicto vicario Ianuensi, quod ipsum episcopum vel homines episcopatus non debeat molestare ultra quam hucusque consuevit, cum dictus episcopus non teneatur nec debeat aliquid facere pro comuni Ianue.

5. Item quod cum episcopus Saonensis habeat terram suam et homines suos circa castrum et villam Quiliani, in quo castro et villa dictus episcopus habet quartam partem, et homines dicti episcopatus, qui sepe et sepius veniunt ad custodiendum et deffendendum civitatem Saone in honorem imperatorie maiestatis, necesse habeant venire et redire per villam dicti loci et propter offensiones et derobationes, que fiunt per quosdam inimicos sacre imperatorie maiestatis, qui se recolligunt in dicto castro

1019. a) solario *P.* b) comune *P.*

et villa et continue depredantur et offendunt omnes euntes ad civitatem Saone et redeuntes, non audeant secure absque magno periculo transire per dictum locum, quatinus dignetur et velit eidem episcopo dare et concedere in custodiam dictum castrum Quiliani cum salario consueto, ad hoc ut fideles sacri imperii tucius transitum 5 habere valeant per dictum locum et depredationes et offensiones predicte cessent in honorem imperatorie maiestatis.

1020—1022. PETITIONES MEDIOLANENSIUM.

1313. (Iun. ex.)

1020. *PETITIO COMMUNIS.*

10 *Ex* P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXX', ubi post Iun. 25 inserta est. Edidit Doenniges l. c. I, 84 nr. 116a. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Infrascripte[a] petitiones fuerunt per ambassiatores comunis Medyolanensis domino imperatori et modo etiam de novo fiunt:

15 1. Primo namque petitur quod castra in episcopatu Cremone existentia, que nichil quasi faciunt, ymo expensas tribuunt, destruantur.

2. Item quod de militibus[b] venientibus de Alamagnia certa quantitas dimittatur in Lombardia, prout possibile erit et videbitur domino imperatori.

3. Item quod bona rebellium debellata et que admodo debellabuntur occupantibus 20 concedantur.

4. Item quod illa quantitas XXV milium florenorum remittantur de gratia speciali vel saltim petitio differatur usque ad guerram finitam.

5. Item quod terre Modoetie et Trivilli reducantur sub iurisdictione comunis Medyolanensis, prout consueverunt esse. Idem illud fiat[c] de aliis terris comunis 25 Medyolani, ubi dominus imperator posuit vicarios, cassando illos vicarios, quos posuit in illis terris.

6. Item quod detur licentia vicario Medyolanensi retrahendi ad pacem rebelles imperii, cum voluntate semper domini imperatoris.

7. Item quod imperialis celsitudo dignetur facere responsionem super capitulis 30 pacis Laude[1].

8. Item quod dignetur facere responsionem litteris missis de novo ex parte vicarii Medyolani.

1021. *PETITIO VICARII ET ALIORUM.*

Item ex P *fol. XXXI, ubi Petitionem communis nr. 1020 statim sequitur. Edidit* 35 *Doenniges l. c. I, 84 nr. 116b. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Item similiter fuerunt infrascripte petitiones ex parte Galeaczi Vicecomitis, Manfredi de Becharia et Castellani de Gluxiano:

1. Primo suplicatur imperiali maiestati, quod omnes illas terras et possessiones, quas quondam Guido de la Turre habebat et possidebat in burgo et territorio de

40 **1020.** a) *sequitur* posse *delet. P.* b) *supra lineam add. P.* c) fiant *P.*

1) *Videntur esse Praecepta pacis a. 1313. Apr. 21 a Baldewino archiepiscopo Trevirensi facta, quae infra in Appendice Variorum proponemus.*

Caxirate. Curino et Triceo et partibus circumstantibus se tenentibus cum illis, eidem Galeasco in feudum perpetuum concedere dignetur et velit et terras, que[a] alias certo tenore eidem Galeasco concesse sunt per imperialem maiestatem. Et similiter omnes illas terras et possessiones, quas quondam Guido et Passarinus de la Turre habebant et possidebant in burgo et territorio de Gradi, que quidem modici sunt redditus et valoris[1]. 5

2. Item ex parte dicti Galeaczi, quod vicarii eius qui pro tempore erunt in civitate Placentie et terra Creme possint et eis[b] liceat iurisditionem sanguinis exercere, ipso Galeaczo non existente in dicta civitate Placentie et terra Creme[1].

3. Item ex parte Castellani domino imperatori similiter suplicatur, quod cum ipse dudum de Ianua Pisis ad presentiam vestram accederet, dum apud Reucum districtus 10 Ianue pervenisset, omnibus rebus et pecunia quas secum habebat extitit spoliatus, propter quod ad presentiam vestram adire nequivit, cumque de spoliatione huiusmodi nonnisi per expensas et interesse restitutionem obsequi posset, laudem per comune Medyolanense represalliorum contra comune Ianuense de VII^C^LV florenis auri, quos se asserit perdidisse, et pro iniuria de quinque milibus florenorum auri habuit, quatinus 15 huiusmodi represalliarum laudem dignemini confirmare vel saltim quod illos VII^C^LV florenos auri, quos ipsi Ianuenses non difitentur, confirmare dignemini vel saltim ipsis Ianuensibus per vestras litteras iniungere, ut sibi satisfaciant de predictis[2].

4. Item ex parte Manfredi de Becharia, quod dignemini dare Conradum de Brayda de Alba, quem dominus comes Guarnerius duxit in fortiam imperialis maiestatis, 20 pro scontro dicti Manfredi[3].

1022. *PETITIO SUPER SENTENTIIS CONTRA REBELLES.*

Item ex P *fol. XXXII', ubi Petitionem infra nr. 1023 statim sequitur. Subiungimus hic, quia a iudice quodam aulae imperialis post consilium de rebus Mediolanensium habitum imperatori porrecta esse videtur. Cf. similem petitionem supra nr. 981. Edidit* 25 *Doenniges l. c. I, 86 nr. 116c. Denuo contulimus.*

In adnotatione ponimus ea quae de sententia contra Papiam certe mense Iulio, sed quonam die nescimus, lata narrantur in Historia Iohannis de Cermenate (Fonti per la storia d'Italia II) pag. 120 sq.[4] *De tempore quo sententia lata sit autorem nil referre, animadvertendum est.* *(P. deest.)* 30

1021. a) *loco* terras que *P:* quas terras. b) *sequitur* licitum sit *delet. P.*

1) *Cf.* P *fol. 29:* Messer Gualeaz Vecontes demande que li sires li vulle outroier en fie perpetuel toutes les terres e possessions, les quex Guys de la Tour avoit e tenoit el borc e ou territoire de Caxirate e Curino e Triceo e en celes parties, e dist que autre foiz en certaine tenour li sires les li a outroie. E toutes les terres e possessions, les quex Guys e Passarins de la Tour avoient e tenoient 35 el bourc e ou territoire de Grandi, e dist que eles sunt de poy de rentes e de poy de valour. Item demande que ses vicaires qui seront pour tens en la cite de Plaisence e en la terre de Crema puissent e doivent faire e escautier juridicion de sauc, non estant le dit Gualeaz es dites terres. 2) *Cf. ibidem:* Castellans de Gluxiano citaens de Melan dist que cum il venoit aler de Genes a Pise au segnour e fu a Reco ou destroit de Genes, il fut robez de toutes les choses e deners que il portoit, pour les 40 quex choses li furent outroie par le cumun de Melan repressalles encontres les Genueis, cest a savoir de VII^C^LV flor. d'or pour les choses qui li furent tolues, e pour le iniuire qui li fu faite de V^M^ flor. d'or. Or prie que li sires les dites repressalles ou les a lui outroies par le cummun de Melan li vuelle affermer ou au meis quant a la summe des diz VII^C^LV flor., pour les choses qui li furent tolues. 3) *Cf.* P *fol. 29':* Manfreis de Bequeria requiert, que li sires vuelle doner Conra de Brayda 45 d'Alba, le quel tient pris li cuens Varners, pour rembre le dit Manfrei. 4) Urbem quoque Papiam et cives eius hostes ac rebelles imperii nuncians, severam in eos sententiam in scriptis tulit in praesentia suorum procerum et copiosae multitudinis populi Pisani, pronuncians multa crudeliter contra eos, et inter alias civitatis muros, murorum turres et portas dirui ac destrui funditus ipsius civitatis sumptibus, fossata quoque et valla in ambitu ipsius civitatis facta explanari et impleri, 50

1. Cum multe et varie sententie late sint per imperatoriam maiestatem tam in Tuscia quam in Lombardia contra rebelles et inimicos imperii et nundum contra civitates Papie et Vercellarum et etiam contra alias civitates et terras Lombardie, que sunt et steterunt in rebellione et perfidia imperiali maiestati nec contra homines habitantes in 5 eisdem, supplicatur imperatorie maiestati, quod procedatur contra eos ad sententiam condempnando et sententiando, quod fiant servi capientium et bona eorum occupata a tempore rebellionis citra sint et fiant eorum, qui ea occupaverunt et occupabunt, quomodo quidem de iure fieri debet, cum leges a predecessoribus imperialis maiestatis condite hoc dicant et statuant, et ad hoc [ut] rebelles imperii terreantur et fideles 10 invitentur ad bonum.

2. Insuper dignetur imperialis maiestas facere responsionem super capitulis pacis Laude[1] et etiam litteris alias transmissis a vicario Placencie, et istis vobis presentialiter presentatis, que veniunt ex parte vicarii Medyolani[2] et Placencie, et etiam petitionibus alias vobis porrectis[2].

---

15 # 1023. PETITIO SUPER CASTRIS SANCTI MINIATIS.

1313. (Iun. ex.)

Ex P Libro Propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXXI'. Edidit Doenniges l. c. I, 85 nr. 117. Denuo contulimus.

20 *Cf. de his ea quae narrantur in Chronica, quam composuit Giovanni di Lemmo da Comugnori (= Cronache dei secoli XIII e XIV [Documenti di storia Italiana VI. 1876]) pag. 182 sqq. et 189.* *(P. deest.)*

Memoriale petitionum, que fiunt per illa castra Sancti Miniatis, que volunt ad mandata venire:

25 urbis quoque solum aratrum pati, haec etiam numquam refici absque caesarea licentia speciali. Ipsam quoque civitatem privilegiis, libertatibus et immunitatibus ab eo et antecessoribus eius concessis necnon statutis aut consuetudinibus, mero etiam et mixto imperio, omnique iurisdictione privans, pedagia, telonea, gabellas, quoscumque redditus ac proventus et caetera bona ipsius universitatis suae camerae confiscavit. Iuristas, advocatos et tabelliones suis quemque privavit 30 officiis ac cunctos pronunciavit infames, ac plerosque, quorum nomina inferius scripta sunt, saeviore sententia damnat, quos secessionis ac rebellionis principes et auctores necnon laesae maiestatis reos vocans, de toto Romano imperio, nulla interposita conditione et absque ullius remedii termino, exbannivit et diffidavit. Eorum bona et iura ac iurium rerumque quarumlibet actiones, quae modo aliquo alicui banitorum competant, annotavit fisco. Ipsis quibuslibet privilegiis ac libertatibus privatos 35 perpetua damnavit infamia, ita quod intestabiles semper essent nec ad ullum legitimum actum admitterentur, et si quis eorum in manus imperii devenerit, sibi extremum furcis supplicium inferendum esse decrevit. Horum damnatorum nomina sunt haec: comes Philippo de Langusco, Picardinus, Girardinus eius filii, Roffinus qui dicitur comes de Mede, Guidacius de Sparavaria, Albertinus Formagiarius, Fredericus Guillelmus de Sparavaria, Petrus de Nicorbo, Ubertus [et] Salvarisius de Petra, 40 Guizardinus de Insimbardis, Iacobinus Guizardi Zazzii, Marcellus Insimbardus, Lombardus de Zimpresso, Salimbene de Botigeriis, Guillelmus de Caneva nova, Albore de Coëtia dictus Iudex, Ioannes Insimbardus, Iacobinus eius frater, Roffinus de Strata, Philippinus Beccarius, Curradus Guasconus, Odoardus Butigiarius, Curradus de Sancto Michaele, Galvaneus Brusamantica dictus Iudex, Bordinus de Georgiis, Salvus de Canero, Piccus de Giandulphis, Comeynus Insimbardus et fratres, Tadinus, Bregadinus, 45 Iacobinus, Francionus fratres de Sancto Nazario, Rigatius Petrus de la Vilata, Guidacius de Strata, Nicolinus Toscanus, Ubertus de Cario et filii, Simonellus Tritus, Baruellus Rusticola et fratres, Guasparonus de Cario, Ribaldus Canis Rubeus, Guillelmus Biscossa, Bonifacius de Certo.

1) *Cf. nr. 1020 cap. 7.* 2) *Cf. ibidem cap. 8 et nr. 1021.*

1. In primis petit amicus, qui dabit castrum Barbialle, quod ipsum castrum sit liberum et nulli detur vel concedatur iure feudi vel aliter, sed conservetur pro camera et ad cameram domini imperatoris et detur ei merum et mixtum imperium et vicarius concedatur eisdem, quem ipsi nominabunt, qui sit fidelis imperii et de parte imperii, et quod amplietur eorum territorium et districtus de villis et castris parvis circumstantibus. 5

2. Item quod comune Pisarum nil habeat facere in dicta terra vel alii speciales Pisarum, cum sit antiquum hodium inter eos. Set deffendatur a comuni Pisarum, ita quod ab eis nullam iniuriam vel gravamen recipere possint.

3. Item quod illi amico et fideli, qui dat dictum castrum, concedatur per privilegium in rectum feudum pro se et suis heredibus castrum de Tonda cum eius curia, 10 quod est in districtu Sancti Miniatis et est nunc rebelle imperio, cum omni honore, iurisditione, mero et mixto imperio, pedagiis et introitibus etc.

4. Item quod cum plures de familia domini Uberti de Flandria fuerint capti in ipso castro Barbialle et in illa contrata, qui capti in Barbialla postea libere relaxati fuerunt de speciali gratia facta domino marescalco et plures de rebus robatis similiter 15 restitute fuerunt, et promissum fuerit de consciencia domini imperatoris per consilium, quod ipsum castrum et homines ipsius castri essent affidati et securi, ita quod propterea nullam recip[er]ent lesionem, quod predicta serventur eisdem, ita quod per aliquem dicta occasione de cetero non gravarentur.

5. Item quod in totum subtrahantur a iurisditione cuiuslibet alterius vicarii gene- 20 ralis vel specialis iam concessi vel concedendi in districtu Sancti Miniatis et quod nulli alii respondere in aliquibus teneantur nisi solum vicario eorum speciali, quem ut dictum est eis dabit dominus imperator.

6. Item quod castrum de Collegarlli, quod similiter venit ad mandata, detur illis comitibus, qui nunc sunt in terra et qui dabunt et dare volunt ipsum castrum domino 25 imperatori in rectum feudum, et etiam aliis de parte imperii, qui sunt et fuerunt a magno tempore citra extra castrum pro parte imperii, illis comitibus ex toto expulsis et reiectis, qui nunc sunt et semper fuerunt cum Florentinis et aliis rebellibus imperii. Iura ipsorum rebellium consortum suorum predictis qui dabunt castrum et predictis aliis de parte imperii in totum concedantur, possessiones tamen et bona, que sunt in districtu 30 dicti castri Neni et Bandi de Monteleone, libere eis remaneant et quod in predictis non comprendantur.

7. Item quod comune Pisarum vel alii speciales Pisarum in dicto castro nil habeant in eo facere et quod eorum petitiones, quas facerent pro aliquo iure, quod dicerent se habere in dicto castro, nullatenus audiantur, sed ab ipso comuni Pisarum et specialibus 35 plenarie deffendantur, cum antiquum hodium sit et fuerit inter comune Pisarum et illos comites, qui presentialiter tenent castrum.

8. Item quod ille alter amicus, qui dat castrum montis Montisleonis, habeat tamquam fidelis imperii in rectum feudum pro se et suis heredibus [ac] libere concedatur eidem castrum Sancti Iohannis curie Sancti Miniatis, quod est circa L hominum, qui omnes 40 sunt inimici et rebelles imperio et de parte Guelforum, cum omni[a] honore, iurisditione, mero et mixto imperio etc. Et quod castrum Collis Brunachium et villa Allionis, qui volunt ad mandata venire, sine lesione ipsorum recipiantur et sit eorum vicarius ille de[b] Barbiella, ceteris exclusis.

9. Item quod tractator et ordinator predictorum, qui est nepos domini Scoti 45 remuneretur et provideatur eidem secundum quod decens erit de aliqua gratia, qua[m] pro ipso petit[c] dominus Scotus predictus. Qui longo tempore laboravit predictorum occasione et suis expensis stat et stetit in illa contrata cum equis et familia pro executione predictorum et qui est de parte imperii expulsus de sua terra occasione predicte partis.

1023. a) *supra lineam add. P.* b) *sequitur* bab *delet. P.* c) petet *P.* 50

1024. PETITIO GUIDONIS DE CAPRONA.

1313. (Iun. ex.)

Petitionem Guidonis de Caprona olim vicarii ut videtur in comitatu Florentino (cf. alium vicarium earundem partium supra in nr. 864 et Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 264 nr. 165) proponimus ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXXIIII. Edidit Doenniges l. c. I, 88 nr. 119. Denuo contulimus.*

(P. deest.)

Vobis serenissimo domino domino imperatori Guido de Caprona miles supplicat, quatinus dignemini sibi facere fieri litteras in forma represalliarum contra infrascripta comunia et universitates hominum et personarum infrascriptorum comunium, inimicorum et rebellium imperialis maiestatis, de infrascriptis denariorum quantitatibus, quas eidem Guidoni dare tenentur et debent pro suo salario temporis, quo ipse fuit vicarius imperialis maiestatis in partibus illis de anno presenti, de qua concessione repressalliorum eidem fienda alias licentiam concessit imperatoria maiestas. Et hec fiant contra eos tamquam contra rebelles imperialis maiestatis, ut ipse possit satisfacere in bonis eorum, si inde habere poterit.

Que comunia et quantitates infra describuntur[a], videlicet:

(1) Comune Figuini IIII^C^LXXXVII libr.
(2) Comune Bestictii libr. LX
(3) Comune Arsuli libr. LXXVII
(4) Comune de la Treggiaria libr. X
(5) Comune Pernine libr. XXXVI
(6) Comune Penne libr. XVI
(7) Comune Possi libr. XXXII
(8) Comune dai Mori libr. XXIII
(9) Comune Cicogne libr. XIII
(10) Comune Montionis libr. XXXVI
(11) Comune Montone libr. XCIII
(12) Comune Caposelvuli libr. XXVII
(13) Comune Pietretielse libr. XIIII
(14) Comune Ricasulis libr. XXIII
(15) Comune Montis Martiani libr. XXV
(16) Comune Ostine libr. XLVI
(17) Comune Poggitassi libr. XX
(18) Comune Montislongi libr. XX
(19) Comune Tassi libr. XXXIII
(20) Comune castelli Sancti Iohannis libr. CCXXXIII.

Que comunia sunt in comitatu et [de] comitatu Florentie.

1024. a) discribuntur *P.*

(1) *Cf. Inquisitionem supra nr. 870 sub nr.* (232). (2) *Bisticci; cf. Repetti loco supra ad nr. 870 citato I, 329.* (3) *Arfoli; Rep. I, 127.* (4) *Treggiaia; cf. Rep. V, 590.* (5) *Rep. IV, 106.* (6) *Cf. supra nr. 870 sub nr.* (214). (7) *Ibid. sub nr.* (218). (8) *Ibid. sub nr.* (217). (9) *Ibid. sub nr.* (212). (10) (11) *Videntur esse Montirone et Montone; cf. Rep. III, 323 et 587.* (12) *Cf. supra nr. 870 sub nr.* (204). (13) *Non inveni.* (14) *Cf. supra nr. 870 sub nr.* (207). (15) *Rep. III, 423.* (16)—(20) *Cf. supra nr. 870 sub nr.* (230) (223) (213) (211) (209).

1025. COMMISSIO DEFENSIONIS CIVITATIS NORTHUSENSIS.

1313. Iul. 5.

Repetimus editionem, quam paravit E. G. Förstemann 'Urkundliche Geschichte der Stadt Nordhausen. Nachträge (1840)' pag. 39 nr. 57 'ex Copiario eiusdem civitatis saec. XIV. ex.' Loca quaedam corrupta correximus. — Böhmer, Reg. Heinr. 554. 5
(P. deest.)

Henricus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus illustri Henrico marchioni de Landesberg principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Excellencie nostre nuper ex parte prudencium virorum .. magistri consilii, .. 10 consulum atque civium de Northusen nostrorum dilectorum fidelium propositum extitit per querelam, quod nobiles viri .. de Hakeborn, de Schrappfelowe et de Quernforde necnon strenui viri pincerne de Nebere una cum nobili viro Lutolfo de Morungen eos non diffidatos nec premunitos, locum Northusen accedentes et ipsos cives ac bona sua hostiliter invadentes, quosdam occiderunt, alios graviter vulnerarunt et ipsorum animalia 15 sine causa penitus abstulerunt. Super quo nobis extitit supplicatum, ut eisdem optimis remediis succurrentes defensorem ac iudicem ipsis super huiusmodi violenciis te constituere dignaremur. Talibus igitur supplicacionibus favorabiliter annuentes ac disponentes eosdem, sicut tenemur imperii fidelibus ex assumpti nobis officii debito, preservare suis in iuribus et eorumdem iniuriosis dispendiis precavere, quapropter dictos cives de Nort- 20 husen et res ipsorum tue defensioni propensius commendantes[a] fidelitati tue seriose committimus et mandamus volentes, quatinus vocatis quos ad hoc vocandos videris causas audias in hac parte et fine[b] debito decidas, faciens[c] quod decreveris auctoritate nostra firmiter observari, quousque decreverimus aliud ordinandum. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. 25

Datum Pisis, III. Non. Iulii, anno Domini MCCC terciodecimo, indictione XI, regni nostri anno quinto, imperii vero secundo.

1026—1029. ASSIGNATIONES FEUDORUM.

1313. Iul. 8.—10.

1026. *ASSIGNATIO PRO DOMINIS DE MOSCHACHIA. Iul. 8.* 30

Ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXXVIII'. Edidit Doenniges l. c. I, 93 nr. 127. Denuo contulimus.*
(P. deest.)

Die octava Iulii dominus donavit Assino de Moschachia filio quondam domini Opecini et Matheolo vocato Lensa filio quondam Grassini de Moschachia fratribus con- 35 sobrinis pro se et eorum heredibus ex eis legitime descendentibus annuatim ad bene-

1025. a) committentes *ed.* b) sine *ed.* c) facias *ed.*

placitum domini centum florenos auri, quos assignavit eis in villis Moschachie, Stagni, Badi, Succide et Granaioli, Bonon. dyoc., ad voluntatem domini, donec eis assignaverit alibi etc.

Et Leopardus habet instrumentum.

5 **1027.** *ASSIGNATIO PRO MILITIBUS PRIOR. Iul. 8.*

Item ex P *l. c. Edidit Doenniges l. c. I, 93 nr. 128. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Item die predicta dominus concessit in feudum dominis Gualterio de Lyerni dyocesis Camera[ce]n. et Iohanni de Clementi Treverensis dyocesis militibus pro se et eorum 10 heredibus etc., videlicet cuicunque eorum annuatim quatuorcentum florenos auri recipiend(os) de camera domini in festo beati Michaelis, donec alibi eis fuerint assignati in terram, cum servitio et conditione contentis in registro domini. Sept. 29.

Et Leopardus habet instrumentum.

1028. *ASSIGNATIO PRO MILITIBUS ALTERA. Iul. 9.*

15 *Item ex* P *l. c. Edidit Doenniges l. c. I, 94 nr. 129. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Item die nona Iulii dominus concessit in feudum dominis Matheo de Sclafana et Michaeli Speres de Arbe militibus pro se et eorum heredibus etc. annuatim videlicet dicto domino Matheo sexcentos florenos auri et dicto domino Michaeli quadrigentos 20 florenos auri recipiendos de camera domini in festo beati Michaelis ut supra, cum servitio et conditione predictis.

Et Leopardus habet instrumentum.

1029. *ASSIGNATIO PRO COMITIBUS DE GANGALANDIS. Iul. 10.*

Item ex P *l. c. ubi praecedit assignationem supra nr. 1026. Edidit Doenniges* 25 *l. c. I, 93 nr. 126. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Die decima Iulii Pisis in hospitio comitis Nerii, in quo dominus habitat, presentibus fratre Nycholao episcopo Butron(tino), Thoma de Septemfontibus, Aymone de Albomonte, Oberto Spinula et Lanceloto Nigrini de Ianua testibus ad [hoc] rogatis et vocatis, dominus imperator donavit Fredi, Bertino, Loste, Lappo et Angelo fratribus filiis quondam 30 domini Tani de comitibus de Guangualandi pro se et heredibus eorum ex eis legitime descendentibus annuatim ad beneplacitum domini trescentos florenos auri, quos assignavit eis percipiendos supra castrum Carmignani ad voluntatem domini et quousque dominus eos assignaverit ipsis alibi. De qua donatione dominus investivit per baculum quem tenebat in manu predictos Fredi, Leste, Lappum pro se et dictum Fredi procuratorio 35 nomine pro dictis Bertino et Angelo, sicut apparet de procuratione per instrumentum scriptum manu Alonis Gucii Alonis notarii. Et ipsi propterea nominibus quibus supra fecerunt fidelitatem et homagium et prestiterunt sacramentum domino imperatori.

1030. 1031. PETITIONES DIVERSORUM.

1313. (ante Iul. 10).

1030. *PETITIO COMMUNIS TUDERTINI. 1313. (ante Iul. 10).*

Ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXXVIII. Edidit Doenniges l. c. I, 93 nr. 124. Denuo contulimus.* 5

(P. deest.)

Tenor ambassiate ponende coram imperatoria maiestate pro parte comunis Tuderti per discretum virum Ciccolum Ribaldi civem Tudertinum est talis:

1. Primo potestas, consilium et comune dicte civitatis Tuderti cum reverentia debita recommendentur domino imperatori. 10

2. Secundo exponatur per dictum Cicolium coram domino imperatore, qualiter Perusini inimici et rebelles domini imperatoris et omnium ipsius fidelium et comunis Tuderti continue parant se ad hostiliter veniendum contra civitatem Tuderti et eius terras in grave preiudicium et detrimentum dicte civitatis Tuderti. Quibus expositis supplicetur eidem domino ut decet, quatinus eidem placeat in auxilium dictorum Tudertinorum 15 suorum fidelium sic interponere partes suas, ut a dictis Perusinis non possint degravari[a], saltem scribendo eficaciter comunibus Aretii, Cortone et Burgi Sancti Sepulcri et vicariis ibidem per dominum constitutis, ut dictos Tudertinos debeant ad requisitionem ipsorum utiliter favorare et ad offensionem Perusinorum intendere, prout deffensioni Tudertinorum viderint expedire. 20

1031. *PETITIO SPINETAE MALASPINAE.*

Item ex P *l. c. Edidit Doenniges l. c. I, 93 nr. 125.* *(P. deest.)*

Supplicatur pro parte Spinete marchionis Malespine, quod cum dudum per Garilium, Capellinum, Franciscum et Galiardum de Sarzano Terdonensis districtus familiares suos[a], [quod][b] in personas Grezisii, Thomaelli, Faciotti, Iacobi dicti Genugia et Iacobi de Adilia 25 inimicorum suorum fuerint banniti per comune Terdonense, quatinus ipsos tamquam fidelissimos sacri imperii et qui iam diu cum ipso Spineta cum equis et armis in eiusdem imperii serviciis institerunt nec adhuc cessant insistere, a banno predicto dignetur mandare per suas litteras absolvi ac ipsum bannum de libris ipsius comunis penitus aboleri.

1032—1035. PETITIO ET PRIVILEGIA COMITUM DE LAVANIA. 30

1313. (ante Iul. 10). Iul. 10.—14.

1032. *PETITIO COMITUM. (ante Iul. 10).*

Petitio autographa ut videtur servatur Taurini in tabulario regio inter Collectanea Bernardi de Mercato 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' in fine (= Doenniges Ms. IV, 35 *de quo v. supra ad nr. 563 sub nr. 28). Textus eadem manu scriptus est ac Praecepta*

1030. a) degruari? *P.*

1031. a) *anacoluthon P.* b) *sic forsan addendum P.*

pacis, quae infra in Appendice Variorum ad a. 1313. Apr. 21 edituri sumus. Responsa imperatoris adiecit Leopardus Frenetti notarius. Inscriptionem De privilegiis cardinalis de Flisco *et verba* discordant iudices *infra lin. 30 addidit Bernardus de Mercato. Quinam exaraverit verba* sic non *etc., quae in consilio ipso adscripta esse videntur, nescio; videtur esse manus a Leopardo diversa.*

Edidit minus accurate Doenniges l. c. II, 109 nr. 6. Nos denuo contulimus.

(P. deest.)

Extat privillegium regis Guill(el)mi concessum domino Nicolao[a] comiti Lavanie[1].

I. C Primo fecit eum comitem palatinum cum omni iure et dominio et omni iurisdictione et omnibus pertinentiis ad honorem predictum. Et quicunque maior natu post eum de heredibus suis fuerit succesive, eadem prefulgeat dignitate et sibi succedat cum omnibus pertinentiis ad eandem. sic

Fiat.

II. Item concessit sibi, quod si et quandocunque ad regem seu cesarem aut eius vicarium in criminali vel civilli negotio in Ytalia a cuiuscunque audientia appellabitur, quod ipse et sui heredes posi[n]t de causis ap(pellationum)[b] cognoscere et terminare easdem ac executioni mandare per se vel per allium. non

Fiat in voluntaria iurisdictione.

III. Item quod ipse et sui heredes posint constituere et creare iudices per Ytaliam, qui posint de causis cognoscere, terminare et executioni mandare. non

Idem in voluntaria iurisdictione tantum fiat.

IIII. Item quod ipse et sui heredes posint dare tutores et curatores minoribus, interponere decreta allienationibus, facere etiam iudices ordinarios et creandi[c] tabelliones in ipso Romano imperio. sic

Fiat libere.

V. Item quod quandocunque per se vel vicarium in curia morari voluerit, quod a dicto rege vel success(oribus) habeat expen(sas) pro XL equis et cet. ⟨sic⟩[d] exti[n]ctum est

Fiat pro se, set non pro vicario.

VI. Item quod ipse vel aliquis heredum suorum non posit conveniri[e] nisi sub rege vel imperatore Romanorum. ⟨sic⟩[d] discordant iudices[f]

Fiat dummodo imperator vel rex sit in Ytalia et aliter non prosit.

VII. Item quod vassalli sui in civilibus vel criminalibus non posint nisi sub eo conveniri. non

Non fiat.

VIII. Item quod ipse et heredes sui sint liberi et inmunes ab omnibus servitiis et colectis regis vel cesaris et etiam civitatum et omnibus honeribus realibus et personalibus quoad omnes ⟨cum vasalis suis⟩[g] sint liberi et inmunes. sic

Istud ultimum restringatur tantum[h] servitia[i] et collectas[k] que imponerentur ex parte regis vel cesaris, reservata expeditione quod adesse tenetur in exercitibus qui per ipsum fierent in Ytalia, sublato ex toto quod se non extendat ad collectas vel honera civitatum et cet.

1032. a) *sequitur* de f *deletum.* b) ap. *scriptum est.* c) *sic.* d) *deletum est.* e) *corr. ex* —ire. f) *haec duo verba manu Bernardi scripta sunt.* g) *uncis* ⟨ ⟩ *inclusa cancellata sunt.* h) *supra lineam add. super* a *delet.* i) *corr. ex* —tiis. k) *corr. ex* —tis.

1) *Cf. privilegia a. 1249. Sept. 4 et Oct. 2 concessa, Reg. imp. V, 4985 et 4986. Capita nostra I—V cum priori, capita VI—VIII cum altero privilegio conveniunt.*

1033. *CONCESSIO FEUDORUM.* *Iul. 10.*

Cum autographon Parmae in tabulario regio inveniri non potuerit, repetimus editionem, quam praebet Affo 'Storia di Parma' IV, 351 ex autographo paratam, in minutiis hic illic correctam. — Böhmer, Reg. Heinr. 555. *(P. deest.)*

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper 5 augustus venerabili in Christo patri domino Luce de Flisco Sancte Marie in Via lata diacono cardinali et nobilibus viris Carolo et Ottobono de Flisco palatinis et Lavanie comitibus, fidelibus et consiliariis suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Dum status, conditiones et merita personarum debita consideratione pensamus, illos libenter gratiarum et munerum largitione prosequimur, qui nobis et imperio nexu 10 fidelitatis adstricti ad nostra et imperii servitia se promptos et fructuosos exhibere procurant, ut illos precipue honorare studeamus, qui in sancta catholica et apostolica ecclesia venerandi cardinalatus locum obtinere noscuntur et nostris beneplacitis et honoribus se exponunt. Attendentes itaque dignitatis gradum, quem vos cardinalis in sancta ecclesia supradicta obtinere noscimini et vestre sinceritatis affectum, quem hactenus 15 in nostris servitiis ostenditis [et] in futuro suffragante divina potentia ostendetis, que apud cesarei throni clementiam vos carum et gratum reddunt, et considerantes etiam fidelitatis opera, que vos Carole et Ottobone, postquam fuimus Italie partes ingressi, erga nos et Romanum imperium facere curavistis et que vos per fructuosam evidentiam et grata studia facturos esse confidimus, vobis et heredibus de vestris Caroli et Ottoboni corpori- 20 bus descendentibus merum et mixtum imperium et iurisdictionem plenariam in castris et terris vestris de Calestano, de Marzolaria, de Alpesellis et de Vigolono ac in eorum curiis, territoriis et districtibus de speciali gratia tenore presentium concedimus et donamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis et donationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare 25 presumpserit, gravem indignationem nostram [et] penam centum librarum auri puri pro medietate camere nostre, reliqua vero passis iniuriam persolvendam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Pisis, VI. Idus Iulii, indictione XI, anno Domini MCCCXIII, regni nostri 30 anno V, imperii vero secundo.

1034. *PRIVILEGIUM GENERALE.* *Iul. 14.*

Repetimus editionem, quam paravit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 265 nr. 414. *(P. deest.)*

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper 35 augustus nobilibus viris comitibus de Lavania, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Cum petitur a nobis quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per imperialis sollicitudinis studium ad debitum perducatur effectum. Eapropter votis vestris grato concurrentes assensu necnon reverendi in Christo patris 40 domini Luce Sancte Marie in Via lata diaconi cardinalis, amici nostri carissimi, super hoc nos rogantis precibus annuentes, omnia privilegia vobis seu antecessoribus vestris a divis Romanorum imperatoribus vel regibus predecessoribus nostris indulta et concessa necnon conventiones et pacta quecumque inter vos et comune Ianue ac alias communitates quascumque initas et factas, prout iuste et rationabiliter indulta sunt et concessa 45

ac conventiones et pacta predicta a partibus acceptata fuere, vobis imperiali auctoritate confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et penam gravissimam 5 se noverit incursurum.

Datum Pisis, secundo Idus Iulii, anno Domini MCCCXIII, indictione XI, regni nostri anno quinto, imperii vero secundo[a].

1035. *INFEUDATIO BURGI PONTREMULI. Iul. (14).*

Contulimus 1) *editionem Winkelmanni l. c. II, 266 nr. 415 paratam et* 2) *editionem,* 10 *quam paravit G. Sforza 'Memorie e documenti per servire alla storia di Pontremoli' II (Lucca 1885) pag. 311 nr. 29 ex 'Libro consiliorum ab a. 1526 usque ad a. 1536' fol. 72' tabularii communis Pontremulensis.* *(P. deest.)*

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus reverendo in Christo patri domino Luce Sancte Marie in Via lata diacono 15 cardinali amico ac nobilibus viris Carolo et Ottobono germanis eius palatinis et Lavanie comitibus, consiliariis suis et fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Excellentie congruit imperiali super subditorum[a] vigilare meritis et nostre munificentie manus ad illos extendere, qui in augmentum imperii toto desiderio sunt ferventes. Hinc est quod nos devotionem et puritatem fidei, quam ad nos et Romanum geritis 20 imperium, et servitia, que nobis dudum impendistis et que prout intendimus et confidimus impendetis in futurum, attendentes et volentes ob hoc nostre munificentie manus ad vos extendere et gratia [vos] prosequi speciali, vobis et legitimis heredibus ex vobis descendentibus burgum Pontremuli ad cameram nostram immediate spectantem cum castro ibi posito et omnibus iuribus ac pertinentiis necnon omni terra, honore, iurisdictione, districtu, 25 potestate ac omnibus aliis, que sunt intus et extra ad ipsum spectantia et que nos ibidem habemus et habere debemus, concedimus et donamus in feudum nobile et antiquum ac vos de predictis omnibus corporaliter investimus, ita tamen quod debita et consueta servitia nobis ac nostris in imperio successoribus, videlicet imperatoribus et regibus Romanorum, a vobis et quolibet vestrum ac vestris heredibus succedentibus in ipso 30 feudo prestentur temporibus opportunis. Specialiter volentes ac nobis et imperio retinentes, quod homines dicti burgi et districtus guerram vivam faciant nostris et imperii rebellibus ac aliis, quibus nos et nostri successores imperatores et reges Romanorum bellum indiceremus vel ab ipsis indictum haberemus, necnon homines nostros omni tempore intromittant et receptent ad faciendum dictis nostris et imperii rebellibus aut 35 aliis ut supra tangitur guerram vivam et ad exercitus nostros seu expeditiones, quando requisiti fuerint, teneantur venire et omnia servitia nobis et imperio ex iure veteri et novo atque consuetudine Italie prestare debita et consueta. Salvo similiter nobis et dictis successoribus nostris[b] imperatoribus vel regibus Romanorum iure directi dominii ac omnibus iuribus et honoribus, que in feudis domino superiori reservari debent et 40 consueverunt. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis bulla aurea iussimus communiri.

Datum Pisis, secundo Nonas[c] Iulii, indictione XI, anno Domini millesimo tricentesimo decimo tertio, regni nostri anno quinto, imperii vero secundo[d].

1034. a) Signum domini Henrici imperatoris invictissimi *add.* 1.

45 **1035.** a) subiectorum 2. b) dictis *add.* 1. 2. c) *sic pro* Idus 1. 2. d) Signum domini Henrici imperatoris invictissimi *add.* 1.

1036. RECOGNITIO DEBITI THESAURARIO FACTA.

1313. Iul. 14.

Repetimus editionem, quam paraverunt ex autographo Leodii in tabulario regio 'Charte nr. 504' asservato a. 1898. Bormans et Schoolmeesters 'Cartulaire de l'église Saint-Lambert de Liège' III, 124 nr. 977. Pendet sigillum. In verso leguntur manu paulo posteriori scripta: Recognitio Henrici imperatoris de II^M IIII^C LXXII florenis, in quibus tenebatur domino Egidio de Marcello canonico Leodiensi, quos idem dominus Egidius dedit capitulo Leodiensi. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus.

Notum facimus universis quod facta compositione legitima finali per venerabilem Henricum Tridentinum episcopum principem et cancellarium nostrum dilectum una cum Egidio thesaurario nostro de omnibus et singulis pecuniarum summis, bonis et rebus aliis quibuscumque, que ad manus ipsius nomine et vice nostro ab eo die, quo in servitio nostro ac inclite Margarete pie recordationis quondam Romanorum regine consortis nostre karissime extitit, usque in diem hodiernum quocumque modo pervenisse noscuntur, eidem Egidio remansimus et remanemus in duobus milibus quadringentis septuaginta duobus florenis decem Turonensium debitores.

Datum Pisis, II. Idus Iulii, regni nostri anno quinto, imperii vero secundo.

1037. MANDATUM DALPHINO MISSUM.

1313. Iul. 17.

Descripsimus autographon tabularii Gratianopolitani 'B. 3267' signatum. Sigillum deest, loro membranaceo relicto. In verso leguntur: quitatio facta per imperatorem Henricum domino Iohanni Dalphino de feudis et homagiis, in quibus tenebatur regi Roberto. Registrata est. *Adnotavimus etiam varias lectiones duas tam transsumti a. 1357. Oct. 6 facti in tabulario Parisino 'Carton J. 285 nr. 16' servati, quod exemplavit iam olim b. m. Waitz (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 266 nr. 416; cf. Guiffrey 'Histoire de la réunion du Dauphiné à la France' (1868) pag. 300), quam Cartularii cod. lat. 9908 saec. XV. ex. fol. 21 bibliothecae Parisiensis, quae cum autographo negligenter scripto conveniunt. — Böhmer, Reg. Heinr. 559. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Iohanni Delphino Viennen(si) fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Ad tue fidelitatis noticiam alias per nostras litteras[1] deduximus[a] et adhuc per presentes deducimus, quod nos pridem Robertum natum clare memorie Caroli secundi tunc titulo Sicilie regis fungentem[b] suis exigentibus culpis et lese maiestatis et aliis eius criminibus exposcentibus universis et singulis dignitatibus, auctoritatibus, honoribus, libertatibus, immunitatibus, privilegiis, provintiis, contratis, civitatibus, castris, terris, villis, pheudis, vassallis, bonis, rebus, iuribus et iurisdictionibus, quos, quas et que habebat[c],

1037. a) x *corr. ex* c *or.* b) ū *in loco raso or.* c) t *in loco raso or.*

1) *Quae servatae non sunt.*

tenebat vel possidebat seu habuerant, tenuerant vel possederant quomodolibet ipse vel sui antecessores, privavimus et vassallos pheudatarios et omnes qui eidem ratione fidelitatis et pheudorum vel alia quacunque causa ad aliqua prestanda servitia personalia vel realia sibi essent astricti, in quantum eidem vel suis heredibus tenerentur, absolvimus, ita 5 quod ad ea sibi prestanda[d] decetero nullatenus tenerentur. Cum igitur ratione dicte nostre sententie[1] ab omni vinculo fidelitatis et homagii, quo sibi causa quorumcunque castrorum, terrarum et locorum, iurium et iurisdictionum abstrictus[e] eras, sis penitus absolutus et de ipsis castris, terris et locis, iuribus et iurisdictionibus nos et Romanum imperium in dominum recognoscere tenearis, fidelitati tue harum tenore sub pena nostre 10 indignationis et privationis pheudorum, que in imperio tenes, districte precipiendo mandamus, quatinus venerabilibus Henrico cancellario nostro Tridentino et Nicolao Botrontino episcopis vel eorum alteri nomine ac vice nostri recipientibus de dictis castris, terris, villis, iuribus et iurisdictionibus, que olim a Roberto tenuisti predicto, homagium facias et prestes fidelitatis debite iuramentum. Nos enim dictis episcopis et cuiuslibet[f] 15 eorum petendi, requirendi et recipiendi a te seu legitima persona tuo nomine dicta homagium et iuramentum plenam tenore presentium committimus potestatem.

Dat. Pisis, XVI. Kalen. Augusti, regni nostri anno quinto, imperii vero secundo.

1038. 1039. PETITIO DE REGALIBUS EPISCOPI LEODIENSIS.

20 1313. Iul. 18.

1038. *PETITIO EPISCOPI.*

Ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXXIX. Edidit Doenniges l. c. I, 94 nr. 130 a. Denuo contulimus.*

(P. deest.)

25 Discretus vir dominus Arnoldus de Gimenig canonicus Tungerensis, qui se dicit nuncium et procuratorem reverendi in Christo patris et domini domini Adolphi episcopi Leodiensis, constitutus in presentia serenissimi domini domini Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti nomine et pro parte eiusdem domini Leodiensis episcopi cum instancia requisivit et petiit, quod prefatus dominus imperator regalia sua 30 transmittat et concedat eidem domino Leodiensi episcopo cum omnibus suis iuribus et consuetudinibus et sicut aliis Leodiensibus episcopis predecessoribus suis ipsius domini Adolphi consueverunt eadem regalia transmitti, concedi et dari per alios divos Romanorum imperatores et reges, offerens prefato domino imperatori idem dominus[a] Arnoldus nomine et pro[b] parte eiusdem domini Leodiensis episcopi certam pecunie quantitatem 35 in quadam bursa. Quam pecuniam asserebat esse marchas quinquaginta puri argenti debitas imperiali maiestati vel eius curie pro obtinendis dictis regalibus, dicens et protestans, quod si plus deberetur pro dictis regalibus obtinendis, paratus est dare et exhibere, quod plus debetur. Quam bursam cum dicta pecunia in presentia supradicti domini Romanorum imperatoris dimisit et taliter me Symonem notarium hec scribere 40 rogavit.

1037. d) *sequitur rasura unius litterae or.* e) *sic or., transs. itemque cod. Paris.* f) *sic or. et cod. Paris.*

1038. a) *sequitur* arl *delet. P.* b) *super* ex *delet. P.*

1) *Supra nr. 946.*

Actum Pisis in claustro domus nobilis viri Raynerii comitis de Donoratico, in qua moratur imperatoria maiestas. Presentibus domino patre domino fratre Oddone Dei gratia Pisano archiepiscopo et magnifico[c] viro domino Manfredo de Claromonte comite Mohac et domino Saragusie et discretis viris domino Egidio canonico Leodiensi thesaurario imperatorie maiestatis et magistro Iohanne de Vistinga iudice et auditore causarum 5 imperialis aule et magistro Bernardo de Mercato notario camere imperialis maiestatis et aliis pluribus testibus ad hec rogatis.

Dominice incarnationis anno MCCCXIIII, indic. XI, XV. Kal. Aug., secundum cursum Pis(anum).

1039. *RESPONSUM IMPERATORIS.* 10

Item ex P *l. c. Edidit Doenniges l. c. I, 94 nr. 130b. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Coram supradictis testibus, eodem supradicto die et loco prefatus dominus H(enricus) Romanorum imperator semper augustus audita et intellecta requisitione et oblatione predicta respondit, quod non videt[a] personam ad petendum dicta regalia sufficiens 15 mandatum habentem. Et tam propter hanc causam quam propter alias suo loco et tempore exprimendas petitionem predictam presentialiter non exaudiet. Et sic ex mandato eiusdem domini[b] imperatoris hec scripsi.

Symo quondam Ugolini de Filectulo Pisanus civis hec scripsi.

1040—1042. PETITIONES DIVERSORUM. 20

1313. (post Iul. 18).

1040. *PETITIO ROLANDI DE CASTELLIONE.*

Ex P *Libro propositorum consilii imperatoris, de quo v. supra ad nr. 933, fol. XXXIX' ubi post Iul. 18 inscripta est. Edidit Doenniges l. c. I, 94 nr. 131. Denuo contulimus.* *(P. deest.)* 25

Rolans de Castellion juges abbes de Genes demande la poestarie de Sassari pour un ant, feni le tempus de celui qui la tient orendrioit.

Item demande que li sires le vuelle faire de son conseil, einsinc que il se puisse apeler des juges l'empereur.

1041. *PETITIO THIDERICI MILITIS.* 30

Ex P *fol. XL. Edidit Doenniges l. c. I, 95 nr. 136. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Thierris diz Anianz chevaliers dist, que il fu pris ou servis dou segnour en venanz de Rome vers Florence en l'ost dou segnour e perdi chevax e tout ce que il avoit. Por quoi suplie, que li sires li doint un cheval e que l'on li face paier ce que li sires li 35 doit, dont il a ses letres.

1042. *PETITIO PAGANELLI DE VICO PISANO.*

Ex P *l. c. Edidit Doenniges l. c. I, 95 nr. 138. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

1038. c) *sequitur*] *delet. or.* 40

1039. a) *sequitur* personam *abbreviat. delet. P.* b) de *P.*

Paguanex juges de Vicco Pisain[1] suplie, que li sires li doint confirmacion e concession de novel de la grace a lui fait par monsegnour[a] Rodulf roy des Romains des droiz de l'empire ou Chastelfranco, Saintecroiz, Cappiano, Gallena, Staffuli e Orentana, la quel il comanda a Melan[b], que li fust done et outroie, e puis li outroia a Pise a la requeste le cardenal d'Ostia.

Item que li sires vuelle comander au chancelier, que li doint letres emperiaux, que il puisse pour soi ou pour autrui prendre des Luquoys[c] en persones et choses juques a la value de VI[C] libr. pour ant, lesquex li cumus de Luca ou autre singuler persone par le dit cumun on pris de la grace a lui outroie par le dit roy Rod(ulf).

1043. 1044. PRIVILEGIA PRO EPISCOPO MASSANO.

1313. Iul. 27.

1043. *CONFIRMATIO PRIVILEGII.*

Confirmationis autographon Senis in tabulario regio 'Archivio delle Riformagioni. Massa' servatum iam olim descripsit H. Pabst (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 267 nr. 417). Sigillum deest filis sericis rubei flavique coloris relictis.

(P. deest.)

¦ Henricus septimus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus venerabili Iohanni Massano episcopo, principi et consiliario suo dilecto gratiam suam et omne bonum. ¦

In litteris seu privilegio dive memorie Henrici sexti Romanorum imperatoris predecessoris nostri, quarum litterarum seu privilegii tenorem tuis precibus inclinati presentibus inseri fecimus, sic vidimus contineri:

'In nomine sancte — Dat. Pisis'. *Stumpf 'Acta' nr. 415.*

Nos autem Henricus septimus imperator predictus tuis Iohannis episcopi supradicti supplicationibus annuentes, tibi propter hoc in nostra presentia constituto et nobis de predictis omnibus et singulis, que a nobis et imperio recognovisti et recognoscis, homagium facienti et per te dicte Massane ecclesie ea omnia confirmamus et de uberiori gratia de novo donamus omne ius, quod tibi per litteras seu privilegium predictum tibi[a] et eidem ecclesie competit, ac illud illesum et integrum perpetuo volumus conservari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis et donationis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et penam quingentarum librarum auri pro medietate camere nostre et pro reliqua eidem ecclesie Massane persolvendam se noverit incursurum.

Huius rei testes sunt: venerabilis Oddo Pisanus archiepiscopus princeps et secretarius, nobiles viri Thomas de Septemfontibus, Aymo de Albomonte milites et camerarii

1042. a) *sequitur* Roud *delet. P.* b) a Melan *supra lineam add. P.* c) *sequitur* j *delet. P.*

1043. a) *sic or.*

1) *Cf. supra nr. 111 et pag. 88 notam 2. Privilegia Rodulfi et Heinrici servata non sunt.*

et honorabilis vir Iohannes de Vinstinga iudex nostri et quam plures alii nobiles et fideles.

Signum domini Henrici septimi (M.) Romanorum imperatoris invictissimi.

In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. 5

Dat. Pisis, VI. Kalen. Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo tertiodecimo, indictione undecima, regni nostri anno quinto, imperii vero secundo.

Et ego Egidius de Marcella prefati domini imperatoris thesaurarius, vices gerens in offitio cancellarie domini fratris Henrici Tridentini episcopi sacre imperialis aule cancellarii, vice domini Henrici Coloniensis archiepiscopi sacri imperii per Italiam archi- 10 cancellarii recognovi.

1044. *CASSATIO ALIENATIONUM FEUDORUM.*

Cum autographon deperditum sit, repetimus editionem, quam iam olim paraverunt Ughelli-Coleti 'Italia sacra' III, 719, in minutiis correctam. — Böhmer, Reg. Heinr. 561. *(P. deest.)* 15

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad audientiam nostram venerabili Iohanne Massano episcopo principe et consiliario nostro referente pervenit, quod nonnulli predecessores sui castra, villas, terras, posses- siones et alia bona, que ipsi seu ecclesia Massana ab imperio in feudum obtinebant, 20 alienare et distrahere in gravem ipsius ecclesie et imperii lesionem presumpserunt. Quia vero alienationes et distractiones huiusmodi domino feudorum ipsorum inconsulto attentate noscuntur, ex officii nostri debito nobis incumbit super hoc de opportuno remedio pro- videre, alienationes et distractiones castrorum, villarum, terrarum, possessionum et aliorum bonorum predictorum, prout illicite et de facto processerunt, cassamus, irritamus et 25 nullius fore decernimus[a] firmitatis ex certa scientia et de nostre plenitudine potestatis, in ipsis iure nostro et imperii semper salvis. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Pisis, sexto Kalend. Augusti, anno Domini millesimo CCCXIII, indictione XI, regni nostri anno quinto, imperii vero secundo. 30

1045. 1046. INDICES DOCUMENTORUM PISIS CONFECTI.

(1313. Iul.)

1045. *INDEX DOCUMENTORUM IN CAMERA ASSERVATORUM.*

Indicem hunc quantumvis pretii manu Bernardi de Mercato camerae notarii 35 *scriptum proponimus ex* R *eius Collectaneis et actis, quae supersunt in tabulario regio Taurinensi 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 28—31. Edidit Doenniges l. c. II, 112 sqq. nr. 1. Nos denuo accura- tissime contulimus.*

Indicem documentorum camerae a. 1313. confectum esse, priusquam imperator a 40 *Pisis recederet, apparet ex inscriptione Indiculi infra nr. 1046, qui eodem tempore ac*

1044. a) decrevimus *ed.*

Index maior ab ipso notario scriptus est. Mensi igitur Iulio huius anni etiam Indicem maiorem vindicandum esse censuimus.

De huius Indicis indole minus recte iudicaverunt tam G. Seeliger 'Mittheilungen des oesterreichischen Instituts' XI (1890) pag. 435 sqq. quam V. Samanek ibidem XXVII 5 *(1906) pag. 246 not. 5. Nos alio loco fusius de omnibus, quae ad has res spectant, disserturi id tantum iam adnotamus, signa in margine posita ita explicanda esse:* ℞ = Registrat., cur̄ = curia, p̃ = portatur[1]. *Quae sic intelligenda sunt: documenta in Registris camerae, quae camerae notarii nimirum secum ducebant, iam registrata Pisis remanebant; nonnulla quae adhuc vel proximum curiae imperiali opus erant, a notario* 10 *camerae curiae tradita vel tradenda erant; cetera eaque omnia gravioris momenti, ut in itinere usui essent, portabantur*[2].

Animadvertere liceat, documenta omnia, quibus additum est cur̄ *vel* p̃, *hodie deperdita esse. Reliqua quibus additur* ℞, *quot supersunt, Pisis adhuc servantur. Cf. etiam Indicem supra nr. 1008, cuius documenta omnia in hoc Indice desiderantur.*

15 *Indicem hunc ad documenta in editione Constitutionum nostra supra proposita saepius iam citavimus, de quo hic in adnotationibus dictum est. Ceterum notas ita instituimus, ut omnibus documentis, quae Pisis in archivis tam capituli maioris ecclesiae (AC) vel familiae Roncioni (AR) servantur, praeter numeros editionis nostrae archivi signaturae sint adiectae.* *(P. decst.)*

20 ℞ + (1) *Commissio pape facta cardinalibus de coronando imperatore sub bulla papali[a] *f. 28.

℞ + (2) De coronatione domini imperatoris sub sigillis cardinalium[b]

cur̄ × (3) Mandatum apostolicum factum cardinalibus, quod imperator recederet de Urbe et de terris ecclesie et quod non invaderet Regnum sub sigillis 25 card. etc.[c]

cur̄ × (4) De treugis indictis per papam inter dominum imperatorem et regem Robertum sub sigillis card(inalium)[d]

cur̄ × (5) Littera trium cardinalium directa episcopo Tudertino de presentando domino imp[er]atori[e] executionem ipsorum cardinalium de non redeundo ad terras 30 ecclesie etc.[e]

cur̄ × (6) Executio mandatorum apostolicorum facta per tres cardinales domino imperatori de non redeundo ad terras ecclesie et de non invadendo Regno sub sigillis eorum

cur̄ × (7) De treugis indictis per papam inter dominum imperatorem et regem 35 Robertum sub sigillis card(inalium)[d]

(8) De confirmatione facta ecclesie per dominum de terris ecclesie sub bulla papali

cur̄ × (9) De[f] eadem confirmatione in privatam scripturam[f]

1045. a) sub — papali *stilo mutato atramento pallidiori post add. R.* b) sub — cardinalium *item* 40 *post add. R.* c) sub — etc. *item post add. R.* d) sub — card(inalium) *item post add. R.* e) *item post add. R.* f) De — scripturam *stilo acutiori inter lineas post adiect. R.*

1) *Est* p̃, *non* p̊. 2) *Quae notat Doenniges l. c. II, 112 not. 3 de signis* p̃ *et* cur̄, *omnino erronea sunt. Item signa crucis minus recte indicavit.*

(1) *1311. Iun. 19. Est autographon archivi capituli maioris ecclesiae Pisanae (AC) nr. 1362, supra* 45 *nr. 644 sub* 1; *cf. inscriptionem.* (2) *1312. Iun. 29. Autographon deperditum est. Transsumtum tabularii Taurinensis v. supra nr. 797.* (3)—(7) *Omnia deperdita;* (4) *bis inscriptum est, cf.* (7). *Cf. iam supra ad nr. 839—845.* (8) *Autographon deperditum est. Num idem fuerit ac forma duobus sigillis sigillata AC nr. 1357, quam supra nr. 393 sub* F *adhibuimus, nescio.* (9) *Deperditum.*

p̃ + (10) Procuratorium comitis de Claromonte ex parte regis Frederici ad promittend(um) domino imperatori solutionem C^{M} flor(enorum).

Item novem paria litterarum sigillatarum sigillo comitis de Claromonte procuratoris regis Frederici, videlicet

p̃ + (11) Littera dicti comitis procuratorio nomine pro rege Fr(ederico) de promissione facta de incipienda guerra viva per ipsum regem 5

p̃ + (12) De certo modo faciendo concordiam[g] cum rege Roberto[h]

* f. 28'. p̃ (13) *De certo modo concordiam faciendo contra Robertum

p̃ (14) Littera unionis approbat(a)

p̃ (15) De concordia facienda non obstante contramandato approbate. 10

p̃ (16) De parentela approbat(e)

p̃ (17) Procuratio super officio admirati approbat(a)

p̃ (18) De contractu matrimonii et promisso quod filius regis F(rederici) succedat in Regno

p̃ (19) De incipienda guerra et de danda tercia parte acquisita de Regno a Faro citra[i]. 15

C Item novem[k] paria litterarum sigillatarum sigillo regis Fr(ederici), videlicet[l]

p̃ (20) Quod barones iurent domino P(etro) filio regis

p̃ (21) De concordia non facienda, nisi insula Sicilie remaneat domino regi Frederico et heredibus suis 20

p̃ (22) Quod personaliter tam dominus imperator quam dominus rex F(redericus) invadant Regnum

p̃ (23) De solvenda pecunia promissa

p̃ (24) De unione tenenda non obstante aliquo mandato 25

p̃ (25) De certo modo faciendo concordiam

p̃ (26) De unione domini regis

p̃ (27) De officio admiracie[m]

* f. 29. p̃ (28) *De parentela domini regis.

p̃ (29) Instrumentum quod rex Fredericus testificatur duo sigilla pendencia esse sigilla sua propria sub sigillo secreto 30

p̃ (30) Procuratorium comitis de Claromonte pro rege F(rederico) ad tractandum etc. sub sigillo secreto

p̃ (31) Procuratorium comitis de Claromonte pro rege F(rederico) ad tractandum et iniendum concordiam et amicitiam cum domino imperatore sub sigillo secreto 35

R + (32) Littera universis ecclesiasticis personis de approbatione[n] electionis domini etc. sub bulla papali[o]

1045. g) *sequitur* approbate *deletum R* h) cum — Roberto *stilo mutato atramento fusciori post scriptum.* i) *sequitur in nova linea* Item novem *post deletum R.* k) *super* octo *deleto R; cf. not.* m. 40
l) *sequitur* de *deletum R.* m) De — admiracie *in fine paginae stilo acutiori post add. R; cf. not.* k.
n) *super* confirmatione *delet. R.* o) sub — papali *post mutato ductu add. R.*

(10) — (31) *De his documentis, quae omnia deperierunt, v. supra nr. 823. Cf. etiam infra nr. 1050 sub nr.* (8) *et* (9). (32) *1310. Sept. 1. Autographon hoc deperiit. Adhibuimus autographon tabularii Vaticani supra nr. 436 sub* A 1; *cf. supra.* 45

p̃ + (33) Littera universis Romani imperii subditis quod obediant domino } sub bulla papali
℞ + (34) Item alia littera eiusdem tenoris } sub bulla papali
cur̄ × (35) Item alia eiusdem tenoris[p] } sub bulla papali
5 ℞ + (36) Littera de coronatione domini in festo Purificationis ultra biennium directa in personam domini sub bulla papali
℞ + (37) Littera quod dominus papa assignat domino imperatori terminum coronandi ipsum in Urbe apud Sanctum Petrum in festo Purificationis quod est ultra biennium, que dirigitur personis ecclesiasticis et secularibus sub bulla
10 papali
℞ + (38) Laudensibus quod obediant domino sub bulla papali
℞ + (39) Parmensibus quod obediant domino sub bulla papali
℞ + (40) Mediolanensibus quod obediant domino sub bulla papali
℞ (41) *Terdonensibus quod obediant domino sub bulla papali *f. 29'.
15 ℞ (42) Astensibus quod obediant domino sub bulla papali
℞ (43) Papiensibus quod obediant domino sub bulla papali
℞ (44) Archiepiscopo Pisano quod obediat domino et promoveat negocia eius sub bulla papali
℞ (45) Veronensibus quod obediant domino sub bulla papali
20 ℞ (46) Brixiensibus quod obediant domino sub bulla papali
℞ (47) Archiepiscopo Mediolani quod obediat domino et promoveat negocia eius sub bulla papali
℞ (48) Episcopo Vincentino quod obediat domino[q] et promoveat negocia eius sub bulla[r] papali
25 ℞ (49) Domino Arnaldo cardinali quod occurat domino in introitu Lombardie et committetur eum sub bulla papali
cur̄ × (50) Albensibus quod obediant domino sub bulla papali
℞ + (51) Florentinis quod obediant domino sub bulla papali
℞ (52) Reginensibus quod obediant domino sub bulla papali
30 ℞ (53) Lucanis quod obediant domino sub bulla papali
℞ (54) Paduanis quod obediant domino sub bulla papali
℞ (55) Patriarche Aquilegiensi quod obediat domino et promoveat eius negocia sub bulla papali
℞ (56) Regi Romanorum, quod veniat ad concilium sub bulla papali
35 ℞ (57) Placentinis quod obediant domino sub bulla papali
℞ (58) Cumanis quod obediant domino sub bulla papali

1045. p) Item — tenoris *stilo acutiori inter lineas post adiect. R.* q) *sequitur* su *delet. R.* r) *sequitur* dn̄i *delet. R.*

(33) *et* (35) *Deperdita sunt; sed cf. pag. 375 not. 2.* (34) *1310. Sept. 1 Est autographon AC*
40 *nr. 1340 bis, supra nr. 435 sub* 3; *cf. inscriptionem.* (36) *1309. Iul. 26. Autographon hoc iam deperiit. Adhibuimus autographon tabularii Vaticani supra nr. 298; cf. supra.* (37) *1309. Iul. 26. Est autographon AC nr. 1310, supra nr. 299; cf. inscriptionem.* (38)—(43), (45), (46), (50)—(54), (57)—(65), (68) *et* (69) *1310 Sept. 1. Notantur viginti quatuor exemplaria, quocum fere omnino concordat Regestum Clementis V. Deest enim in Indice nostro solum exemplar Cremonensibus missum; cf. supra nr. 435 sub* B 2.
45 *Adhuc servantur in AC novem exemplaria autographa:* (40) = *AC nr. 1334,* (41) = *nr. 1337,* (45) = *nr. 1342,* (52) = *nr. 1343,* (54) = *nr. 1336,* (58) = *nr. 1333,* (60) = *nr. 1339,* (65) = *nr. 1322,* (68) = *nr. 1341. Cf. supra nr. 435 sub* B 1. (41) *Cf. supra pag. 376 lin. 5. 6.* (44), (47), (48), (55), (66), (67) *1310 Sept. 1. Notantur sex exemplaria, quocum concordat Regestum Clementis V.; cf. supra nr. 436 sub* B 2. *Adhuc servantur in AC nr. 1338 et 1340 exemplaria nr.* (67) *et* (48). (49) *1310. Sept. 1. Autographon deperiit.*
50 *Cf. supra nr. 437.* (56) = (133) *1310. Apr. 4. Est autographon AC nr. 1324, quod edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 8 nr. 5. Cf. inscriptionem l. c.*

R (59) Tervisinis, quod obediant domino sub bulla papali
R (60) Senensibus quod obediant domino sub bulla papali
R (61) Novariensibus quod obediant domino sub bulla papali
R (62) Pargamensibus quod obediant domino sub bulla papali
R (63) Mutunensibus quod obediant domino sub bulla papali 5
* f. 30 cur (64) *Alexandrinis[s] quod obediant domino. Et est littera penes patriarcham Antiochenum. Debet requiri per cancellarium et portari ad curiam[s].
R (65) Ianuensibus quod obediant domino sub bulla papali
R (66) Episcopo Florentino quod obediat domino et promoveat negocia eius sub bulla papali 10
R (67) Archiepiscopo Ianuensi quod obediat domino et promoveat negocia eius sub bulla papali
R (68) Vercellensibus quod obediant domino sub bulla papali
R (69) Mantuanis, quod obediant domino sub bulla papali
R (70) Regi Romanorum de sententia lata contra capitulum Basiliense propter 15 electionem prepositi ibidem sub bulla papali

C Decem[t] privilegia sub bulla papali, videlicet

p̃
+ (71) Quod conceditur quod quilibet episcopus in presentia domini regis potest uti pontificalibus irrequisito dyocesano
+ (72) Quod dominus imperator potest in quolibet adventu suo in omni loco 20 interdicto audire solemniter divina et facere coram se celebrari per decem dies
+ (73) Indulgencie conceduntur orantibus pro domino
+ (74) Gratia quod predicator in presencia domini regis potest dare indulgencias unius anni
+ (75) Pro confessore electo a domino 25
+ (76) Gratia quod dominus excommunicari vel interdici non possit
+ (77) Quod dominus possit intrare loca mulierum religiosarum
+ (78) Quod dominus tempore interdicti possit habere divina
+ (79) Quod dominus possit audire missam antequam illucescat
+ (80) Quod dominus excommunicari vel interdici non possit executoria 30

R (81) De nominatione archiepiscopi Rathomagen(sis)[u], comitis Bononie, facta per quosdam nuncios regis Francie ad inquirendum, terminandum etc., et interprisiis etc.
cur × (82) De unione et confederatione domini imperatoris et regis Francie in privatam scripturam 35
cur × (83) Per tres cardinales quod non offendat aliquam terram ecclesie in papiro
* f. 30'. R (84) *Confederatio regis Francie et domini imperatoris in privatam scripturam

1045. s) Alexandrinis — cur(iam) *in initio novae paginae mutato ductu post adiect. R.* t) *corr. supra* Vndecim *R.* u) *praecedit* R[?]ag *delet. R.* 40

(64) *Cf. supra pag. 376 not. 2.* (70) *1310. Ian. 22. Est autographon AC nr. 1319, quod edidit Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 78 nr. 54 (= W. S. B. pag. 214); cf. inscriptionem l. c.* (71)—(80) *Haec privilegia omnia deperierunt. Non videntur esse ea quae praebet Regestum Clementis V. in editione supra ad nr. 298 citata sub nr. 5562—5566, data a. 1310. Iul. 6 (de quorum unius autographo in tabulario Luxemburgensi asservato cf. 'Bibliothèque de l'école des chartes' XLI (1880) pag. 53 sq. et 669; cf. etiam* 45 *supra nr. 641 cap. 14), sed potius illa quae in Instructione legatorum a. 1311. (post Iun. 17) memorantur supra nr. 641 cap. 12. Cf. etiam infra nr. 1050 sub nr.* (10). *De his rebus omnibus fusius alio loco disseremus.* (81) *Deperditum; cf. supra ad nr. 618.* (82) *Deperditum; cf. supra pag. 547 not. 1.* (83) *Deperditum; cf. supra ad nr. 839—845.* (84) *Deperditum; cf. supra pag. 549 not. 1.*

cur̄ × (85) Tria paria litterarum clausarum missarum domino ante coronationem per Robertum quondam regem

cur̄ × (86) Duo procuratoria sub sigillo domini, qualiter dominus constituit procuratores cum pleno mandato et misit ad Robertum quondam regem, ut per-
5 ficerent tractatum matrimonii, confederationis et unionis etc.

cur̄ × (87) Significatio[v] quod mittitur domino copia litterarum, quas misit Roberto sub bulla papali[v]

℞ (88) Quod nobiles Romanos detentos per dominum restituat sub bulla papali

10 cur̄ × (89) Quod non transeat per Bononiam sub bulla papali

℞ (90) Quod agat misericorditer contra Brixiam sub bulla papali

℞ (91) Quod habeat recommendatam ecclesiam Monasterien(sem) et eius electum sub bulla papali

℞ (92) De revocando mandato facto quibusdam episcopis de veniendo Romam.
15 cum iverint ad conscilium sub bulla papali

℞ (93) Responsiones[w] de mittendo legatos in Italiam et Alamaniam, super aliis petitionibus domini sub bulla papali

cur̄ × (94) Quod dominus non faciat in terris, quas Robertus tenet in Lombardia, novitatem sub bulla papali

20 ℞ (95) Pro assignandis litteris confederationis facte cum rege Francie sub bulla papali

cur̄ × (96) Quod dominus faciat restitui Roberto castrum Fibini districtus Alexandrie, quod occupat marchio Montisferrati sub bulla papali

cur̄ × (97) De confederatione facienda cum rege Francie et compromittendo cum
25 eo et dilatione danda comiti Burgondie filio dicti regis sub bulla papali[x]

℞ (98) Processus factus contra Venetos occasione[y] Ferrarie sub bulla papali

℞ (99) Quod tramittat dominus litteras consimiles litteris regis Francie sub bulla papali

℞ (100) Pro parentela facienda cum Roberto sub bulla papali

30 ℞ (101) De restituendis captis et palaciis Rom(anis) sub bulla papali

cur̄ × (102) *Quod dominus differat iuramentum Roberti recipere usque ad coronationem imperialem sub bulla papali *f. 31.

℞ (103) Papa significat domino de coronatione et hortatur, quod compromittat in eum de iniuriis factis inter dominum et Robertum sub bulla papali

35 ℞ (104) Pro affinitate contrahenda cum Roberto sub bulla papali

℞ (105) Quod dominus habeat excusatum archiepiscopum Coloniensem de veniendo ad servitium domini sub bulla papali

1045. v) *nr.* (87) *mutato ductu scriptum R.* w) s *corr. ex* m *R.* x) sub — papali *mutato stilo scriptum R.* y) coccasione *R.*

40 (85) *Deperdita; cf. supra ad nr. 781.* (86) *Deperdita; cf. supra ad nr. 751.* (87) *Videtur esse fragmentum autographi, quod servatur in AC, supra nr. 793.* (88) *1312. Iun. 19. Est autographon tabularii Roncioniani Pisani (AR) nr. 608, supra nr. 792; cf. inscriptionem.* (89) *Deperditum.* (90) *1311. Iul. 4. Est autographon AC nr. 1363, supra nr. 648; cf. inscriptionem.* (91) *Deperditum.* (92) *1312. Ian. 3. Est autographon AC nr. 1373, supra nr. 725; cf. inscriptionem.* (93) *1310. Iun. 27.*
45 *Est autographon AC nr. 1327; supra nr. 390; cf. inscriptionem.* (94) *Deperditum.* (95) *1311. Dec. 18. Est autographon AC nr. 1370, supra nr. 718; cf. inscriptionem.* (96) *Deperditum.* (97) *1311. Mart. 4. Autographon hoc deperiit. Adhibuimus minutam tabularii Vaticani supra nr. 588. Cf. supra.* (98) *1309. Mart. 27. Est autographon AC nr. 1302 ineditum. Cf. etiam inscriptionem supra pag. 518 not. 1.* (99) *Deperditum; cf. supra pag. 706 not. 2.* (100) *Deperditum esse videtur; sed cf. supra ad nr. 752.*
50 (101) *Deperditum esse videtur; sed cf. supra nr.* (88) *et ad nr. 792.* (102) *Deperditum; cf. supra ad nr. 726.* (103) *1312. Iun. 19. Est autographon AC nr. 1375, supra nr. 791; cf. inscriptionem l. c.* (104) *Deperditum esse videtur; sed cf. supra ad nr. 752.* (105) *1311. Dec. 29. Est autographon AC nr. 1373, supra nr. 722; cf. inscriptionem.*

R̷ (106) Papa significat domino quod mittit sibi legatum et cardinales pro coronatione imperii sub bulla papali

R̷ (107) Quod dominus faciat forbaniri de Lombardia illos de Ferraria sub bulla papali

R̷ (108) Pro Symone de Colubiano ac Iacobo et Petro de Vercellis sub bulla papali

R̷ (109) Li compes de Gile le[z] tresurier dou IX jour de Fevrer juques au coronement l'emperour a Rome

R̷ (110) Computus domini Symonis Phi(lippi) f(actus) coram domino cancellario

R̷ (111) Octo instrumenta publica de fidelitate singularium personarum Astensium

R̷ (112) De conventionibus habitis[a] pro domino de la Scala de Verona

R̷ (113) De concordia inita inter regem Francie et regem Albertum pro se[b] et successoribus suis sub sigillo regis Francie[c]

R̷ (114) Littera ducis Rud(olphi) de restitutione cast(ri) Adelnburg

R̷ (115) Littera conventionis habite inter dominum et duces Austrie super quibusdam bonis in Alsacia et vallibus Switz sub sigillo ducis

R̷ (116) Procuratorium domini missum ad regem Robertum pro firmandis matrimonio et unione sub sigillo domini

cur̄ × (117) Instrumentum debiti et obligationis episcopi Leodien(sis)

R̷ (118) De promissione singularium personarum Astensium et iur(amento), quod assistent domino in omni honore et utilitate domini et imperii facta[e] vicario Astensi pro domino[e]

R̷ (119) Instrumenta de quibusdam requisitionibus factis comuni Brixie ex parte domini

R̷ (120) De[f] capellania Sancti Iohannis baptiste in Ian(ua)[f]

* f. 31'. R̷ (121) *De emptione reddituum apud monasterium Sancte Katerine in Ian(ua) ordinis Sancte Clare

R̷ (122) De recognitione domini Aymaris de Peitiers de solutione II[M] libr. Tur. sibi facta

R̷ (123) De quibusdam conventionibus ducis Austrie cum domino

R̷ (124) Transcriptum[g] de conventionibus inter dominum et regem Francie

R̷ (125) Transcriptum[g] de conventionibus inter dominum et regem Francie

cur̄ × (126) De tractatu matrimonii de filia domini cum filio Roberti

1045. z) *supra lineam add. R.* a) *sequitur delet.* p dnm *R.* b) pro se *supra lineam add. R.* c) sub — Francie *mutato stilo post add. R.* d) *praecedit* duc *delet. R.* e) facta — domino *stilo omnino mutato post add. R.* f) De — Ian(ua) *mutato stilo scripta R.* g) Tran *postea antepositum R.*

(106) *1311. Iul. 8. Est autographon AC nr. 1364, supra nr. 649; cf. inscriptionem.* (107) *1311. Aug. 10. Est autographon AC nr. 1365, supra nr. 650; cf. inscriptionem.* (108) *Deperditum.* (109) *1312. Iun. 29. Est autographon AR nr. 708, apud Bonaini l. c. II, 293 nr. 183 et infra in Appendice Apocharum rationum camerae et thesaurariae. Cf. inscriptionis fragmentum.* (110) *1311. Iul. 3. Est autographon AR nr. 615, apud Bonaini l. c. II, 286 nr. 181 et infra in Appendice Apocharum. Cf. inscriptionem.* (111) *1310. Oct. 27.—1311. Febr. 20. Servantur omnia autographa in AR nr. 644. 649. 651. 652. 653. 655. 669. 711. Nr. 651. 652 v. supra nr. 468; nr. 652 supra nr. 471; nr. 655 supra nr. 472; reliqua praebet Bonaini l. c. I, 50 sqq. nr. 40. 48. 55. 70. 102. Cf. infra nr.* (118). (112) *1311. Febr. 4. Est autographon AR nr. 706, supra nr. 572; cf. inscriptionem.* (113) *1299. Aug. Est autographon AC nr. 1281, supra nr. 74 sub* P. (114) *Deperditum.* (115) *Litterae ducis deperditae sunt. Litteras regis quae correspondent v. supra nr. 636.* (116) *1312. Mart. 10. Autographon hoc deperditum est; v. supra nr. 751.* (117) *Deperditum.* (118) *1311. Febr. 18. Est autographon AR nr. 710, apud Bonaini l. c. I, 147 nr. 101; cf. inscriptionem.* (119)—(122) *Deperdita.* (123) *Num intelligantur apographa variorum documentorum AC nr. 1350 aut nr. 1366, nescio. Cf. supra ad nr. 635 et 636.* (124) *et* (125). *Cf. supra pag. 578 not. 1.* (126) *Cf. supra ad nr. 751.*

℞ (127) Due[h] littere domini de ratifficandis conventionibus cum rege Francie post coronationem imperii
cur̄ × (128) De investitura archiepiscopi Arelatensis
℞ (129) Littera papalis de evocatione regis Boemie ad conscilium Vien(ense)
5 ℞ (130) Notula litterarum missarum per dominum pape de facto Urbis et[i] qualiter Robertus et Iohannes et Colunn(enses) iam contrariabantur domino
cur̄ × (131) Privilegium Bonifacii pape de absolutione iuramentorum a quibuscunque personis factorum in preiudicium[k] regis Romanorum et imperii
℞ (132) Littera papalis contra Templarios directa domino de ipsis capiendis
10 ℞ (133) Quod dominus veniat ad conscilium littera papalis
℞ (134) Littera[l] regis Francie in qua constituit procuratores ad compromittendum cum domino.

1046. *INDICULUS LITTERARUM IN GUARDAROBA IMPERATORIS INVENTARUM.*

15 *Indiculus servatur ibidem f. 32. Charta eandem praebet signum chartarii ('Wasserzeichen')*[1] *ac nr. 1045, diversum a signo chartae infra nr. 1050. Edidit Doenniges l. c. II, 116 sub nr. 1. Denuo contulimus.* *(P. deest.)*

Hec sunt littere que fuerunt invente in gardaroba domini et que fuerant in custodia domini Gossuini capellani domini et que remanent in
20 Pisis cum aliis litteris domini:

(1) Primo littera promissionis facte domino per eius matrem
(2) Instrumentum donationis facte per dominum Treveren(sem) domino
(3) Littera quitationis facte per dominum Volerand(um) domino de comitatu
(4) Littera de partagio dato per dominum domino Volerando
25 (5) Littera de concessione facta per dominum domino Gossuyno de canonicatu Aretii
(6) Littera de quitatione facta domino de debitis per diversas personas
(7) Tria paria litterarum de electione domini in regem Romanorum
(8) Commissio facta per marchionem Brandeburgensem de electione domini in regem
(9) Littera ducum Saxonie de commissione facta per eos de electione domini in
30 regem.

1045. h) Due *postea antepositum R.* i) et — domino *stilo omnino mutato R.* k) cium *corr. ex* cone̅ *R.* l) Littera *postea antepositum stilo omnino mutato R.*

(127) *1311. Mai. 8. Cf. supra pag. 576 not. 1.* (128) *1312. Iul. 5. Autographon deperditum est. Imbreviaturam v. supra nr. 827.* (129) *1308. Aug. 12. Est autographon AC nr. 1298, quod notat*
35 *Ficker l. c. pag. 62 nr. 37 (= pag. 198). In verso leguntur:* littera papalis de evocatione regis Boemie ad concilium Vieñ; *cf. supra.* (130) *Deperdita est; cf. supra ad nr. 791.* (131) *Autographon deperiit. Sed cf. supra nr. 179 et pag. 712 inter Addenda.* (132) *1309. Aug. 7. Est autographon AR nr. 610, supra nr. 300; cf. inscriptionem.* (133) = (56); *v. supra.* (134) *1310. Iun. 23. Est autographon AC nr. 1326, supra nr. 352.*

40 1) *Signum simile v. Briquet 'Papiers et filigranes des Archives de Gênes' (Genève 1888 = 'Atti della Società Ligure di storia patria' XIX, 2) nr. 592; eiusdem 'Les Filigranes. Dictionnaire historique' II (1907) nr. 4595 (Ianuae a. 1313).*

(1) *Deperditum.* (2) *1308. Mart. 28. Est autographon AC nr. 1306, quod edidit Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 58 nr. 37 (= W. SB. pag. 194). Cf. inscriptionem l. c.* (3)—(6) *Deperdita.*
45 (7) *1308. Nov. 27. Deperdita. Cf. supra ad nr. 262 et K. Zeumer 'Die Goldene Bulle Kaiser Karls IV.' (= 'Quellen und Studien zur Verfassungsgeschichte des Deutschen Reiches in Mittelalter und Neuzeit' II, 1) partis I. cap. 3.* (8) *1308. Nov. 10. Est autographon tabularii regii Florentini 'Prov. Strozzi-Uguccioni', quo saeculo XIX. venit, certe olim Pisis asservatum, quod edidimus supra nr. 261.* (9) *Deperditum. Notavimus supra ad nr. 261.*

1047. MANDATUM DE HOSTE FACIENDA.

1313. Aug. 1.

Servatur solum exemplar Interamnensibus missum, cuius autographon in tabulario communis eiusdem iam olim descripserunt Pabst itemque Bethmann. Sigilli, quod dorso impressum fuisse opinari licet, vestigia desiderantur. Inscriptionem praebet: Dilectis devotis suis potestati, consilio et communi Interannensi etc.[1] *Edidit etiam ex veteri libro typis impresso Böhmer 'Acta imperii selecta' pag. 464 nr. 658. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis devotis suis . . potestati, consilio et communi Interannensi gratiam suam et omne bonum.

Cum iam simus in procinctu dirigendi duce Deo versus Romam pro magnis et arduis nostris et imperii negotiis gressus nostros et ibi circa XV. diem presentis mensis Augusti cum magno et victorioso exercitu nostro non solum per terram, sed etiam per mare proponamus esse, devotionem quam vos ad maiestatem nostram habere confidimus attente requirimus et rogamus, quatinus armatorum comitivam quam poteritis dictis die et loco vel saltim extunc sine dilatione, ubi nos esse audieritis, ad nostram celsitudinem trasmittatis, vestre dilectionis et devotionis affectum, quem ad nos et imperium habetis, hac vice per operum evidentiam ostensuri et speraturi vos a nobis exinde consequi gratiam et honorem.

Dat. Pisis, Kal. Augusti, regni nostri anno quinto, imperii vero secundo.

1048. RECEPTIO COMITUM DE CAMINO IN GRATIAM.

1313. Aug. 4.

Servatur inter Acta registrata R *Bernardi de Mercato, eius manu ut videtur scripta, Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) fol. 11. 12. Edidit Doenniges l. c. II, 89 nr. 36. Denuo accuratissime contulimus. — Böhmer, Reg. Heinr. 562. (P. deest.)*

Anno nativitatis Domini MCCCXIII, indic. XI, die quarta Aug., Pisis in ecclesia fratrum Predicatorum, presentibus[a] venerabili patre fratre Odone Pisano archiepiscopo, Franceschino marchione Malespine, Hug(utione) de Marsano, Iohanne de Vinstinga, Iohanne Parguie de Lucca, Conradino marchione Malespine, Berthol(do) comite chambarlengo testibus ad hoc rogatis et vocatis.

(1) Veniens coram domino imperatore[b] dominus frater Odoardus ordinis Cisterinensis[c] procurator domini Ardengi de Ardengis de Parma militis et familiaris domini Guecellonis de Camino Cenetensis comitis, sicut apparet de procuratione huiusmodi per cartam scriptam manu Odorici de Petra notario sub anno Domini MCCCXIII, ind. XI, die XVII. Iunii[2] et etiam procurator domini Serravalli de Camino, sicut apparet per

1048. a) *supra lineam R.* b) veniens — imperatore *supra lineam R.* c) *sic R.*

1) *Inscriptionem posuimus ex 'Actis imperii' l. c.* 2) *Serratae non sunt.*

cartam scriptam manu Iacobi Alberti de Bibano notario sub anno a nativitate Domini MCCCXIII, ind. XI, die XXV. Iunii[1], et etiam procurator domini Guecelonis de Camino comitis Cenetensis[d] ac civitatis Feltri et Beluni capitanei generalis, prout appāret per instrumentum scriptum manu Bernardi Girardi de la Petra de Serravalle notario sub 5 anno Domini MCCCXIII, indict. XI, die XXI. Iunii[1], procuratorio nomine pro hiis omnibus asseruit ac iuramento firmavit dicta procuratoria et mandata recepisse de consensu et mandato sui superioris, cum omni humilitate et reverentia misericordiam postulavit pro predictis quorum est procurator et quolibet predictorum de omni offensa et iniuria, quam olim quocumque iure, modo et causa intulissent contra imperatoriam maiestatem et eius 10 subditos et fideles, maxime super illis et de illis excessibus, de quibus contra ipsos extitit inquisitum per ipsum serenissimum principem et de quibus condempnati fuerunt per eundem serenissimum principem, sicut in actis imperialis aule seriosius continetur, et etiam de inobediencia et rebellione ipsorum, in quibus contra imperatoriam maiestatem hactenus perseveraverunt, offerens predictos quorum est procurator et quemlibet eorum 15 ad omnia mandata dicti serenissimi principis et eiusdem omnimode voluntati. (2) Qui serenissimus princeps cupiens quoslibet errantes ad viam reducere veritatis, dictum procuratorem ipsorum procuratorio nomine pro eis benigne recepit. (3) Et ipse procurator procuratorio nomine predictorum ex certa scientia promisit et convenit dicto domino imperatori sollempniter et legitime recipere pro se et successoribus suis et Romano 20 imperio, quod predicti quorum est procurator et quilibet predictorum stabunt et parebunt omnibus et singulis mandatis eiusdem de dictis et super dictis excessibus in condempnatione de iis facta in scriptis, et generaliter eiusdem libere voluntati parebunt in omnibus et per omnia de personis et bonis eorum et cuiuscunque eorum, sicut eisdem vel alicui eorum mandabitur. Ipsos et eorum bona eiusdem serenissimi principis libere 25 voluntati submittens sub pena averis et corporis et persone arbitrio ipsius principis auferenda, promittens sub pena predicta, quod predicti quorum est procurator et quilibet ipsorum predicta omnia et singula et infrascripta approbabunt et confirmabunt et rata et firma habebunt et tenebunt et contra non facient vel venient ullo tempore, de qua approbatione et ratificatione fieri facient publicum instrumentum, quod dicto domino 30 imperatori transmittent quam citius poterunt. (4) Et insuper dictus procurator nomine quo supra promisit dicto domino imperatori sollempniter recipienti ut dictum est et ad sancta Dei euangelia iuravit super animas predictorum quorum est procurator tactis euangeliis sacrosanctis corporaliter, dicens, confitens et asserens

dictum dominum imperatorem esse et esse debere ipsorum Guecelonis, Seravallis 35 et Ardingi legitimum, verum et naturalem dominum sine medio. Quod ipsi Guecelinus, Serravallus et Ardingus et quilibet eorum ab hac hora inantea perpetuo erunt boni fideles et obedientes dicto domino imperatori et eius successoribus et Romano imperio. Et quod non erunt in facto, dicto vel consilio, quod ipse dominus imperator personam, vitam aut membrum aut honorem perdat aut quod mala captione detineatur. 40 Et si ipsi vel aliquis eorum sciverint aut sciverit aliquam personam aliquid predictorum committere vel facere volentem, pro posse impedient et distornabunt. Et si impedire vel distornare non possent, illud quam citius poterunt per se vel per eorum nuncium aut litteras denunciare curabunt dicto domino imperatori. Et quod imperium et terras imperii pro posse suo deffendent, manutenebunt et iuvabunt, et quod deinceps[e] . . . . 45 . . . . dominio et imperio ipsius domini imperatoris et omnes fideles imperii de presenti guerra et de quacunque alia, quam ipse dominus imperator habet seu haberet in futurum. Et ad recuperandum terras et iura imperii ipsum dominum imperatorem

1048. d) cetinensis *R.* e) *sequitur lacuna trium verborum spatium praebens R; forsan coniiciendum:* adiuvabunt omnes de.

50 1) *Servatae non sunt.*

pro posse ipsorum iuvabunt. Consilium quod ab eis vel altero eorum petierit, ei fideliter bonum et iustum dabunt. Secreta si qua eis imposuerit, in credenciam tenebunt et nulli manifestabunt sine eius licentia speciali. Et hec et alia, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, facient et observabunt bona fide sine fraude.

(5) Qui dominus imperator predictis sic promissis [et] iuratis ut superius continetur, predictam condempnationem et processum et sententiam contra predictos latam et factam ad sue voluntatis arbitrium suspendit et interim ipsos et quemlibet eorum in integrum restituit ad omnes honores, dignitates, iura et bona et cetera alia, quibus privati erant per sententiam antedictam, observando eosdem omnia et singula supradicta, que per dictum eorum procuratorem superius sunt promissa.

1049. PETITIO GERARDI DE INSULA.

(inter 1312. Iul. — 1313. Aug.)

Signo chronologico carens servatur inter Heinrici VII. archivi reliquias Pisis in tabulario capituli maioris ecclesiae nr. 853 signata. In verso legitur: Petitio domini Gerardi. *Ad modum supplicationum, quae curia papali porrigebantur, omnino concepta est. Edidit minus recte Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 277 nr. 179. Denuo contulimus. (P. deest.)*

Supplicat vestre imperatorie magestati Gerardus de Insula beneficiatus in monasterio Sancti Alexandri Parmensis fidelis vester, quatinus sibi specialem gratiam facientes de canonicatu et prebenda non sacerdotali ecclesie Sancti Donnini de Burgo Parmensis, si qua vacat ad presens nulli alii de iure debita vel quam primum ad id obtulerit se facultas, de munificentia imperialis celsitudinis dignemini providere eidem. Non obstante quod in dicto monasterio et in ecclesia Sancte Cecilie Parmensis ac ecclesia Sancti Iacobi de Fotigo Parmen. dioc. beneficia noscitur obtinere, cum aliis non obstantibus et clausulis oportunis. Executoribus ad hec specialiter deputatis.

1050. INVENTARIUM IOCALIUM ET CLENODIORUM IMPERATORIS.

1313. Aug. 27.

Triduo post mortem imperatoris, dum comites Pisas redire properant, in ecclesia S. Vincentii iuxta mare Tyrrhenum hoc inventarium confectum est. Manu Bernardi de Mercato scriptum servatur inter R *eius Collectanea et acta Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 36. More litterarum clausarum complicatum erat, itemque sigilli vestigia tenuissima adesse videntur*[1].

1) *Charta praebet signum chartarii diversum ab illo supra pag. 1085 not. 1 citato. Est potius Briquet l. c. nr. 185; l. c. II nr. 7477 (Pisis a. 1313).*

Edidit Doenniges l. c. II, 91 nr. 37. Nos documentum memorabile denuo accuratissime contulimus[1]. *(P. deest.)*

*In nomine Domini amen. * f. 36.

Anno a nativitate Domini MCCCXIII, die vigesima septima Augusti, factum est inventorium de iocalibus et clenodiis domini imperatoris, inventis in IIII cofinellis apud Sanctum Vincentium Pisane dyocesis, presentibus testibus infrascriptis. Que recepit dominus Henricus de Flandria per manus domini Thome de Septemfontibus.

(1) Primo pomum aureum cum cruce aurea

(2) Item ceptrum aureum cum aquila superstante

(3) Item unam parvam coronam auream cum formis lilyorum et safiris, esmeraldis et margaritis, balays

(4) Item III furcas et VII coqueliaria aurea

(5) Item unam virgam argenteam esmaltatam cum aquila lapidis preciosi[a] blavi in capite

(6) Item XLVII coqliaria argentea

(7) Item unam petiam samisii rubei virgati

(8) Item X paria litterarum sub sigillo regis Trinacrie de conventionibus habitis inter dominum imperatorem et ipsum de matrimonio et confederatione[2]

(9) Item IX paria litterarum sub sigillo comitis de Claromonte de eisdem negociis[3]

(10) Item X privilegia sub bulla papali de indulgenciis concessis domino imperatori[4]

(11) Item unum parvum cyphum argenteum deauratum cum pede et cooperterio

(12) Item unum ciphum argenteum deauratum super pede et coperterio esmaltatis intus et extra

(13) Item unum ciphum argenteum deauratum cum pede et copertorio seminatis esmalliis

(14) Item X ciphos argenteos si[g]natos armis domini episcopi Leodiensis[b]

(15) Item unum ciphum argenteum deauratum cum pede et copertorio seminatis esmaltis

(16) *Item unum urceum de argento deaurato seminatum esmaltis. * f. 36'.

Presentibus domino Henrico de Spanchem, domino Hugone de Ghoronzekes, domino Egidio de Marcellis thesaurario, domino Iohanne de Ponteneria milite, Iohanne de Leodio testibus et nobis Bernardo de Mercato et Gerardo Burgondo notariis ad hoc vocatis et rogatis.

1050. a) preciosis *R.* b) domini — Leodiensis *mutato ductu adiecta R.*

1) *Eidem folio 36' inverso ordine, quo ipsum Inventarium exaratum est, postea inscripsit Bernardus imbreviaturam cuiusdam instrumenti a. 1313. Sept. 8 confecti, quam hic in adnotatione ponere liceat:* Eodem anno in festo nativitatis beate Marie virginis, Pisis ante domum ser Pardi Freneti notarii, presentibus Perrov[e]to de Lugduno, Perroveto[a] de Ambilliaco Geben. dyoc., Perroveto[a] de Morvaz eiusdem dyoc. Et[b] Perrovetus de Lovanello filius quondam Aymonis de Lovanello Geben. dyoc. confitetur se debere Iohanni dicto Gaudicbion[c] de Mucellis Geben. dyoc. ex causa mutui sex florenos auri et V[d] Turonenses, quos iuravit sub obligatione omnium bonorum suorum solvere eidem creditori ad festum[e] nativitatis beati Iohannis baptiste proxime venturum, ubicunque fuerit requisitus ante vel post dictum terminum, cum dampnis annuis[f] etc. Ren(uncians) etc. Facta et tradita dicto creditori. (Sept. 8.; 1314. Iun. 24.) 2) *Sunt litterae supra nr. 1045 sub nr.* (20)—(29). 3) *Sunt litterae l. c. sub nr.* (11)—(19). 4) *Sunt privilegia l. c. sub nr.* (71)—(80).

a) perrouetꝯ *R.* b) *sic R.* c) b *supra lineam add. R.* d) *corr. ex* VII *R.* e) *sequitur* pasche *delet. R.* f) *videtur esse scriptum* anuais *R.*

(17) Item unam bursam, in qua erant plures anuli, videlicet II cum duabus safiris et unum cum I balay et unum cum esmaralda coloris viridi et albi et I cum uno chamahe et I cum I turkeze et I lapidem crapandinam in circulo aureo

(18) Item I sigillum secreti de uno safirii posita[b] in auro[c]

(19) Item unum anulum cum uno bono rubino quem solet[d] portare in digito 5

(20) Item unam picidem auream seminatam parvis lapidibus preciosis

(21) Item in uno parvo cofinello unum monile aureum cum una margarita in medio

(22) Item unum agnum Dei argenteum esmaltatum

(23) Item unum agnum Dei de plombo

(24) Item unum barrile barmilum argenteum cum una cruce pendente pro reliquiis 10

(25) Item unam crucem auream parvam pro reliquiis.

1050. b) *sic R.* c) posita in auro *mutato stilo scripta R.* d) *corr. ex* scil; *R.*

APPENDIX I.

ACTA IUSTITIARIORUM CURIAE.

Iustitiariorum curiae acta tempore Alberti regis emanata nr. 1051—1084, partim hucusque inedita collectim hic proponimus. Sunt triginta sententiae ac mandata iudicis 5 curiae ipsius vel substitutorum, quatuor scripta varia iudici curiae porrecta.

Nos Iohannes Dei gracia Boemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac comes Lucenburgensis ad universorum noticiam volumus pervenire, quod anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, in die beatorum apostolorum Phy- (Mai. 1.) 15 lippi et Iacobi, magister Alexander prudentium virorum consulum et civium Lubicensium notarius apud Pragam in nostra presencia constitutus proposuit, nobiles viros Gerhardum et Adolfum comites Holtsacie et in Schowenburg fratres esse ex parte predictorum consulum et civium super causa, que inter ipsos hinc inde verti dicitur super turri sive castro Travemunde et insula Priwalk, ad nostri examen iudicii evocatos. Ipso Alexandro 20 in predicto termino pro memoratis consulibus et civibus comparente et quam diu debuit expectante, prefati vero comites vel aliquis ex parte eorum se in eodem termino nostris minime conspectibus offerebant.

Datum Prage, anno Domini predicto, quarto Nonas Maii, regni vero nostri Boemie anno primo.

---

25 1118—1120. ACTA CAUSAE CONTRA GERHARDUM DE LANDSCRON.

1311. Iul. 14.—Aug. 28.

Cum autographa deperierint, secuti modum, quem iam supra ad nr. 4 edendum adhibuimus, summaria tantum horum documentorum proponimus, quae ex Inventario 30 *'Stifels A de anno 1600' existenti in archivo burggraviatus de Sinzich, quod tunc Nassoviae erat in tabulario liberorum baronum a Stein, descripsit A. Wyss b. m.*

1118. *CITATIO PARTIS. Iul. 14.*

Servatur l. c. fol. 27'. (P. deest.)

Ein citation und ladunge an das Römische königliche hofgericht gethan durch 35 Johannem könig zu Böhmen und zu Polen, gemeinen pflegere des Römischen reichs

1116. b) schiedinig *c.*

in Teutschland discit des gebirges, graven zu Lützenburg etc. an herrn Gerhard von Landskron, sich zu vertheidigen uff beschehene anklage Johanns ritters marschalks des erzbischofen und churfürsten zu Maynz Peters, das wolgedachter herr zu Landskron Syfriden von Frawenstein, so in des reichs acht und in seinem des von Landskron gefengnuss uff recht gewesen, ledig gelasen, cum comminatione uff den fall ausenpleibens 5 er in die acht und pflatz des von Frawenstein erkläret seie.

Datum zu Podyebradt, Mittwochens post Chiliani, anno 1311, seiner königreiche im ersten.

1119. *LITTERAE EXCUSATORIAE ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. Aug. 14.*
Item fol. 31'. *(P. deest.)* 10

Ein lateinischer brief an Johannem könig in Böhmen und Polen, vicarium des Römischen reichs, graven zu Lützenburg Henrici erzbischofen zu Cöllen, das herr Gerhard herr zu Landskron uff erforderung des Römischen keysers in Italiam zu ihrer majestät dienst sich begeben und do noch seie, ehe dann die königliche ladungsbriefe uff ansuchen des Menzischen marschalks ausbracht zu Landskron überantwort worden. 15 Derhalben ihme fürs selbige mal zu erscheinen nicht möglich.

Sub dato Brühel, 1311 in vigilia assumptionis beatae Mariae virginis.

Noch eine[r] eiusdem tenoris et dati auch von erzbischofen hochgedacht geschrieben an des königs hofrichtere.

1120. *PROTESTATIO ARCHIEPISCOPI MOGUNTINENSIS. Aug. 28.* 20
Item fol. 35. *(P. deest.)*

Ein brief Petri erzbischofen zu Menz dorin er meldet, das Johann von Waldeck sein marschalk ausz seinem geheise und befehl die sache gegen Gerharden von Landskron ans königs hof von Böhmen, Römischen stadthalters angefangen, so bis zur wiederkunft selbigen Gerhardi ausz Italien und des Römischen königs dienst im stillstand 25 verpleiben solle.

Sub dato Aschaffenburg, 5. Calend. Septemb., anno 1311.

1121. MANDATUM DE ASSIGNATIONE POSSESSIONIS.

1312. Apr. 7. 30

Autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Mainz Erzstift Nachträge fasc. 12' signatum denuo descripsimus. Sigilli dorso impressi fragmenta servata sunt. In verso legitur: Iт contra comites. — *Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 334 nr. 484 (Addit. II).*
(P. deest.)

Wir Johans von Gottes genaden kunig ze Beheim unde ze Polan, ein gemein 35 pfleger des Rŏmischen riches in Dŭschenlanden hie dissit des gebirges unde ein grave ze Lŭtzzelbŭrg enbieten . . dem amman von Ravensbŭrg unsern grŭz.

Wir gebieten dir von kuniclicher gewalt, daz du den erbern fŭrsten unde herren den erzibischof Peter von Meinze anleitest nach rehte, swa er dich wiset, uf graven

Rûdolfes gût von Werdenberg den man nennet von Sangans unde uf graven Wilhelms gût von Montfort umbe ahttûsent mark silbers, darumbe si in mit unrehte geschadiget hant. Tûst du des niht, man rihtet von dir nach rehte.

Der brief wart geben an dem Fritage nach sant Ambrosien tage, do man zalte 5 von Gottes geburte driuzehenhundert jar unde in dem zwelften jar, in dem andern jar unser kunigriche.

1122. SCRIPTUM IN FAVOREM MONASTERII WALTSASSENSIS.

1312. Iun. 21.

10 *Ineditum descripsimus ex C Copiario antiquo monasterii Waltsassensis, qui in tabulario generali regni Bawarici asservatur, fol. 186.* *(P. deest.)*

[I]ohannes Dei gratia Bohemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lucelinburgensis comes venerabilibus et religiosis viris . . abbati et conventui monasterii Waltsachsen(sis) Cystercien(sis) ordinis, devotis suis dilectis gratiam 15 suam et omne bonum.

Cum de castro Bernaw multa vobis ac viatoribus et terrarum vestrarum[a] incolis hactenus evenissent incommoda et ne maiora de castro predicto deinceps spolia committantur, non inprovide deliberastis, prout ex insinuacione vestra recepimus, dictum castrum cum villis desertis Griezbach et Hohentanne ac earum pertinenciis, iuribus ac 20 utilitatibus universis pro trecentis marcis argenti de manibus nobilis viri Heinrici advocati de Plawe liberare ac ipsum castrum omnino subvertere, ne ibidem spelunca latronum vel habitaculum habeatur, ad cuius redempcionis seu liberacionis intentum favorem nostrum et consilium humiliter petivistis. Devotis igitur vestris supplicacionibus annuentes absolucioni premisse auctoritate vicarie generalis, qua fungimur in imperio citra montes, 25 consensum nostrum expressum et benivolum inpartimur, ita videlicet quod castrum seu locum castri cum villis predictis et pertinenciis suis serenissimo domino et genitori nostro karissimo domino Heinrico Romanorum regi illustri vel ei qui pro tempore fuerit imperatori Romano vel regi seu nobis, cum requisiti fueritis, pro trecentis marcis argenti sine difficultate qualibet restituere debeatis, fructibus medii temporis si quos inde per30 ceperitis in sortem minime computandis. Aliis etiam litteris, si quas de predicto patre nostro vel aliis imperatoribus seu Romanis regibus optinetis[1] super bonis huiusmodi

1122. a) nraz̧ *c.*

1) *Litteras imperatoris a. 1313. Ian. 25 datas proponimus ineditas ex* 1) *transsumto a. 1313. Mart. 3 confecto eiusdem tabularii. Copiario* C *bis inscripta sunt:* 2) *fol. 77,* 3) *fol. 180:*

35 Heinricus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Imperialis clemencia etsi sua liberalitate respiciat universos, illos tamen munificencia prosequitur ampliori, per quorum suffragia temporalis pariter et eterne sibi sperat salutis commoda profutura. Cum igitur honorabiles et religiosi viri . . abbas et conventus monasterii Waltsassensis[a] Cysterciensis 40 ordinis, devoti nostri dilecti a clare memorie Adolfo Romanorum rege illustri villas Hohentanne, Bernowe et Griezpach ac ipsarum pertinencia universa pro ducentis[b] marcis puri argenti habuerint obligata, Alberti in eodem regno successoris[c] ac nostra demum confirmacione obligacioni huiusmodi accedente,

a) Waltsachsen. 2. b) CC 2. c) successore 1. 2. 3.

vobis salvis. In quorum testimonium et robur presentes litteras conscribi et sigillis nostris mandavimus communiri.

Datum Brůnne, XI. Kalen. Iulii, anno Domini MCCCXII, regnorum vero nostrorum anno secundo.

1123—1125. SENTENTIAE PRO MONASTERIO BRUMBACH.

1312. Sept. 7.

Ineditas proponimus ex autographis tabularii principum de Loewenstein-Wertheim benivolenter transmissis. Sigillum, quod omnium dorso impressum est, sigillum est iudicis curiae Iohannis regis, cuius inscriptionem iam supra nr. 1096 adnotavimus.

Cf. etiam sententiam iudicis curiae supra nr. 1096.

1123. *SENTENTIA PRIOR.*

Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 294 nr. 356 (Addit. I). *(P. dcest.)*

Wir Johans von Gottes genaden kunig ze Beheim unde ze Polan, ein gemein pfleger des Rômischen riches hie dissit des gebirges unde grave ze Lůtzelbůrg kunden unde verjehen an disem gegenwertigen brieve, daz brůder Diether der Růde des closters von Brunnebach daz da lit in dem bischtům ze Wirtzebůrg des ordens von Citel kom fur uns ze Côlne in Beheim, an dem Dunrestage vor unser Frowen tage der jungern, in dem jar alse dirre brief geben ist, unde bat uns, daz wir im ze gerihte sezzen von der geistlichen lůte wegen . . des abbtes unde des conventes ze Brunnebach der vorgenanten, der procurator er des selben tages was, umbe daz dorf ze Ebenode, dar umbe si Gernot Kotbus vor unserm gerihte angesprochen hat. Unde ist dar umbe vor uns erteilt mit gesammenter urteil, daz der vorgenant abbet unde der convent der clage ledig sint, die zů in hete der vorgesriben Gernot umbe daz selbe dorf ze Ebenode. Wolte aber si furbaz me ansprechen umbe die selben sache der vorgesprochen Gernot,

sicut in litteris inde conscriptis et per nos dudum visis plenius continetur, nos per litteras illustris Iohannis regis Bohemie primogeniti et principis nostri karissimi informati cognovimus evidenter, quod loco predicto Bernowe a vicinis baronibus per potentem maliciam incastellato non solum monasterio antedicto, set eciam indigenis, adiacentibus provinciis et viatoribus quibuscunque adeo gravia incommoda sunt illata, quod abbas et conventus memorati, eiusdem filii nostri racione vicarie generalis imperii citra moutes beneplacito et maturo consilio precedente, pro trecentis[d] marcis argenti ultra sortem premissam denuo suis recuperare usibus sunt coacti. Nos igitur inspectis obsequiis, quibus a longe retroactis temporibus abbas et conventus sepedicti tam nobis quam nostris in imperio predecessoribus affectuosis studuerunt beneplacitis complacere, omnia supradicta scilicet Hohentanue, Bernowe et Griezpach cum earum pertinenciis ac iuribus universis et ut pro nostra liberorumque nostrorum salute diveque memorie inclite quondam Margarete Romanorum regine thori nostri consortis karissime remedio anime iugiter deprecentur omnium Creatorem, ex mera liberalitate antedictis abbati et conventui tradimus et donamus ac eciam confirmamus per eos et eorum in ipso monasterio successores tradicionis et donacionis titulo possidenda. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. in castris aput Imperialem Montem supra Florenciam, VIII. Kal.[e] Febr., indiccione XI, anno Domini MCCCXIII, regni nostri anno quinto[f], imperii vero primo.

d) CCC 2. e) Kalen. 2. f) V. 3.

daz solt er tûn vor geistlichem gerihte, do er si zû reht ansprechen sol. Des geben wir ze gezuge disen brief besigelt mit unsers gerihtes insigel.

Der brief wart geben an dem Dunrestage vor unser Frouwen tage der jungern, do man zalte von Gottes geburte driuzehenhundert jar unde in dem zwelften[a] jar, in 5 dem andern jar unser kunigriche.

1124. *SENTENTIA ALTERA.*

Böhmer l. c. nr. 357. *(P. deest.)*

Wir Johans von Gottes genaden kunig ze Beheim unde ze Polan, ein gemein pfleger des Rômischen riches hie dissit des gebirges unde grave ze Lûtzelbûrg kunden 10 unde verjehen an disem gegenwertigen brieve, daz bruder Diether der Rûde des closters von Brunnebach daz da lit in dem bischtum ze Wirtzebûrg des ordens von Citel kom fur uns ze Colne in Beheim, an dem Dunrestage vor unser Frouwen tage der jungern, in dem jar alse dirre brief geben ist, unde bat uns daz wir im ze gerihte sezzen von der geistlichen lûte wegen . . des abbtes unde des conventes ze Brunnebach der vor- 15 genanten, der procurator er des selben tages was, umbe daz dorf ze Ebenode, des Gernot Kotbus ze lehen gihet von dem edeln man Cûnrat von Slûsselberg, dar umbe er si vor unserm gerihte angesprochen hat. Unde ist dar umbe erteilt vor uns mit gesammenter urteil, daz si Gernot Kotbus furbaz me niht ansprechen sol weder vor geistlichem gerihte noch vor werltlichem umbe die selben sache, es enhab denne der 20 vorgenant von Slûsselberg vormales erwunden alse reht ist, daz er daz selbe dorf ze Ebenode ze rehte lihen sol. Des geben wir ze gezuge disen brief besigelt mit unsers gerihtes insigel.

Der brief wart geben an dem Dunrestage vor unser Frowen tage der jungern, do man zalte von Gottes geburte driuzehenhundert jar unde in dem zwelften jar, in dem 25 andern jar unser kunigriche.

1125. *MANDATUM DE DEFENSIONE.*

Böhmer l. c. nr. 358. *(P. deest.)*

Wir Johans von Gottes genaden kunig ze Beheim unde ze Polan, ein gemein pfleger des Rômischen riches hie dissit des gebirges unde grave ze Lûtzelbûrg en- 30 bieten dem edeln manne Boppen von Eberstein unser genade unde alles gût.

Wir gebieten dir vesteclich von gerihtes wegen, daz du die geistlichen lüte . . den abbet unde den convent des closters von Brunnebach daz da lit in dem bischtûm ze Wirtzebûrg des ordens von Citel schirmest nach rehte uf dem dorf ze Ebenode, dar umbe si Gernot Kotbus vor unserm gerihte angesprochen hat. Wan es ist erteilt vor 35 uns mit gesammenter urteil, daz der vorgenant abbet unde der convent der clage ledig sint, die zû in hete Gernot Kotbus umbe daz selbe dorf ze Ebenode, des er ze lehen gihet von dem edeln manne Cûnrat von Slusselberg, alse die brieve stant, die si dar uber von unserm gerihte gewunnen hant. Tûst du des niht, man rihtet von dir nach rehte.

Der brief wart geben ze Colne in Beheim, an dem Dunrestage vor unser Frowen 40 tage der jungern, do man zalte von Gottes geburte driuzehenhundert jar unde in dem zwelften jar, in dem andern jar unser[a] kunigriche.

1123. a) zwe *in loco raso or.*

1125. a) unsre *or.*

1126—1129. VOCATIO EPISCOPI ARGENTINENSIS AD CURIAM.

(1312. Sept. in. — Dec.)

Quae omnes supersunt in solo codice notissimo Vindobon. lat. 410 (Iur. Can. 60), quem iam supra ad nr. 457. 458 adhibuimus. Partim ediderunt Chmel loco supra 5 *citato pag. 319 sqq. nr. 1—3 (praeter nr. 1127) et Palacky 'Über Formelbücher' pag. 335 sqq. nr. 134—137. Nos omnes denuo accuratissime contulimus.*

Ad hanc curiam spectant supra nr. 422 et infra nr. 1130—1132.

1126. *VOCATIO PRIOR. (Sept. in.)*

E codice citato fol. 4' nr. 31. Rubra sunt fol. 4' in margine: vicarius g(eneralis) 10 citra montes imperii convocat principes Alamanie; *fol. 23':* Item missiva quomodo rex Bohemie demandavit episcopo Argentinensi, ut veniret ad colloquium in Nůrenberg. *Videntur esse litterae encyclicae.*

Ediderunt Chmel nr. 1 et Palacky nr. 134. De tempore cf. Rosenkränzer loco ad nr. 608 citato pag. 38 not. 6. Cf. Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 310; Reg. 1314— 15 *1347 pag. 334 nr. 485 (Addit. II). (P. deest.)*

Reverendo in Christo patri domino Io(hanni) Argen(tinensi) episcopo amico suo karissimo Iohannes Dei gracia Boemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lûcelmburgensis comes sincerum animum in omnibus complacendi.

Inter diversas nostre sollicitudinis curas hoc non mediocriter insidet cordi nostro, 20 qualiter partes Alemanie sub nostro felici regimine pacis comodo perfruantur. Collocatis siquidem in statu placido ac desiderata tranquillitate regnis et terris nostris divina favente providentia, quod ex officio generalis vicarie per serenissimum dominum et patrem nostrum H(einricum) Romanorum imperatorem, assistentibus principibus et nobilibus imperii, nostris iniunctum est humeris in instantis oportunitate temporis, ad 25 procurandum pacificum statum et pacem generalem per Alemaniam, ad quod vestra personalis requiritur presentia, libenter et efficaciter exequi disponimus, ut tenemur. Quocirca sinceritatem vestram hortamur et petimus cum affectu sub fidei debito, quo nobis et eidem astringimini imperio, vos monentes, quatinus in epiphania Domini (1313. Ian. 6.) ventura proxima in civitatem Nůrenberg ad tractandum, agendum et ordinandum una 30 nobiscum et cum ceteris principibus, baronibus et nobilibus imperii, quos ad eundem locum et terminum similiter vocavimus, de pacifico et bono statu partium Alemanie presentialiter veniatis.

Dat.

1127. *SCRIPTUM INVITATORIUM RUDOLFI DUCIS BAWARIAE. (Nov. Dec.)* 35

Ex eodem codice fol. 7 nr. 47; edidit Palacky nr. 137. Cf. Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 334 nr. 485 (Addit. II). (P. deest.)

Reverendo in Christo [patri] et domino suo domino Io(hanni) etc. amico suo karissimo R(udolfus) Dei gratia comes palatinus Reni dux Bawarie sinceram et 40 paratam ad omnia sua beneplacita voluntatem.

Cum serenissimus dominus Io(hannes) illustris Boemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis, affinis noster dilectus auctoritate vicarie generalis per

Alem(aniam) sibi commisse ad procurandum pacem generalem in partibus Alemanie apud Nûrenberg super festum Epiphanie proximum edixerit, sicut decuit et potuit ex iniuncto sibi officio, parlamentum nosque iuxta vocationem ipsius ad eundem locum et terminum venire decrevimus propria in persona, paternitatem vestram requirimus vestre consulentes reverentie bona fide, quatinus ob dicti domini regis reverentia una nobiscum velitis premisso parlamento presentialiter interesse. Speramus enim, quod extunc tam vestro quam aliorum principum et nobilium consilio mediante pacis universalis securitas et totius Alemanie utilitas debeat procurari.

1313. Ian. 6.

Dat. etc.

1128. *SCRIPTUM INVITATORIUM LUDEWICI DUCIS BAWARIAE.* *(Nov. Dec.)*

Item fol. 5 nr. 33; est rubrum fol. 23': Item missiva de eodem a duce Bavarie; *ediderunt Chmel nr. 3 et Palacky nr. 136. Cf. Böhmer l. c. et 'Regesten der Pfalzgrafen' I, 1875.* *(P. deest.)*

Reverendo in Christo patri et domino Ioh(anni) etc. amico suo karissimo Lud(ewicus) Dei gratia palatinus comes Reni dux Bawarie sinceram et paratam ad eius beneplacita voluntatem.

Ad hoc principum auctoritas per divinam providentiam ordinata dinoscitur in partibus Germanie, quod ad laudem Dei et sacri imperii pacem generalem, que condit omne bonum, incolis imperii eiusdem comode procuretur. Quo commoniti ac dilectione, quam erga personam et statum excellentissimi principis domini Io(hannis) Boemie et Polonie regis, sacri imperii per Alemaniam vicarii generalis, affinis nostri karissimi gerimus, ad exhortationem et petitionem ipsius ad parlamentum edictum per eum, prout ad comissum sibi spectat officium, in Nuerenberg super festum epiphanie Domini proximum venire decrevimus propria in persona. Amicitiam vestram exhortantes cum affectu ac sincere suadentes, quatinus eidem colloquio, in quo felicem statum imperii tractari et multipliciter procurari vestra mediante presentia speramus et credimus, velitis personaliter interesse.

1313. Ian. 6.

Dat. etc.

1129. *VOCATIO ITERATA.* *(Dec.)*

Item fol. 5 nr. 32; ediderunt Chmel nr. 2 et Palacky nr. 135. Item litterae encyclicae esse videntur. Cf. Böhmer l. c. *(P. deest.)*

Venerabili in Christo patri domino Io(hanni) episcopo etc. amico suo karissimo Io(hannes) Dei gratia Boemie et Polonie rex etc. ut supra.

Sicut alias vos rogasse recolimus, sic et[a] nunc sollicite requirimus et rogamus vestramque sinceritatem sub illa fide, quam erga serenissimum dominum et genitorem nostrum karissimum dominum H(einricum) Romanorum imperatorem et imperium ac nos scimus vos habere, monemus instanter, quatinus ad instans colloquium nostrum apud Nûremberg in instanti epiphania Domini pro honore imperii favente domino celebrandum, omissis omnibus aliis negociis finaliter in persona propria veniatis, quod ad vestrum et ecclesie vestre honorem, profectum et comodum credimus multipliciter provenire.

1313. Ian. 6.

Dat. etc.

1129. a) *loco* sic et *c.*: sic.

1130. MANDATUM DE AUXILIO PRAESTANDO.

1313. Ian. 21.

Repetimus editionem nostram ex autographo Monaci in tabulario secreto domus regiae Bawarieae servato paratam 'Neues Archiv' XXIII, 49 nr. 24, ubi de dato minus recte referitur. Sigilli secreti dorso impressi vestigia videntur. Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 770 nr. 1106 ad copiarium haud accuratum. — Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 334 nr. 486 (Addit. II). (P. deest.)

Iohannes Dei gratia Boemie ac Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lůtzelnburgensis comes providis viris [. .] magistris civium, . . consulibus ceterisque civibus Spiren(sibus), Landowen(sibus), Wyssenburg(ensibus) aliisque opidanis sub regimine nobilis viri Geor(gii) comitis Velden(cie) advocati provincialis per Spirkogiam[a] constitutis, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Tranquillitatem pacis parcium Theutunicarum sedulo appetentes, nobilem virum Ulricum dominum de Bykenbach nostrum fidelem super discordia inter nobiles viros . . comites de Spanheim ex una et nobiles viros . . comites Hirsutos suborta ex parte altera misimus quiete ac pacifice sopienda. Si qua vero parcium predictarum nostris monitis et mandatis super treugis et composicione habendis rebellis fuerit, extunc providentiam ac fidelitatem vestram exhortamur et requirimus seriose volentes, ut alterutram parcium parere renuentem iusticie ac nostris mandatis iuxta requisicionem nobilis viri Georgii comitis advocati predicti coartare seu inducere velitis ad parendum iusticie consiliis et auxiliis oportunis.

Datum Nůrenberg, XII. Kalen. Februar., regnorum nostrorum anno secundo.

1131. RECEPTIO ECCLESIAE IN PROTECTIONEM IMPERII.

1313. Ian. 25.

Ineditam descripsimus ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Stift Spalt fasc. 14' asservato. Sigillum deest, lori membranacei parvis fragmentis relictis. In verso leguntur: Defensio regis Bohemie. *Quae concordant cum Receptione regis a. 1311. Sept. 8 data supra nr. 675, typis minoribus excudenda curavimus. — Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 182 nr. 11. (P. deest.)*

Iohannes Dei gratia Boemie et Polonie rex sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lucemburgensis comes universis suis[a] et sacri Romani imperii fidelibus, quibus presentes exhibite fuerint gratiam[b] suam et omne bonum.

Prodesse non ambigimus et pro temporalium prosperitate successuum et ad eterne nobis provenire felicitatis augmentum, cum ecclesias et personas ecclesiasticas, maxime tamen illas, que

1131. a) sui *in loco raso or.* b) gratiam *in loco raso or.*

nostri vicariatus tempore per Alemanniam originale sumunt et laudabile instaurationis exordium, ne malignorum ledantur incursibus, in umbram protectionis nostre suscipimus ac in suis* libertatibus et honoribus nostre defensionis presidio confovemus. Honorabiles itaque viros magistrum Ulricum prepositum, Marquardum decanum totumque collegium novelle plantationis 5 in Spalt Eystet(en). dyoc.[c]* una cum eorum familia, rebus*, iuribus et honoribus* in nostram et* imperii protectionem* recepimus specialem. Mandantes nobili viro . . burcgravio, . . advocato provinciali, . . sculteto in Nuremberg et omnibus nostris et imperii fidelibus firmiter et districte, quatinus prepositum, decanum[d] et collegium supradictos in omnibus premissis auctoritate nostra et imperii, ne indebite graventur ab aliquo, manuteneant efficaciter et 10 defendant.

Dat. in Nuremberg, VIII. Kalen. Febr., anno Domini millesimo CCCXIII, regnorum vero nostrorum anno secundo.

1132. CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM CIVITATIS RATISPONENSIS.

15 1313. Febr. 3.

Ineditam proponimus ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Raritätenselekt' nr. 60. Sigillum illaesum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 182 nr. 12. *(P. deest.)*

Nos Iohannes Dei gratia Boemie et Polonie rex, sacri Romani imperii citra montes 20 vicarius generalis ac Lucemburgensis comes ad universorum noticiam volumus presentibus pervenire, quod accedentes ad presentiam nostram viri prudentes cives de Ratispona nostri et imperii dilecti fideles exhibuerunt nobis duo privilegia confirmata eis et de novo concessa per serenissimum dominum et genitorem nostrum karissimum dominum Heinricum Romanorum imperatorem[1] super iuribus et libertatibus eorum talibus, quod 25 extra eandem civitatem ad nullum iudicium pro quacumque causa trahi nec a quoquam proscribi debeant neque possint, petentes quod eis libertates et iura huiusmodi de nostra regali clemencia dignaremur rata et illibata tenere ac inviolabiliter observare. Nos autem habito super hoc consilio nostrorum consiliariorum, quorum consilium personaliter requisivimus super eo, predictorum civium peticioni in hac parte favorabiliter annuentes 30 libertates et iura predicta, sicut pater noster antedictus eadem eis rata tenet et salva, tenere volumus et ab omnibus inviolabiliter observari. Decernentes auctoritate vicarie generalis imperii, quam gerimus citra montes, irritum et inane ac viribus vacuum, quicquid contra premissa a quoquam attemptatum est vel imposterum contingerit attemptari. In cuius rei testimonium presentes litteras maiestatis nostre sigillis iussimus 35 communiri.

Datum apud Nuremberg, III. Non. Februar., anno Domini millesimo trecentesimo terciodecimo, regnorum vero nostrorum anno secundo.

1131. c) Eystet. dyoc. *in loco raso or.* d) *praecedit . . or.*

1) *A. 1309. Iul. 5; cf. Böhmer, Reg. Heinr. 114.*

1133. 1134.
INFEUDATIONES ECCLESIASTICAE.
1313. Febr. 20.—Mart. 29.

1133. *INFEUDATIO EPISCOPI SALZBURGENSIS. Febr. 20.*

Ineditam descripsit H. Hirsch e cod. 359 (42 Salzb. u. Berchtesgad.) II, 375 tabularii Vindobonensis[1]. *Rubrum est:* Investitura regalium. — *Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 389 nr. 537 (Addit. III). (P. deest.)*

Iohannes dei gracia Boemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lucemburgensis comes universis sacri imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et benivolam voluntatem.

Patris eterni filius supra cuncta tenens principatum Romanum fundavit imperium ac super gentes et regna constituit et ut salubriter cunctis presit mortalibus, dignitate principum quasi insignes columpnas statum eiusdem imperii laudabiliter stabilivit. Noscat igitur universitas vestra, quod venerabili patri domino Wichardo sancte Salzburgensis ecclesie archiepiscopo apostolice sedis legato nobili membro imperii auctoritate vicarie, qua fungimur, feoda principatus sui contulimus et ipsum presentem investivimus de eisdem sceptrigeris manibus ac numero principum imperii duximus aggregandum. Quocirca mandamus et iniungimus universis ministerialibus et nobilibus ecclesie Salzburgensis predicte, quatinus eidem archiepiscopo tanquam domino suo devote pareant in omnibus et obediant reverenter. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et sigillis nostre maiestatis iussimus communiri.

Datum apud Augustam, X Kal. Marcii, anno Domini MCCCXIII, regnorum vero nostrorum anno tercio.

1134. *INFEUDATIO ABBATIS S. EMMERAMI. Mart. 29.*

Denuo contulimus autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Regensburg Stift Emmeran fasc. 29' asservatum. Sigilli fragmentum pendet loro membranaceo. — Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 182 nr. 14. (P. deest.)

Iohannes Dei gracia Boemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lucemburgensis comes honorabili viro Baldwino abbati ecclesie Sancti Emmerammi Ratispone ordinis sancti Benedicti gratiam suam et omne bonum.

Cum sit ex parte vestra propositum coram nobis, quod pro infeodacione regalium vestrorum, invictissimo domino nostro domino Heinr(ico) Romanorum imperatori genitori nostro karissimo in remotis agente, vobis facienda nostram, qui vices dicti domini et patris nostri gerimus in hac parte, presenciam ex certis et racionabilibus causis accedere comode non possitis, nos ad supplicacionem nobis pro vobis per fidedignos factum et obsequiorum vestrorum, que nobis et sacro imperio impendere poteritis in futurum, obtentu volentes vobis et ecclesie vestre facere graciam specialem, universa iura et bona, que ab eodem sacro imperio in feodo de iure habere, recipere et tenere debetis, vobis tamquam ipsius imperii vicarius concedimus et vos licet absentem infeodamus tenore presentium de eisdem. Transmittentes has nostras litteras nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo.

Dat. in Nuremberg, IIII. Kalen. April., anno Domini millesimo trecentesimo terciodecimo, regnorum vero nostrorum anno tercio.

1) *Cf. Böhm 'Die Handschriften des K. K. Haus-, Hof- und Staatsarchivs zu Wien' pag. 125.*

1135. 1136. SCRIPTA PRO EPISCOPO EISTETENSI.

1313. Febr. 21?—Apr. 21.

1135. *CONCESSIO IURIS VENANDI. Febr. 21?*

Denuo contulimus autographon tabularii generalis regni Bawarici 'Weissenburg Reichsstadt fasc. 1' asservatum. Sigillum desideratur, foraminibus relictis. In verso legitur: Super iure venandi in foresta Weizzenburgeñ. *De tempore cf. ea quae notat W. Füsslein 'Neues Archiv' XXXII, 613 not. 1 et supra nr. 1133. — Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 182 nr. 13; pag. 389 nr. 536 (Addit. III). (P. deest.)*

Nos Iohannes Dei gratia Boemie et Polonie rex sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lucemburgensis comes ad universorum noticiam volumus pervenire, quod cum reverendus pater dominus Philippus Eystetensis ecclesie episcopus consiliarius et amicus noster karissimus, qui continue nostro assistit lateri, laborum nostrorum in commissa nobis per Alemmanniam vicaria sit particeps et cum eo nostre gubernationis et sollicitudinis onera parciamur, dignum arbitramur et conveniens, ut qui frequenter passionis socius et consors laboris existit, aliqualis saltim debeat consolationis premio gratulari. Eidem igitur domino episcopo et ecclesie sue concedimus et auctoritate premisse vicarie presentibus indulgemus, ut pro speciali deduccionis sue solatio in nemore Wizzemburgensi, quod specialiter ad supradictum spectat imperium, feras capere valeat et venationes in eo cum voluerit exercere. Presentibus litteris ad nostrum beneplacitum duraturis, quas in huius testimonium sibi dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratas.

Dat. Auguste, VIIII. Kalend. Febr.[a], anno Domini millesimo CCCXIII, regnorum vero nostrorum anno tercio.

1136. *MANDATUM IUDAEIS MISSUM. Apr. 21.*

Repetimus editionem, quam paravit W. Füsslein l. c. XXXII, 638 nr. 11 ex C *Copiario Eistetensi sacc. XIV iam supra ad nr. 206 edendum adhibito. Est rubrum:* Rex Iohannes Bohemie et Polonie, vicarius sacri imperii mandat Iudeis per totam Alamanniam constitutis, ne usuras repetant ab ecclesia Eystetensi. *(P. deest.)*

Iohannes Dei gratia Boemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lucemburgensis comes providis viris universis Iudeis per totam Alamanniam constitutis, quibus reverendus pater dominus Phylippus Eystetensis episcopus in aliquibus debitis obligatus[a] existit quibusque presentes exhibite fuerint, servis camere imperialis gratiam suam.

Quamquam iam dudum eidem domino episcopo consiliario et amico nostro dilecto et ecclesie sue, ex eo quod serenissimo domino Heinrico Romanorum imperatori domino et genitori nostro karissimo in Ytaliam[b] ad presens in persona propria serviet cum armatis, usque ad ipsius reditum omnes usuras apud vos de speciali dicti nostri genitoris beneplacito[1] duxerimus suspendendas vobisque super hoc nostras dudum direxerimus[c]

1135. a) *sic pro* Martii *or.*

1136. a) obligatis *C.* b) *sic C.* c) duxerimus *C.*

1) *Servatum non esse videtur; sed cf. supra nr. 357. 358. 680. 681.*

litteras speciales[1], quia tamen, prout intelleximus, contra huiusmodi mandatum nostrum fideiussores vestros commonere postmodum et usuras ab eo petere denuo presumpsistis, universis vobis ac singulis sub obtentu favoris et gratie tam dicti nostri genitoris quam nostre mandamus iterato, precipientes firmiter et districte, precise volentes, quatinus a data priorum nostrarum litterarum vobis super hoc negocio directarum usque ad ipsius domini episcopi reditum ad propria nullas ab eo vel ecclesia sua usuras, commessaciones aut obstagia petere deinceps vel exigere quomodolibet presumatis. Alioquin vos non solum de debitis principalibus, verum etiam de usuris eisdem accrescentibus auctoritate generalis vicarie nobis commisse per memoratum dominum episcopum et ecclesiam suam exnunc quittatos esse volumus ipsosque a vobis omnibus et singulis de eisdem debitis principalibus videlicet et usuris penitus absolutos, ac nichilominus obstagia, que per vestras moniciones medio tempore servarentur, in vos omnino redundare volumus et in vestrum dispendium totaliter retorqueri, maxime cum sepedictus dominus episcopus ex premisso servicio suo, quod faciet ista vice, huiusmodi consolacionis fructum non immerito reportare debeat, immo etiam ex parte supradicti domini et genitoris nostri specialibus super hoc litteris[2] sit munitus, prout hec omnia et singula nostris vobis litteris iam dudum exprimenda duximus et specialiter intimanda.

Datum in Praga, XI. Kalen. Maii, anno Domini MCCCXIII, regnorum vero nostrorum anno tercio.

1137. 1138. LITTERAE COMITIS DE HABSBURG.

(1313.) Mart. 9.

Repetimus editionem, quam ex autographis Norimbergae in museo Germanico asservatis paravit v. d. J. R. Dieterich 'Mitteilungen aus dem germanischen Nationalmuseum. 1891' (Nürnberg 1891) pag. 72, commentario fuso adiecto.

1137. *LITTERAE AD REGEM BOHEMIAE.*

Inscriptionem praebent: . . illustri regi Bohemie. *Sigilli dorso impressi vestigia apparent. Cf. l. c. pag. 71.* *(P. deest.)*

Dem hohgebornen erwirdigen und minen genedigen herren von Gottes gnaden kůng Johans von Behein und ze Polan, graven ze Lůtzelenburg embůt ich grave Růd(olf) von Habsburg minen willigen und flizigen dienst bereit zallen dingen.

Ich tůn ůch kunt, das min herre der keiser ůwer vater mir genomen hat die phlegnust, die er mir verlihen hatte, und hat si verlihen dem von Bůrglon. Und da von bedurfint ir min umb dehein ander sache danne von der phlegnust wegen, swie krank ich danne bin an dem libe, so kum ich gerne zůz ůch gegen Costentz, als ir mir mit ůwerm brieve habt embotten.

Der brief wart geben Zůrich, an dem nůnden tage Merzen.

1138. *LITTERAE AD COMITEM DE HENNENBERG.*

Inscriptionem praebent: Dem graven Ber(told) von Hennenberg. *Sigilli vestigia item adsunt.* *(P. deest.)*

Dem edeln herren und minen liben ůheime . . von Hennemberg embůt ich grave Růd(olf) von Habsburg herre ze Rappchzwile minen flizigen dienst und alles gůt.

1) *Servatae non sunt.* 2) *Cf.* *pag. 1135 not. 1.*

Ich tûn ûch kunt, das mir der keiser die phlegnust genomen hat, die er mir hatte verlihen, und hat si dem von Bůrglen verlihen. Da hatte mir der kûng [von] Beheim embotten das ich zûz im keme, so ich sinen brief erst gesehe, ist das er min von deheiner ander sache wil danne von der phlegnust wege, swie krank ich danne si an dem libe, so kum ich gerne zûz im ze Costentze, das han ich im embotten. Und si das ir mir ûtes gehelfen mugit gen im, das mir dû phlegnust belibe, das schaffent als ich ûch getrůwen, wan es ŏch die stette und das lant alles gerne sehe, das ich da bi belibe. Da zût was ir mugit iemer dur minen dienst.

Der brief wart geben Zůrich, an dem nûnden tage Merzen.

1139—1141.
MANDATA IN FAVOREM MONASTERII NOVIMONASTERII HERBIPOLENSIS.
1313. Mai. 31.

1139. *MANDATUM AD MILITES DE ZIMMERN.*

Ineditum descripsimus ex transsumto officialium curiae Herbipolensis a. 1313. Iun. 16 confecto tabularii regii Stuttgardiensis. Sigillum, quod loro ex ipsa membrana exsecto pendebat, iam desideratur[1]. *(P. deest.)*

Iohannes Dei gracia Boemie et Polonie rex sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lucenburgensis comes strennuo viro Wiperto de Zimmern militi et . . filiis suis, nostris et imperii dilectis fidelibus graciam suam et omne bonum.

Ex gravi honor(abilium) virorum . . decani et capituli Novimonasterii Herbip(olensis) devotorum nostrorum dilectorum ad nos conquestione pervenit, quod ex eo quod super decimis ad ipsos racione parrochie in Wikkersheim de iure spectantibus, in quibus eos contra iustitiam impedire presumitis, vos traxerunt in causam, [eos][a] offendatis graviter et multipliciter perturbetis. Quia igitur id arbitramur inconveniens et indignum, quod vos ecclesias et personas ecclesiasticas, quas ex innata nobis clemencia specialiter defensare tenemur, contra iusticiam conamini molestare, fidelitatem vestram monemus et hortamur attente, vobis nichilominus auctoritate generalis vicarie per Alemaniam nobis commisse sub obtentu nostri favoris et gracie precipientes firmiter et districte, quatinus . . decanum et capitulum predictos contra iusticiam non gravetis de cetero, sed ab eorum perturbacionibus[b] et iniuriis desistatis omnino. Alioquin venerabili patri domino . . Herbipolensi episcopo[2] necnon Chunr(ado)[3] et Kraft(oni) de Hohenloch, Ch(unrado) de Winsperch, H(einrico) de Nortenberg imperialis coquine magistro ac civitatibus vobis vicinis et aliis nostris et imperii fidelibus dedimus striccius in mandatis, ut ad hoc auctoritate nostra vos artent[c] et compellant et nichilominus bona vestra occupent et arrestent.

Dat. Prage, II. Kalen. Iunii, regnorum nostrorum anno tercio.

1140. *MANDATUM AD EPISCOPUM HERBIPOLENSEM.*

Ineditum item descripsimus ex transsumto eiusdem diei in eodem tabulario asservato. Sigillum item deest[1]. *(P. deest.)*

1139. a) *deest tr.* b) *partim in corr. tr.* c) arant *tr.*

1) *Cf. 'Hohenlohisches Urkundenbuch' II, 47 ad nr. 61.* 2) *Infra nr. 1140.* 3) *Nr. 1141.*

Reverendo in Christo patri domino Andree episcopo Herbipolensi amico suo dilecto Iohannes Dei gracia Boemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lucenburgensis comes salutem et sincerum in omnibus complacendi affectum.

Querelam gravem honorabilium virorum . . decani et capituli ecclesie Novimonasterii Herbipolensis devotorum[a] nostrorum dilectorum recepimus continentem, quod 5 strennuus vir Wipertus de Zimmern miles et filii sui, ex eo quod ipsum militem et filios suos super decimis ad eos racione parrochie in Wikkersheim Herbipolen. dyoc. pertinentibus, in quibus ipsos contra iusticiam impedire conantur, traxerunt in causam, eos offendant graviter et perturbent et nichilominus eis graviora se illaturos[b] dampna et pericula in personis et rebus cottidie comminentur. Quia igitur universas ecclesias et 10 personas ecclesiasticas, ne contra iusticiam ledantur in aliquo, ex innata nobis clemencia tueri fideliter et efficaciter defensare tenemur, paternitatem vestram requirimus et hortamur attente ac nichilominus auctoritate generalis vicarie per Alemaniam nobis commisse mandamus precipiendo districte, quatinus . . decanum et capitulum predictos, ad quorum eciam defensionem specialem, utpote qui sub vestrarum sunt alarum umbraculo consti- 15 tuti, tam ecclesiastica quam temporali iurisdictione tenemini, contra prefati militis, filiorum et coadiutorum suorum violenciam principaliter, consequenter autem contra offensores seu invasores suos quoslibet vice et auctoritate nostra protegatis in personis et rebus fideliter et efficaciter defendere studeatis, prout ipsis oportunum fuerit et per eos fueritis requisiti, acceptum Deo ac nobis in hoc obsequium inpensuri. 20

Dat. in Praga, II. Kalen. Iunii, regnorum nostrorum anno tercio.

1141. *MANDATUM AD NOBILEM DE HOHENLOCH.*

Ineditum damus ex transsumto eiusdem diei, quod asservatur in tabulario generali regni Bawarici 'Würzburg Hochstift Pfr. Weikersheim fasc. 1'. Sigillum item deest. — Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 182 nr. 19[1]. *(P. deest.)* 25

Iohannes Dei gracia Bohemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis et Lucemburgensis comes nobili viro Cunrado de Hohenloch fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Querelam gravem honorabilium virorum . . decani et capituli Novimonasterii Herbipolensis devotorum nostrorum dilectorum recepimus continentem, quod eos strennuus 30 vir Wipertus de Zimmern miles et filii sui, ex eo quod ipsum militem et filios suos super decimis ad eos racione parrochie in Wikkersheim Herbipolen. dyoc. pertinentibus, in quibus eos contra iusticiam impedire conantur, traxerunt in causam, offendant graviter et perturbent, et nichilominus graviora se eis illaturos pericula comminantur. Quia igitur universas ecclesias et personas ecclesiasticas, ne contra iusticiam ledantur 35 in aliquo aut a quoquam, ex innata nobis clemencia tueri fideliter et efficaciter defensare tenemur, fidelitatem tuam monemus presentibus et hortamur attente ac nichilominus auctoritate generalis vicarie per Alemaniam nobis commisse firmiter sub obtentu nostre gracie precipiendo mandamus, quatinus . . decanum et capitulum predictos contra prefati militis, filiorum et coadiutorum suorum violenciam, prout te posse in eosdem habere 40 non ambigimus, principaliter, consequenter autem contra offensores seu invasores alios quoslibet auctoritate nostra, prout ipsis oportunum fuerit et per ipsos aut eorum nuncios requisitus fueris, manuteneas efficaciter et defendas.

Dat. Prage, II. Kalen. Iunii, regnorum nostrorum anno tercio.

1140. a) *partim in corr. tr.* b) *o corr. ex* a *tr.* 45

1) *Hic de indole huius mandati falso indicatur culpa Regestorum Boicorum, quae loco adlato (V, 254) de documento male referunt. Est potius mandatum nobili de Hohenloch directum.*

1142—1147. SCRIPTA AD MILITES CONQUIRENDOS SPECTANTIA.

1313. Iun. 1. — Iul. 10.

Cf. iam supra nr. 974—978, itemque nr. 912 et infra in Appendice Variorum ad 5 a. 1313. Apr. 23. — Mai. 19.

1142—1145. *SCRIPTA PRO EPISCOPO AUGUSTENSI. Iun. 1.—29.*

1142. *OBLIGATIO BONORUM IMPERII PER ADVOCATUM PROVINCIALEM. Iun. 1.*

Ineditam descripsimus ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Augsburg 10 Hochstift fasc. 14' servato. Pendet sigilli fragmentum loro membranacco. Eadem manu scripta est ac nr. 1143. *(P. deest.)*

Noverint universi qui sua crediderint interesse, quod ego Dietdegnus de Castello provincialis advocatus Swevie ex iussu et speciali mandato invictissimi principis domini Heinrici Romanorum imperatoris cum reverendo in Christo patre et domino meo domino 15 Friderico venerabili episcopo ecclesie Augustensis, cuius servicio et obsequio predictus dominus imperator ad partes Ytalie quam plurimum indigebat, bona deliberacione prehabita necnon consilio diligenti ministerialium et imperii fidelium taliter conveni, quod prenominatus dominus episcopus eidem domino imperatori cum decem dextrariis et viris totidem galeatis ad partes Ytalie per unum annum integrum servire promisit. Pro quo 20 siquidem servicio predicto domino episcopo et ecclesie sue sicut predicitur ex mandato domini imperatoris et iussu speciali advocaciam in Faucibus a silva que dicitur Hart et supra versus montana super omnibus bonis ecclesie Augustensis, monasterii Sancti Magni Faucensis ac generaliter super omnibus, quibuscumque pertinent, quocumque nomine censeantur, cum omnibus iuribus, utilitatibus, accessionibus, servitutibus et pertinentiis, 25 sicut eam tam ego quam ceteri predecessores mei advocati imperii tenuerunt, pro quadringentis marcis argenti ponderis Augustensis iusto, vero et legali pignoris titulo ypotekavi, obligavi et inpignoravi eodem nomine tenendam, fruendam et pacifice possidendam et disponendam pro sue libito voluntatis, donec eadem advocacia pro memorato argento fuerit integraliter absoluta. Quicquid etiam servitores seu viri, quos dominus episcopus 30 sicut predicitur duxerit destinandos, in equis, armis vel alias dampni vel interesse sustinueri[n]t, exnunc pro eisdem eandem advocaciam dicto domino episcopo pariter et ecclesie sue obligavi, volens quod addatur summe superius nominate sub modis, formis et condicionibus prenotatis. In quorum omnium evidenciam presentes sibi dedi sigilli mei munimine roboratam[a].

35 Datum Auguste, anno Domini MCCC terciodecimo, Kalend. Iunii.

1143. *PROMISSIO EIUSDEM DE LITTERIS PROCURANDIS. Iun. 1.*

Autographon eiusdem tabularii l. c. servatum denuo contulimus. Sigillum deest, loro membranaceo relicto. Eadem manu scripta est ac nr. 1142. Editum est 'Monumenta Boica' XXXIII, 1 (= Coll. Nov. VI, 1) pag. 381 nr. 305. *(P. deest.)*

40 **1142.** a) *sic or.; cf. nr. 1143.*

Noverint universaliter singuli qui sua crediderint interesse, quod ego Dyetdegnus de Castello provincialis advocatus Swevie reverendo in Christo patri et domino F(riderico) venerabili episcopo ecclesie Augustensis promisi fide data vice sacramenti, quod super obligacione, inpignoracione seu ypotheka, quam feci sibi et ecclesie sue de advocacia in Faucibus cum omnibus iuribus et pertinenciis suis [1], tradam plenius et assignem copiam litterarum auctentico sigillo roboratam invictissimi principis domini Heinrici Romanorum imperatoris, quibus michi et honorabili viro magistro Her(manno) de Stokka ecclesie Constanciensis canonico plenam et liberam tradidit potestatem, obligaciones et inpignoraciones pro servicio sibi versus Ytaliam faciendo nomine imperii constituendi seu faciendi [2], necnon litteras patentes memorati magistri Her(manni), per quas confiteatur expresse, quod ex parte predicti domini imperatoris iussum et mandatum habuerit speciale una mecum obligaciones et inpignoraciones faciendi pro servitoribus versus Ytaliam conquirendis, per quas eciam confiteatur, quod domino episcopo memorato et ecclesie sue advocaciam in Faucibus cum omnibus iuribus et pertinenciis suis obligaverit pro quadringentis marcis argenti ponderis Augustensis tenendam, fruendam et pacifice possidendam, donec pro peccunia memorata fuerit absoluta, pro servicio, quod dominus episcopus Augustensis cum decem galeis versus Ytaliam exhibebit [3]. Insuper sibi promisi, quod litteras auctenticas serenissimi domini Iohannis regis Bohemie domini imperatoris per Alemaniam [a] vicarii generalis sibi tradam et assignem super omnibus memoratis inviolabiliter observandis [4]. Preterea [b] sibi promitto solempniter per presentes, quod quantocius potero litteras patentes et legittimas prefati domini imperatoris necnon omnium principum ecclesiasticorum et secularium, quorum consensum obtinere valeo, super premissis omnibus inpetrabo [5] tales, quod eadem obligacio robur obtineat firmitatis. Quod si predicta non fecero vel aliquid premissorum, sepefatus dominus episcopus Augustensis versus Ytaliam domino imperatori, sicut michi promisit, servire nullatenus teneatur. In quorum omnium evidentiam presentes sibi dedi sigilli mei munimine roboratam [c].

Datum Auguste, anno Domini MCCC terciodecimo, Kalend. Iunii.

1144. *RATIFICATIO VICARII GENERALIS.* *Iun. 20.*

Autographon eiusdem tabularii l. c. servatum denuo contulimus. Fragmenta sigilli pendent loro membranaceo. Editum est l. c. pag. 382 nr. 306. — Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 182 nr. 20. *(P. deest.)*

Nos Iohannes Dei gracia Boemie et Polonie rex, sacri imperii citra montes vicarius generalis ac Lucemburgensis comes notum facimus presencium inspectoribus universis, quod quia venerabilis pater dominus Fridericus episcopus ecclesie Augustensis iuxta convencionem [1] per ipsum et strennuum virum Dyet(degnum) de Castello advocatum provincialem Svevie habitam serenissimo domino et genitori nostro karissimo domino H(einrico) Romanorum imperatori cum decem dextrariis et totidem galeatis per unum annum in partibus Italie, sub tribus tamen mensibus in expensis propriis, servire promisit, pro quo servicio dictus Dyet(degnus) sibi et ecclesie sue advocaciam in Faucibus Romani imperii cum omnibus iuribus et pertinenciis suis pro quadringentis marcis argenti ponderis Augustensis titulo pignoris obligavit tenendam et pacifice possidendam, donec per imperium sibi de memorata pecunia fuerit integre satisfactum, adiciens idem Dyet(degnus) et constituens, ut si qua dampna armati, quos prefatus dominus episcopus ut predicitur in Italiam duxerit destinandos, notabiliter incurrerint, pro hiis dicto episcopo

1143. a) aleniam *or.* b) Propterea *or.* c) *sic or.*

1) *Supra nr. 1142.* 2) *Cf. supra nr. 912.* 3) *Infra nr. 1145.* 4) *Infra nr. 1144.* 5) *Quae omnes non supersunt.*

et ecclesie sue advocaciam eandem obligatam etiam fore sub modis et conditionibus prenotatis, nos volentes predictum servicium quantum in nobis est favorabiliter promovere, obligationem huiusmodi auctoritate generalis vicarie, qua fungimur in imperio citra montes, prout premittitur, ratam habemus et gratam et presentis scripti testimonio 5 confirmamus, ita tamen quod dampna supranominata debent iuxta extimationem et consuetudinem imperialis curie resarciri. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillis maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Prage, XII. Kal. Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo terciodecimo, regnorum vero nostrorum anno tercio.

10 **1145.** *APPROBATIO NUNTII IMPERIALIS. Iun. 29.*

Autographon eiusdem tabularii l. c. servatum denuo contulimus. Sigillum desideratur, loris membranaceis relictis. Editum est l. c. pag. 383 nr. 307. (P. deest.)

rectorem exigant strenuitate, prudentia et potentia utique preditum, cuius providentia tuta inter improbos innocentia perseveret, et in ipsis improbis nocendi facultas et audacia, que contemptum consuevit parere, refrenetur, hiis precipue temporibus, et requirant, necnon et in consideratione deducto, quod nos, ad quos negotia undique velud ad mare flumina confluunt, premissa per nos exequi non valemus, necessarium fore prospeximus, 5 ut alii prefati curam regiminis committere debeamus, ut ubi nos presentes esse non possumus, nostra saltem per eum auctoritas presentetur. (2) Exacte igitur deliberationis examine precedente ad te, fili carissime, quem nobis et ecclesie Romane devotum novimus, cuiusque prudentiam, strenuitatem et potentiam experientia in magnis et arduis probata negotiis luculentius manifestat, nostre considerationis oculos convertentes, te de 10 fratrum nostrorum consilio in partibus ipsis dicto tamen subiectis imperio, civitate Ianuensi cum districtu, territorio et pertinentiis suis certis ex causis dumtaxat excepta, vicarium in temporalibus usque ad sedis apostolice beneplacitum constituimus generalem, plenam tibi potestatem et liberam tenore presentium concedentes, ut dictum vicariatus officium per te vel alium seu alios, quem vel quos ad hoc ydoneos reputaveris, dicto[e] 15 durante beneplacito valeas exercere, ea[f] videlicet apposita lege, quod postquam rex Romanorum a nobis vel nostris successoribus approbatus regnare ceperit, tu extunc ultra duos menses eodem officio non utaris. Etsi forte contrarium feceris, personam tuam excommunicationis, terram vero interdicti sententiis, quas propter hoc exnunc ferimus, decernimus subiacere. Nobis nichilominus reservantes expresse, quod civitates, 20 castra et loca alia in predictis partibus consistentia, de quibus nobis visum fuerit expedire, ab huiusmodi generali concessione, quandocumque et quocienscumque nobis visum fuerit expedire[f], possimus eximere eaque ad nostrum vel alterius per nos vel alium exercendum regimen revocare. Esto igitur, fili carissime, fortis et constans dictumque vicariatus officium devote suscipiens, ipsum iuxta datam tibi a Deo prudentiam sic 25 prudenter, sic viriliter et potenter ad Dei gloriam, nostrum et ecclesie Romane honorem, subiectorum utilitatem ac tui exaltationem nominis studeas exercere, quod proinde divine retributionis premium assequi et nostram ac dicte sedis gratiam uberius valeas promereri. Exulet prorsus a prefato regimine quesumus odium, favor nil sibi indebite vindicare presumat, sed statera recta lanceas appendat equo libramine, habensque Deum 30 solum pre oculis nunc oleum, nunc vinum iuxta temporum et locorum aliasque debitas circumstancias fundere ratione previa non omittas, ut sic populus tuo commissus regimini ipso durante in pacis pulcritudine sedeat et in requie habitet opulenta. (3) Per hoc autem, quod dictum vicariatus officium suscipies et per te vel alium seu alios ipsum geres, volumus auctoritate nichilominus apostolica decernentes, quod nequaquam ad- 35 versus conventiones et conditiones contentas in instrumento seu litteris confectis de concessione regni Sicilie ac totius terre que est citra Farum, civitate Beneventana cum territorio, districtu et pertinentiis suis excepta, per sedem apostolicam clare memorie Carulo[f] avo tuo eiusque in regno et terris predictis successoribus facta venisse in aliquo censearis aut penas aliquas in eisdem conventionibus[g] et conditionibus expressas vel 40 earum aliquam incurrisse nec iuramentum super[h] eisdem conventionibus[g] et conditionibus plenarie adimplendis et inviolabiliter observandis a te prestitum aliquatenus violasse, seu[i] iuramentum ipsum aliquod impedimentum afferre, quominus predictum officium per te vel alium seu alios dicto nostro durante beneplacito[k] libere valeas exercere. Conventionibus tamen ac[l] conditionibus prefatis[m] in nullo propter hoc volumus imposterum[n] 45 derogari, sed eas in suo robore plenarie perdurare.

Dat. Montiliis Carpentoratensis diocesis, II. Idus Martii, anno nono.

1164. e) *deest* 1. f) *deest* 2. g) convectionibus 1. h) supra 1. i) aut 2. k) *loco* dicto — beneplacito 2: ut predicitur. l) ipsis et 2. m) *deest* 2. n) imposterum volumus 2.

1165. 1166. CONSTITUTIONUM CLEMENTINARUM FORMAE PRIORES.

(inter 1313. Aug. 24. et 1314. Apr. 20.)

Cf. etiam ea quae de indole ac tempore disseruit Doenniges 'Acta Henrici VII.'
5 *II, pag. XLII sqq.*

1165. *CONSTITUTIO DE IUREIURANDO IMPERATORIS.*

Formae prioris duos textus servatos habemus:

Textus A, *qui ad formam post in Corpore iuris canonici receptam propius accedit, superest* 1) *Taurini in tabulario regio inter Collectanea et acta Bernardi de Mercato*
10 *'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 66 nescio a quonam scriba exaratus; fol. 67' inscripit Bernardus:* Due decretales; *edidit Doenniges l. c. II, 237 nr. 9a;* 2) *in bibliothecae Parisiensis cod. lat. 4113 (olim Colbert. 753) fol. 5; quo codice varia acta ex archivo vel bibliotheca paparum Avenionensi oriunda continentur*[1].

15 *Textus* B *solus superest in eodem codice Parisiensi fol. 3; nonnullis enuntiatis abundat, quae sub asteriscis adnotavimus.*

Formam iubente Iohanne XXII. papa ut videtur denuo redactam, quae in Corpore iuris canonici recepta est, vide c. un. in Clem. de iureiur. (II, 9).

Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 342. *(P. deest.)*

20 (1) Romani principes orthodoxe fidei professores sacrosanctam Romanam ecclesiam, cuius caput[a] est Christus redemptor noster, ac Romanum pontificem eiusdem redemptoris vicarium* fervore fidei et clare devotionis promptitudine venerantes, sua sibi capita submittere non reputaverunt indignum** ac eidem Romano pontifici, a quo approbationem persone ad imperialis celsitudinis apicem assumende necnon unctionem, con-
25 secrationem et imperii coronam accipiunt, se astringere[b] vinculo iuramenti, prout tam mos observationis antique temporibus novissimis renovate[c] quam forma iuramenti huiusmodi[d] sacris inserta canonibus manifestant***.

(2) Dudum sane[e] inter quondam[f] Henricum[g] imperatorem tunc Romanorum regem et karissimum in Christo filium nostrum Robertum Sicilie[h] regem[i] gravi discordia susci-
30 tata, nos multis grandibusque periculis, que exinde proventura verisimiliter timebantur, intendentes celeri et oportuno remedio obviare[k], quibusdam ex fratribus nostris sancte

*) cui ab ipso imperatore celesti terreni simul ac celestis imperii sunt iura commissa *add. B.*
**) *loco* sua — indignum *B:* non reputarunt indignum, ut eternis imperiis in persona eiusdem Christi vicarii humana imperia famulentur.
35 ***) *loco* manifestant *B:* ac etiam observantia modernis temporibus novissime renovata demonstrant. Licet autem an iuramentum huiusmodi fidelitatis existat a retro Romanis principibus non fuerit hactenus hesitatum, quia tamen clare memorie Henricus Romanorum imperator, qui diebus proximis fuit de hac luce subtractus, non virtutem et mentem, sed nudam proprietatem verborum insectans sensumque confundens iuramenta per eum nobis prestita
40 restringendo curiose videbatur asserere, illa ad debitum fidelitatis huiusmodi non extendi, novo morbo curiositatis huiusmodi luculente veritatis antidotum presentis declarationis oraculo providimus opponendum. *Cf. infra pag. 1209 lin. 12 sqq.*

1165. a) capud *A 1.* b) constringerent *B.* c) temporibus — renovate *hic desunt B.* d) prestiti ab Otone Romanorum imperatore *B.* e) siquidem *B.* f) eundem *B.* g) H. *semper*
45 *A 1.* h) Sycilie *A 1.* i) illustrem *add. B.* k) eisdem regibus ac *add. B.*

1) *Cf. editionem nostram 'Die Appellation König Ludwigs des Baiern von 1324' (Weimar 1906) pag. 3.*

Romane ecclesie cardinalibus, existentibus tunc in Urbe pro reformanda pace et solidanda concordia inter reges eosdem[l], litteras nostras sub certa forma* duximus destinandas[1] inter alia inserentes in eis, quod cum ipsi reges eiusdem ecclesie specialissimi filii sibi iuramento fidelitatis et alias multipliciter essent astricti, ipsius ecclesie debeant esse[m] promptissimi defensores. Dictis autem litteris in[n] noticiam dicti Henrici ad imperium iam promoti deductis[n], idem Henricus ab eisdem cardinalibus requisitus, ut super contentis in illis suum propositum responderet, quasi moleste tulisset, quod de iuramento fidelitatis huiusmodi per eum prestito in dictis litteris mentio habebatur, non familiariter nec secrete, ut tractande pacis qualitas exigebat, set multis tabellionibus accersitis et requisitis ab eo, quod de responsionibus suis conficerent[o] publica instrumenta, inter cetera publice presente multitudine hominum copiosa respondit, se non fore cuiquam ad iuramentum fidelitatis astrictum et quod nunquam fecerat iuramentum, propter quod foret ad** iuramentum fidelitatis alicui obligatus, et quod ipse nesciebat, quod antecessores sui Romani[p] imperatores unquam[q] iuramentum huiusmodi prestitissent[2], fingens[r] se immemorem iuramenti, quod nobis ante coronationem suam prestiterat et post coronationem etiam innovarat. Nos itaque attendentes, quod huiusmodi responsio, si sub dissimulatione[s] pertranseat vel silentio pallietur, posset in magnum et evidens preiudicium Romane ecclesie redundare, dignum admodum et opportunum fore perspeximus, ut de iuramento*** huiusmodi constitutioni presenti aliqua breviter annectamus[t].

(3) Dictus namque Henricus, quam primum fuit in regem Romanorum electus, solempnes ad nos nuncios destinavit, dans eis per suas patentes litteras† plenum et speciale mandatum exponendi nobis pro eo devotionem ipsius et reverentiam filialem, quam ad nos et Romanam ecclesiam sincero gerere se dicebat affectu, necnon petendi et impetrandi a nobis favorem et gratiam consuetos, offerendi quoque[u] et prestandi pro eo et in ipsius animam debite nobis et eidem ecclesie fidelitatis et cuiuslibet alterius generis iuramentum ac nichilominus petendi a nobis per nostras[v] manus impendi unctionem, consecrationem et Romani imperii dyadema[3]. Prefatis itaque nuntiis in nostra et fratrum nostrorum presentia constitutis ac secundum[w] dicti tenorem mandati per eos[x] Avinione, ubi tunc eramus cum nostra[y] curia residentes, in publico consistorio, in quo erat prelatorum†† et aliorum tam clericorum quam laycorum non modica multitudo, premissis per eos coram nobis expositis[z], petitis humiliter et oblatis, nos eodem mandato et decreto eiusdem electionis[a] Henrici ex parte principum tam ecclesiasticorum quam secularium, qui eundem elegerant, nobis per dictos nuntios presentatis, plena cum eisdem fratribus deliberatione discussis factaque nobis de electione huiusmodi concordi et legittima plena fide, examinata quoque persona eiusdem Henrici, prout absentia[b]

*) *loco* sub certa forma *B:* paternas preces et efficacia super hoc monita continentes.
**) *loco* ad iuramentum — quod *B:* fidelitatem huiusmodi obligatus, immemor ut videtur iuramentorum que.
***) *loco* iuramento huiusmodi *B:* ordine iuramentorum et ipsis etiam iuramentis, que dictus Henricus tam ante quam post sue coronationis insignia nobis et eidem ecclesie prestitit.
†) in quibus nos suum nominabat dominum, ut decebat[c] *add. B. Cf. infra pag. 1209 not.* ***.
††) et principum secularium et aliorum electorum eiusdem Henrici *add. B.*

1165. l) *loco* reges eosdem *B:* inter eos. m) esse debebant *A* 2 *B.* n) *loco* in — deductis *B:* receptis ab eis. o) et quibuscunque volentibus traderent *add. B.* p) Romanorum *A* 2. q) un *in corr. A* 1. r) simulans *alia manu suprascriptum A* 2. s) disimulatione *A* 1. t) amittamus *A* 1. u) nobis *add. A* 2 *B.* v) sibi *add. A* 2 *B.* w) iuxta *B.* x) per eos *delet. A* 2. y) Romana *B.* z) *sequitur* suplicando *eadem manu supra lineam add. A* 2. a) elect. eiusd. *A* 2. b) *sequitur* sua *delet. A* 1. c) *correctum esse videtur ex* debebat *B.*

1) *Cf. supra pag. 842 not. 1.* 2) *Cf. supra nr. 840.* 3) *Supra nr. 293.*

patiebatur ipsius, et inquisito de ipsius fide, probitate ac aliis, que in persona imperatoris sunt merito requirenda, cum pluribus prelatis et aliis magne auctoritatis viris, qui eiusdem Henrici personam, mores, condicionem et statum plenius noverant et cuius etiam nos et fratres nostri aliqualem noticiam habebamus, propter quod facilius transivimus 5 in examinatione predicta, ydoneaque reperta ipsum nominavimus, denunciavimus et declaravimus regem Romanorum, ipsius approbantes personam eumque sufficientem et habilem declarantes ad suscipiendum[d] imperialis celsitudinis dignitatem ac decernentes unctionem, consecrationem imperiique Romani[e] coronam sibi per manus nostras debere concedi*. Et subsequenter a prefatis nuntiis sufficiens[f] ab eo ut premittitur mandatum 10 habentibus secundum[g] formam in** decretis que incipit „Tibi domino"[1] comprehensam fidelitatis recepimus iuramentum[2].

(4) Licet autem, an iuramentum[h] fidelitatis existat, a retro Romanis principibus non fuerit hactenus hesitatum, quia tamen idem Henricus Romanorum imperator, qui diebus proximis fuit de hac luce subtractus, non virtutem et mentem, set nudam pro- 15 prietatem[i] verborum insectans[k] sensumque confundens et[l] iuramentum restringendo predictum curiose videbatur asserere, ut prefertur, illud ad debitum fidelitatis huiusmodi non extendi, novo morbo curiositatis huiusmodi luculente antidotum veritatis[m] presentis declarationis oraculo providimus apponendum. Quia igitur capitulis in iuramento fidelitatis contentis sollicita meditatione pensatis[n], ipsa capitula in prefato imperatoris 20 iuramento, quantum ad effectum, mentem et virtutem ipsius non est dubium contineri, nos premissis et aliis rationibus, ne quis in Romanum assumptus principem vel in posterum[o] assumendus, an iuramentum huiusmodi per dictum Henricum imperatorem prestitum et per successores ipsius in futurum prestandum fidelitatis rationabiliter dici possit[p], in dubitationem ducere[q] audeat vel super hoc contrarium astruere veritati, 25 auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio unanimi et concordi[r] declaramus et etiam diffinimus[s], illud iuramentum[t] fidelitatis existere ac censeri debere.

(5) Preter predictum insuper iuramentum** dictus Henricus, priusquam ingrederetur Ytaliam[u] vel ibidem iura aliqua exerceret, sub testimonio suarum patentium litterarum*** in manibus[v] dilecti filii Iohannis de Mollianis scolastici ecclesie Tullensis capellani 30 nostri ad hoc specialiter per nos missi, nostro et prefate ecclesie nomine recipientis, promisit et corporali iuramento firmavit, quod eandem ecclesiam et fidem catholicam pura fide totisque viribus conservaret[w], revereretur et etiam defensaret omnemque

*) ad hoc sibi certum locum et terminum assignantes *add. B.*

**) *loco* in decretis — insuper iuramentum *B:* a dicto Otone Romanorum imperatore super hoc 35 inductam fidelitatis recepimus iuramentum. Deinde nos ad instanciam procuratorum ipsorum universis personis ecclesiasticis et secularibus eidem regi subditis Romanorum per apostolicas mandavimus litteras, quod ipsi regi seu nunciis, procuratoribus et officialibus suis efficaciter intendere ac parere sibique de iuribus suis integraliter respondere curarent, dictusque Henricus rex postmodum a nobis humiliter postulavit, sibi per nos munus huiusmodi consecrationis et 40 coronationis impendi loco et termino assignatis. Sed nos tunc arduis occupati negociis et propterea ad illa intendere nequeuntes predictum terminum in tempus aliud duximus prorogandum. Postmodum vero.

***) in quibus etiam, ut decebat, nos suum dominum[x] nuncupabat *add. B. Cf. supra 1208 not.* †.

1165. d) suscipiendam *B.* e) i *corr. ex* a; *A 1.* f) ad hoc *add. A 2 B.* g) iuxta *B.* 45 h) huiusmodi *add. A 2.* i) *delet. A 2.* k) corticem *supra lin. add. A 2.* l) *deest A 2.* m) verit. antid. *A 2.* n) presentis *male A 1.* o) imposterum *A 2.* p) rationabiliter dici possit *delet. et corr. in* existat *A 2.* q) deducere *A 2.* r) unanimi et concordi *deleta sunt A 2.* s) et etiam diffinimus *item deleta sunt A 2.* t) illud iuramentum *bis scriptum, semel deletum A 1.* u) Italiam *B.* v) *sequitur* dicti *A 1.* w) et *add. A 1.* x) *sequitur rasura unius verbi B.*

50 1) *c. 33 Di. LXIII.* 2) *Cf. supra nr. 293—298.*

heresim, scisma et hereticos quoslibet, fautores, receptatores et defensores ipsorum exterminaret pro posse ac nunquam cum Sarraceno, pagano, scismatico seu alio quolibet communionem catholice fidei non habente aut cum aliquo alio prefate ecclesie inimico vel rebelli seu eidem manifeste suspecto unionem quamlibet, parentelam aut confederationem iniret, set tam nostram quam successorum nostrorum personas, honorem et statum manuteneret[y], defenderet et conservaret contra omnes homines, cuiuscunque existerent preeminentie, dignitatis aut status. Eidem adiciens iuramento, quod manuteneret semper atque servaret privilegia omnia per predecessores suos reges ac[z] imperatores Romanos[a] prefate Romane aut[b] aliis quibuscunque[c] ecclesiis quocunque concessa tempore et continentie cuiuscunque ipsaque omnia et specialiter ac precipue per clare memorie Constantinum, Karolum[d], Henricum, Ottonem[e] IIII, Fredericum[f] secundum atque Radulphum[g] predecessores ipsius super concessione, recognitione, avoatione, quitatione et libera dimissione terrarum et provinciarum Romane ecclesie ubilibet positarum, quarum etiam multas nominatim expressit[h], sedi[i] apostolice Romanisque Pontificibus sub quocunque tenore concessa recognovit, confirmavit et ex certa scientia innovavit ac etiam de novo concessit, et terras ipsas atque[k] provincias recognovit ad ius et[l] proprietatem ipsius ecclesie plenissime pertinere easque nichilominus ex habundanti de novo ecclesie sepefate donavit. Sub predicto[m] se obligans iuramento, quod ipsas vel aliquam ipsarum partem nullo unquam tempore occuparet seu quantum[n] in eo esset ab alio permitteret occupari, nec in eis aut aliqua parte ipsarum iura aliqua, possessiones aut tenutas haberet seu quomodolibet possideret, nec in eis etiam potestarie seu cuiusvis capitanie officium aut iurisdicionem quamcunque per se vel alium exerceret, quodque ut princeps catholicus et sepedicte ecclesie advocatus atque[o] defensor ipsam iuvaret et consiliis et auxiliis illi assisteret oportunis contra quoscunque inobedientes et rebelles eidem et precipue contra occupantes seu turbantes[p] terras predictas seu provincias vel partem quamlibet earumdem. Sub eodem etiam iuramento promisit, quod tam ipsam Romanam[q] quam alias ecclesias, libertatem ecclesiasticam, bona, iura, prelatos et[r] ministros ecclesiarum ipsarum manuteneret, conservaret ac defenderet suo posse, ecclesie Romane vassallos contra iustitiam nullatenus offensurus, devotos ac[s] fideles ecclesie etiam in imperio constitutos benigne tractaret nec eos opprimeret contra iustitiam aut quantum in eo esset per alium opprimi sustineret, set in suis potius iuribus et iusticiis conservaret[1].

(6) Postremo autem idem Henricus consecrationis et coronationis sue tempore aliud eisdem cardinalibus, quos ad impendendum sibi huiusmodi consecrationis et coronationis insignia miseramus ad Urbem, illud nostro nomine recipientibus corporaliter prestitit iuramentum, quod in pontificali Romano prestandum per imperatorem coronacionis sue tempore continetur, ac post coronationem eandem iuramenta predicta nichilominus innovavit, prout in patentibus ante sue coronationis insignia eius regio sigillo magno et aliis post coronationem huiusmodi eius imperiali aurea bulla munitis inde confectis litteris, in quibus et etiam in aliis prescriptis litteris suis nos suum dominum nominabat, quas in archivis Romane ecclesie reponi et diligenter conservari facimus[t], plenius continetur[2].

1165. y) et *add.* *A* 1. z) aut *A* 1. a) Romani *A* 2. b) ac *A* 2. c) quibuslibet *A* 2. d) *excidit* *A* 1. e) Othonem *A* 2; Otonem *B*. f) Fridericum *A* 1. g) Radulfum *A* 1. h) nominavit expresse *A* 1. i) sedique *A* 1. k) et *A* 1. l) *corr. ex* ad *delet.* *A* 1. m) supradicto *A* 1. n) in quantum *A* 2. o) adque *A* 1. p) perturbantes *A* 1. q) *sequitur* ecclesiam *subpunctum* *A* 2. r) *deest* *A* 1. s) atque *A* 1. t) fecimus *A* 1.

1) *Supra nr. 393 et 454.* 2) *Supra nr. 454 et 807.*

(7) Patet[u] igitur ex premissis dictum* quondam Henricum imperatorem Romanorum non bene dixisse, qui respondendo dictis cardinalibus, ut superius est expressum, post nobis et ecclesie Romane prestita iuramenta predicta dixit, se sacramentum fidelitatis nunquam alicui prestitisse[u].

5 **1166.** *CONSTITUTIO IN FAVOREM ROBERTI REGIS SICILIAE.*

Ad formam priorem edendam denuo contulimus 1) *Collectanea Bernardi ad nr. 1165 sub* A *1 citata fol. 68'.*

Formam denuo redactam et in Corpore receptam vide c. 2 in Clem. de sent. et re iudic. (II, 11).

10 *Böhmer, Reg. 1246—1313 Päbste 343.* *(P. deest.)*

Clemens etc. ad perpetuam rei memoriam.

(1) Pastoralis cura sollicitudinis nobis divinitus super cunctas christiani populi nationes iniuncta nos invigilare[a] remediis subiectorum, eorundem periculis obviare et scandala[b] removere compellit. Sane cum iam dudum inter H(enricum) imperatorem 15 quondam Romanorum et carissimum in Christo filium nostrum Robertum Sycilie regem gravis fuisset materia turbationis exorta, asserente demum imperatore predicto, quod cum quibusdam ipsius subditis rex confederaciones et conspiraciones fecerat in ipsius maiestatis offensam quodque tractaverat et ordinaverat, ut civitates quedam imperii in imperatoris eiusdem obedientia consistentes[c] contra eum et imperium rebellarent, 20 gentesque sui[d] ipsius fulte subsidio nonnullas alias imperii civitates et castra, inde violenter eiectis ipsius imperatoris officialibus, occuparant et pro ipso rege occupata tenebant, et alias etiam in imperatoris et imperii eiusdem contemptum et sue maiestatis iniuriam et reipublice detrimentum multa gravia fuerant per regem eundem ac maliciam et instigacionem ipsius tam a suis stipendiariis quam a subditis imperatoris commissa, 25 prehabitis per imperatorem eundem quibusdam processibus contra eum, absentem tamen quamvis legittime iuxta imperatoris assertionem citatum, ac quod supradicta erant notoria, per imperialem interlocutoriam declarato, imperator ipse affirmans regem propter premissa lese maiestatis criminis reum esse, in ipsum peremptorie ut dixit [et] sufficienter citatum, set comparere contumaciter recusantem tamquam rebellem, proditorem et hostem 30 imperii ac reum criminis supradicti privationis omnium dignitatum quocumque comprehensarum titulo et quibus se intitulabat rex ipse, auctoritatum quoque, honorum, provinciarum, terrarum, bonorum, iurium et iurisdictionum tam perpetuorum quam temporalium, et si quando veniret in suam et imperii fortiam, mutilationis etiam capitis sententiam promulgavit, omnem supplendo defectum, si quis forsitan fuerat ex sollempni-

35 *) *loco* dictum — prestitisse *B:* quod idem imperator Henricus omnia que fidelitatis continet iuramentum iuravit specialiter et distincte, prout doctorum solennium indubitanter tenet opinio et ex verbis et mente iuramentorum ipsorum sane intelligentibus evidentius demonstratur. Nos igitur premissis et aliis rationibus diligenti meditatione pensatis, ne quis in Romanum assumptus principem vel in posterum assumendus, an iuramenta huiusmodi per 40 dictum Henricum imperatorem prestita et per successores ipsius in futurum prestanda fidelitatis rationabiliter dici possint, in dubitationem deducere audeat vel super hoc contrarium astruere veritati, auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio declaramus et etiam diffinimus, illa et similia iuramenta fidelitatis existere et censeri ac Romanum principem prestare debere illa Romano pontifici vel alteri, cui receptionem illorum Romanus pontifex 45 duxerit committendam. *Cf. supra pag. 1209 lin. 18 sqq.*

1165. u) Patet — prestitisse *mutato ductu, atramento pallidiori artius scripta A 2.*

1166. a) invigilate 1. b) scandalis 1. c) constitentes 1. d) sue *supra lineam add.* 1.

tate iuris obmissus in processibus memoratis, premissa ut asseruit faciens exigente iustitia et de imperiali potestate[1].

(2) Verum quia huiusmodi sententia, que non a discretione, matre virtutum, sed a noverca iustitie, voluntaria scilicet iudicantis precipitatione processit, partus forsan deteriores haberet, si ipsius inefficacia in publicum precone iustitia non prodiret, nos circa eam tali uti provisione volentes, quod detectis ipsius defectibus seminata per eam extinguat[e] pericula et in ratione reddendum sit posteris profutura, ipsam subiciendam esse providimus lime iustitie ac recte libramini rationis. Eiusdem igitur causis et continentia necnon conditione illorum, a quo et in quem lata fuit, diligenti ac debita deliberatione[f] pensatis, evidenter ex eis illius astruitur evidentia nullitatis et manifeste arguitur iniquitas promulgantis. Notorium quippe ac indubitatum existit, quod imperator predictus ad regem inimici[ti]as capitales habebat quodque grandis exercitus tempore dictorum processuum et sententie imperatori assistens regem ipsum et suos prosequebatur odio capitali, Pisanaque civitas, in qua lata fuit memorata sententia, regem capitali habebat odio notorio et antiquo. Set esto quod rex ipse alias ad premissa fuisset legittime per imperatorem citatus, numquid venire debuit ad tantum ac talem suum capitalem notorie inimicum exercitu feroci, grandi et pariter odioso stipatum? Numquid etiam debuit comparere in loco admodum populoso, multum potenti ac prefato in eum odio provocato? Quis enim auderet vel qua ratione audere aliquis teneretur consistorii talis subire iudicium, se in hostium sinu[g] reponere ac ad mortem per violentam iniuriam, non per iustitiam inferendam[h] ultroneum se offerre? Hec quidem iure timentur, hec de more vitantur, hec refugit ratio, hec aborret natura. Desiperet igitur, qui citationem huiusmodi saperet artasse citatum. Ut illud tamquam notissimum nullatenus obmittamus, quod extra districtum imperii et in regno scilicet Sycilie notorie ac continue tempore supradicto morantem citare non potuit imperator nec citatio, si qua[m] forsan de ipso intra imperii fines fecit[2], citatum extra imperium constitutum artavit. Nos quoque regis ordinarius iudex, quod ad imperatoris iudicium citaremus vel citari aut remitti faceremus eundem, nequaquam fuimus requisiti, ymo licet ad nos et curiam nostram temporibus illis rumores[i] frequentes de curia imperatoris venirent et iuxta eum etiam quidam ex fratribus nostris essent, prius tamen dicte sententie promulgatio quam aliquid de processibus antecedentibus ad audientiam nostram [per]venit. Denique licet rex ipse terras aliquas ab imperatore tenere dicatur in feudum, non tamen in eis, set in Regno prefato domicilium suum fovebat, unde imperator in ipsius personam nulla ratione terrarum huiusmodi nisi ex natura feudorum debitam superioritatem habebat. Quod si punitio criminis infra districtum imperialem commis[s]i ad imperatorem pertinuisse dicatur, verum est quidem, si in eodem districtu fuisset inventus delinquens vel ad illum de more demissus. Dicine ergo sententia meruit, que in loco notorie ut prefertur non tuto a capitali notorio inimico in absentem nec citatum legittime ac inauditum per consequens et indefensum non maturo fuit iudicio, sed precipitio et de tanto presertim crimine promulgata?

(3) Rursus non est silentio relinquendum, quod rex ipse, noster[k] et ecclesie Romane ratione Regni predicti notorie subditus homoque ligius et vassallus ac in eodem Regno non ut premittitur in imperio certum, continuum et notorium domicilium habens[l], quantumlibet omnia in sententia supradicta contenta veritatem indubiam continerent. Sicque nedum iure, ymo nec cum iuris colore[m] tulit imperator sententiam sepedictam in regem [ex] causa, que veritatis subsistentiam non habebat. Propter quod etiam quod in

1166. e) attingant 1. f) libatione *in nova pagina* 1. g) sūū 1. h) refferendam 1. i) remittens *male* 1. k) *bis scriptum* 1. l) *desunt quaedam* 1. m) *videtur scriptum esse* contra(?) iuris colorē 1

1) *Supra nr. 946.* 2) *Cf. supra prooemium ad nr. 848.*

eo fuit regem eundem privando regno et regia dignitate ac terris etiam aliis et iurisdicionibus perpetuis et temporalibus, que sub eo nullatenus vel ab[n] eo, set a nobis tenebat potius et sub nobis, necnon inhibendo in eadem sententia sub magnarum appositione penarum, quarum etiam aliquas sibi[o] applicari mandavit, ne quis dicto regi 5 presumeret respondere in suis[p] debitis ipsiusve familiaritate vel servitio remanere aut eidem contra ipsum imperatorem quovis modo impendere consilium, auxilium vel favorem, cum debitores, servitores et auxiliatores huiusmodi extra imperium et in Regno constituti predicto ac de ipso et aliis diversis non subditi imperio existentes nullatenus imperatori subessent nec ex committendis in Regno eodem dictis posse[n]t penis astringi, 10 absolvendo quoque ab omni fidelitate, obligatione, servicio, promissione ac pacto provincias omnes, civitates et castra ipsiusque vasallos et feudatarios ac alios quoslibet eidem regi quomodolibet obligatos, cum includerentur in absolutione huiusmodi terre et persone nobis et ecclesie Romane subiecte, proprie terminos potestatis excessit, in messem nostram et aliorum etiam regum et principum, quorum subiectos sua secundum 15 premissa nitebatur artare censura, immittens perperam falcem suam.

(4) Ceterum defectus suppletio circa processus adhibita supradictos non tantum valet ad iustificationem ipsorum et sententie supradicte, quantum ad eorum sigillationem et notam, cum nullam super premissis potestatem haberet imperator in regem sibi alias quam ut prefertur non subditum, non[q] citatum legittime aut remissum et extra districtum 20 ipsius continue ac notorie consistentem. Nec predicta suppletio circa subditum etiam ad ea potuisset de ratione referri, per que de crimine presertim sic gravi delato defensionis, que a iure provenit naturali, facultas adimi valuisset, cum illa tollere imperatori non licuerit, que iuris naturalis existunt.

(5) Ut igitur [sicut] memorata sententia iuris caret effectu, sic auctoritate et nomine 25 rei careat iudicate, ut non in opinione communi aut vulgi labiis nomen habere sententie mereatur, ut etiam in magnum iustitie ac pacis obsequium scandalosis occurratur periculis, que cum nostra, ecclesie, provinciarum multarum, regnorum et gentium turbatione non modica possent occasione ipsius pro tempore suboriri, nos tam ex superioritate, quam ad imperium non est dubium nos habere, quam ex potestate, in qua vacante[r] 30 imperio imperatori succedimus, et nichilominus ex illius plenitudine potestatis, quam Christus [rex] regum et dominus dominantium nobis licet immeritis in persona beati Petri concessit, sententiam et processus omnes predictos et quidquid ex eis secutum est vel occasione ipsorum de fratrum nostrorum consilio declaramus fuisse omnino irritos et inanes nullumque debere aut debuisse sortiri effectum aut nocumentum vel notam 35 afferre cuiquam aut debuisse ipsosque nichilominus, quantum processerunt de facto et quicquid ob eos secutum est, in irritum revocamus.

1166. n) *sequitur* alio *delet.* 1. o) volumus *sequitur delet.* 1. p) respondere in suis *signo transponendi posito* 1. q) ta *sequitur deletum* 1. r) vacante in qua 1.

APPENDIX V.

SCRIPTA PACIS.

1167. PAX WESTFALICA PRIOR.

1298. Iun. 24.

Denuo contulimus autographon tabularii civitatis Tremoniensis. Pendent sex sigilla fere omnia illaesa loris membranaceis. Edita est 'Dortmunder Urkundenbuch' I (1884) pag. 173 nr. 255. Cf. infra nr. 1173. (P. deest.)

1. Nos Wicboldus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus[a] sacri imperii per Ytaliam archicancellarius et nos Everhardus eadem gracia Monasteriensis episcopus et Everhardus comes de Marca necnon magistri civium, consules et universitates Monasteriensis, Sûsaciensis et Tremoniensis civitatum notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod attendentes statum terre parcium Westphalie per gwerrarum discrimina, rapinas et spolia ab iniquitatis filiis non que sua sunt querentibus perpetrata pluribus retroactis temporibus adeo et in tantum disturbatum, quod vix nostris temporibus, nisi salubri et oportuno occurratur remedio, poterit reformari, placuit igitur nobis omnibus et singulis consensu unanimi huiusmodi periculis et periculosis turbatorum machinacionibus et conatibus salubri sancte pacis remedio occurrere, pacem iuravimus et ad ipsius sancte pacis observacionem bona fide et intencione sine dolo nos ad invicem astrinximus interposito iuramento divitibus, mediocribus, pauperibus et mercatoribus quibuscunque ac aliis transeuntibus infra terminos ducatus Westphalie et dyocesis ac dominii Monasteriensis ad quinquenium durature, ut universi sub umbraculo sancte pacis valeant respirare.

2. Et ne tam salutifera, fructuosa et necessaria pacis ordinacio propter copiosam multitudinem omnium nostrum qui pacem iuravimus dissolvi valeat vel remitti et in paucioribus sit via brevior, eligimus nos archiepiscopus pro conservacione et prosecucione pacis predicte virum nobilem Iohannem dominum de Bylsten et Antonium de Scheydinge milites, et nos Monasteriensis episcopus Gerlacum de Beveren et Ludolphum de Monasterio milites, et nos Everhardus comes de Marca Engelbertum de Herborne et Theodericum de Wickede milites, nos vero cives Monasterienses Henricum Riken et Bernardum Kircherinc concives nostros, nos Sûsacienses Albertum de Palsole et Wûlfardum Eppinc concives nostros, et nos Tremonienses Henricum Longum et Bertrammum Sûderman concives nostros adiungimus, qui certis temporibus et locis ab ipsis ordinandis convenient

1167. a) *usque huc atramento pallidiori or.*

et tractabunt et quidquid commoditatis et utilitatis pro observancia pacis excogitare et invenire poterunt, ordinabunt.

3. Quod si pacem a quibuscunque seu a quocunque, cuiuscunque status vel condicionis existant vel existat, infra terminos prenotatos in personis vel in rebus inibi 5 existentibus perquisierint et repererint violatam, ita quod contra tales fuerit merito procedendum, dicti pacis tractatores seu ordinatores, si violatorem pacis invenerint iniustum et conpetenter monitus noluerit excessum suum emendare, tunc pacis tractatores secundum tenorem iuramenti sui contra ipsum expedicionem ordinabunt et unicuique dominorum ac civitatum numerum armigerorum inponent iuxta cuiuslibet ipsorum 10 vires, situs et facultates. Quam expedicionem nobis archiepiscopo Coloniensi, si presentes fuerimus, alioquin marsalco nostro Westphalie intimabunt sub suis patentibus litteris et sigillo communi, quo in huiusmodi factis communiter utentur, et iurabunt tactis sacris, quod nec prece nec precio nec odio nec timore alicui parcent in premissis, cuiuscunque status vel conditionis existat. Qua intimacione sic facta nos archiepiscopus, si in 15 terminis fuerimus, alioquin marscalcus noster ulterius dominos et civitates convocabimus et convocabit contra pacis violatorem processuros. Qui omnes infra terminum competentem super hoc ab ipsis pacis ordinatoribus moderandum potenter et patenter, prout status negocii et qualitas personarum pacem violancium requisierint, expensis propriis procedemus nec desistemus a persecucione pacem violancium, nisi condigna 20 prestita fuerit emenda et pax extiterit reformata.

4. Si autem pacis violator monitus iniuriam suam revocare et excessum suum emendare voluerit, predicti pacis ordinatores potestatem habebunt ipsum recipiendi ad emendam et emendam excessus moderandi. Qua emenda prestita deinceps super huiusmodi excessu a nullo debebit argui vel culpari.

25 5. Insuper est condictum inter nos, quod si aliquis pacem violaverit et ob hoc in territorio, in quo deliquit vel ad quod spolium deduxerit, proscriptus fuerit, ille quicunque fuerit ab omnibus sancte pacis conservatoribus et in omnibus locis, ad que pax iurata se extendit, pro proscripto habebitur et de ipso in omnibus locis iudicabitur tamquam de proscripto, acsi ibidem deliquisset.

30 6. Adiectum est etiam, quod si aliquos vel aliquem de predictis personis et adiunctis et assumptis, adiungendis vel assumendis mori, abesse vel legitime impediri vel revocari contigerit, illi qui ipsos vel ipsum instituerant et adiunxerant, alium vel alios in locum illorum vel illius poterunt et debebunt subrogare, qui consimilem habeant vel habeat potestatem.

35 7. Si vero predicti pacis ordinatores seu conservatores omnes duodecim convenire nequiverint ad suos tractatus et negocia prosequenda, set contingat unum vel duos abesse, quidquid ceteri ordinandum[b] decreverint, hoc processum habebit, acsi omnes convenissent.

8. Dicte etiam persone sic assumpte semel ad minus convenient infra mensem, nisi forte necessitas et pacis turbacio ad conveniendum sepius astringat eosdem.

40 9. Quod si aliqui principes, comites, nobiles vel civitates, de quibus verisimilis sit presumpcio, quod sint viri pacifici et boni pacis emulatores, huiusmodi ordinacioni includi petiverint, tales in nostrum consorcium de unanimi assensu omnium nostrum assumi poterunt et admitti. Super omnia tamen[c] quibuslibet dominis et civitatibus in confederacione pacis iurate adherentibus in sui iuris vigore permansuris.

45 In horum testimonium et firmitatem evidentem presentes litteras roboravimus sigillorum nostrorum appensione.

Actum et datum in festo nativitatis beati Iohannis baptiste, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo.

1167. b) *sequitur* dux *delet. or.* c) tann *or.*

1168. PAX BAWARICA.

1300. Sept. 8.

Denuo contulimus Copiarium Bernhardi abbatis Altahensis saec. XIV., qui servatur Monaci in tabulario generali regni Bawariei, ubi fol. 55—59 (= fol. XLV—XLVIIII) manu coaeva inscripta est. Superest in hoc solo codice, quo omnes redeunt editiones. Ediderunt a. 1861. Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 110 nr. 217 et a. 1891. Rockinger 'Denkmäler des baierischen Landesrechts vom 13. bis in das 16. Jahrhundert' II, 55 sqq.

Synopsin huius pacis cum Pace Bawarica a. 1293. supra tom. III. nr. 633 edita itemque cum Pace Rudolfina a. 1281. supra tom. III. nr. 278 vide Rockinger l. c.

Numeros capitum tam editionis Wittmannianae quam secundo loco Rockingerianae uncis inclusos et typis minoribus expressos nostris adiecimus. Pacis scriptorum priorum capita, quae cum nostro textu plus minusve conveniunt, margini ascripsimus.

(P. deest.)

1. Wir Ott, Rŭdolf[a] und Stephan von Gots genaden hertzogen ze Baiern und pfallentzgraven ze Rein verjehen offenbar und tŭn chunt allen den di disen brief ansehent oder horent lesen, daz wir nach unser herren rat dez bischolfs von Freising und nach unsers oeheims rat graf Gebharts von Hirzberch und nach unsers rates rat disen lantfrid und die sætz gesetzet haben, die hernach geschriben stent, uns und unserm land ze frum und ze eren und haben auch disen lantfrid bestæt von sand Mychels tag der nu chumt ŭber dreu jar. (Sept. 29.)

(III nr. 633 c. 2.) 2. (1. 1.) Wir[b] setzen dez ersten, daz die bischŏf und alle pfafheit ir alt friheit und ir alteu recht haben und daz niemen di gotshæuser und ir læut und ir gŭt fŭr den vogt oder iemen ze laid noch fŭr niemen anders[c] pfend oder raub oder brenne. Swer daz darŭber tŭt, wirt der dez ŭberzeuget vor dem richter als reeht ist, den sol man in di æht tŭn, und sol den dar auz nicht lazzen, er gelt dann den schaden dristunt als tewer er ist. Und sŭln diu zwai tail dem gotshauz werden und daz drittail dem vogt. Und darumb sol er dem richter fŭmf pfund ze wandel geben.

(c. 3.) 3. (2. 2.) Ez[d] sol auch niemen richten ŭber die widem dann der bischof, in dez bistum si sint.

(c. 4.) 4. (3. 3.) Ez suln auch die gevangen all ledig sin auf daz gelŭbd, daz wir nu tŭn und getan haben.

(c. 5.) 5. (4. 4.) Dazŭ setzen wir, ob ein raub auz eines herren land in dez andern herren lant gefŭret und getriben wirt[e], fŭr daz der selb raub in dez selben herren lant chŭmt oder in sin gebiet, so sol er in selb gelten oder er sol schaffen, daz er wider werd, oder sich nem der richter mit dem aid da von, daz er im an geværd nachgevolget hab.

(c. 6.) 6. (5. 5.) Wir setzen auch, swer in eintweders herren hof, di weil wir bei ein ander sein, einen man ze tod sleht mit mŭtwillen, den sol unser ietweder fŭrbaz nimmer mere in daz lant lazzen chomen. Und sol seineu lehen lihen, der si ze reht leihen sol, und seines aigens sol sich der lantherre underwinden. Und sol er ewiehleich von dem land vertriben sin und sineu chind und sin hausfrowe alles gŭts enwert sin. Sleht aber er in an dem weg ze tod, da er zu uns oder von uns ritet, ez si umb

1168. a) *supra lineam add. c.* b) *in margine semper alia manu ut videtur scriptum* De libertate cleri *c.* c) *sequitur rasura unius verbi c.* d) *in margine* Nota de eodem *c.* e) *partim erasum c.*

totveintschaft oder umb ander sach, so sol ez umb in sten, als vor geschriben ist. Er bewær dann mit drin siner genozzen, daz er sin niht enwest, daz er von uns oder zû uns riten wold. Und beret er sich also, so sûln sineu chind und sin hausfrowe niht enterbet sin, er sol aber von dem land ewiehlich vertriben sin. Wirt aber er gevangen, so sol man ûber in richten als reht si. Umb ander wunden, di zû dem tod oder zû der lem ziehnt, sol daz selb geschehen. Aber umb ehlein wunden sol im der herre heizzen brenn swaz er hat, und sol ein jar von dem land sin. (6. 5.) Swer aber einen man sleht in unser eintweders hof, den sol der ander niht behausen noh behalten, er ehom dann geflohen zû iem, so mag er in behalten XIIII tag, untz er sich der sach ervar, und ob er in gehulldign mûg[f]. Ist aber daz er in lenger behalt oder ze behalten geit, so sol daruber geschehen, als hernaeh geschriben stet. Wær aber daz er[g] ein bûreh hiet und sich setzen wold gein unser eintwederem oder daz in anders iemen behielt, den sol der besitzen, in des land er gesezzen ist, und sol im der ander dar zû geholfen sin. Geschæh dez niht, so sol darumb geschehn, als hernach geschriben stet.

7. (7. 6.) Wir setzen auch, ob dehein graf, vrie oder dinstman, dehein hofphaffe oder dehein vitztûm gevangen werd, daz wir den beid ledigen sûln in XIIII tagen. Geschæch des niht, so sol darumb geschehen, als hernah geschriben stet. Wurd aber ein edelman, ein purger oder chaufman oder ein ander arm [man][h] gevangen, da sol auch umb geschehen, als hernaeh geschriben ist. c. 7.

8. (8. 7.) Alle strazze suln geoffent und gevriet sin ûber al unser lant auf dem land und auf dem wazzer an fûr sogetan pfantung, die man tût fûr unser gûlt. c. 9.

9. (9. 8.) Geschæch aber daz ein herre dem andern oder sin diener sin gelaitte bræch, so sol darumb geschehen, als hernah geschriben ist. c. 10.

10. (10. 9.) Wir setzen auch, daz niemen dehein geleitt in unser beider land geben sol, dann wir selb oder dem wir ez enphelhen. Swer aber uns darûber unser gelaitte bræch oder dem dem wir ez enphelhen, der ist fridbræch. c. 11.

11. (11. 10.) Diu[i] wandel von sehtzig und fûmf phunden sûln[k] ab sin. Aber deu wandel von fûmf phunden sûln besten, als umb die hant und umb die augen und umb die haimsûchung datz[l] seiner pûrig, datz sinem hauz oder datz sinem hof, und sûln dem chlager darumb, der die haimsûchung behabt, gevallen zehen phunt und dem richter fûmf phunt; umb die chleinen lem dem richter ein pfunt, dem chlager XII schilling; umb sleht wunden ein pfund, dem rihter und dem chlager nach ietweder wunden ein phunt. Umb ûbereren und nahtetzen dem richter zwen und sibenzich phenning und den schaden bezzern und bi der naht mit der[g] zwigûlt. Umb zaunbrechen dem richter XII den. c. 15.

12. (12. 11.) Wir[m] setzen auch, daz dehein richter mer haben danne aht pferit und der scherig einez, und suln[g] all naht daheim sin, er hûtte dann schedlicher læut. Und als oft der richter daz ûbervert und der scherig, so sol der richter zehen pfunt geben und der scherig fûmf pfunt. c. 16.

13. (13. 12.) Wir setzen auch, daz nieman deheinen schedlichen[k] man behalten sol, fûr daz er iem gechûndet wirt von dem vitztum fûr einen schedlichen man, dann XIIII tag, ob er in gehuldigen mûg, und doch dem land an schaden. Tæt aber er dar ûber dehein schaden, den sol er fûr in dem land bezzern. c. 17.

14. (14. 12.) Wir sûln auch ein stille frag haben umb die schedlichen læut in unserm land mit unserm vitztum und mit unserm rat, die wir darzû schaffen. c. 18.

1168. f) *partim erasum c.* g) *supra lineam add. c.* h) *excidit c.* i) *in margine* De emendis *c.* k) *in margine add. signo posito c.* l) *praecedit* daz *subpunctum c.* m) *in margine* De iudice et precone *c.*

c. 19. 15. (15. 13.) Wir setzen auch umb die brenner, die nahts oder tages brennent verholn, daz di die si behaltent, pfenning dingent, botschaft werbent, ezzen gebent oder bringent unbetwungen oder chauffen gebent mit willen, aller der pen schulldig sin, di die brenner leiden solden, ob si begriffen wurden. Wær aber daz in ein man ze ezzen geben mûst, ist er in einem dorfe, so sol er rûffen. Ist aber er ein ainsezzen man, so sol er ez des morgens sinen nachgebauren und besunder sinem richter chunt tûn und sol da mit unschulldich sin. (16. 13.) Ist aber daz ein geschrai bei in wirt oder daz man inne wirt, wa er si, so sûllen alle di nah zogen, die daz geschrai hôrnt, und swer des niht tût, der sol dem richter LX den. geben, als oft er des beschulldiget wirt. Er mûg sich dann davon genemen, daz er daz geschrai niht gehôrt hab, oder daz in ehaft not geirret hab. (17. 13.) Swer des ûberwunden wirt, daz er einen schahprant getan hab, da sol man ûber richten, als recht ist.

c. 20. 16. (18. 14.) Wir nemen auch ab chirichgeriht und setzen, daz[n] man richten sûl auf den alten schrann und dinchsteten[o]. Doch sûln den gotshæusern, graven, vrien, dinstmann ireu recht beliben an ir dorfgerichten und an andern ir gerichten, diu si ze reht haben sûln.

c. 21. 17. (19. 15.) Ez ensol unser entweder des andern diener innemen noh beheiraten. Ist aber daz er in beheirat, so sol er in wider antwurten mit frowen mit alle und sol di der herre ewichlich verlorn haben. Geschæch des niht, so sol dar ûber geschehen, als hernach geschriben ist.

c. 22. 18. (20. 16.) Swem sin aigenman, sein lehenman oder sin vogtman in ein panstat enpfert, volget er im in einem jar nach, man sol in lazzen varn. Versaumet er sich ein jar, so beleibet er in der stat, er mûg dann bereden, daz er sin niht gewest hab. Vert aber er auz der stat in ein ander, allez daz reht, daz der herre in der vodern stat hintz im het, daz hat er auch in diser stat.

c. 23. 19. (21. 17.) Ez[p] sol niemen auf den andern invarn noch laisten umb dehein gûlt, di hinder zehen phunden ist, noch ros noch hengest setzen hinder drin pfunden. Swer aber darûber pfenning auf ros lihet oder auf vorgenanten schaden laist, der sol die verlorn haben, und sol jener, der der pfenning schulldig waz, ledich sin von[q] aller chlag.

c. 24. 20. (22. 18.) Ez sol niemen deheinen schûtzen fûren in dem lant, er hab dann drizzich pfunt gelts, er si dann eines herren richter. Swer aber anders sogetan schûtzen begriffet, der sol in die hengst und diu armbrost nemen und sol in dem richter antwurten fûr einen schedlichen man.

c. 25. 21. (23. 19.) Gespitzteu swert, burdaun und alles verborgen harnasch sol allen læuten verboten sin ze tragen und ze fûrn. Swa daz si, fûr daz der satz geoffent wirt, dem sol der herre ûrlaub geben, ob ez iemen ûbervert, und sol im daz lant verbieten alslang und der satz wert. Chumt er[n] daruber wider in daz lant in dem satz, swem er dann widervert, der sol iem haben, swaz er fûret, und sol in an daz gericht antwurten und sol man iem die hant abslahen.

c. 26. 22. (23. 19.) Ez sol auch dehein purger in der herren stete und in den mærchten dehein gespitztes swert, pechenhauben, burdaun oder dehein verborgen harnasch niht tragen. Tût er ez darûber, so sol er dem richter fûmf phunt geben oder man sol iem deu hant abslahen. Ist aber daz er ez ze dem andern mal tût, so sol man iem die hant abslahen und anders wandels von iem niht nemen. Ůbersiht aber der richter, daz si sogetan harnasch tragent heimlich oder offenlich, so sol er sinem herren ze wandel drizzich pfunt geben.

c. 27. 23. (24. 20.) Wir setzen auch, daz wir und auch ander herren den graven gebieten sûln, daz sie ireu lantgeriht habn sûln, und sûllen auch wir seu darzû fudern.

1168. n) *supra lineam add. c.* o) dinchstetet *c.* p) *in margine* De obstagio *c.* q) vor *c.*

c. 29.
24. (25. 21.) Wir setzen auch, daz unser entweder diener oder man vor deheinem anderm geriht ze reht stê, man chlag dann dez ersten ûber in vor dem geriht, da er inn haus und hof hab und selb sitzet. Wær aber daz man in des gerihtes verzig, so sol er anderswa ninder daz reht suchen, dann vor dem vitztum an den steten, da[r] si gemain tæg hin nement.

c. 30.
25. (26. 22.) Swen man umb raub anspricht, der sol niht alain gelten, daz iem ze tail worden ist, er sol halt umb den schaden allen antwurten.

c. 31.
26. (27. 23.) Wir setzen auch, daz unser entweder in des andern lant burk noch veste gewinnen noh bawen sol, diweil diser satz wert. Und swer daz ûbervert, da geschech umb, als hernach geschriben ist.

III nr. 278 c. 39.
27. (28. 24.) Wir[s] setzen auch, swer zwischen zwain veinden einen hantfrid machet, ob der von eintwederm zebrochen wirt, der den frid gemachet hat der hat den gewalt jenen anzesprechen, der den frid zebrochen hat. Ob er ez selb dritt hintz iem bewæren mag, so sol der der den frid zebrochen hat in der æht sin und sol den schaden mit der zwigûlt gelten. Ist aber ez umb einen totslach, so sol darumb geschehen als ê umb totslech gesetzet ist und sol dem richter bezzern als ein fridbræcher man.

c. 40.
(1) Notum sit omnibus, quod inter illustrissimum principem dominum Philippum Dei gracia Francie[a] regem ex parte una ac . . nos ex altera fuerunt et sunt inite conventiones que sequntur, videlicet quod nos, subditi et terra nostri erimus de cetero in marchiis nostris defensiones et barre pro ipso domino rege ac pro subditis et terra ipsius contra omnes preterquam contra . . summum pontificem et contra . . regem Alemannie per hunc modum: Quodsi dictus Alemannie rex vellet aut niteretur quod absit regno Francie dampnum inferre, nos pro posse nostro omnibus et singulis quibus

1199. e) Prangensis *c.* f) hinc *sequitur deletum c.* g) dominio *c.* h) sicut *sequitur deletum c.* i) veri ? *c.* k) ad defendendum eum *sequitur deletum c.* l) *ita desinit c.*

1200. a) Franc̄ *semper or.*

poterimus et sciemus, absque eo quod contra fidem nostram faciamus, erga regem Alemannie[b] predictum procurabimus et faciemus, quod ipse rex Alemannie super hoc desistet, et si id procurare et facere non possemus, saltem abstinebimus nos, si servando fidem nostram possimus abstinere, a prestando servicium regi Alemannie predicto et in casu quo servando fidem nostram non poterimus abstinere, quin dicto Alemannie regi servicium prestemus aut quod non faciamus seu veniamus contra fidem nostram, nos tamen cum minori dicti Francie regis et regni sui Francie incomodo quo poterimus et sciemus, absque eo quod faciamus aut veniamus contra fidelitatem nostram, dicto regi Alemannie serviemus. (2) Ceterum nos dictum Francie regem ac gentes suas in marchiis et partibus nostris et alibi ubicunque per nos et gentes nostras pro posse nostro bona fide iuvare, defendere, consulere et confortare tenemur et si aliquis seu aliqui per vim et hominum multitudinem cum armis versus marchias nostras vellet seu vellent et niterentur terram dicti Francie regis intrare, nos per nos et gentes nostras tenemur patriam iuvare pro posse nostro et defendere bona fide una cum gentibus dicti Francie regis contra omnes preterquam contra . . summum pontificem et contra dictum regem Alemannie secundum formam prenotatam. Et mediantibus predictis dominus Francie rex . . nos, terram, dominium et iura nostra, quatenus licite poterit defendere, iuvare, consulere et confortare, bona fide tenetur per gentes marchiarum suarum contra omnes preterquam contra . . summum pontificem et regem Alemannie predictum. Preterea ipse Francie rex non poterit retinere nec recipere in terra sua subditos nostros et similiter nos ipsius Francie regis subditos in terra nostra retinere vel recipere non poterimus utpote malefactores vel homines condicionis[1] aut alias quascunque personas, que dicto Francie regi aut nobis racione administracionis sue vel sui officii tenerentur, salvis tamen burgesiis et consuetudinibus regni Francie et terre nostre. (3) Item quod gentes dicti domini regis Francie non poterunt capere vel contragagiare supra terram nostram vel supra homines nostros, antequam per . . ballivum suum Vitriaci vel eius certum et speciale mandatum nos apud Verdunum aut gentes nostre propter hoc apud Verdunum per nos specialiter deputande super hoc fuerimus requisiti. Et prefatus ballivus aut certum et speciale mandatum suum requisicionem, quam nobis vel gentibus nostris apud Verdunum fecerit, ac responsionem, quam sibi dederimus aut gentes nostre predicte, nobilibus et discretis viris dominis Iohanni de Dompnapetra eiusdem loci ac Sancti Desiderii ac Henrico de Hins in Campania dominis militibus reportabit. Qui milites predicti super debitis, que inter dicti Francie regis et nostras gentes erunt, cognoscent ambo vel alter eorum, si ambo convenire non possint, vocato tamen secum ballivo dicti Francie regis de Calvomonte aut ballivo Virom(ensi), illo videlicet cuius presentia poterit facilius et celerius haberi, et huiusmodi debita poterunt terminare et terminabunt, prout viderint racionabiliter faciendum, prefatusque ballivus Vitriaci ac eius certum et speciale mandatum predictum predictis militibus aut alteri eorum una cum ballivo secum ut predicitur vocato quantum ad premissa et ea tangentia tenebuntur firmiter obedire. In cuius rei testimonium presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum.

Actum Par(isiis), sexta die Febr., anno Domini millesimo trecentesimo quarto.

1201. *SCRIPTUM COMITIS SABAUDIE. Mart. 26.*

Ex autographo eiusdem tabularii 'Cart. J. 501' nr. 5 *nos ipsi descripsimus; cf. etiam 'Neues Archiv' l. c. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. (P. deest.)*

1200. b) Alem̄ *passim or.*

1) *i. e.* condicionales; *cf. Ducange s. v.*

A touz ceus qui verront ces presentes lettres Ame conte de Savoie salut.

Sachent tuit que comme tres haut et tres excellent princes nostre tres chier et tres ame seigneur Ph(ilippe) par la grace Dieu roys de France nous ait donne et octroie deus mile et cinc cenz livres de Tournois a penre de nous chascun an a deus termes en son tresor a Par(y), tant comme nous vivrons, si comme il est plus plainement contenu es lettres, que nous avons de li faites sur ce, et pour les quelles deus mile et cinc cenz livres nous li avons fait hommage liege contre touz hommes, exceptez l'empereour quant il sera creez et le roy d'Engleterre, tant comme nous serons ses hons de ce que nous tenons a present de li. nous faisons assavoir, que se il avenoit que li diz emperrieres et li roys d'Engleterre ou li uns de eus, ce qui ja n'aviegne, voussissent aucune chose emprendre contre le roy de France ne contre son royaume, nous ne serions tenuz de estre a leur aide ne a leur confort par nous ne par autre en pourtant dommage a li ne a son royaume dedanz son royaume. Ou tesmoing de la quel chose nous avons fait mettre nostre seel en ces presentes lettres.

Donn(ees) a Pary, le Vendredi apres feste de la anunciacion nostre Dame, l'an de grace mil trois cenz et quatre.

1202. *SCRIPTUM ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. Dec. 19.*

Descripsit A. Werminghoff autographon eiusdem tabularii 'Cart. J. 622ᵃ' nr. 39; cf. 'Neues Archiv' l. c. Sigilla plus minusve laesa pendent loris membranaceis. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 264. (P. deest.)

Universis presentes litteras inspecturis[a] Heinricus de Virnemburg Dei et apostolice sedis gratia[a] electus ecclesie Coloniensis salutem in Christo eternam.

Noverit universitas vestra, quod nos animo deliberato ac voluntate spontanea, graciis et inmensis beneficiis serenissimi principis domini Ph(ilippi) Dei gratia regis Francie[b] illustris nobis ab ipso graciose collatis ad hoc nos merite inducentibus, fide super hoc prestita corporali promittimus et nos promisisse recognoscimus, quod nos, in quocunque statu fuerimus, ipsi domino nostro Francie regi illustri et eius heredi regi Francie fideles erimus contra omnes salva fidelitate, ad quam[c] Romano imperio et eius tutori ac nostre ecclesie tenemur. Non erimus in consilio, auxilio vel facto, in quo dampnum aliquod in persona vel rebus inferatur eidem, sed pro toto posse nostro ipsum, heredem suum et regnum a dampnis et iniuriis curabimus preservare et dampnum vel inuriam, si quod vel quam contra ipsum heredem et regnum ipsius inminere sciremus vel verisimiliter timeremus[d], nunciabimus et significabimus ei dictoque heredi et ad eorum noticiam faciemus perduci. Eique in equis et armis, quantum vires nostre se extenderint, fideliter serviemus ad vadia ipsius domini regis et restaura equorum consueta, quocienscumque per eum vel heredem suum fuerimus requisiti, contra omnes, exceptis Roman(o) imperatore vel tutore imperii ac Romana nostraque Coloniensi ecclesia. Si vero quod absit imperator vel rex Roman(orum) eidem regi Francie, heredi suo et regno ac regnicolis quomodolibet nocere vellent vel guerram facere aut alias molestare ipsos, imperatorem et regem Roman(orum) non iuvaremus in aliquo nec confortaremus nec consilium aut auxilium vel favorem eisdem imperatori et regi Roman(orum) impenderemus, sed ne predicta faciant, modis quibus salva fidelitate nostra poterimus resistemus. Hec autem omnia fide prestita corporali loco iuramenti servare promittimus et implere. In cuius rei testimonium nostrum sigillum, quo usi sumus in prepositura Coloniensis ecclesie, presentibus duximus apponendum.

Et nos Robertus Dei gratia comes Virnemburgensis ipsius electi Coloniensis frater pro premissis attendendis, tenendis et adimplendis ab eodem fratre nostro nos et nostra

1202. a) *sequitur . . or.* b) Franc̄ *semper or.* c) qm̄ *or.* d) timeremur *or.*

ad requisicionem ipsius fratris nostri specialiter et expresse obligamus eaque tenere et adimplere promittimus pro nobis et heredibus nostris, nos et ipsos heredes ad hoc efficaciter obligantes. Quod ut ratum maneat in futurum, presentibus nostrum fecimus apponi sigillum.

Datum Lugd(uni), XIX. die Decembr., anno Domini millesimo trecentesimo quinto. 5

1203. TESTIMONIUM DALPHINI REGI MISSUM.

1306. Mart. 20.

Repetimus editionem, quam paravit Chevalier 'Collection de Cartulaires Dauphinois VI, 2 ('Diplomatique de Bourgogne'. Paris 1875) pag. 90 nr. 27 ex autographo archivi 10 *castelli Saint-Vallier signato 'Ad causam pedagiorum XVIIe XLV; Pour le peage d'Anjou n° 108'. Sigilli filo pendentis vestigia adsunt. (P. deest.)*

Serenissimo principi domino suo predilecto domino Alberto Dei gracia Romanorum regi semper augusto Humbertus Dalphinus Viennensis et Albonis comes devote fidelitatis obsequium et victoriam in rebelles. 15

Magestati vestre regie in verbo veritatis assero et attestor, quod karissimus nepos et fidelis meus dominus Guigo de Rossillione dominus d'Anjo Viennensis dyocesis miles ex privilegio imperatorum habet et habuit et progenitores sui longissimis retroactis temporibus habuerunt et perceperunt pacifice et quiete pedagium seu vectigal a transeuntibus per fluvium Rodani et per terram, prout in attestationibus testium per dictum 20 dominum Guigonem ad eternam rei memoriam productorum, quas secum defert dictus dominus Guigo, plenius continetur, et huiusmodi pedagium seu vectigal feci levari et percipi pro dicto domino Guigone per triginta annos et per plures et quam diu idem dominus Guigo in adolescencia sua sub regimine meo fuit. Quare excellenciam vestre magestatis ex quadam speciali fiducia rogo humiliter et devote, ut in expeditione negocii 25 eiusdem domini Guigonis esse dignemini favorabilis [et] benignus. Michi vestro si placet mandare dignemini vestram bene placitam voluntatem cum certissima fiducia obtinendi.

Valeat excellencia vestra per tempora longiora.

Datum Cervie, die Dominico ante ramos Palmarum, anno Domini millesimo tricentesimo sexto, cum appositione sigilli mei in testimonium premissorum. 30

1204. APOCHA RATIONIS BURCGRAVII RINFELDENSIS.

1306. Apr. 16.

Documenti insignis editionem principem a se institutam huic Constitutionum tomo inserere voluit vir d. Fr. Wilhelm, cuius benivolentiae gratias agimus quam maximas. 35

Autographon superest in tabulario Oenopontano signatum 'Pestarchiv XXVI, 548'. Deicexit vir cl. Oswaldus Redlich [1]. Sex foliis constat longis 28—28,4 cm., latis 18,2 cm.

1) *Cf. 'Rudolf von Habsburg' (Innsbruck 1903) pag. 480 not. 2.*

In verso ultimi folii manu saec. XIV. scripta sunt: Officium castri Rinvelden et computacio facta cum burgravio.

Apocha duabus manibus exarata est, quarum prior usque ad pag. 1255 lin. 33 scripsit (cf. not. n). Praeterea in fine manu viginti vel triginta annos recentiori annexa est 5 *additio, infra sub asterisco adnotanda (pag. 1259 not. *).*

Numeros arabicos nos ipsi adiecimus.

Cf. ea quae passim de hoc documento refert H. Niese 'Die Verwaltung des Reichsgutes im 13. Jahrhundert', non omnia recte absolvendo. *(P. deest.)*

Anno Domini MCCCVI, XVI. Kal. Maii coram strennuis viris dominis H. de Lapide, 10 Rŭd(olfo) de Tegervelt, Iacobo de Kienberg, Iohanne advocato in Krenkingen, H. dicto ze Lŏben militibus et magistro Burchardo de Frikke imperialis aule notario aliisque quam pluribus dominus Rŭd(olfus) advocatus in Ensichsh(ein) et burggravius . . castri Rinvelden de eiusdem castri urbore, redditibus et obvencionibus aliis quibuscumque computavit se percepisse et exposuisse a festo sancti Hylarii concurrente sub annis 1303. Ian. 13. 15 Domini MCCC tercio infrascripta, sicut in partibus demonstratur:

[Percepta]

1. Percepit enim primo a predicto festo sancti Hylarii usque ad assumpcionem 1303. Ian. 13. beate Virginis inmediate sequentem ex vendicione salmonum captorum in pissinis castri 1303. Aug. 15. Rinvelden LII lb. II sol. IIII den.

20 2. Percepit eciam ab eisdem pissinis C et V salmones ad regis, regine, ducum curias presentatos.

3. Percepit eciam de naviculis Reni tuicionis nomine II lb.

4. Percepit eciam ex teloneo, quod consuevit recolligi iuxta tabernam Keisten[1] prope Rinvelden LXXVIII lb.

25 5. Item ex teloneo Reni XXV lb. II sol.

6. Item ex teloneo Swerczstat[2] I lb.

7. Item percepit de stûra Maii[a] XVIIII lb.[b]

Summa huius CLXXVI lb. XIII sol. X den. Basilienses.

8. Item percepit idem advocatus a predicto festo assumpcionis beate Virginis 1303. Aug. 15. 30 usque ad festum beate Virginis assumpcionis inmediate sequens ex vendicione salmonum 1304. Aug. 15. captorum in pissinis castri CXVIIII lb. et XIIII sol.

9. De naviculis Reni tuicionis nomine II lb. IIII sol. Basilienses.

10. Percepit eciam ex teloneo Keisten LXXX lb. IIII lb. VI sol. Basilienses.

11. Item ex teloneo Reni XXVIII lb. XI sol. Basilienses.

35 12. Item ex teloneo Swerczstat II lb. Basilienses.

13. Item ex censu arearum oppidi Rinvelden I lb. XIIII sol.

14. Item percepit ex censu arearum Mv̊nphe et Moelin[3] XIIII sol.

15. Item ex censu quarundam aliarum villarum I lb. XV sol.

16. Percepit eciam a fratribus domus Teutonice in Bv̊gh(ein)[4] X lb. Basilienses, 40 eo quod a curru burggravio necessario se exonerarent.

17. Item percepit de stûris autumpni et Maii XLVIII lb. Basilienses.

18. Item percepit a Iudeis in Rinvelden pro stura IX lb. Basilienses.

1204. a) *sequitur* LXXX *delet. or.* b) *sequitur in fine lineae rasura or.*

1) *Kaisten a Laufenburg inter merid. et occid.* 2) *Schwörstadt a Säckingen inter septentr. et* 45 *occid.* 3) *Mumpf et Möhlin a Rheinfelden ad orient.* 4) *Beuggen a Säckingen inter septentr. et occid.*

19. Percepit[c] eciam in censu XXXIX vierencellas siliginis[c].

20. Item census et iuris advocaticii nomine CXXX vierenzellas spelte, CXVIIII vierenzellas avene.

21. Item de decima CVI vierenzellas siliginis, C vierenzallas avene, XI sămas rubei vini et XXXVII porcos. 5

Summa horum CCCVII lb. XVIII sol., CXLV vierenzelle siliginis, CXXX vierenzelle spelte, CCXVIIII vierenzelle avene, XI săme vini rubei et XXXVII porci[d].

1304. Aug. 15. — 1305. Aug. 15. 22. Percepit eciam idem advocatus a prefato festo assumpcionis beate Virginis usque ad festum assumpcionis beate Virginis inmediate subsequens ex vendicione sal- 10 monum captorum in pissinis castri LXX lb. XI sol. VII den. Basilienses.

23. Item de naviculis Reni tuicionis nomine II lb. IIII sol.

24. Item percepit ex teloneo Keisten LXXXVIIII lb. IIII sol. Basilienses.

25. Item ex teloneo Reni XXXII lb. Basilienses.

26. Item ex teloneo Swerczstat III lb. V sol. 15

27. Item de censu arearum oppidi Rinvelden I lb. XIIII sol.

28. Item de censu arearum Mv̂nphe et Meli XIIII sol.

29. Item de censu quarundam aliarum villarum XXXV sol.

30. Item de sturis autumpni et Maii XXXVIII lb.

31. Item de sturis a Iudeis in Rinvelden VII lb. 20

32. Item percepit in censu XLV vierenzellas siliginis.

33. Item census et iuris advocaticii nomine CXXX vierenzellas spelte, CXVIIII vierenzellas avene.

34. Item de decima CXXXVIIII vierenzellas siliginis, C vierenzellas avene, V plaustra vini rubei, I sămam et XXXVII porcos. 25

Summa horum CCXLV lb. XVII sol. VII den. Basilienses, CLXXXIIII vierenzelle siliginis, CXXX vierenzelle[e] spelte, CCXVIIII vierenzelle avene, V plaustra, I săma vini rubei et XXXVII porci[f].

1305. Aug. 15. — 1306. Apr. 16. 35. Item percepit idem advocatus a prefato festo assumpcionis beate Marie virginis usque ad[g] Sabbatum post octavas Pasche, hoc est usque ad XVI. Kal. Maii, qua die 30 computacio facta est apud Rinvelden, de naviculis Reni tuicionis nomine II lb. IIII sol.

36. Item ex teloneo Keisten LXXXVIIII lb. X sol.

37. Item de teloneo Reni XVIII lb.

38. Item de teloneo in Swerczstat III lb. IIII sol.

39. Item de censu arearum oppidi Rinvelden XXXIIII sol. 35

40. Item de censu arearum Mv̂nphe et Meli XIIII sol.

41. Item de censu quarundam aliarum villarum XXXV sol.

42. Item de sturis autumpni et Maii XLVII lb. X sol.

43. Item de officio scultetatus in Rinvelden X lb.

44. Item percepit in censu XLI vierenzallas siliginis[h]. 40

45. Item census et iuris advocaticii nomine CXXX vierenzellas spelte, CXVIIII vierenzellas avene.

1204. c) Percepit — siliginis *in loco raso scripta or.* d) *corr. ex* porcos *or.* e) *sequitur* a *delet. or.* f) *corr. ex* porcos *or.* g) *sequitur* festum *delet. or.* h) *sequitur* CVI *delet. or.*

46. Item de decima CLX vierenzellas siliginis, CIII vierenzellas avene, IIII plaustra, V såmas rubei vini et XXXVII porcos.

Summa horum CLXXIIII lb. XI sol. Basilienses, CCI vierenzelle siliginis, CXXX vierenzelle spelte, CCXXII[i] vierenzelle avene, IIII plaustra, 5 V såme rubei vini et XXXVII porci.

47. Item percepit ex emendis excessuum XXXII lb. et III sol. Basilienses.

48. Item[k]

49. Item percepit ex vendicione siliginis, spelte et avene CCXXXVIII lb. XIII sol. Basilienses.

10 Summa summarum omnium premissarum mille centum septuaginta quinque libre, sedecim solidi et quinque denarii Basilienses, quingente et triginta vierenzelle siliginis, trecente et nonaginta vierenzelle spelte, sexcente et sexaginta vierenzelle avene, XI plaustra et tres såme vini rubei et centum et[l] undecim porci.

[Exposita]

15 Hec sunt que burggravius exposuit seu distribuit:

1. Primo in reparacione pissine castri dicte Ǒgest XXVII lb. V sol.

2. Pro reparacione pontis Reni IIII lb. I sol.

3. Pro reparacione alterius pissine dicte ob der Brugge XXX sol.

4. Rex a Basilea veniens et ad reginam accedens in Brugga expendit in Rin-20 velden[1] XII lb. V sol.

5. Idem dominus rex rursum veniens post Pascha expendit in prandio apud Rinvelden[2] XII lb. (1303) Apr. 7.

6. Veniens eciam postea[3] idem rex secum detulit omnia sibi necessaria, sic quod non aliud expendit quam pro necessariis ad coquinam et pro bono vino IIII lb. X sol.

25 7. Pro funibus necessariis ad currus regine X sol.

8. Pro phantlosa et absolucione expensarum factarum pro equo ducis F(riderici) dicto Griffen III lb. I sol.

9. Item Berchtv̊ngo notario domini ducis pro phantlôsa I lb. V sol.

10. Expendit eciam burggravius a festo beati Hylarii usque ad assumpcionem 1303. Ian. 13. 30 beate Virginis in primo sue institucionis anno in pane, coquina et aliis quibuscumque Aug. 15. suis necessariis preter vinum et avenam L lb. XVI sol. et VIII den.

11. Expendit eciam infra idem tempus in vino et[m] avena, quas eundem[m] care emere oportebat, cum in ipso castro nichil talium inveniret LXV lb. X sol.

12. Item[n] expendit LIII virnzellas siliginis et V virnzellas spelte[n].

35 13. Item pro funibus et rettibus[o] ad piscinas necessariis XI lb. Basilienses.

1204. i) *corr. ex* CCII *or.* k) *ita desinit or.* l) *sequitur* X *delet. or.* m) et — eundem *in loco raso or.* n) *incipit manus altera, quae verba* Item — spelte *in margine superiori add. or.* o) et rettibus *eadem manu supra lineam add. or.*

1) *Regem Spirae commorantem (a. 1303. Febr. 4., Böhmer, Reg. Albr. 423) regina Colmariam ut* 40 *videtur evocavit, ut nuntios e curia Romana reversos audiret (Chron. Colmar. SS. XVII, 269). Quem, cum ineunte m. Martio Ulmae praesens esset (Fürstenberger Urkundenbuch II, 9 nr. 11 et Urkundenbuch der Stadt Strassburg III, 156 nr. 500), in Rinfelden et Brugg ultimis m. Februarii diebus moram traxisse opinari licet.* 2) *Inter a. 1303. Apr. 7. et Apr. 17., quo die rex Spirae adest (Reg. Albr. 433).* 3) *Inter a. 1303. Apr. 17. et Aug. 15., vel potius inter Mai. 4. (Francofurti, Reg. Albr. 437) et Mai. 29. (Ravens-* 45 *burgi, Reg. Albr. 438).*

14. Item exposuit pro preeio et ealceis laboraucium in piscinis castri VII lb. XVI sol. Basilienses.

15. Item Cunr(ado) de Rûchshein, quem frequenter solet burgravius mittere in legaeionibus et agendis, pro spadone V lb. den. Basiliensium.

16. Item advoeatus per regem voeatus, eum quondam advocatus in Ensiehsh(ein) 5 racionem in Turego faeeret, expendit VII lb. Basilienses.

17. Item pro eultura vinearum in Herten et iuxta Rinvelden X lb. Basilienses.

18. Item pro familia eastri vestienda X lb. XI sol. Basilienses.

19. Item pro telis eastri XXXIII sol.[p] Basilienses.

20. Item ad eolendum pratum et reeolligendum fenum eiusdem XXXIII sol. 10 Basilienses.

21. Item pro reparaeione ianuarum et elausurarum eastri X sol. Basilienses.

22. Item pro refieiendis tectis eastri XI sol. Basilienses.

23. Item pro precio aurige vehentis lingna ad eastrum XXX sol. Basilienses.

24. Item pro pingenda ymagine in capella VI sol. Basilienses. 15

25. Item dominus cancellarius de rege a Spira veniens[1] expendit in Rinvelden II lb. et unum sol. Basiliensem.

26. Item advoeatus eum armatis hominibus, eum quibus [. .] dictum Heiden pro suis correxit exeessibus, expendit II lb. XV sol. Basilienses.

1303. Aug. 15. — 1304. Aug. 15. 27. Item burgravius expendit seeundo anno sue institucionis in reformacione pisci- 20 narum, que per affluencidam et vehementem eursum Reni penitus quasi destructe fuerant X lb. et XVIIII sol.

28. In traetatibus suis eum pineerna de Basilea pro quodam rustico dieto Rote habitis expendit burgravius II lb. II sol. Basilienses.

29. Item pro propugnaeulo porte eastri et furno et aliis ad pistriam neeessariis 25 preparandis V lb.[q] VI sol. Basilienses.

30. Item pro ponte ligneo Reni de novo eonstrueto in eodem seeundo sue institucionis anno expendit VI[r] lb. XVI sol. et IIII den. Basilienses.

31. Item pro familie eastri vestibus et calceis in eodem anno XIIII lb. Basilienses.

32. Item Heinr(ico) de Ponte date sunt in subsidium empti spadonis VIIII lb. 30 cum dimidia Basilienses.

33. Item pro refieiendis teetis, stabulis et eoquina eastri per ventum quasi totaliter dirutis III lb. V sol. Basilienses.

34. Item pro reparando fonte castri I lb.

35. Pro aptandis fossatis[s] prati et feno colligendo IIII lb. et XVI den. 35 Basilienses.

36. Item advoeatus advocatum de Baden volneratum per dominum de Tore aecedens in Zovingen expe[n]dit XXX sol. in Rinvelden.

37. Item advoeatus ad propulsandum iniuriam hominibus ville Warmbach pertinentis eastro Rinveld(ensi) per cives Rinveld(enses) irrogatam expendit III[t] lb. 40 XV sol. Basilienses.

38. Item pro eera eapelle castri XIIII sol.

39. Item pro eultura et aliis neeessariis vinearum in Rinvelden et in Herten XV lb. Basilienses.

40. Item pro preeio et caleeis famulorum laboraneium in piscinis eastri XI lb. 45 Basilienses.

1204. p) XXXIII lb. *in loco raso or.* q) V lb. *in loco raso or.* r) VI *in loco raso or.* s) fossosatis *or.* t) III *in loco raso or.*

1) *Adest regi a. 1303. Ian. 11. Spirae (Reg. Albr. 415).*

41. Item pro funibus, rettibus et aliis necessariis piscinarum XII lb. I sol. Basiliensem.
42. Item advocatus regem accedens in Baden[1] expendit XXXI sol. Basilienses.
43. Item pro tunicis dictis wafenrôche VII lb. Basilienses.
5 44. Item pro expensis cuiusdam dextrarii et in Patavia relicti III lb. Basilienses.
45. Item burgravius pro se emit unum spadonem pro quindecim lb. Basiliensibus.
46. Item pro precio vigilis in castro III lb.
47. Pro reficiendo tentorio X sol. Basilienses.
48. Item pro conducendo horreo ad fenum castri reservandum I lb. Basiliensem.
10 49. Item pro conducendo granario ad conservandum bladum I lb. Basiliensem.
50. Item pro telis castri XXXII sol. Basilienses.
51. Item burgravius eodem anno expendit in castro LIII viernzellas siliginis, LII viernzellas spelte et pro babulo LXXVI viernzellas avene.
52. Item advocatus secum duxit in expedicionem Boh(emicam)[2] XXV porcos.
15 53. Item eodem anno expendit in carnibus recentibus XXVIII lb.
54. Item pro sale, putiro, seracio, caseis, quodam herbarum orto reficiendo et aliis necessariis coquine XXVI lb. Basilienses.
55. Pro vino albo et rubeo emptis XVIII lb. et I sol. Basiliensem, quia[u] eodem anno non plus sibi crevit de vino quam undecim some[u].
20 56. Item expendit XII[v] porcos de porcis urbore.
57. Item domino cancellario et aliis hospitibus per totum illum annum venientibus pro babulo expendit XVIII vierzellas avene.
58. Item expendit burgravius Basilee in terminis observatis pro citatis hominibus pertinentibus castro Rinveld(ensi) VII lb. Basilienses.

25 59. Item expendit in anno sequenti, hoc est in anno sue institucionis tercio, burgravius pro castri familia vestienda et calcianda XVI lb. et V sol. Basilienses. *1304. Aug. 15. 1305. Aug. 15.*
60. Item Iohanni dicto ze Lôben, cui tempore, quo fuit burgravius[w] in expedicione Bohemica, castrum commissum extitit, dedit unum spadonem emptum pro VII lb. et XV sol. Basiliensibus.
30 61. Item pro novem balistis magnis et mediocribus XV lb. Basilienses.
62. Item pro reparacione pontis et constructione valli dicti Getulle IIII[x] lb. V sol.
63. Item pro instrumento dicto spanbanch XIII sol.
64. Item pro horreo conducto ad conservandum fenum castri I lb. Basiliensem.
65. Item pro reficiendo torculari in Herten VIIII sol.
35 66. Item pro castri granario reficiendo XIIII sol. et IIII den. Basilienses et pro clausuris eiusdem granarii III sol. Basilienses.
67. Item pro vectura avene transmisse in Ensichsh(eim) domino regi[3] I lb. IIII sol. Stevener.
68. Item zirurgico pro . . dicto Tegerscher volnerato curando XXX sol.
40 69. Item pro cera capelle castri XIII sol. Basilienses.
70. Item dominus dux Frid(ericus) expendit in Rinvelden XIIII lb. et II den., unam bernam, X vier[n]zellas avene et III sextarios avene.
71. Item ad colendum pratum et recolligendum fenum eiusdem prati XXX sol.
72. Item burgravius dedit B. armigero eunti secum in Boh(emiam) unum spadonem
45 emptum pro V lb. Basiliensibus.

1204. u) quia — some *eadem manu in margine superiori add. or.* v) XII *in loco raso or.* w) *in loco raso or.* x) IIII *in loco raso or.*

1) *Adest rex a. 1304. Mai. 27.—28. in Baden (Reg. Albr. 474. 475).* 2) *A. 1304. m. Sept.— Oct. (Reg. Albr. post 492).* 3) *Adest rex a. 1305. Apr. 16. in Ensisheim (Reg. Albr. 500).*

73. Item emit unum spadonem ad currum suum necessarium pro V lb.

74. Item pro cultura vinearum in Herten et in Rinuelden et pro vasis XVI lb. VII sol. Basilienses.

75. Item pro rettibus et funibus et aliis necessariis piscinarum XI lb. Basilienses.

76. Item famulis laborantibus in piscinis pro precio et calceis XII lb. et IIII sol. 5 Basilienses.

77. Item pro precio vigilis castri III lb.

78. Item quatuor armigeris dedit burgravius pro quatuor tunicis X lb. Basilienses.

79. Item burgravius eodem anno expendit in castro LVI viernzellas siliginis[y], LIII viernzellas spelte et pro babulo LXXII viernzellas avene. 10

80. Item eodem anno expendit in carnibus recentibus XXVI lb.

81. Item pro sale, putiro, seracio, caseis, quodam herbarum orto reficiendo et aliis necessariis coquine XXV lb.

82. Item expendit V plaustra et duas somas vini rubei de vino urbore. Preter hoc expendit in vino albo empto VII lb. et XIII sol. Basilienses. 15

83. Item expendit XI porcos urbore.

84. Item .. milites ab expedicione Boh(emica) reversi ex ordinacione regis et alii hospites per totum annum venientes expenderunt X viernzellas et II q(uartalia) avene in babulo.

85. Item expendit burgravius pro hominibus castri in terminis contra .. comitem 20 de Tierstein, .. cives Basilienses, .. cives Rinveldenses et .. cives in Seccin(gen) diversis vicibus observatis VII lb. et IIII sol. Basilienses.

86. Item advocatus secum duxit ad expedicionem versus Nuremberg et Grueningen factam[1] XX porcos.

1305. Aug. 15. 1306. Apr. 16. 87. Item expendit in anno sequenti, hoc est in anno sue institucionis quarto, 25 usque ad Sabbatum proximum post octavas Pasce, quod est XVI. Kal. Maii, burgravius pro castri familia vestienda et calcianda XIIII lb. et I sol. Basiliensem.

88. Item pro reparacione pontis II lb.[z]

89. Item burgravius conquisivit et attraxit ad obsequium regis H. dictum Schowemberg per unum spadonem emptum pro XIIII lb. et II sol. Basiliensibus. 30

90. Item pro colendo prato et colligendo feno eiusdem prati I lb. II sol.

91. Item pro orreis conductis ad conservandum fenum castri I lb. VI sol.

92. Item pro granario conducto ad conservandum bladum castri I lb. Basiliensem.

93. Item ad reparandum fontem castri III lb. IX[a] sol. Basilienses. 35

94. Item ad construendum de novo domum contiguam capelle castri XVIII[a] lb.

95. Item pro precio vigilis III lb.

96. Item magister Nicol(aus) prothonotarius, domini de Hasemburg, .. de Domo, advocatus et alii quamplures, qui in negocio regis cum Basiliensibus et .. comite Phirreti frequenter missi sunt habito, expenderunt in Rinvelden III lb. XVII[a] sol. 40 Basilienses.

97. Item pro cera capelle castri XIII sol.

98. Item domini comes Wilnh(elmus) de Muntfort, de Schellemberg, .. de Clingenberg et de Wagemberg venientes in Rinvelden[b] expenderunt I lb. et I sol. et I viernzellam avene. 45

1204. y) *corr. ex* sigiginis *or.* z) II lb. *in loco raso or.* a) *in loco raso or.* b) *sequitur rasura or.*

1) *A. 1305. m. Oct.—Nov.; cf. Ann. Halesbrunn. maiores SS. XXIV, 47 et Reg. Albr. post 519. 522. 523.*

99. Item burgravius regem accedens in Zovingen[1] ex parte civitatis Liestal expendit I lb. Basiliensem.

100. Item pro phantlosa domini de Ochsenstein XVIII sol. Basilienses.

101. Item pro fune magno dicto windenseil XVIII sol. Basilienses.

5 102. Item hospiti[c] in Keysten pro expensis equorum regine I lb. et VIII sol. Basilienses.

103. Item burgravius dedit cuidam clerico opidi Rinvelden pro litteris scribendis et aliis suis continuis obsequiis unam tunicam emptam pro duabus lb. et VIII sol. Basiliensibus.

10 104. Item collectori decime super Renum dedit burgravius tunicam emptam pro XXX sol. Basiliensibus.

105. Item burgravius eodem anno expendit in castro XXXIIII viernzellas[d] siliginis, XL[e] vierzellas spelte et pro babulo LVII viernzellas avene.

106. Item pro carnibus recentibus XVIII lb.

15 107. Item pro sale, putiro, seracio, caseis, quodam herbarum orto reficiendo et aliis necessariis coquine XIIII lb. Basilienses.

108. Item expendit de urbora duo plaustra et quinque somas vini rubei. Preter hoc emit unum plaustrum vini empti pro VI lb. Basiliensibus.

109. Item expendit de urbora sex[f] porcos.

20 110. Item burgravius transmisit domino regi in Sizzach[1] XXX viernzellas avene pro babulo.

111. Item hospites per totum annum circumquaque venientes expenderunt decem viernzellas avene et II q(uartalia) avene.

112. Item expendit burgravius in Kilchein[2], Einmettingen[3], Wilen[4] et Herten 25 iudicio presidens contra de Rotenlein[5], Lutold(um) dictum Monachum et . . de Ramstein[6] ac in inquisicione reddituum in Rinvelden et in foresto castro Rinveld(ensi) pertinencium X lb. XIIII sol. et VI den. Basilienses.

113. Item vendite sunt de siliginis urbore ducente et sex viernzelle, ducente triginta viernzelle spelte et octoginta viernzelle avene*.

---

30 1205. PROMISSIO LANTGRAVII THURINGIAE.

1306. Iul. 9.

Denuo contulimus autographon, quod inter archivi Heinrici VII. reliquias superest Pisis in tabulario Roncioniano nr. 600 signatum. Sigillum desideratur. Edidit Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 56 (= 192) nr. 32. Cf. supra nr. 227. 228 itemque 35 *W. Füsslein 'Berthold VII. Graf von Henneberg' (= Festschrift der Realschule vor dem*

*) *manu viginti vel triginta annos recentiori addita sunt haec:* Summa summarum omnium premissarum septingente sexaginta novem lb., undecim sol. et quatuor denarii Basilienses, sedecim lb., quatuor sol., quatuor den. Basilienses, quadringente due viernzelle siliginis, trecente octoginta viernzelle spelte, trecente octoginta viernzelle, undecim quart(alia) avene, 40 novem plaustra, tres some rubei vini et septuaginta sex porci[7].

1204. c) hospite *or.* d) XXXIIII viernzellas *in loco raso or.* e) *in loco raso or.* f) sex *in loco raso or.*

1) *Inter a. 1305. Dec. 6. (Spirae, Reg. Albr. 524) et a. 1306. Ian. 28. (Thuregi, Reg. Albr. 525) regem in Zofingen et Sissach adfuisse opinari licet.* 2) *Kirchen prope Lörrach.* 3) *Eimeldingen a Lörrach* 45 *inter septentr. et occid.* 4) *Wyhlen a Lörrach inter merid. et orient.* 5) *Röteln castrum dirutum prope Lörrach.* 6) *Ramstein a Liestal inter merid. et occid.* 7) *Additio non recte facta est.*

Lübeckertore . . . in Hamburg, Marburg 1905) pag. 167 et not. 4. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 437. *(P. deest.)*

Nos Albertus Dei gracia Thuringie lantgravius comes Saxonie palatinus universis presencium inspectoribus volumus esse notum, quod cum terra nostra Thuringie, qua ad vitam nostram gaudere volumus et ea utifrui, post mortem nostram ad imperium devolvi debeat pleno iure. ad cavendum futuris periculis, ne pro adipiscendo dominio et possessione terre prefate aliqua imperio difficultas ingeratur, promisimus et presentibus promittimus sollempni interposita stipulacione fide data loco iuramenti serenissimo domino nostro domino Alberto regi Romanorum, nos religiosis viris B(er). de Gepzenstein commendatori domorum in Spira et in Wizzemburg necnon Helwico de Goltbach commendatori in Rodemberg fratribus ordinis de domo Theutonica, quorum puritatis fidem, circumspeccionis providenciam preelegimus, castrum nostrum Wartberg cum turribus eiusdem infra octo dierum spacium a data presencium eorum circumspeccioni custodiendas, gubernandas et conservandas tradituros et presentaturos, sic quod si alienacionem aliquam ab imperio per nos faciendam conciperemus quod absit, quod potestas alienandi nobis non pateret. Volumus tamen, quod castrum et turres sub fida custodia gubernent et nichil in vita nostra eciam ad iussum prefati domini nostri regis preter nostram voluntatem attemptare debeant disponere vel ordinare, post mortem vero nostram prefato domino nostro domino Alberto regi Romanorum libere tradendis et presentandis. Promittimus eciam, sicut prius, nos prefatorum fratrum ordinacioni et disposicioni per omnia stare velle, ut quidquid inter nos et prefatum dominum nostrum regem disposuerint vel ordinaverint, quod omnia et singula per eos ordinata habebimus rata atque firma nec contra ea vel aliquod eorum veniemus aliquo sensu vel ingenio de iure vel de facto. Ceterum volumus et promittimus sicut prius, ut si aliqua castra vel opida nostri dominii vel per nos vel prefatum dominum regem acquisita fuerint, quod eorum conservacio personis prefatis committi debeat iuxta formam superius annotatam. Est eciam actum expresse, quod si unus commendatorum predictorum medio tempore ab hac luce decesserit, Domino permittente subperstes[a] commendator[b] alium sui[c] ordinis quem[d] voluerit sibi assumet in socium equa potestate dicti mortui, dum viveret, in premissis per omnia gavisurum. In cuius rei testimonium presentes litteras nostri appensione sigilli fecimus consignari.

Dat. in Fulda, VII. Idus Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo sexto.

1206. PETITIO ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI.

(1306. Nov.— 1308. Apr.)

Repetimus editionem, quam e formulario Norimbergensi saec. XIV. in Musaeo Britannico 'Arundel nr. 240' asservato fol. 110' nuper paravit socius noster W. Levison 'Neues Archiv' XXXII, 447 nr. 6. Est ibi rubrum: Peticio remissionis citati ad iudicem suum competentem. *(P. deest.)*

Serenissimo domino Al(berto) Romanorum regi semper augusto P(etrus) Dei gratia etc.[1] sue fidelitatis et possibilitatis obsequium tam debitum quam paratum.

1205. a) *sic or.* b) *secunda* o *ex* u? *corr. or.* c) *in fine lineae post add. or.* d) ordinis quem *in loco raso scriptum or.*

1) *Confirmatus est a. 1306. Nov. 10.*

Cum a divis imperatoribus et Romanis regibus favorabiliter sit indultum ecclesie tali et ab olim a tempore[a] cuius memoria non extat observatum, immo per vestre maiestatis clemenciam ex certa et expressa sciencia confirmatum, quod nullus aliquem fidelem, castrensem vel[b] hominem ecclesie Mogunt(ine) vel etiam ministerialem ipsius 5 ad iudicium regium evocare[c] poterit aut debebit, nisi prius talis dominus, qui pro tempore fuerit, ante omnia desuper requirendus, iusticiam postulanti seu postulantibus de suis talibus negligat reddere vel recuset[1], benignitati vestre devotissime supplicamus, ut tal(em) et tal(em) ministeriales et castrenses nostros citatos ad presenciam curie vestre iusticiarii[d] ad instanciam tal(ium) ad nostrum transmittatis examen, quoniam ipsis 10 querulantibus de prefatis nostris parati sumus et semper fuimus facere iusticiam expeditam.

Datum in tali loco, anno Domini etc.

1207. UNIO REGIS BOHEMIAE ET COMITIS DE WIRTEMBERG.

1308. Febr. 11.

15 *Ineditam descripsimus ex autographo tabularii regii Stuttgardiensis benivolenter transmisso. Pendet sigillum secretum fere illaesum loro membranaceo. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 438 (Addit. II). (P. deest.)*

Nos Heinricus Dei gracia Boemie et Polonie rex, Karinthie dux et comes Thirolis ad noticiam universorum tenore presencium volumus pervenire, quod quia spectabilis 20 vir Eberhardus comes de Wirtemberch nobis ac heredibus nostris futuris et si quod absit nos sine heredibus decedere contingeret, illustri domine Anne Boemie et Polonie regine consorti nostre karissime ac Elyzabeth et Margarete sororibus ipsius domine Anne, filiabus quondam domini Wencezlai secundi Boemie et Polonie regis soceri et predecessoris nostri karissimi, regnoque Boemie per decennium a festo Pasche proxime (Apr. 14.) 25 venturo continue computandum servire et astare nosque iuvare promisit omni sua potentia contra dominum Albertum Romanorum regem et quoslibet suos coadiutores et fautores, nostros et regni nostri adversarios et turbatores seu inpugnatores, et nos ei viceversa contra suos, quemadmodum per utriusque nostrum consiliarios in tractatum est deductum, nos sibi obinde decem milia marcarum grossorum denariorum Pragen- 30 sium, quinquaginta sex grossos pro marca qualibet computando, dare promisimus. Quorum quatuor milia abhinc usque ad Dominicam qua canitur Iudica apud dilectum (Mart. 31.) nobis Nicolaum de Turri civem nostrum Pragensem deponere promisimus fide data, ita quod eodem comite Eberhardo Pragam in persona propria veniente circa dictam Dominicam Iudica vel finaliter infra octavam Pasche subsequentis et tractatu inter nos (Apr. 21.) 35 preconcepto iuxta consilium et ordinacionem incliti domini Ottonis serenissimi regis Ungarie, avunculi nostri clarissimi, consumato utrimque et firmato, predicto comiti Eberhardo ipsa quatuor milia marcarum assignabimus et eo sub nostris expensis dampnis et periculis usque Cambiam secure conduci faciemus. Reliqua vero sex milia marcarum sibi dabimus in terminis, qui inter nos, cum sepedictus Eberhardus ad nostram venerit 40 presenciam, per prefatum regem Ottonem ordinati fuerint et statuti. Caucionem eidem

1206. a) *loco* a tempore *c:* aperte. b) *in novae lineae initio bis scriptum c.* c) evocari *c.* d) iudiciarii *c.*

1) *Cf. supra nr. 14. cap. 2.*

comiti Eberhardo super hoc facturi secundum ordinacionem nostri avunculi prenotati. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et secreto nostro sigillo regali fecimus communiri.

Dat. Prage, anno Domini millesimo trecentesimo octavo, III. Id. Februarii, regnorum nostrorum anno primo. 5

1208. 1209. CITATIONES MONETARIORUM.

1308. Dec. 5.

1208. *CITATIO PRIOR.*

Repetimus editionem, quam paravit P. Capei 'Archivio storico Italiano. Nuova Serie' VI (1857) pag. 20 ex 'Epistolario della Repubblica Fiorentina' (olim Ms. Capponi 476)[1] 10 *fol. 34 tabularii regii Florentini. In quibusdam minutiis correximus. (P. deest.)*

Petrus de la Brancha potestas, Simon domini Bonifatii de Iacanis capitaneus et defensor, priores artium et vexillifer iusticie, consilium, populus et comune civitatis Florentie discreto viro Bartolo quondam Lapi Morelli populi Sancti Pancratii, civi Florentino salutem. 15

(1) Tenore presentium tibi facimus manifestum, quod pro parte Thomasii et Ugolotti fratrum et filiorum Aglonis de Aleis et Nerli filii Gottoli de Nerlis tanquam heredis olim Alberti fratris sui, ut dicitur, facta et proposita est de te querela et querimonia coram dicto domino capitaneo per ser Darium Risaliti procuratorem predictorum, asserendo quod ipsi Thomasus et Ugolottus et Albertus fecerunt et con- 20 traxerunt inter se ad invicem sotietatem in partibus Alamanie in civitate Allensi, maxime in faciendo et super faciendo fieri et fabricari monetam, que appellatur moneta Allensis, et ipsam monetam et redditum ipsius monete emerunt ab illustrissimo viro domino Alberto olim rege Romanorum. Et quod tu tanquam factor sotietatis predicte fecisti et gessisti negotia ipsius sotietatis et sotiorum et ad ipsa negotia gerenda et procuranda 25 dimissus fuisti et stetisti in dicta civitate Allensi, et tenuisti et habuisti pro ipsa societate et pro negotiis ipsius societatis publicum librum et libros rationum, in quo et in quibus scribebantur negotia et raciones dicte societatis et sotiorum et cui et quibus dabatur plena fides in acceptis et datis. Et quod in ipsis negotiis dolum et fraudem commisisti et ipsos sotios et sotietatem dampnificavisti in octingentis florensis auri et ultra, et 30 quod cessavisti et cessas dictis sotiis, de hiis que gessisti et administrasti, et de hiis, que ad manus tuas pervenerunt de bonis et rebus ipsorum sotiorum et societatis, reddere rationem, sicut teneris et debes, te absentando et absentatum stando de civitate Florentie. (2) Quare sequentes formam statutorum et ordinamentorum comunis et populi Florentini te per presentes litteras requirimus et citamus, quatinus infra unum 35 mensem post citationem et post presentationem licterarum presentium redeas Florentiam personaliter et non per procuratorem, et coram ipso domino capitaneo et eius curia compareas redditurus plenam rationem de omnibus, que gessisti vel ad te pervenerunt vel pervenire potuerunt de bonis ipsorum sotiorum et societatis. Cognoscens, quod si non comparueris infra dictum terminum, ut est dictum, idem capitaneus supra dicta querela 40 et petitione procedet de iure et secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis et populi Florentini. Et de presentatione presentium licterarum et de citatione Ture Cennis populi Sancti Petri maioris de Florentia nuntio comunis Florentie, latori

1) *'Catalogo dei Manoscritti posseduti dal marchese Gino Capponi' (Firenze 1845) pag. 57.*

earum, dabimus plenam fidem. Cui etiam nuntio commisimus, quod te citet modo predicto. Et has licteras fecimus ad perpetuam memoriam regestari.

Data Florentie, die V. mensis Decembris, VII. indictionis.

1209. *CITATIO ALTERA.*

5 *Edita est l. c. pag. 21 ex eodem 'Epistolario' fol. 35.* *(P. deest.)*

Petrus de la Brancha potestas, Simon de Giacanis de Perusio capitaneus et defensor, priores artium et vexillifer iustitie, consilium, populus et comune civitatis Florentie discreto viro Nerio filio Ghinuccii Bonfantini populi Sancte Felicitatis, civi Florentino salutem.

10 (1) Tenore presentium tibi facimus manifestum, quod pro parte Thomasii et Ugolotti fratrum et filiorum Aglonis de Aleis et Nerli filii Gottoli de Nerlis tanquam heredis olim Alberti fratris sui facta et proposita est de te querela et querimonia coram dicto domino capitaneo per ser Darium Risaliti procuratorem, asserendo quod ipsi Thomasius et Ugolottus et Albertus fecerunt et contraxerunt secum societatem in partibus 15 Alemanie in civitate Allensi, maxime in faciendo et super faciendo fieri et fabricari monetam, que appellatur moneta Allensis, et ipsam monetam et redditum ipsius monete emistis ab illustrissimo viro domino Alberto olim rege Romanorum. Et quod tu tanquam sotius societatis predicte fecisti et gessisti negotia ipsius societatis et sotiorum et ad ipsa negotia gerenda et procuranda dimissus fuisti et stetisti in dicta civitate Allensi, 20 et tenuisti et habuisti pro ipsa societate et pro negotiis ipsius societatis publicum librum et libros rationum, in quo et quibus scribebantur negotia et rationes dicte societatis et sotiorum et cui et quibus dabatur plena fides in acceptis et datis. Et quod in ipsis negotiis dolum et fraudem commisisti et ipsos sotios et sotietatem dampnificavisti in octo millibus quatuorcentis florenis auri et ultra, videlicet predictos Thomasum sive 25 Masum et Ugolottum in quinque millibus quingentis sexaginta quinque florenis auri et ultra et dictum Albertum, cuius Alberti predictus Nerlus est heres, ut dicitur, in duobus millibus octingentis quadraginta octo florenis auri et ultra, et quod cessavisti et cessas dictis sotiis de hiis, que gessisti et administrasti, et de hiis, que ad manus tuas pervenerunt de bonis et rebus ipsorum sotiorum et societatis, reddere rationem, sicut 30 teneris et debis, te absentando et absentatum stando de civitate Florentie. (2) Quare sequentes formam statutorum et ordinamentorum comunis et populi Florentini te per presentes licteras requirimus et citamus, quatinus infra unum mensem post citationem et post presentationem licterarum presentium, redeas Florentiam personaliter et non per procuratorem, et coram ipso domino capitaneo et eius curia compareas, redditurus plenam rationem de omnibus, que gessisti vel ad te pervenerunt vel pervenire 35 potuerunt de bonis ipsorum sotiorum et sotietatis. Cognoscens, quod si non comparueris infra dictum terminum, ut est dictum, idem capitaneus super dicta querela et petitione procedet de iure et secundum formam statutorum et ordinamentorum comunis et populi Florentini. Et de presentatione presentium licterarum et de citatione Ture Cennis 40 populi Sancti Petri maioris de Florentia nuntio comunis Florentie, latori earum, dabimus plenam fidem. Cui etiam nuntio commisimus, quod te citet modo predicto. Et has licteras fecimus ad perpetuam memoriam regestari.

Data Florentie, die V. mensis Decembris, VII. indictionis.

1210. CONFIRMATIO RECEPTIONIS CIVIUM.

1309. Iun. 15.

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXX, 419 ex autographo tabularii regii Florentini 'Prov. Cestello' paratam. Sigillum iam desideratur. *(P. deest.)*

Liutherus de Ysinburg provincie advocatus presencium litterarum inspectoribus 5 universis salutem et credere subnotatis.

Ex parte universitatis civium in Ezzelingen nobis extitit intimatum, quod viros discretos Heinricum, Eber(hardum) et Hugonem fratres filios Allionis mercatores Florentinos sub ea condicione receperint in concives, ut nobis loco serenissimi domini nostri H(einrici) Romanorum regis semper augusti quadraginta libras denariorum Hallensium 10 debeant exsolvere quovis anno, et quod eodem exsoluto precio ipsos regia propiciante gracia sic fovere ac defendere debeamus, ut nec a nobis neque a nostris aliquibus substitutis graventur quavis preangaria[a] vel quovis onere servitutis. Super quibus pactionum clausulis supradicta universitas regium sive nostrum adhiberi consensum humiliter postulabat. Nos igitur eiusdem universitatis precibus inclinati, recepcionem 15 de ipsis mercatoribus in concives factam ratam haberi decrevimus atque gratam ac eandem recepcionem auctoritate regia roboramus, per sollempnem stipulationem firmiter promictentes, quatinus antedictos cum domo et omni eorum familia hiis litteris regie gracie vendicatos et oppidi de Ezzelingen civilegio fideliter aggregatos in omni sua iusticia foveamus. Nec prorsus eisdem ultra ex[to]rsionem[b] predicti precii noceamus, 20 sed pocius ipsos iuxta pacta civium in Ezzelingen in omnem eventum postposita quavis malicia defendamus. Ut autem bona fides in proposito perpendatur, astringi volumus sub presenti testimonio scripturarum, ut nunquam antedictos mercatores ab oppido Ezzelingen invitos propter causam vel occasionem aliquam expellamus, quam diu in eodem loco voluerint iuxta pacta nobiscum et cum eiusdem loci civibus inita per- 25 manere. Et ex habundanti mercatoribus prenarratis volumus esse salvum, quod ipsis recedere liceat quandocunque voluerint prenotato. Quibus inquam recedentibus et ad alium locum transeuntibus conductum et viarum securitatem prestabimus iuxta cunctas nostras vires, omni fraude atque dolo penitus retroiectis. Nichilominus per sollempnem recognicionis confessionem dicimus et firmamus, quod antedicti mercatores de omni 30 Iul. 25. precario seu servicio usque ad festum sancti Iacobi nunc venturum et abhinc per unum annum proximum debito nobis satisfecerant integraliter et conplete. In quorum omnium evidenciam presens instrumentum nostri sigilli munimine fecimus communiri.

Dat. Ezzelingen, anno Domini MCCCIX, XVII. Kal. Iulii.

1211. PETITIO IUDICUM MOGUNTINORUM. 35

1309. Nov. 29.

Repetimus editionem nostram 'Neues Archiv' XXIII, 45 nr. 19 ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Mainz Stift St. Alban' fasc. 9 paratam. Pendent sigilli fragmenta loro ex ipsa membrana exsecto. Inscriptio est: Serenissimo ac excellentissimo dn̄o suo dn̄o Heinrico Romanorum regi semper augusto. *(P. deest.)* 40

1210. a) preangarie *or* b) *uncis inclusa haud legibilia or.*

Serenissimo domino suo domino Heinrico Romanorum regi semper augusto iudices sancte Moguntine sedis obsequiosam voluntatem ad omnia sua beneplacita et mandata.

Vestre serenitatis excellencie et excellenti serenitati vestre presentibus cogimur intimare, quod licet nos Iacobum dictum Ruhe militem de Oppenheim per annum et 5 amplius excommunicaverimus ad instantiam procuratoris reverendi in Christo patris ac domini nostri domini P(etri) archiepiscopi Moguntini, multis et diversis aggravationum sentenciis subsecutis, in huiusmodi tamen excommunicationum et aggravationum sentenciis sordescere non veretur in sue salutis dispendium et nostre iurisdictionis contumeliam et contemptum. Quapropter regie maiestatis vestre excellenciam precibus quantum 10 possumus inpulsamus, quatinus in subsidium ecclesiastice iustitie prefatum Iacobum sententia regie proscripcionis dignemini innodare, ut quem rigor nequivit ecclesiastice severitatis permollire, saltem vestre celsitudinis potentia eiusdem malicia evincatur. Pro quo vestre regali magnificentie gratiarum actiones humiliter referemus.

Datum anno Domini MCCCIX, III. Kal. Decembr.

15

1212. 1213. SCRIPTA DUCES AUSTRIAE TANGENTIA.

(1310. Febr. ex. — post Mart. 8.)

1212. *LITTERAE ARCHIEPISCOPI SALZBURGENSIS FRIDERICO DUCI MISSAE. (Febr. ex.)*

20 *Servantur in solo Formulario Alberti regis, de quo v. supra ad nr. 5, sub nr. 91. Ex quo edidit Palacky loco supra ad. nr. 1199 citato pag. 329 nr. 127. Denuo contulit vir d. H. Hirsch. De tempore cf. Böhmer, Reg. Heinr. post 209. (P. deest.)*

Excellenti ac magnifico principi domino F(riderico) duci Austrie etc. Chun(radus) Dei gracia sancte Salzburgensis ecclesie archiepiscopus a(postolice) s(edis) l(egatus) sin- 25 ceram et paratam ad quelibet ipsius beneplacita voluntatem.

Ad grates multiplices vestre benignitati assurgimus super eo, quod adventum vestrum in Austria hilarem et iocundum et aliis in agendis vestris successus prosperos nobis ad gaudium vestris litteris demandastis. In quibus et in ceteris disponendis prosperitatem vobis iugiter[a] exoptamus. Sciat autem vestra benignitas nobis grata, que de novis 30 superiorum parcium se peciit informari, quod ante adventum nostrum ad serenissimi domini nostri Romanorum regis presencia[m] in Nurenberch quidam barones regni Bohemie invitantes[b], quibus auditis et receptis idem dominus noster rex solempnes nunccios suos, videlicet dominum archiepiscopum Maguntinum etc., pro perducendis ad effectum premissis in Bohemia[m] destinavit. Quorum reditum idem dominus rex in Nurenberch aut in 35 conterminis expectabit. Est etiam tractatus, ut audivimus, de ma[te]rtera vestra Elizabeth olim domini Wentzesclai regis Bohemie filia vel f[r]atri vel filio dicti domini nostri Romanorum regis matrimonialiter copulanda. Illustris dominus dux Rudolfus adhuc non fuit cum rege, ad eius tamen presenciam suos consiliarios destinarat. Dominus autem noster rex propter domini Maguntini et aliorum pociorum consulum suorum absenciam 40 ad ipsius domini ducis Rudolfi[c] negotia se non ponens, prefixit ei veniendi terminum ad

1212. a) iungiter *c.* b) imitantes *c; anacoluthon ut videtur.* c) Rudolfe *c.*

se, in reditu videlicet suo ad Nurenberch, ubi iam domina ducissa uxor eiusdem domini ducis R(udolfi) cum domina regina Romanorum dicitur demorari. Ceterum noverit vestra dominacio, quod ante adventum nostrum ad dominum regem tam vos quam domini duces Bawarie et nos fueramus ipsi domino nostro regi suspecti redditi, quod videlicet principes, qui pro consumandis tractatibus apud Ulmam terminum condixerant, in Salzburch convenire et conspirare vellent ibidem in preiudicium ipsius. Sed suspicionem[d] huiusmodi statim cum venimus ab ipsius credulitate removimus omn[in]o, [allegando][e] bonum affectum vestrum et specialiter quomodo, cum in tractatibus amicicie cum comite de Wirtenburch fueratis, eundem dominum nostrum regem publice proferebatis[f] exceptum, a cuius fidelitate et obsequio nullo modo recedere volebatis. Et sic ipse dominus rex habuit vos plenissime excusatum. Preterea dicto domino rege causa[g] spaciandi recedente a Nurenberch, in ipsius comitiva[h] aliquos fecimus circuitus usque Eystet[1], ubi incepimus aliqualiter distemperari. Propter idem dominus noster rex redeundi domum nobis dedit licentiam, quam alias ea vice nullatenus concessisset[i].

Datum etc.

1213. *LITTERAE FRIDERICI DUCIS EPISCOPO ARGENTINENSI DIRECTAE. (post Mart. 8.)*

Supersunt in cod. Vindobon. lat. 410 (Iur. Can. 60) fol. 10 nr. 70. Ediderunt tam Chmel loco supra ad nr. 457 citato II, 332 nr. 23 quam Palacky l. c. pag. 330 nr. 128. Denuo contulit Hirsch. De tempore cf. not. 3. (P. deest.)

Venerabili in Christo patri domino Io(hanni) etc. Frid(ericus) Dei gratia dux Austrie et Styrie sincerum in omnibus conplacendi affectum.

Intimamus benignitati vestre nostris favorabiliter comodis aspiranti, quod Deo propicio sospitate corporea vigentes votivis et prosperis letamur successibus circumquaque. Specialiter autem in regno Bohemie, in quo fautores habemus potentes plurimos, prosperari possemus, si domini nostri serenissimi regis Romanorum, sine cuius beneplacito nichil in ipso regno queremus aut attemptabimus, benivolum haberemus consensum. Super quo quandoque cum ipso domino nostro rege conferre poteritis, prout videritis expedire. Ceterum noverit vestra paternitas, quod pro multis iniuriis nobis et terris nostris per ducem Ottonem Bawarie minus debite irrogatis talem et magnificum exercitum iam conquisitum instaurabimus, auxiliante nobis domino archiepiscopo Saltzburgensi pro viribus, quod terras ipsius ducis invadere et in ipsis morari sicut placet poterimus sine periculo et secure. Et licet pro eadem expeditione maximam pecuniam exposuerimus et adhuc facere nos oportet magnos sumptus, tamen pro argento debito dicto domino nostro regi speciali sollicitudine laborantes, magistrum H(ermannum) regalis aule not(arium)[2] ad nos missum expedivimus, sicut in primo termino tenebamur[3]. Sed idem dominus noster rex in quibusdam nos impedit, super quibus ipsius patentes litteras obtinemus, verum tamen ipsum regem avertere consilia vestra poterunt, ut speramus. Impedimur enim in civitatibus Silvanis et plerumque aliis bonis et iuribus nobis pertinentibus. A quo si cessatum fuerit, libentius ut tenemur prefato domino nostro regi toto posse omnique promtitudine serviemus. Quia etiam inter diversas occupationes premissas H. creditorem nostrum[4] expedivissemus libenter, nisi nos urgens et inevitabilis necessitas retardasset, sinceritatem vestram rogamus omni quo possumus studio et affectu, quatinus

1212. d) sumpcionem *c.* e) *sic vel similiter coniiciendum est.* f) proferabatis *c.* g) ɪam *c.* h) ↄmitiva *c.* i) concessit *c.*

1) *A. 1310. m. Februarii ineunte.* 2) *Est Hermannus de Stocka; cf. supra nr. 657. 894. 912.* 3) *A. 1310. Mart. 8; cf. supra pag. 279.* 4) *Quisnam sit nescio.*

adhuc tantum usque ad festum sancti Michahelis nobis apud eundem curetis inducias impetrare, certi quod solutionem debitam abinde nullatenus differemus. Recommittimus insuper cum fiducia paternitati vestre promovendas diligentia solita causas nostras, intenti vestris beneplacitis affectione qualibet atque fide. Sept. 29.

5 Datum etc.

1214. QUITATIO CANCELLARII REGII.

1310. Sept. 6.

Autographon tabularii Assenheimensis ineditum descripsit vir d. E. Schaus. Pendet sigillum parum laesum loro ex ipsa membrana exsecto[1]. *(P. deest.)*

10 Nos frater Heinricus abbas Viller(iensis) Cisterciensis ordinis imperialis aule cancellarius universis presencium inspectoribus volumus esse notum, quod nos a Waltero notario domini Philippi domini de Falkestein senioris et a Megero Iudeo suo de Minzemberg recepimus centum et viginti libras Hallensium in bona et legali pecunia numerata. De quibus centum viginti libris Hallensium nos solutos et pagatos integraliter 15 profitemur. Harum testimonio litterarum sigilli nostri munimine signatarum.

Dat. in previgilia nativitatis beate virginis Marie, anno Domini MCCCX, apud Spyram.

1215. LITTERAE FRIDERICI DUCIS AUSTRIAE REGI MISSAE.

20 (1310. ex.)

Dedit iam olim Wattenbach ex cod. Vindobonensi 2493 (Phil. 383) fol. 3 (= Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 768 nr. 1103). (P. deest.)

Serenissimo domino suo domino Heinrico Romanorum regi etc. Fridericus Dei gratia etc. paratam ad beneplacita debitamque voluntatem.

25 Fama publica didicimus et relatu, maiestatem vestram regalem feliciter transisse montana et partes Lampardie potenter et magnifice attigisse. Super quo, cum prosperitatem vestram piis desideriis exoptemus, ex intimis gratulamur, incommutabili gerentes proposito una cum inclito[a] fratre nostro duce Lupoldo in omnibus, que celsitudini et magnificencie vestre confera[n]t, indefesse[b] pro viribus exerceri. Placeat ergo 30 dominacioni vestre frequenter nobis, qui iussa vestra parati sumus firmiter prosequi, semper iniungere quidquid libet. Ceterum presumentes clemencie vestre nostra et nostrorum gravamina displicere[c], insinuandum culmini[d] vestro duximus, cives nostros Wiennenses hoc anno esse spoliatos mercimoniis speciosis in marchia Trevisina sub assecuracione Ritschardi de Camino eorundem districtuum capitaneo generali. Suppli-

35 **1215.** a) inclite *c.* b) ind̄ c̄e *c.* c) sequitur q̧ *c.* d) culmen *c.*

1) *Cf. 'Annalen des Vereins für Nassauische Alterthumskunde und Geschichtsforschung' XIII (1874) pag. 54 nr. 13.*

camus itaque vobis studio quo possumus ampliori, quatinus nobis et dictis civibus nostris dignemini providere, adhibentes prephatis iniuriis legacione regia remedia oportuna. Quorum virtute memorata civium nostrorum dispendia retractentur, ut ex hoc zelus tranquillitatis et pacis, quem geritis, elucescat uberibus et prosperis habundare successibus.

1216. SENTENTIA DE OPERIBUS ABSQUE DUCIS LICENTIA NON AEDIFICANDIS. 5

1311. Ian. 1.

Denuo descripsimus autographon tabularii regii Dusseldorpiensis 'Köln Domstift 851'. Pendet sigillum illaesum loro ex ipsa membrana execto. Edidit iam olim Kindlinger 'Sammlung merkwürdiger Nachrichten und Urkunden. Heft 1' (Leipzig 1806) pag. 129 10 *'e copia saec. XIV. in archivo electorali Bonnensi'. (P. deest.)*

Reverendo in Christo patri ac domino Hinrico sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo sacri imperii per Ytaliam archicancellario Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie quidquid obsequii poterit et honoris.

Vestra a nobis inquiri fecit dominatio, quid, quantum et qualiter cum ponte 15 versatili, muris et fossatis absque ducis licentia infra ducatum aliquid edificari possit. Hiis itaque per sententiam a nostris fidelibus exquisitis vobis duxerimus rescribendum, quod in ducatu nostro nulli prorsus quidquam edificare licet absque nostra licentia speciali cum ponte versatili, muris, fossatis sive vallis. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo duximus roborandum. 20

Dat. Louenburgh, anno Domini MCCCXI, in die circumcisionis Domini.

1217. PROMISSIO COMITIS IULIACENSIS SUPER TELONEO IN LUDESDORF.

1311. Ian. 22.

Ineditam proponimus ex autographo tabularii generalis regni Bawariei 'Sponheim 25 *Grafschaft fasc. 1' nr. 13. Sigillum, quod olim loro ex ipsa membrana execto pendebat, iam desideratur. Cf. infra nr. 1239. (P. deest.)*

Nos Gerardus comes Iuliacensis notum facimus universis presens scriptum visuris et audituris, quod cum serenissimus dominus noster Henricus rex Rom(anorum) Iohanni comiti de Spaynheym[1] dederit et deputaverit duo milia librarum Hallensium in uno 30

1) *Quitationem eiusdem comitis a. 1310. Oct. 2 factam hic in adnotatione ponere liceat ineditam, quam ex autographo tabularii civitatis Coloniensis (cf. 'Mittheilungen aus dem Stadtarchiv von Köln' V, 11 nr. 750) benivolenter nobiscum communicavit vir d. H. Keussen; pendet sigillum parum laesum loro ex ipsa membrana execto:*

Nos Iohannes comes de Sphaynheym ad universorum noticiam volumus pervenire, quod honora- 35 biles viri . . iudices, . . scabini, . . consilium et universi . . cives Colonienses ex parte serenissimi domini nostri Henrici Romanorum regis dederunt et deliberaverunt in parato Henrico de Lewenberg famulo

grosso Turonense recipiendas et tollendas in suo teolonio apud Ludestorp[1] a festo beati Iohannis baptiste nunc instantis usque plenam recepcionem dictorum denariorum et nos (Iun. 24.) idem dominus . . rex pro aliqua summa pecunie posuerit in dicto teloneo recipiend(um) mediante reverendo patre et domino nostro Henrico archiepiscopo Coloniensi, predictum . . comitem de Sphaynheym aut . . quemcumque alium sui nomine institutum commissum servare et tueri in recepcione dictorum denariorum pro nostro posse promittimus. Presencium testimonio litterarum, quibus sigillum nostrum est appensum.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, in crastino sancte Agnetis virginis.

1218. SENTENTIA DE PORTORIO FLUMINIS RHENI.

1311. Iul. 31.

Repetimus editionem nostram ad exemplar v. d. Hermanni Herre 'Neues Archiv' XXIII, 48 nr. 23 paratam ex autographo tabularii generalis regni Bawariei 'Lindau Reichsstadt fasc. 8'. Sigillum, quod olim loro membranaceo pendebat, iam desideratur. Cf. alteram sententiam de eadem re latam supra tom. III, 625 nr. 640. (P. deest.)

Wir Friderich von Friberg lantrihter von dez Rômeschen kunigez H. gewalte in dem Rintale in der Birsse tůgint kunt allen die disen brief ansehent, lesent oder hôrent lesen, daz Merbot Karle burger ze Lindowe kam fur lantgerihte ze Vischerhusen und clagete da ze Eberharte dem Helde burgere ze Rinegge, ze Herman ze Bertschin, ze Ůlriche den Bensten unde ze der geswistergede, unde clagete ze den von der stette wegen von Lindowe unde von allez dez landez wegen, daz si nament verschatz uf dem Rine, der dem lande ungewonlichen wâre unde och niht reht wâre. Darumbe wart vor lantgerihte ertailet Merboten dem vorgenanten an der stette von Lindowe stat unde an dez landez stat, mohte er furbringen alse reht wâre, daz si niht rehtez hettint ze dem verschatze, daz er dez genusse. Daz brahte er fur, da si baidenthalb stůndent vor gerihte mit ir fursprechen, daz weder Eberhart der Helt noch die Benste noch nieman andere uf dem Rin enhainen verschatz nemen sol von dehainer slahte gůte, wan allaine von trukenem gůte gebundem, daz uber die berge kumet oder dahin gat den Rin uf alde abe, von swelchem lande der ist, der sol geben ie von dem some ainen pfenning Costentzer munsse unde anderz niht. Daz brahte er fur mit briefen unde mit der kuntschaft. Darumbe wart Merbotten unde dem lande ertailet: sit daz der Rin wâre dez richez frigẘ strasse unde er daz furbrahte alse da vor geschriben ist, daz och nieman uf dem Rine furbaz nemen sol wan von trukenem gůte alse da vor geschriben stat.

Der brief wart geben vor lantgerihte ze Vischerhusen, in dem jare do dẘ zale waz von Cristes geburte drẘzehenhundert jare in dem ainliften jare, an sante Peters abende dez botten, indictione VIIII.

et consanguineo nostro dilecto mille et quingentos florenos aureos, quos predictus dominus noster Romanorum rex nobili viro domino Henrico de Sphaynheym preposito Traiectensi, fratri nostro carissimo, iusserat assignare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo, in crastino beati Remigii.

Cf. procuratorium comitis et praepositi a. 1310. Sept. 24 datum, quod ad has res spectat, l. c. V, 11 nr. 749.

1) *De hoc teloneo cf. supra nr. 275. 447. 747. 907.*

1219. SUPPLICATIO CLERICORUM REGI PORRECTA.

1311. Oct. 27.

Supplicationem in favorem nobilis de Falkenstein proponimus autographo denuo collato, quod inter archivi Heinrici VII. reliquias exstat Pisis in tabulario capituli maioris ecclesie sub nr. 1367. Adsunt quinque lora membranacea, quorum quarto adhuc appendet sigilli parvum fragmentum. Edidit Ficker loco supra ad nr. 237 citato pag. 92 (= 228) nr. 74. Cf. supra nr. 730. *(P. deest.)*

Serenissimo domino suo domino H(einrico) Romanorum regi semper augusto frater Ger. in Elwenstad et frater Wi. in Selbolth ac frater Her. in Conradisdorf Dei paciencia ecclesiarum prepositi, Lu. in Hacheburnen et Cu. in Myroldis magistri ordinis Premonstratensis Maguntine dyoc. cum oracionibus devotis ad omnia ipsius beneplacita se benevolos et paratos.

Serenitatem vestre maiestatis scire quam plurimum affectamus, quod sane intelleximus ad vestram audienciam devenisse, quod nobilis vir dominus de Falkinstein senior, cum ad obsequendum in Boemiam illustri domino Iohanni regi Boemie vestro nato iter arripuit, nos et nostra monasteria in curribus et aliis subsidiis sibi in itinere congruentibus molestasset plurimum et gravasset, quod per presentes reclamamus unanimiter et negamus. Quare maiestati vestre, de qua nobis spes est bona et presumpcio omnis rei possibilis postulande, et precipue in hac parte suplicamus in filio Virginis gloriose, quatinus huiusmodi falsitati, que odiose prodiit, fidem velitis minime adhibere et si qua sint attemptata erga dictum nobilem virum in sua comicia Nuringes ac aliis rebus suis quibu[s]cunque seu eciam hominibus, ut bene didicimus, velitis[a] revocare et deponere per vestram clemenciam solitam et consuetam. Scientes pro firmo, predictum nobilem virum esse omnium religiosorum necnon iuris erga quoslibet indefessum et fidelissimum defensorem. Preterea noveritis, nos pro salute anime vestre et corporis sanitate et cunctorum honorum et bonorum aput summum regem devotissime exorare. Facientes nichilominus vos et gloriosissimam dominam nostram reginam . . vestram collateralem participes omnium bonorum in hiis scriptis, que in missis, elemosinis, ieiuniis, hospitalitatibus et devotis oracionibus per nos et nostros conventus[b] fiunt et fient Domino concedente. Vester processus in Domino prospere dirigatur.

Dat. anno Domini MCCCXI, in vigilia beatorum apostolorum Symonis et Iude.

1220. PROCLAMATIO DE NOVIS MONETIS.

1311. Nov. 7.

Autographon, quod olim servabatur Florentiae, iam tabularii regii Pisani 'Primaziale' (Acquisto Coletti nr. 191) denuo diligentissime contulimus. Hic illic corrosum est. In verso legitur: Charta de la grida fatta in palagio delle monete. *Edidit minus accurate Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 206 nr. 130. Cf. iam supra nr. 697. 698 et pag. 675 not. 1.* *(P. deest.)*

1219. a) *praecedit* velitis *delet., sequitur* relitis *delet. or.* b) *supra lineam add. or.*

In [nomine Domini amen.

Anno eiusdem millesimo trecentesimo un]decimo[a], indit. nona[b], die Dominico septimo mensis Novenbris, in palatio comunis Papie dominus Bernardus de Açonibus iudex et vicarius domini Andree de Puçasch(o) militis, vicar[ii magnifi]ci[a] domini 5 Philippi de Sabaudia principis Achaye vicariique generalis civitatis Papie, Vercellarum et Novarie pro serenissima[c] regia mayestate, inpossuit et precepit Ber[tolino Bin]ello[a] de Sancto Romano plubico preconi comunis Papie, quatinus ex parte domini inperatoris et ipsius domini principis eius vicarii vadat et preconiçet in curia comunis Papie et per civitatem Papie in locis consuetis et clamet et preconiçet, prout inferius per ordinem 10 in omnibus et per omnia continetur. Et hoc ad petitionem Milani de Aglate officialis et nuncii Rycardi Ugeti de Florençia familiaris serenissimi principis domini nostri domini Henrici Dey gratia Romanorum regis senper agusti, magystri et superfactoris et supervissoris omnium monetarum, que flabricari intendit idem dictus magyster in Ytalia:

1. Quod amodo nullus sit civitatis nec episcopatus Papie nec aliquis foresterius 15 nec aliqua alia persona, cuiuscunque condicionis et status existat, qui de cetero audiat nec presumat dare nec recipere nec portare imperiales factos in Clivassio, in Yporeya, in Incixa et in Ponzano, in Curtemilia nec nullum Marchexanum, Tyrallinum, Rossinum factos in dictis mon[e]tis. Et qui reperirentur, nixi forent taliate aud forate, eas perderent. Et quilibet possit eas auferre et conseignare dicto vicario aud magystro 20 monetarum et habebit tertiam partem, et ultra pena in corpore et in avere ad voluntatem dicti domini im[per]atoris et eius vicarii eis auferetur.

2. Item quod nullus audiat nec presumat portare nec portari facere aurum, argentum nec bolçonum extra civitatem nec episcopatum nixi versus civitatem [Medi]olani ad monetas Mediolan(enses)[d]. Et sy quis contra fecerit reperiretur, perdere predictos 25 aurum et argentum et bolçonum et bestias et palustra et mercadancias, que reperirentur cum eis. Et quilibet possit eis auferre [et] robare predicta et conseignare maystro monetarum et habeat tertiam partem eorum, et ultra pena, ut supra dictum est.

3. Item quod nullus audiat nec presumat affinare nec def[ace]re monetas, argentum nec bolçonum in civitate nec districtu sine parabola magystri monete. Et sy quis 30 contra faceret reperiretur, quilibet possit acussare et robare et conseignare [ut supra] et habeat tertiam partem, et pena, ut supra, eis aufferetur.

4. Item quod quelibet persona civitatis et districtus et quilibet alius foresterius, undecumque esset, teneatur et debeat dare [et] recipere duodecim imperiales parvos de bona moneta nova, quam dictus dominus imperator facit facere in civitate Mediolani, 35 pro uno grosso imperiali de argento, quos facit fieri ad presens, in dicta moneta nova. Et unum de dictis imperialibus grossis pro duodecim de dictis parvis imperialibus

florinum auri de Florentia
Çenuinum unum auri de Ianua
duchatum auri de Venetiis } pro solidis decem et novem et denariis quatuor pro quolibet de predictis imperialibus parvis

40 grossum Tornensem pro denariis decem et octo
Vinicianum grossum argenti denar(ios) novem et tercium
Ambroxinum grossum denarios octo
Placentinum grossum denarios octo
Papiensem grossum denarios octo
45 Brissanum grossum denarios octo
Tyralinum de Tyralis denarios sex
Aguglynum grossum de Tyra denarios quinque et dimedium

1220. a) *uncis inclusa exsecta sunt or.* b) *rectius* decima. c) senerissimi *or.* d) ad — Mediolan(enses) *infra addita signo posito or.*

grossum de Florençia denarios sex et dimidium
grossum de Sena denarios sex et dimidium
grossum de Pissa denarios sex et dimidium
Astexanum grossum denarios sexdecim
Aragonenxem grossum denarios quatuordecim. 5

5. Omnes iam scripte monete grosse pro quolibet de supradictis bonis imperialibus parvis et nulle alie monete quam supradicte habeant cursum pro aliquo precio. Et [quod que]libet persona [que] debet dare et recipere aliquid aliqua[e] occasione ab anno [millesimo] trecentesimo usque ad presentem diem, possit dare et tenetur recipere a festo [Pasque] resurectionis proxime venture et deinde usque ad annum unum proxime 10 [venturum] de debili moneta, que non est abatuta, aud duos de istis bonis imperialibus novis pro tribus imperialibus de febili mon[eta]. Et a[f] termino predicto inantea nullus posset facere pagamentum nec tenebitur recipere nixi de predicta bona moneta et unum de istis bonis imperialibus pro uno de illa febili moneta. Et sy quis recuxaret eam recipere et contra faceret reperirentur, pena in corpore et avere ad voluntatem 15 dicti domini inperatoris et eius vicarii eis anferetur. Et quilibet possit acussare et habebit terciam partem, ut supra dictum est.

1312. Mart. 26.

Et inde dictus dominus iudex hanc cartam fieri iussit.

Interfue(runt) Iohannes Bassus et Bonaccursus Sclafenatus inde testes.

Eodem anno, die infrascripto, predictus Bertollinus de Sancto Romano preco 20 comunis Papie retulit et dixit in presentia domini Bernardi de Açonibus iudicis et vicarii domini Andree de Puçascho militis, vicarii magnifici domini domini Philipi de Sabaudia principis Achaye vicariique generalis civitatis Papie, Vercellarum et Novarie pro serenissima[g] regia magestate, quod ex parte domini imperatoris et ipsius domini principis eius vicarii preconiçavit in curia comunis Papie et per civitatem comunis 25 Papie in locis consuetis et clamavit et preconiçavit, prout inferius per ordinem in omnibus et per omnia continetur. Et hoc ad petitionem Milani de Aglate officialis et nuncii Rycardi Ugeti de Florentia, familiaris serenissimi principis [domini] nostri domini Henrici Dey gracia Romanorum regis semper augusti, magystri et superfactoris et supervissoris omnium monetarum, que flabicari intend[it idem] dictus magyster 30 in Ytalia:

1. Quod amodo nullus sit civitatis nec episcopatus Papie nec aliquis foresterius nec aliqua [a]lia persona, cuiusque condicionis et status [existat, qui] de cetero audiat nec presumat dare nec recipere nec portare imperiales factos in Clivassio, in Yporeya, in Yncixa, in Ponçono, in Curtemilia nec nullum [Marchexanum], Tyralinum, Russinum 35 factos in dictis monetis. Et cui reperirentur, nixi forent taliate aud forate, eas perderent. Et quilibet possit eas auferre [et consei]gnare dicto vicario aud magystro monetarum[h] et habebit terciam partem, et ultra pena in corpore et in avere ad voluntatem dicti domini imperator[is et eius] vicarii eis auferetur.

2. Item quod nullus audiat nec presumat portare nec portari facere aurum, 40 argentum nec bolçonum extra civitatem nec episcopatum nixi versus civitatem Mediolani ad monetas Mediolan(enses). Et sy quis contra faceret reperiretur, perdere predictos aurum et argentum et bolçonum et bestias et palustra et merchadancias, que reperirentur cum eis. Et quilibet possit eis auferre et robare predicta et conseignare maystro monetarum et habeat tertiam partem eorum, et ultra pena, ut supra dictum est. 45

1220. e) alia *or.* f) ad *or.* g) senerissima *or.* h) monatarum *or.*

3. Item quod nullus audiat nec presumat affinare nec defacere aliquas monetas, argentum nec bolçonum in civitate nec districtu sine parabola maystri monete. Et sy quis contra faceret reperiretur, quilibet possit acussare et robare et conseignare ut supra et habebit tertiam partem ut supra, et pena ut supra eis auferetur.

5 4. Item quod quelibet persona civitatis et districtus et quilibet alius foresterius, undecumque esset, teneatur et debeat dare et recipere duodecim imperiales parvos de bona moneta nova, quam dictus dominus imperator facit facere in civitate Mediolan(i), pro uno grosso imperiali de argento, quos facit fieri ad presens, in dicta moneta nova. Et unum de dictis inperialibus grossis pro duodecim de dictis parvis inperialibus

10 florinum auri de Florentia
Çenoinum unum auri de Ianua
duchatum auri de Veneçiis } pro solidis decem et novem et denariis quatuor pro quolibet de predictis inperialibus parvis

grossum Tornensem pro denariis decem et octo

Viniçianum grossum argenti pro denariis novem et tercium

15 Ambroxinum grossum [pro] denariis octo

Placentinum [grossum] pro denariis octo

Papiensem grossum pro denariis octo

Brissanum grossum pro denariis octo

Tyralinum de Tyralla pro denariis sex

20 Aguglinum grossum [de Tyra pro denariis] quinque et dim(idio)

grossum de Florentia pro denariis sex et dim(idio)

grossum de Pissa pro denariis sex et dim(idio)

grossum de Sena pro denariis sex et dim(idio)

A[stexanum gro]ssum pro denariis sexdecim

25 Aragonexium grossum pro denariis quatuordecim.

5. Que omnes iam scripte monete grosse pro quolibet de supradictis bonis imperialibus parvis [et nulle] alie monete quam supradicte habeant curssum pro aliquo precio. Et quod quelibet persona, que[i] debet dare et recipere aliquid aliqua occasione ab anno millesimo trecentesimo [usque ad] presentem diem, possit dare et teneatur 30 recipere a[k] festo Pasque resurectionis proxime venture et deinde usque ad annum unum proxime venturum de debili moneta, [que] non est abatuta, aud duos de istis bonis imperialibus novis pro tribus imperialibus de febili moneta. Et a[k] termino predicto inantea nullus posset facere pagamentum nec tenebitur recipere nixi de predicta bona moneta et unum de istis bonis imperialibus pro uno de illa febili moneta. 35 Et sy quis recuxaret eam recipere et contra faceret reperirentur, pena in corpore et avere ad voluntatem dicti domini inperatoris et eius vicarii eis auferetur. Et quilibet possit acussare et habebit tertiam partem, ut supra dictum est.

1312. Mart. 26.

Et inde dictus iudex et preco comunis Papie hanc cartam fieri iussit.

Interfuerunt Palustris Biganus et Castellanus Belloculus inde testes.

40 (S. N.) Ego Luchetus Belloculus notarius hanc cartam michi fieri iussam scripssi.

1220. i) q *or.* k) ad *or.*

1221—1223. ACTA AD PROCURATOREM FISCI IN LOMBARDIA SPECTANTIA.

1311. Nov. 16.—1312. Ian. 3.

1221. *SCRIPTUM PROCURATORIS AD BRIXIENSES. 1311. Nov. 16.*

Servatur infra in Promissione Brixiensium nr. 1220. (P. deest.) 5

Reverendo in Christo patri domino Federico Dei gratia episcopo Brixiensi necnon dominis Bartolo et Baldoyno ac etiam alliis fidelibus et amicis Romani inperii civitatis eiusdem Iohannes de Castilione iudex serenissimi principis domini H(enrici) Dei gratia Romanorum regis semper agusti, comes palatii et procurator fisci in Lombardia et Marchia generalis salutem prosperos ad vota successus. 10

Ecce cum civitas Cremone sit in conditione gravissima propter rebellos Romani imperii, qui continue occupant episcopatum ipsius, ad vos recurimus securiter ut domini nostri regis fideles puro corde requirentes et precantes vos tenore, quatinus visis presentibus sine mora sucuratis cum vestra gente et milicia ut potestis, ut vestro[a] et aliorum recto corde fidelium Romani imperii auxilio et favore Cremonensis civitas defendatur clavis provincie Lombardie et rebelles[b] regie magestatis in totum ut convenit confondantur et pereant. Speramus vos predicta effectui demandare, ut natura huiusmodi postulat et requirit. 15

Data Cremone, die XVI. Novembr.

1222. *PROMISSIO BRIXIENSIUM. 1311. Nov. 18.* 20

Denuo contulimus autographon, quod servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 3' nr. 21, negligenter scriptum. In verso manu Bernardi de Mercato scriptum est: de present. Brix. *Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII' II, 167 nr. 34. (P. deest.)*

In Christi nomine. 25

Die XVIII. Novembr. in palaciolo comunis Brixie, presentibus domino Iacobo de Curtibus de Ysco, domino Petro de Pescheria de Ysco et Franceschino de Salodo domicello domini Galeoti de Madiis testibus rogatis. Ibi dominus Bertolinus de Madiis pro se et vice et nomine omnium fidelium amicorum Romani imperii partis noviter reformate in civitate Brixie per dominum imperatorem et sibi adherencium denunciavit et protestatus fuit domino Albertino de Parma iudici et tenenti in locum domini vicarii Brixiensis et ancianis et congregati[s] ibidem, quod procurare debeant et facere cum effectu, quod civitati Cremone serviatur et sucuratur per comune Brixie, cum ad ea intendunt ipsi fideles non velle deficere ullomodo. Et ad id liberaliter et plenarie se offerunt et exponunt maxime volendo satisfacere litteris infrascriptis, quarum tenor talis est: 30 35

'Reverendo in Christo — die XVI. Novembr.' *supra nr. 1219.*

Alioquin siquod periculum accederet pro predictis, predictorum dampno et dispensis ocurat, cum per se predicta non remaneat adimpleri, sed predictorum remanebit contumacia et defectu. Anno Domini millesimo CCCXI, indictione nona. 40

Ego Coradinus de Caçago notarius his haffui et rogatus scripsi.

1221. a) vr̄a *or.* b) rebellos? *or.*

1223. *PRIVILEGIUM PRO PASSARINO DE BONACORSIS. 1312. Ian. 3.*

Denuo contulimus autographon in tabulario Mantuano B. IV. 1 asservatum. Sigillatum fuisse non videtur. Edidit Winckelmann 'Acta imperii selecta' II, 769 nr. 1105. (P. deest.)

Iohannes de Castilione iudex serenissimi principis domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti ac etiam procurator fisci in Lombardia et Marchia generalis et vices dicti domini regis gerens et obtinens in dictis provintiis egregio viro domino Passarino de Bonacosis de Mantua, amico karissimo, pro regia maiestate vicario generali civitatis Mantue et districtus salutem et perpetue felicitatis augmentum. Considerando ea, que vos et vestri antecessores pro Romano imperio fecistis temporibus retroactis, et fidelitatem, quam erga regiam maiestatem habetis ad presens, cum sit consonum rationi, ut quis de bonis operibus premium consequatur, de industria, legalitate et potentia vestra non [in]merito[a] confidentes, vobis auctoritate qua fungimur a prefato domino nostro rege adcommandamus terram Luccarie cum ipsius pertinentiis et districtu, dantes vobis ac etiam concedentes in dicta terra, pertinentiis et districtu merum et mistum imperium et gladii potestatem, concedentes etiam vobis in hac parte, ut dicta terra melius gubernetur auctoritate prefata, totaliter[b] vices nostras ad beneplacitum domini regis vel nostri. Et propterea mandamus omnibus et singulis hominibus et personis de dicta terra Luccarie, pertinentiis et districtu, penam eisdem arbitrariam inponentes, ut vobis obediant, pareant efficaciter et intendant. Insuper consideratis omnibus superius enarratis, vos in capitaneum aque Padi et pontium castrorum et locorum omnium in dicta ripa Padi positorum totius territorii Cremone duximus eligendum usque[c] ad beneplacitum domini regis vel nostri[c], recommandantes vobis honore condigno, ut dictam aquam et castra et loca vobis conmissa faciatis sollicite custodiri, ut per ipsa quilibet securus accedat, assignantes vobis pro vestro salario et labore de qualibet mercadantia seu alia quacunque re, que conducitur seu conduceretur per Padum seu per dicta loca, imper(iales) duos pro qualibet libra. De hominibus vero et equis seu aliis bestiis, que conducerentur per Padum, habeatis et percipere possetis secundum modum actenus consuetum. In cuius rei testimonium has licteras fecimus sigillari et nostro notario iussimus publicari.

Data Cremone, die III. Ian., anno Domini millesimo CCCXII, inditione decima.

(S. N.) Ego Vante de Castilione Garfagnane notarius publicus dicti domini Iohannis iudicis predicta omnia de suo mandato et licentia scripsi et publicavi.

1224. NOTITIA AD CORONATIONEM IMPERIALEM SPECTANS.

(1312. Iun. 29.)

A Bernardo de Mercato satis clare exarata servatur Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4' nr. 12. Edidit Doenniges 'Acta Henrici VII' II, 221 nr. 2. Nos denuo accuratissime contulimus. Conferenda sunt ea quae fusius de hac re dis-

1223. a) merito *or.* b) tetaliter *or.* c) usque — nostri *signo posito inter textum et signetum adiecta sunt or.*

seruit W. a Mauntz 'Zeitschrift für vaterländische Geschichte und Alterthumskunde' XI (Münster 1849) pag. 117—192 sub titulo 'Das Gefolge Kaiser Heinrichs VII'.

(P. dccst.)

C Ce sont li nons et les armes des chevaliers qui furent a Rome au coronamant de l'emperauour. 5

1. C Le conte de Savoie l'escu de g[o]ules a une cruex d'argant
2. Monsser Pierre d'Arvillar l'escu d'our a une aygle d'azour lo bec et leg pie verinetz
3. Monser Gerin de Sent Saphorien l'escu d'our a la cruex d'azour
4. Monser Johane de Luyrieu l'escu d'or a une bende de goules a une molete 10 d'argant en la bende
5. Monser Bonafus l'escu bende d'or et de goules
6. Monser Johane Artot l'escu d'argant a I santour de goules
7. Monser Bauczan l'escu d'azour a une eschiele d'or
8. Moser Hunbert Marschaul l'escu d'or a une bende de goules a trois coquil- 15 lietes d'argant
9. Monser Roul de Venes l'escu d'azour a une bende d'argant a une molete noire en la bende
10. Monser Maioul dou Seyxl l'escu escartele d'or et de goules a I mollete d'azour en quarter d'our 20
11. Monser Guys dou Seyxl l'escu escartele d'or et de goules a I baston copele d'argant et d'azour
12. Mosser Forques li Fitz Garins l'escu escartele d'argant et de goules endente de l'on en l'autre
13. Moser Guillaume li Filz Garin l'escu escartele d'argant et de goules endente 25 de l'on en l'autre et li argentz est erminez
14. Mosser Roberet de Berneres l'escu d'our a I fer de molin de goules a I jacobin et a I molete noire
15. Mosser Thebaut de Belvoir l'escu de goules a trois roses d'or et a I lembiauz d'azour 30
16. Mosser Guillaume li Chassaguiac l'escu d'argant a une fesse de goule
17. Mosser Henris de Souviler l'escu de goules a une bandere d'argant lo fer d'azour
18. Mosser Hurri de Loray l'escu d'argant a I testa de bonep de goules, la lengue et les cornes d'azour
19. Mosser Odtes de Charmes l'escu d'or a I lion noir a I borduire de goules 35 endentee
20. Mosser Johane de Sent Lorent l'escu de goules a I cressant d'argant, la puente desous a I baston copone d'or et d'azour
21. Mosser Anceline Flamein l'escu d'azour a I lioupart passant d'argant.

22. C Li cuens de Foreis l'escu de goules a I dalphin d'or 40
23. Mosser Pierre de Barges l'escu partiz d'azour et paule d'or et de goules
24. Mosser Guillaume de la Palicy l'escu d'azour a trois lionciaux d'argant
25. Mosser Hugues Mal Visini l'escu d'or a I fesse de goules ondee
26. Mosser Guillaume de Samour l'escu d'argant a trois bastons de geules a I molete d'azour 45
27. Mosser Hugues de Vendac l'escu d'azour a trois lionceaux a I baston de goules
28. Mosser Henuriz Scengler l'escu[a]

1224. a) *ita desinit or.*

29. C Mousser Loys de Savoye l'escu de goules a la cruex d'argant a I baston copole d'or et d'azour
30. Mosser Pierre de Prez l'escu d'azour a dous bras de lion d'our en sautour embilliote d'our
31. Mosser Aynars de la Forest l'escu d'or a I chaine verde a I baston de goules
32. Mosser Guigne de Morestel l'escu de sables a une bende d'argant
33. Mosser Guillaumes li Bastars l'escu de goules a I cruex d'argant a V aygletes de sables.

34. C Mosser Hugue de Fucignier l'escu escartele dou Dalphin et de Fucigny
35. Monsser Guy de Grolea l'escu girone d'argant et de sables a VIII pecies
36. Mosser Emery d'Avalon l'escu d'our a une bende de goules endentee a trois aygles d'azour
37. Mosser Humbers de Cholay l'escu d'azour au chiep paule d'argant et de goules
38. Mosser Estiene de Malpre l'escu vert a une cruex d'argant endentee
39. Mosser Bertraut Legier l'escu d'azour a I lion d'argant a on baston de goules
40. Mosser Odte de Cicon l'escu de goules a une bende d'or a II gemeles d'or.

41. C Mosser Rober de Flandres l'escu d'our a I lion de sables a une borduire de goules endentee
42. Mosser Gontofrey de Sonbray l'escu d'our a une fesse de goules a trois meletes de goules a on escucel de Biauzmes
43. Mosser Rogier de Haulnin[b] l'escu d'argant a trois lions de sables a on baston de goules a trois coquilles d'our
44. Mosser Thebaut de Lierval l'escu vairiez d'argant et de goules
45. Mosser Bauduin de Messieres l'escu d'argant a on lion d'azour a lembiauz de goules
46. Mosser Bernar de l'Alber[c]
47. Mosser Johan de l'Espina[c]

48. C Mosser Henri de Flandres l'escu d'or a on lion de sables a un baston copone d'argant et de goules
49. Mosser Giles d'Argentoil l'escu de goules a trois copes d'argant semees de cruesetes d'argant
50. Monser Raynal d'Argentoil l'escu de goules a trois copes d'argant semees de cruesetes d'argant a lembiauz d'azour
51. Mosser Raynal d'Aragniez l'escu d'argant a trois fesses d'azour a un escucion d'argant, dedanz l'escucion I fer le molin d'our
52. Mosser Johaine d'Oix l'escu d'argant a I chivron de sables
53. Mosser Johan de Savignier l'escu d'argant a I bende de sables et II gemeles de sables
54. Mosser Race Mascherel l'escu d'argant seme de tortiaux de goules a on chivron de goules en la puente
55. Monsser Johane de Petresent l'escu de goules a un lion d'argant billiote d'argant
56. Mosser Creoule[d 1] l'escu d'argant a trois tortiaux de goules.

1224. b) H *in corr. or.* c) *ita desinit or.* d) *an scriptum* treoule? *or.*

1) *Gronsfeld (Groules).*

57. C Mosser Johan de Versigny l'escu brule d'or et de goules a on quartier d'argant et on escucion de bar on quartier d'argant
58. Frere Johan de Vile Savoir l'escu paule de ver et de goules melle d'or a trois molletes de goules
59. Thebaut d'Ottenges l'escu de goules a une aygle d'our a une teste de dame 5
60. Mosser Colar de Novion l'escu de sables a une cruex d'argant
61. Mosser Johant des Estaus l'escu[e]

62. C Mosser Sandras d'Oisi l'escu d'argant a I cressant de goules
63. Mosser Pierre de Ubines l'escu de sables a une bende d'argant a dus gemeles d'argant a lembiaux d'our 10
64. Li Moines de Ubines l'escu de sables a une bende et dues gemeles d'argant a une mollete d'our
65. Li Juix de Roul l'escu de goules a dues gemelles d'our dentics a trois aniaux d'argant
66. Mosser Giles Datin l'escu d'our a on fer de molin de goules 15
67. Mosser Bauduin de Montcornet l'escu paule d'azour et de goules a chiep d'or a on dimi lion de goules
68. Mosser Aniser de Contrecor l'escu ermine le chiep voiric d'or et de goules
69. Mosser Pierre de Sent Quintin l'escu[e]
70. Monsser Hugue de Chattenay l'escu de goules a une fesse d'our a trois coquillietes d'or a chiep desous 20
71. Mosser Giliber de Sottens l'escu[e]
72. Monsser Johan la Picce l'escu[e]

73. C Li Contes de Buique[1] l'escu d'or a chiep de goules a trois roses de goules l'une sous l'atre 25
74. Li sir Ribautpere[2] l'escu d'argant a trois escuciaux de goules
75. Li sir de Garosce[3] l'escu d'argant billiote d'azour a on lion de goules corone d'or la coe forchue
76. Li Lamfour[4] l'escu d'azour a trois aygletes d'argant semees de follietes d'our
77. Li Mornar l'escu d'our a on pal ver a une feisse wivree de goules a une estoile d'argant au paul 30
78. Mosser Huyrri Landier l'escu d'or a une bende eschaquetee d'argant e de goules a une ayglete de sables
79. Mosser Quincles[5] l'escu d'or a cho d'azour
80. Mosser Ferrin de Borsier[6] l'escu d'argant a trois follies de mares de goules au lembiaux d'azour 35
81. Mosser Guillimanc de Curri l'escu de goules a trois lionciaux d'argant a on baston noir
82. Mosser Johan Godimanc de Lucembore l'escu de goules a trois lions passant d'argant 40
83. Mosser Johan de Clamassi l'escu d'argant seme de cruesetes de goules a dues saumons de goules
84. Mosser Henri de Haans l'escu girone d'argant et d'azour de XII pieces a I escucion de goules

1224. e) *ita desinit or.* 45

1) *Bucheck.* 2) *Rappoltstein (Ribaupierre).* 3) *Gerolzeck.* 4) *Videtur esse Leiningen; cf. Mauntz l. c. pag. 157.* 5) *Kellenbach.* 6) *Burtscheid.*

85. Mosser Vautier de Laerny l'escu d'argant a on lion d'azour a une feisse de goules la coe forchue
86. Mosser Johanc de Cortryc l'escu d'argant a trois testes de cengler de sables a lembiaux de goules
87. Mosser Giles de Berlare l'escu paule d'argant et de goules a VII pieces a on baston d'azour a trois croisetes d'or dedant lo baston
88. Mosser Rober d'Orjour l'escu d'or a une aygle de goules a une bordnire noire les pie de l'aygle d'azour
89. Mosser Robins de Donail l'escu[f]
90. Mosser Reynier de Bnnpfec l'escu[f]

91. C Mosser Ferrin de Blancquenain l'escu d'or a on lion de sables au lembiaux de geules besante d'argant
92. Mosser Rainar de Blanchefels l'escu de sables a on lion d'or
93. Mosser Guillaume de Forge l'escu d'argant a on lion de sables, I quartier de goules a une mollete d'or
94. Li sires de Aunmestien[1] l'escu de goules a trois malliet d'argant
95. Li sir de Vaulpuede l'escu girone de XII pecies d'argant et de goules
96. Mosser Henris de Sauchy[2] l'escu de goules a une aygle d'or les piez et le bec d'azour
97. Mosser Waras de Wycquelin l'escu[f]
98. Mosser Johanc de Clote l'escu d'azour fretel d'argant.

99. C Li contes Testar[3] l'escu d'or a on lion de goules a la teste dou lioupar a lembiaux d'azour
100. Li contes de Nydoie l'escu de goules a on paul chivrone d'our et de sables
101. Li sir de Bnique[4] l'escu de goules a on sautour encrez d'argant
102. Monser Johanc de Lanceerone l'escu de goules a une corone close d'or
103. Mosser Henri de la Leo[5] l'escu de sables a une manche d'argant semee de croisetes d'or parmi l'escu
104. Mosser Pollartes l'escu parti d'or et d'azour a une mollete d'or en l'azour
105. Li sir de Ansembor l'escu d'argant[g] a une bende de goules
106. Li sir de Blanquestaine l'escu[f]
107. Mosser Frichimant de Strabor l'escu[f]
108. Mosser Elias l'escu[f]
109. Mosser Johanc Plata l'escu[f]

110. C Mosser Joffrey d'Aspremont l'escu de goules a une cruex d'argant a V coquillies de sables a une mollete d'or au chiep
111. Mosser Thomas de Sexfontaines[h] l'escu de goules a un fer de molin d'argant
112. Li sir de Linoiro l'escu d'argant a une feisse de goules
113. Mosser Gallar de Brenceser[6] l'escu d'or a trois cors d'argant a lembiaux d'azour
114. Mosser Johan de Bassenain l'escu d'azour a une flour de ly d'or a lembiaux de goules
115. Mosser Georges de Randeque l'escu d'argant a une fesse de goules a trois fleurs de ly de goules

1224. f) *ita desinit or.* g) ardant *or.* h) *sic pro* Septfontaines *B.*

1) *Hammerstein.* 2) *Sinzig.* 3) *Dietherus iunior de Katzenellenbogen; cf. l. c. pag. 170.* 4) *Buches.* 5) *Est von der Leyen.* 6) *Videtur esse Braunshorn; cf. l. c. pag. 179.*

116. Mosser Sclare dou Gerdil l'escu d'argant a une feisse de goules a trois fers de cheval de goules besantee d'or
117. Mosser Henri li Lzobre l'escu d'argant a I chivron de sables
118. Mosser Alber de Liwerode[1] l'escu d'argant a une feisse de goules
119. Mosser Johan de Belcus l'escu d'our a un soutour de sables. 5

1225—1227. ARBITRIA PACIS AB ARCHIEPISCOPO TREVIRENSI PROLATA.

1313. Apr. 21.

Fasciculus F *documenta tria continens servatur inter Acta et collectanea Bernardi de Mercato Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 1' (= Doenniges* 10 *Ms. V, de quo v. supra ad nr. 660 a) sub nr. 6 et 7 [= fol. 1—12] et l. c. 'Mazzo 3 nr. 23' (= Doenniges Ms. IV, de quo v. supra ad nr. 563) sub nr. 24 [= fol. 13, quod iam dissipatum est]. Scripta sunt una eademque manu, illa scilicet quae textum petitionis supra nr. 1032 exaravit, a manu Leopardi Frenetti notarii Pisani non multum diversa. In verso fol. 12 eadem manu inscriptum est:* Pax de Placen(cia) et de Bobio 15 prononciata in Mediolano. Post generale prononciamentum pacis iam prononc(iatum) in Placen(cia). Et intus est interclusa pax [de][a] Lande.

Nos omnia denuo contulimus vel inspeximus. Orthographiae Italicae vestigia fere omnia servavimus.

1225. *PAX CIVITATIS PLACENTINAE.* 20

Servatur l. c. fol. 1—7. Edidit Doenniges l. c. II, 70 nr. 29. *(P. deest.)*

C In Christi nomine amen.

MCCCXIII, indictione XI, die XXI. mensis Aprillis. Reverendus pater et dominus dominus B(alduinus) Dei gratia sancte Trevelii[b] ecclesie archiepiscopus sacri imperii per regnum Arelatense archicancellarius, frater serenissimi principis domini nostri 25 domini H(enrici) Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, arbiter, arbitrator et amicabillis compositor de questionibus et discordiis vertentibus et que verti possint inter nobillem millitem dominum Mutium de Modena vicarium imperiallem et nobillem virum dominum Albertum Schotum nomine comunis, universitatis et hominum civitatis Placentie intrinsichorum et omnium aliorum dicte partis, civitatis et episcopatus et 30 districtus sibi adherentium ex una parte et dominum Albertinum de Lando tenentem locum domini Schalionis de Bruniabellis vicarii partis imperiallis extrinsice Placentinorum et ipsius partis ex altera parte, addendo aliis preceptis et arbitramentis alias per eum factis inter predictas partes[2], iterum fecit et facit infrascripta precepta et arbitria, arbitramenta et amicabilles compositiones et ea precepit et precipit[c] debere per pre- 35 dictas partes attendi et observari sub penna et pennis in compromisso appositis.

1. Inprimis namque precipit, arbitratur et arbitramentatur amicabiliter componendo, quod dominus Galeaz Vicecomes filius magnifici millitis domini Mathei Vice-

1225. a) *corrosum F.* b) *sic F.* c) precepit *F.*

1) *Leonrod (Lewerode).* 2) *Cf. inscriptionem supra l. 16 sq.* 40

comitis Dei gratia etc., prefati domini imperatoris et sacri imperii in civitate et districtu Mediolani vicarii generallis, quem iam precepit et arbitramentatus fuit debere esse et constitui vicarium Placentie, habeat et habere debeat et tenere expensis comunis Placentie pro conservatione et deffensione status predictarum partium et ad hoc, ut
5 ipsa civitas et districtus Placentie in bona pace conservetur, in primo mense sui regiminis CL equites stipendiarios et CXXV pedites stipendiarios, qui non fuerint aut alias steterint ad stipendium comunis Placentie dominante predicto domino Alberto vel predicto domino Ubertino. Et elappsso predicto primo mense habeat[d] et habere[e] debeat expensis dicti comunis continue C equites stipendarios et CXXV pedites stipendarios.
10 Salvo si elapso predicto mense pro condicionibus occurrentibus videbitur ipsi vicario expedire habere maiorem quantitatem stipendiariorum equestrum ultra predictos C stipendarios equestres, quod possit habere usque ad predictam quantitatem CL equitum. Et si videretur comode fieri posse, quod dictus vicarius habeat et teneat secum elapso primo mense minorem quantitatem equitum et peditum, quam sint predicte quantitates,
15 prout videretur convenire statui dicte civitatis, possit et debeat diminuere.

2. Item precepit et precipit, arbitratur seu arbitramentatus fuit amicabiliter componendo, quod regimen vicarie predicti domini Galeaz duret et durare debeat per sex menses, ex quo illud regimen iuraverit et plus et minus ad voluntatem domini nostri domini imperatoris. Et quod predictus dominus Galeaz habeat liberum et merum
20 arbitrium inquirendi, procedendi, puniendi, banniendi et condempnandi in omnibus maleficiis, que fient de cetero in ipsa civitate et eius episcopatu, et contra omnes et singullos malefactores, qui de predictis maleficiis inculparentur, et omnes et singullos, qui aliqua facerent vel tractarent contra honorem et statum domini imperatoris et eius fidelium, et contra omnes et singullos, qui treugas indictas per dictum dominum archiepiscopum
25 inter dictas partes violassent secundum delicti qualitatem. Et istud capitulum precipit et precepit et arbitratur statim debere approbari, ratificari et confirmari per consilium[f] generale Placentie.

3. Item[g] precepit et precipit etc. ut supra, quod dictus dominus Galeaz habeat septem iudices, item quatuor collaterales, item XII domicellos, item XVI equos, item
30 unum notarium, qui omnes scripturas et processus spectantes ad officium suum possit scribere. Et que scripture valeant et teneant, acsi scripta essent per notarios Placentie ad hoc specialiter deputatos.

4. Item pro suo sallario sex mensium libr(as) mille quinquecentum imperialium. Et ultra quod habeat pro sua briga et labore et pro magnis expensis, quas ipsum
35 oportet sustinere, plusquam sustineant vel sustinuerint alii vicarii, libr(as) duo millia imperialium. Et si contingerit eum morari in dicto regimine ultra predictum medium annum, quod quolibet medio anno habeat ipsas libras mille quinquecentum pro suo sallario et duo millia pro supradicta briga et labore.

5. Item precepit etc. ut supra, quod predictus dominus vicarius audiat et audire
40 debeat questiones vertentes inter predictas partes vel aliquem vel aliquas de ipsis partibus occaxionibus infradictis summarie et sine strepitu vel figura iudicii. Et quod ipsas questiones debeat diffinire cum consilio illorum sapientium, quos super hiis duxerit eligendos.

6. Item precepit ut supra, quod omnes carcerati hinc inde per utramque partem
45 relasentur et liberentur a carceribus, in quibus detinebantur[h], et quod ab ipsis carceribus debeant relasari sine aliquo gravamine. Expensas pecuniamque cibi et potus custodibus vero solvant de eorum custodia per comunitatem partium, silicet quelibet pars solvat

1225. d) *corr. ex* habeāt *F.* e) *sequitur delet.* debeāt *F.* f) *sequitur delet.* generallem *F.* g) *abhinc desunt signa capitum F.* h) detinerantur *F.*

custodiam custodum[i] suorum infra secundam diem, postquam stipendiarii recesserunt a dicta civitate.

7. Item precepit et precipit, arbitratus et arbitramentatus fuit amicabiliter componendo, quod esse debeant duo consilia in dicta civitate Placentie, unum generale et aliud sapientum et quod numerus et persone illius consilii sapientum sint ad voluntatem dicti vicarii. Et quod dictus vicarius habeat bayliam congregandi illam quantitatem sapientum, quam dictus dominus vicarius volluerit congregare pro hiis que occurrerint tractanda et ordinanda pro honore et statu domini imperatoris et eius fidelium. Et quod ipse dominus vicarius cum ipsis sapientibus habeat bayliam ordinandi omnia et singulla que ei et eis videbuntur expedire. Et quicquid per ipsum vicarium et sapientes per eum super hiis electos fuerit ordinatum, sit ratum et firmum et executioni mandetur, acsi factum et ordinatum seu reformatum esset per consilium generale Placentie. Que autem sint vel erunt negocia[k] domini imperatoris vel eius fidelium, in arbitrio domini vicarii relinquatur et permaneat. Super illis vero[l] negoci[i]s, que non tangunt negocia predicti domini imperatoris et eius fidelium, non habeat predictum consilium sapientum bayliam nisi examinandi et providendi, quod ad generale consilium reducatur illud quod fuerit et expediet faciendum.

8. Item precepit et precipit, arbitratus et arbitramentatus fuit amicabiliter componendo, quod in dicta civitate Placentie sit et esse debeat consilium generale de mille quatuorcentum hominibus. Quorum medietas eligatur et eligi debeat per dominum Albertum Schotum et suos[m], alia medietas per dominum Ubertum de Lando et suos secundum quod unicuique eorum et suorum placuerit, dum tamen in ipso consilio non sit nec esse possit aliquis de parte Barbarina nec de adherentibus dicte parti, eis existentibus in rebellione domini nostri domini imperatoris. Data libertate dictis dominis Alberto et Ubertino, quod possint mutare suos electos, quando cuique ipsorum videbitur, et quod maior pars dicti consilii seu illorum consiliariorum, qui essent presentes, quando esset consilium congregatum more solito, habeat plenam bayliam et facultatem omnia ea et singulla dicendi, statuendi, reformandi et ordinandi, que eis pro utilitate dicti comunis videbitur expedire. Salvo quod aliud non possint ordinare, quod sit vel esse possit contra predicta precepta vel infradicta vel aliquod eorum. Et quod de dicto consilio non possit nec debeat esse aliquis, qui non sustineat onera et facultates comunis Placentie, nisi ei prestita foret imunitas per predictum reverendum patrem dominum archiepiscopum, nec aliquis possit esse de dicto consilio, qui sit minor annis XV. Et quod consiliarii, qui fuerint electi per predictos ut supra, non admictantur ad dictum consilium, nisi prius fuerint presentati dicto vicario et eorum electio per ipsum fuerit examinata et confirmata.

9. Item precepit et precipit et arbitratus etc. ut supra, quod in civitate Placentie et episcopatu non sit aliquis, qui aliquem titulum ançianie, protectionis, gubernationis, deffensionis nec aliquem alium titulum alicui[u]s preeminentie vel dignitatis de cetero habeat in dicta civitate vel episcopatu, et quod predicti domini Albertus Schotus et Ubertinus de Lando et Francischus Schotus et quicunque alii, qui haberent vel se habere dicerent vel habere viderentur aliquem titulum ançianie, protectionis[n], deffensionis[o] paratichorum seu populi vel comunis civitatis Placentie et districtus, dictis titulis et dominationibus in manibus supradicti domini Galeaz vicarii ut supra infra secundam diem renuncient, postquam regimen suum iuraverit, et se sub nominibus predictis et titulis non appellentur vel appellari faciant de cetero, illi videlicet qui presentes fuerint in civitate illo tempore, alii vero qui non essent presentes in civitate infra secundam

1225. i) custodium *F.* k) negocis *F.* l) vel *F.* m) et suos *supra lineam add. F.* n) protectione *F.* o) deffensione *F.*

diem, ex quo dictam civitatem intrarunt. Et ad maiorem cautelam exnunc predictas ançianias, protectiones, gubernationes[p], deffensiones et quoslibet titulos preeminentie vel dignitatis cas[s]at et irritat et precipit et arbitratur seu arbitramentatur, quod pro cassis et irritis habeantur. Et quod similiter omnia officia et omnes honores et potestarie 5 cas[s]entur et exnunc pro cassis habeantur, quam cito dictus vicarius dictam civitatem in[t]raverit. Et quod postea statim facto consilio generali de novo officialles et honores[r] potestariarum et honorum et alia officia, que solita sunt dari ad brevia, in ipso consilio more solito dentur ad brevia per sortes et electiones per consiliarios electos, prout in supradicto alio capitulo continetur. Et quod interim post cassationem predictorum idem 10 dominus vicarius habeat bayliam eligendi officialles quos voluerit in officiis dicti comunis duraturos[s], donec novi offitialles fuerint creati secundum modum supradictum.

10. Item precipit ut supra, quod antiani seu consulles, confanonerii seu presidentes societatibus notariorum et mercadandie et paratichorum et societatum confanoneriorum et consiliariorum predictorum et cuiuscunque eorum dicte civitatis Placentie et alii 15 officialles et rectores predictorum et aliorum . . . .[t] civitatis Placentie, que non consueverunt dari ad sortem in dicto consilio, cas[s]entur et pro cassis habeantur et exnunc cassat et irritat, et quod postea eligantur de novo de consilio et voluntate dicti vicarii, prout sibi videbitur. Predicti etiam antiani seu consules et confanonerii seu presidentes predictis et quilibet eorum teneantur et debeant renunciare dictis officiis infra secundam 20 diem, postquam dictus vicarius intraverit civitatem.

11. Item precipit etc. ut supra, quod omnes stipendarii equestres et pedestres qui nunc sunt ad stipendia comunis Placentie sive domini Alberti Scoti cassentur a dicto soldo, postquam idem dominus Galeaz intraverit civitatem, Placentie et infra terciam diem, postquam idem vicarius intraverit civitatem Placentie, vel antequam citius 25 fieri potest, licentienter et omnino recedant de dicta civitate et districtu Placentie, etiam non facta solutione. Et tunc dimitant procuratores suos quatuor vel tot quot videbitur dicto vicario ad recipiendum illud, quod habere debebunt a comuni Placentie.

12. Item precipit etc. ut supra, quod omnes rebelles imperii civitatum, que obediunt domino imperatori, et omnes, qui non erant cives dicte civitatis Placentie[u] 30 a Kalendis Octubris proxime presentis retro, expellantur de dicta civitate. Quod videndum et examinandum[v] relinquatur arbitrio dicti vicarii. *Oct. 1.*

13. Item precipit etc., quod castrum Zanaterelli et turres de Bobio muniantur expensis comunis Placentie per predictum reverendum patrem quam citius fieri potest et ad eius beneplacitum et in eius forciam et bayliam perveniant et per suos nontios 35 ac custodes custodiantur. Et quod[w] illi qui tenent vel tenebunt predictum castrum Zanaterelli et turres de Bobio, teneantur asignare dictum castrum et tures nuntio seu custodibus, quos illuc duxerit transmitendos.

14. Item precepit et precipit, arbitratur et arbitratus seu arbitramentatus fuit amicabiliter componendo, quod turres et fortalicia Petrestremone et Petreduerie 40 muniantur per predictum dominum vicarium et in eius fortiam perveniant, si consuete sunt muniri per comune Placentie et consilio et comuni Placentie videbitur expedire.

15. Item precepit et precipit etc. ut supra, quod Rocha de Bardi similiter muniatur per dictum vicarium et in eius forciam perveniat. Si haberi non potest[x] . . . ., alia castra muniantur per predictum dominum archiepiscopum et predictum dominum 45 vicarium ut supra. Illud id[em] fiat de castris Speculi et Complani, si haberi potuerint et consueta sunt muniri et comuni videbitur.

1225. p) gubernatores *F.* q) *sic F.* r) *an* rectores? s) durator es *F.* t) *lacuna in fine et initio lineae; an supplendum* officiorum? u) *sequitur* salvo quod si *delet. F.* v) *sequitur* relinquantur *delet. F.* w) et quod *in loco raso F.* x) *sequitur* Nicholaus *delet., itemque spatium duorum verborum* 50 *in fine lineae F.*

16. Item quod castrum de Granago muniatur per predictum vicarium, si est comunis Placentie. Si vero sit singularis persone et alias non consuevit muniri, non muniatur per ipsum vicarium, nisi esset utilitas comunis Placentie et consilio et comuni illius civitatis videbitur. Quo casu muniatur per predictum vicarium et in eius forciam perveniat. 5

17. Item precepit et precipit ut supra, quod fortalicia Burgi vallis Tarri et castrum quod consuevit esse in castro Aquario et turres Florenzolle de versus Placentie restituantur et re[e]dificentur et muniantur per predictum dominum vicarium ad eius liberam voluntatem, si comune et consilium dicte civitatis Placentie vel maior pars de hoc se concordaverint et hoc fieri volent. 10

18. Item precepit etc. ut supra, quod castrum de Fombio muniatur per dictum[y] dominum vicarium expensis dicti comunis et in eiusdem vicarii fortiam perveniat illud castrum, si consilio et comuni dicte civitatis videbitur convenire.

19. Item precepit etc. ut supra, quod castrum Carmimiani[z] et terra de Strenolano in eo statu, in quo erant tempore, quo pars dicti domini Ubertini intraverit dictas 15 terras, derelinquantur[z*] et dimitantur illis quorum sunt per predictum dominum Ubertinum et illos de parte sua infra decem dies, postquam intraverit civitatem.

20. Item precepit et precipit et arbitratus et arbitramentatus fuit etc. ut supra, quod illud castrum seu pars illius castri, quod dicitur noviter esse factum super terra dicti domini Ubertini pro deffensione comunis Placentie et offensione rebellium verssus 20 Cremonam, perveniat et pervenire debeat in posse et virtute dicti vicarii et quod satisfiat dicto domino Ubertino per comune Placentie et extimatione illius terre et dampno dicti domini Ubertini ocaxione illius terre ad arbitrium predicti domini vicarii.

21. Item precipit etc. ut supra, quod predicti domini Ubertinus et illi de parte sua extrinsica reducantur et redduci debeant per predictum dominum Galeaz in pre- 25 dictam civitatem Placentie infra quartam diem vel citius, si predictus vicarius videat quod fieri possit, postquam suum regimen intraverit. Et quod similiter omnes de dicta parte dicti domini Ubertini expulsi de burgis, locis et castris episcopatus Placentie infra XV dies, postquam predictum regimen iuraverit, per dictum dominum Galeaz reducantur et reduci debeant in eius propriis bonis et iuribus, que tenebant vel possidebant vel 30 quasi tempore[a] expulsionis ipsorum.

22. Item precepit et precipit, arbitratus et arbitramentatus fuit, arbitratur et arbitramentatur componendo, quod omnes processus, banna et condemnationes criminales tam ocaxione homicidiorum, robariarum, incendiorum quam cuiuscunque alterius criminis occaxione facti et facte seu pronunciate contra predictum dominum Ubertinum et illos, 35 qui steterunt secum in guerra vel qui in civitate Placentie stare non[b] audebant, vel aliquem predictorum a tempore pronunciationis citra prolate per dictum dominum Galeaz cas[s]entur et pro cassis habeantur et exnunc eos et eas et ea cas[s]at et irritat, ita quod de libris comunis Placentie tollantur et penitus deleantur absque alia prestatione pecunie. 40

23. Item precepit etc. ut supra, quod banna et condempnationes et processus criminales data et facta et prolata et pronunciata contra Ubertinum de Pallestruellis ocaxione criminis, quod [ut][b*] dicitur per eum fuit comis[s]um, cancellentur et pro cancellatis habeantur et exnunc ea cas[s]at et irritat, ita quod de libris comunis Placentie deleantur et tollantur absque aliqua prestatione pecunie. 45

24. Item precepit etc. ut supra, quod omnes assignationes et dationes in solutum facte et date de bonis predictorum domini Ubertini et illorum, qui secum steterunt in

1225. y) *sequitur* dominum vicarium *delet. F.* z) *sic F.* z*) derelinquerentur *F.* a) parte *F.* b) *sequitur* deb *delet. F.* b*) *deest F.*

guerra vel qui stare non audebant in civitate Placentie, vel alicuius eorum a dicto tempore citra cassentur et irritentur et pro cassis et irritis habeantur, et exnunc cas[s]at et irritat.

25. Item precepit, precipit etc. ut supra, quod predictus dominus Ubertinus et
5 quilibet de sua parte restituantur et exnunc pro restitutis habeantur in possessione omnium bonorum et iurium, que et quas tenebant vel possidebant seu quasi[c] possidebant tempore quo predicti domini Ubertinus et illi de sua parte[d] ex[ier]int nunc dictam civitatem Placentie rebus sic astantibus, exceptis potestariis et dignitatibus seu protectionibus et anzianiis aut preeminentiis et officiis comunis et salvo cuilibet iure pro-
10 prietatis.

26. Item precepit etc. ut supra, quod predictus dominus Albertus Schotus restituatur in omnibus bonis et iuribus per eum acquisitis in Zanatarello et eius pertinentiis, preterquam ad castrum, iurisdictionem et iura et pertinentias dicti castri. Quorum examinationem et cognitionem precipit fieri et determinari per predictum dominum Galeaz
15 vicarium cum consilio illorum sapientum, quos super hoc duxerit eligendos. Remanente possessione et custodia dicti castri in virtute et fortia dicti domini archiepiscopi, donec dicto domino imperatori et sibi placuerit.

27. Item precepit et precipit et arbitratur seu arbitratus et arbitramentatus fuit amicabiliter componendo, quod predictus dominus Ubertinus et qui exiverit civitatem
20 Placentie tempore expulsionis ipsius partis per predictam partem et ab ipso tempore citra et illi, quibus per intrinsecos prohibitum[e] fuit bona sua gaudere, et quilibet predictorum absolvantur et pro absolutis habeantur ab omnibus mutuis, fodris, talleis aliisque omnibus per comune Placentie hinc retro impositis et a debitis contractis dicto tempore, quo steterunt et stabant extra dictam civitatem.

25 28. Item precepit et precipit, arbitratur et arbitramentatus fuit amichabiliter componendo, quod predicti dominus Ubertinus et qui cum eo exiverint etc. ut supra, habeant dilationem nec conveniri possint a creditoribus suis modernis, cuiusque condicionis existant, usque ad Kalendas Septenbris proxime venientis. Salvo quod quilibet de predicta parte possit ius suum consequi in omnibus viis[f] contra alium et inter eos de
30 illa parte non vendicet sibi locum dictum capitulum. Sept. 1.

29. Item precepit etc. ut supra, quod de cetero nulla fiat restitutio de aliquibus robariis factis a parte[g] pronuntiationis citra predicti domini Galeaz usque ad diem prononciationis facte per ipsum dominum archiepiscopum. De illis vero robariis, que facte essent a tempore prononciationis citra ipsius domini archiepiscopi, ipse vicarius
35 bayliam habeat inquirendi, procedendi, pronunciandi et condempnandi ad suam liberam voluntatem. Que restitutio fiat per unam partem alteri parti seu per aliquem vel aliquos de dictis partibus alteri parti vel alicui dictarum partium.

30. Item precepit etc., quod domino Ubertino de Lando fiat restitutio de ablatis sibi per dominum Zaninum Schotum arbitrio dicti vicarii.

40 31. Item precepit etc. ut supra, quod reservatis et in sua firmitate manentibus omnibus aliis capitulis summaria ratio fiat domino Bernabovi de Lando de bonis et rebus, quas asserit sibi fore derobatas tempore pacis in domo in qua habitabat in civitate Placentie per Ottonem et Bonzanochum de Malecosis et per quosdam alios eorum socios.

45 32. Item illud idem fiat domino Guilelmo de Septimis de illis bonis et rebus, quas dicit ei fore derobatas et ablatas tempore pacis ante pronunciationem factam per supradictum dominum Galeaz contra Curradollum de Roncheto Vener(is), Iohannem

1225. c) quamsi *F.* d) exnunc *sequitur delet. in fine lineae F.* e) prohibentium *F.* f) vinis *F.* g) *sic F.*

de Maxerata, Bastardum de Balbis, Azotum de Montepeyoris filium Fatii Malfitii, Iacobum de Roncheto Vener(is) et alios, qui reperirentur culpabilles de supradicta robaria.

33. Item predictus dominus archiepiscopus comisit et comittit petitionem, quam faciunt dominus Philipus et Guilelmus de Fulgosiis continentem, quod ipsi omnes [et] eorum consortes restituantur et pro restitutis habeantur in possessionibus et quasi omnium bonorum, que habent seu habere debent in Florenzolla vel eius terratorio[h] secundum formam sententie et litterarum domini imperatoris etc. ut supra. Et faciat idem vicarius quod de iure et cum honore sui facere potest.

34. Item precipit etc. ut supra, quod super[i] petitione, quam facit dominus Ubertinus de Cario continente, quod restituatur in eo iure, quod habebat in gabella salis comunis Placentie secundum formam pronunciationis predicti domini Galeaz, fiat et fieri debeat illud quod ius postulat et requirit. Et super hoc summarie procedatur.

35. Item precepit etc. ut supra, quod super petitione continente, quod omnia privilegia [et immunitates][k] concessa et concesse predicto domino Ubertino et predictis de eius parte, de quibus supra sit mentio, per dominum imperatorem serventur et executioni mandentur secundum formam litterarum et privilegiorum ipsius domini nostri imperatoris, fiat et illa privilegia serventur, prout de iure servari debebunt.

36. Item precipit etc. ut supra, quod omnia statuta et ordinamenta, que facta essent contra predictos dominum Ubertinum vel aliquem predictorum de parte sua, de quibus supra sit mentio, post excommunicationem dicti domini Ubertini et suorum cassentur et sint cassa. Et quod alia statuta abinde retro facta similiter cas[s]entur et de novo fiant alia statuta, si videbitur domino vicario et consilio civitatis Placentie.

37. Item precepit etc. ut supra, quod omnes imunitates que concesse essent ab hinc retro per comune Placentie alicui singulari persone, colegio seu universitati, castro, ville vel loco, cassentur et annullentur et non valleant nec teneant et quod de cetero non dentur nec concedantur. Et exnunc cassat et irritat et precipit et arbitratur etc. ut supra, quod per consilium generale Placentie incontinenter cassantur et irritantur.

38. Item dictus dominus archiepiscopus arbiter et arbitrator et amicabillis compositor ut supra reservat sibi potestatem et bayliam iterum arbitrandi, arbitramentandi et amicabiliter componendi inter dictas partes et quamlibet de dictis partibus et similiter interpretandi et declarandi, corigendi et emen[d]andi semel et pluries et totiens, quotiens ei placuerit et videbitur expedire, omnia et singulla capitula, super quibus dixit, precepit, arbitratus et arbitramentatus seu amicabiliter compositus fuit, si aliqua dubietas et contencio orierit inter dictas partes in predictis vel aliquo predictorum, et tollendi et mutandi dicta capitula et quodlibet predictorum, si presens esset. Et si presens non esset, omnem bayliam et actoritatem, quam habet occasione dicti compromissi in predictis omnibus et singullis, commictit predictis dominis Mapheo vicario Mediolani et Galeaz eius filio vicario Placentie et unicuique eorum in solidum, ad hoc ut occupantis condictio non sit melior et quod unus inceperit, alter possit assumere[l] et finire.

39. Item prorogavit compromissum factum in eum inter dictas partes ad unum annum exnunc proxime instantem et servat sibi omnem auctoritatem et bayliam prorogandi compromissum in eum factum per dictas partes semel et pluries et totiens quotiens ei videbitur expedire.

1225. h) *sic F.* i) *supra lineam F.* k) *desunt F.* l) acssumere *F.*

1226. *PAX CIVITATIS BOBIENSIS.*

Servatur l. c. fol. 8'—10. Edidit Doenniges l. c. II; 76 nr. 30. (P. deest.)

In nomine Domini amen.

MCCCXIII, indictione XI, die XXI. mensis Aprilis. Reverendus pater dominus B(alduinus) Dei gratia[a] sancte Trevensis[b] ecclesie archiepiscopus, frater serenissimi principis domini nostri domini H(enrici) eadem gratia Romanorum imperatoris semper augusti, arbiter et arbitrator et amicabillis compositor de questionibus et discordiis vertentibus et que verti posent inter nobillem virum dominum Coradinum marchionem Mallaspinam vicarium civitatis Bobi[i] pro imperialli magiestate et omnium et singulorum dicte civitatis Bobii et consilii civitatis Bobii pro parte imperialli, eorum nominibus et omnium et singullorum eis adherentium ubicumque existentium in civitate et districtu Bobii ex una parte et dominum Varzium Burgisium, Petricium de Villana, Agugnium de Granayrolla, Colombinum de Varzeco, Francischum de Dezia, Bernardum Lexerium, Obertinum de Verzcio, Iohaninum de Verzcio, Iohanninum de Yxoppo, Guilelmum de Dezia, Iacobinum de Dezia, Franzium de Dezia, Guilelmum de Yxoppo, Colombinum Yxoppum, Sachum de Yxoppo, Ragalliam de Ruffio, Ugolinum de Porta Frangullia, Laurentium de Salla, Girardum de Arcellis, Iohaninum de Sancto Salvatore, Francischum de Pasqualli, Guidotum Lexerium, Iohaninum de Cino, Colombinum de Ruanzo, Petrum Carbonum, Obizium Carbonum, Guncinum de Cancra, Ugorinum de Malparente, Petrum de Layguaria, Colombinum de Sancto Ambrosio, Iacobinum fratrem eius, Petrum Fornarum, Tonsum de Gixulfis, Ugorinum de Faravello et Simonem Olcelum de parte extrinseca Bobi[i], eorum nominibus et nominibus omnium et singulorum eis adherentium ubicumque existentium et ipsius partis ex altera parte, Addendo aliis preceptis et arbitramentis alias per eum factis inter predictas partes[1] iterum fecit et facit infrascripta precepta, arbitria et arbitramenta et amicabilles compositiones[c] et ea omnia et singulla precepit et precipit debere per predictas partes attendi et observari sub penna et pennis in compromisso appositis:

1. Inprimis precepit et arbitratur et arbitramentatur amicabiliter componendo, quod castrum Zanatarelli et tur[r]es de Bobio muniantur per predictum reverendum patrem quam citius fieri potest et ad eius beneplacitum et in eius forciam et bayliam perveniant et per suos nuntios et custodes custodiantur. Et quod illi qui tenebunt vel tenent predictum castrum Zanatarelli et turres de Bobio teneantur asignare dictum castrum et turres nuncio seu custodibus dicti domini archiepiscopi, quos ille duxerit transmitendos.

2. Item precipit etc., quod omnes et singulli de parte[d] . . . . , qui sunt expulsi extra terram Bobii, infra XV dies, postquam dictus Ubertinus de Lando et illi de sua parte reducti fuerint in civitatem Placentie, redducantur et restituantur in dicta terra de Bobio et in possessionibus omnium bonorum immobilium et iurium, que tenebant et possidebant vel quasi tempore quo expulsi fuerunt de dicta terra de Bobio, salvo iure proprietatis cuiuslibet.

3. Item precipit etc., quod omnes processus, banna et condempnationes criminales tam occaxione omicidiorum, robariarum, incendiorum quam cuiuscunque alterius criminis occaxione facti et facte seu pronunciate contra predictos de Bobio a tempore, quo exiverint dictam terram de Bobio, cassentur et pro cassis habeantur et exnunc eos et

1226. a) *sequitur* Tr *delet. F.* b) *sic F.* c) compositores *F.* d) *sequitur lacuna trium verborum spatium adaequans F.*

1) *Cf. inscriptionem pag. 1280 lin. 16 sq.*

eas et ea cassat et irritat, ita quod de libris comunis Bobii tollantur et deleantur absque alia prestatione pecunie.

4. Item precepit etc., quod omnes asignationes et dationes in solutum facte et date de bonis predictorum de Bobio a tempore, quo expulsi fuerint de dicta terra de Bobio, cassentur et irritentur et pro cassis et irritis habeantur. 5

5. Item precipit etc., quod predicti expulsi de terra de Bobio absolvantur et pro absolutis habeantur ab omnibus mutuis, fodris, talliis aliisque omnibus per comune Bobii hinc retro impositis et debitis contractis dicto tempore, quo stetere et stabunt extra terram de Bobio.

6. Item in dicta terra de Bobio sint duo consilia, unum videlicet generalle et 10 aliud sapientum. Et quod numerus et persone ipsius seu ipsorum consiliorum sit arbitrio capitum dictarum partium, ita quod presentatio ipsorum consiliorum fiat vicario dicte terre et ipsos consiliares ponat et constituat[e] consiliares consilii sapientum.

7. Item precepit et arbitratus fuit etc., quod in dicto consilio generalli sint CL consiliarii, medietas cuius consilii eligatur per capud unius partis et suos et alia 15 medietas per capud alterius partis et suos. Et quod maior pars dicti consilii seu aliorum consiliorum, qui essent presentes, quando consilium esset congregatum, more solito habeat plenam bayliam et facultatem omnia ea et singulla dicendi, statuendi et reformandi, que eis pro utilitate dicti comunis videbitur expedire. Salvo quod aliquid non possint ordinare, quod sit vel esse possit contra predicta vel infrascripta precepta 20 vel aliquid eorum. Et quod de dicto consilio non sit nec esse debeat aliquis, qui non sustineat onera et facultates comunis Bobii, nisi ei [sit] prestita imunitas per predictum reverendum patrem, nec aliquis possit esse de dicto consilio, qui sit minor XV annis. Et quod consiliarii, qui fuerint electi per predictos ut supra, non admitantur ad dictum consilium, nisi prius fuerint presentati dicto vicario et eorum electio per ipsum fuerit 25 examinata et confirmata.

8. Item precipit etc., quod omnes officiales qui sunt in dicta terra cassentur et quod omnia officia et honores, que sunt solita dari ad brevia in ipso consilio, more solito dentur per sortes et electiones per consiliares electos.

9. Item dictus dominus archiepiscopus arbiter et arbitrator ut supra reservat 30 sibi potestatem et bayliam iterum arbitrandi et arbitramentandi inter dictas partes et quemlibet de dictis partibus et similiter interponendi, declarandi, corigendi et emendandi semel et pluries et totiens quotiens ei videbitur et placuerit, [super] quibus dixit, precepit, arbitratus et arbitramentatus fuit, si aliqua dubietas vel contenctio orierit inter dictas partes in predictis vel aliquo predictorum, et etiam tollendi et mutandi 35 dicta capitula et quodlibet predictorum, si presens esset. Et si presens non esset, omnem bayliam et auctoritatem, quam habet occaxione dicti compromissi in predictis omnibus et singulis, comittit predictis dominis Matheo vicario Mediolani et Galeaz eius filio et cuique eorum insolidum etc.

10. Item prorogavit[f] compromissum factum in eum inter dictas partes ad unum 40 annum proxime instantem et reservat sibi omnem auctoritatem et bayliam prorogandi[g] compromissum in eum factum per dictas partes semel et pluries et quotienscunque ei videbitur expedire.

1227. *PAX CIVITATIS LAUDENSIS.*

Servatur l. c. Edidit Doenniges l. c. II, 78 nr. 31. *(P. deest.)* 45

¦ H¦ec sunt precepta facta per reverendum patrem dominum Balduinum archiepiscopum Treverensem, fratrem domini imperatoris etc., inter comune et homines et partem

1226. e) contituares *F.* f) prorongavit *F.* g) prorongandi *F.*

intrinsecham civitatis Laude ex una parte et dominos Fanonum de Treseno, Simonem de Sommaripa et Basanum Airoldum et alios de parte extrinsecha, que appellatur pars de Sommaripis et de Treseno, ex altera:

1. Inprimis precepit etc., quod inter predictas partes et omnes et singulos illarum 5 partium amodo sit et esse debeat pax et perpetua bona voluntas.

2. Item quod ipse partes vicissim una alteri et altera alteri et omnes dictarum partium seu legiptima persona pro eis facere debeant et faciant sibi vicissim pacem, perdonationem et finem et pactum de non petendo et non agendo et omnium suorum iurium et iniuriarum remissionem de omnibus et singulis tractatibus, machinationibus, 10 insultibus, homicidiis, incendiis, guastis et dampnis, de quibuscunque aliis offensionibus, iniuriis tractatis, machinatis, datis, factis et illatis seu etiam perpetratis ab una parte in alteram seu ab aliquo vel aliquibus unius partis in aliquam vel aliquos alterius in personis vel rebus aliquo modo. Ita quod amodo nullam offensionem vel iniuriam faciant nec fieri faciant sibi vicissim nec litem seu questionem vel controversiam aliquam 15 moveant seu agant una pars adversus alteram predictis occasionibus nec aliqua earum, sed amodo ipse ambe partes et quilibet earum quieti et pacifici sint et permaneant omni tempore. Et hoc cum promissionibus et obligationibus et renunciationibus et clausulis et tenoribus consuetis.

3. Item quod castra Somalie, Collonii et Sachogniagi libere perveniant et 20 dimittantur custodie [et][a] dispositioni magnifici militis domini Mathei Vicecomitis Dei gratia Romanorum imperatoris [H(enrici) semper augusti][a] et sacri imperii in Mediolano et comitatu vicarii generalis. Et quod ipse partes et quelibet [pars vel quilibet][a] earum et ipsi de ipsis partibus et quilibet eorum debeant et teneantur curare et facere [curari][a] cum effectu hinc ad decem dies proximas, quod ipsa castra perveniant et libere relin-25 quantur custodie [et] dispositioni prefati domini Mathei. Que castra predictus dominus Matheus recipiat, retineat et custodiat nomine prefati domini imperatoris.

4. Item[b] quod dicti domini Fanonus, Simon et Bassanus et omnes, qui cum eis [et de eorum parte fuerunt, prestent][a] et prestare debeant et teneantur securitatem seu satisdationem viginti millium marcharum argenti hinc ad tres dies in manibus 30 prefati domini Mathei de non faciendo fugam de civitate et de stando perpetuo in fidelitate et subiectione domini nostri domini imperatoris et imperii, et de non veniendo perpetuo contra statum vel honorem prefati domini imperatoris et sacri imperii aut fidellium ipsius, de essendo opere et facto contra quascunque personas agentes contra dominum imperatorem et sacrum Romanum imperium vel fidelles ipsius.

35 5. Item quod predicti domini Fanonus et Simon et omnes de eorum parte seu omnes et singulli, qui sunt et apellantur de parte illorum de Somaripa et de Treseno, seu adherentes eis amodo teneantur et debeant innimicari et guerram viriliter facere omnibus et singulis de parte illorum de Fixiraga et illis de Fixiraga et maxime illis de dicta parte[b] de Fixiraga[c], que stant et habitant seu conversantur et stabunt, habita-40 bunt et conversabuntur in castris de Cavenago et Maleo episcopatus Laude et omnibus aliis dicte partis de Fixiraga in quibuscunque locis habitantibus et conversantibus et omnibus aliis inimicis et rebellibus sacri imperii, ubicunque sint et existant.

6. Item quod prestita dicta cautione et dictis castris libere commissis custodie et dispositioni prefati domini Mathei ut supra, quod ipsi Fanonus, Simon et Bassianus a 45 carceribus relasentur secundum modum et formam contentam in predicta satisdacione seu cautione, de qua superius fit mentio ab eis recipienda.

7. Item quod predictis peractis omnes et singuli carcerati utriusque partis libere relaxentur absque aliqua prestatione pecunie, salvo pro expensis cibi et potus infra

1227. a) *uncis inclusa corrosa sunt F.* b) Item — parte *alia manu scripta F.* c) Fixaraga *F.*

tres dies post predicta peracta. Salvo quod nulus de Fixiraga seu de parte sua seu ex adherentibus ipsi[d] parti de Fixiraga, qui sit seu foret captus per aliquam ipsarum partium seu per aliquem ex eis, debeat relaxari, sed consignetur in fortia dicti domini Mathei infra predictum terminum trium dierum. Qui autem sint de parte dictorum de Fixiraga, relinquatur et sit in determinatione et dispositione dicti domini Mathei, cui 5 exnunc ipse reverendus pater dominus Balduinus arbiter et arbitrator et amicabillis compositor ut supra predicta committit.

8. Item precepit et precipit et arbitratur amicabilliter componendo, quod presens pax non sit precepta nec aliquid ex predictis vel infradictis se extendat ad Antonium de Fixiraga nec aliquos seu aliquem de sua parte nec de sibi adherentibus nec in 10 eorum favorem. Imo ab omnibus beneficiis presentis compositionis et pacis penitus sint remoti, quousque illi de illa parte ad mandata et obedientiam dicti domini nostri domini imperatoris redierint. Qui autem sint illi de dicta parte de Fixiraga, relinquatur dispositioni et determinationi predicti domini Mathei, cui exnunc predictam determinationem et declarationem committit[d]. 15

1228—1231. QUITATIONES DE PECUNIA SOLUTA.

1313. Apr. 23.—Mai. 19.

Quitationes nuntiorum imperialium proponimus ad editionem, quam ex autographis accuratissime ut videtur descriptis paravit Kopp 'Archiv für Kunde österreichischer 20 *Geschichtsquellen' VI (1851) pag. 197 sq. nr. 143—146.*

Cf. mandatum imperatoris supra nr. 912.

1228. *QUITATIO PRIOR PRO CIVITATE TURICENSI.* *Apr. 23.*

Autographon superest in tabulario reipublicae Turicensis. Pendet sigillum.
(P. deest.) 25

Allen die disen brief sehen oder hôren lesen kûnd ich her Ebirhart von Burgelon frye . . dez Rômschen keisers lantvogt, de ich von dene erbrn lúten dem rât und den burgern Zúrich gemeinlich ane die ritter alleklichen bin gewert sechshundert und vierzig mark gûtes silbers Zúrich gewicht. Und ist dez selben worden, als ich do beschiet, hern Chûnrate von Tengen fryen drúhundert mark, Johanse von Landesberg zwei- 30 hundert und zwoundzwenzig mark, hern Willeheln von Schônnenberg ritter achzehen mark. So han ich den burgern abe gezalt und abe geslagen hundert mark silbers, die si vor mâl dem keiser hatten gericht. Und hier ubir ze einem wâren und stêten urkúnde so gib ich den vor gnanden burgern disen brief besigilt mit minem ingesigel offenlich. 35

Diz geschach und wart dirre brief geben ze Zúrich, do man zalt von Gottes gebúrt drúcehenhundert jar dar nâch in dem dricehenden jar, an dem nêchsten Meentage nâch uzgender Osterwuchen.

1227. d) ipsi — committit *alia manu scripta F.*

1229. *QUITATIO PRO CIVITATE CONSTANTIENSI. Mai. 11.*

Autographon servatur in tabulario civitatis Constantiensis. Sigillum desideratur. (P. deest.)

Ich her Eberhart von Búrgelon ain frie vogt zu Costentz vergihe des offenlich
5 an disem briefe, daz die êrebären lúte . . der burgermaister, . . der amman, der rat und die burger gemainlich der stat ze Costentz mich an den fúnfhundert marken, so si mit mir und maister Herman von Stokka korherren ze Costentz und des Rômschen kaiser Hainriches schriber an des vorgenanten kaiser Hainriches stat úberain kament ze gebenne, hundert marke silbers lôtiges Costendzer gewäges lieplich und gůtlich
10 und ganzelich gewert hant. Und zainem verbúude der warhait und zainer stäten sicherhait so gibe ich der vorgenante her Eberhart von Búrgelon min insigel an disen brief.

Der wart geben ze Búrgelon, do man zalte von Gottes gebûrte drúzehenhundert jare und in dem dreizehenden jare darnach, an sant Gangolfes tage.

15 **1230.** *QUITATIO ALTERA PRO CIVITATE TURICENSI. Mai. 19.*

Servatur autographon in tabulario reipublicae Turicensis. Pendet sigillum. (P. deest.)

Allen die disen brief sehen oder hôren lesen kúnd ich her Chûnrat von Tengen der junger frye in Chostenzer bischthûme, dc ich von den erbern lúten . . dem rât
20 und den burgern von Zúrich gewert bin und enpfangen han von in drúhundert mark gûtes silbers Zúrich gewicht, die si mir lobten ze gebenne von der stúre wegen . . dez Rômschen keisers, als si geheissen und gebetten wurden von dem ediln man hern Ebirhart von Búrgelon dez kaisers landvogte und von meister Herman von Stocka dez keisers schriber, die von dem kaiser dar zû gesetzet und bescheiden wurden. Und
25 hier ubir ze einem wâren unde stêten urkúnd so gib ich den vor gnanden burgern Zúrich disen brief besigilt mit meinem ingesigil offenlich.

Diz geschach und wart dirre brief geben Zúrich, do man zalt von Gottes geburt drúcehenhundert jar dar nâch in dem dricehendem jar, an dem Samstage vor sant Urbans tult.

30 **1231.** *QUITATIO PRO SWITENSIBUS.*

Autographon servatur in tabulario Switensi. Sigillum deest. Signo chronologico caret, sed certe huic tempori vindicandum est. (P. deest.)

Ich her Eberhart von Burgelon tûn kunt allen dien die disen brief sehent oder hôrent lesen, daz ich die landlút von Switz ledig han verlan umb sehzig pfunde phennige,
35 die sú mir gelten soltan. Und daz diz war ist, dar umbe so henke ich min insigel ze einem offen urkunde der vor gescribenun rede an dizen gegemôrtigen brief.

1232. UNIO COMITUM PALATINORUM SUPER IURE ELECTIONIS.

1313. Iun. 21.

Denuo contulimus autographon, quod asservatur in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. Edidit Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 217 nr. 248. — Böhmer, Reg. 1246—1313 Reichssachen 311. Regesten der Pfalzgrafen 1711 et 1879. *(P. deest.)*

(1) Wir Rudolf von Gotes genaden pfallentzgraf bi dem Rein und hertzog in Beyern tůn chunt allen den die disen brif ansehent oder hőrent lesen, daz wir willichlichen und gern mit gůtem rat friuntlichen uns für uns und unser erben verriht haben und unser hausfrawen Mehthilt mit unserm liben brůder Ludwigen pfallentzgrafen bi dem Rein und hertzogen in Bayern und er sich herwider für sich, sein hausfrawen Beatricen und ir erben umb alle die sache, di wir und unser vorgenanter brůder mit anander ze schaffen heten bis auf den hiutigen tag also, daz wir und unser liber brůder einen lieplichen zůwurf getan haben an dem Rein ůberal und ze Bayern, ze Ősterrich und ze Swaben und swa wir erbe haben an læuten und an gůten, herscheft und sweliherlaye gůt ez sei, chlain oder groz, lehen oder aigen, besůht und unbesůht, also daz wir gemaynchlichen mit anander besitzen, haben und niezzen sůln und in unserr herscheft beleiben und mit anander leihen und geben, diu weil wir leben. Und wir hertzog Růdolf sůln diu wal haben an der chůr dez reiches, diu weil wir leben. (2) Ist auch daz unser liber brůder Ludwich uns ůberlebt, so sol er der vorgenanten land und herscheft an dem Rein und ze Bayern herre sein untz an seinen tot und sol auch diu wal haben an der chůr dez reiches, und sůln unser chint mit im noch mit seinen chinden dehainen tayl sůchen noch vordern, diu weil er lebt. Wær auch daz wir unsern liben brůder ůberlebten, so sůln wir im und seinen chinden, ob er chinde gewinnet, daz Got gebe, elliu diu reht stæt und veste behalten und uns[a] seiniu chint herwider, als sich unser brůder Ludwich vor gen uns und unsern chinden verpunden und verschriben hat. (3) Swenne auch wir und unser liber brůder bede niht sin, so sol der eltiste under unser baider chinden diu wal haben an der chůr dez reichs, diu weil si ungetailt mit anander sint. Vordernt aber si iren tayl anander, so sůln si geleich tailen bi dem Rein und ze Bayern und swa si in andern landen læut und gůt habent, und sol ir dehainer weder eltær noch iungerr bezzer reht haben weder an der wal noch an dem gůt noch an der herscheft vor dem andern, und sweliher an diu wal mit rehtem tail gevellet, der sol dem andern oder den andern als lieplichen und als friuntlichen diu vorgenanten wal widerlegen mit anderm gůt oder herscheft, daz er oder si ez für gůt haben. (4) Ez stet auch an uns hertzog Rudolfen, wa wir unserr[b] liben hausfrawen oder unsers liben brůders hausfrawen ir beder widerlegung, widem und morgengab geben ez sei ze Bayern oder an dem Rein und in swelhem vitztumampt ez sei in Bayern oder an dem Rein wir unserr liben hausfrawen geben ir widerlegung, widem und morgengab, daselben sůln wir auch unsers liben brůders hausfrawen geben ir widerlegung, widem und morgengab. (5) Ez sůln auch alle die, di unser helfer und dienær gewesen sint in disem chrieg, si sein herren oder dienær, arm oder reiche, unsers liben brůderlins an allerlaye geværde huld und gnad haben gar und

1232. a) *corr. ex* ims *or.* b) *ultima* r *corr. ex* n *or.*

gæntzlichen. Also sûln herwider besunderlich unser herre der bischof von Eystet, sin goteshaus und sein dyenær und alle die, di unsers liben brûder helfer und dyenær gewesen sint in demselben chrieg oder in den sætzen, die zwischen uns gewesen sin unz her, ez sein herren oder dyenær, reiche oder arm, an allerlaye geværde unser huld 5 haben gar und gæntzlichen. (6) Und daz diu vorgeschriben teidinch und der gemain und friuntlich zûwurf stæt, veste und unzerbrochen beleibe, haben wir einen ayt ze den hayligen gesworn und mitsampt uns unser liber swager graf Gerlach von Nazzawe und unser getriwe Herman von Haldenberch, Rudolf von Haslang und Gôtfrid der Pæuler unser vitztûm ze Bayern und an dem Rein. So hat herwider gesworn unser 10 vorgenanter brûder Ludwich mit sein selbs leip, den vorgenanten zûwurf und teidinch stæt ze haben, als vor geschriben stet, und mit im graf Berhtolt von Graispach, graf Berhtolt von Neyffen, Berhtolt der truchsætze von Chûllental und Weigel der vitztum von Amberch. (7) Wir und unser brûder mûgen und sûln zû den vorgenanten teidingen setzen mit gemainem rat, davon alle unser sache gebezzert werden. Swie 15 ez auch get, so sûln di vorgenanten teidinch und zûwurf stæt beleiben als wir gesworn haben und sûln noch mûgen niht ûbervarn werden. Und darûber ze urchûnd geben wir disen brîf mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist ze Mûnchen, da man von Christes geburt zalt dreutzehenhundert jar darnach in dem dreitzehenden jar, dez næhsten pfintztags vor sant Iohannes tag ze 20 sunwenten.

1233—1238. ACTA CIVITATIS TERVISINAE.

1313. Iun. 23.—Sept. 10.

Cf. supra nr. 937. 983 et 989.

1233. *PROVISIONES CIVITATIS. Iun. 23.*

25 *Denuo contulimus codicem saec. XVII. bibliothecae Tervisinae 'Raccolta Scoti tom. IV', quem iam supra ad nr. 629. 630 edendos adhibuimus, pag. 117 et 121, ubi sumptae sunt 'da un Libro di Riformazioni della Cancelleria del Comune di Treviso segnato Riformazioni nr. 2, 1313. 1314' hodie deperdito fol. 29. Edidit Verci 'Storia della marca Trivigiana' V, 211 nr. 574.* *(P. deest.)*

30 Die sabbati XXIII. intrante Iunio.

Consilio trecentorum comunis Tervisii in palatio minori comunis Tervisii coram nobili et potenti milite domino Bartholomeo de Guidozanis honorabili potestate Tervisii . . . .[a] congregato, proposuit idem dominus potestas . . . .[a] ad formandum responsionem fiendam ambaxatoribus domini imperatoris in consilio CCC . . . .[a] ad providendum super amba35 xata per Marcum de Adelmario in consilio CCC exposita, qui nuper venit de curia domini imperatoris, et super consilio dato per certos officiales curie dicti domini imperatoris . . . .[a]

1. Hec est provisio facta per certos sapientes electos per curias domini potestatis secundum formam consilii CCC ad formandum et providendum super facienda respon40 sione ambaxate in consilio CCC alias exposite ex parte domini imperatoris per venerabilem virum dominum fratrem Guilielmum abatem de Lucedio et Ticinum de Colle

1233. a) *ita c.*

ambaxatores dicti domini imperatoris super eo quod petebant et requirebant auxilium hominum armatorum a comune Tervisii prestandum domino imperatori, prout ipsius honori et communis Tervisii videretur convenire.

2. In primis providerunt concorditer predicti sapientes, quod respondeatur predictis ambaxatoribus in hunc modum, videlicet quod super ambaxata alias exposita per dictos 5 ambaxatores domini imperatoris communi Tervisii exponatur ipsis ambaxatoribus, quod eis placeat et dignetur dictum comune et homines civitatis Tervisii comendare pedibus serenissime maiestatis.

3. Item super requisitione per eos facta comuni Tervisii de prestando dicto domino imperatori subsidio hominum armatorum, respondeatur eis, quod libenter complacerent 10 eidem domino imperatori circha eorum requisitionem, si possent. Sed propter multa et diversa intolerabilia onera expensarum, que civitas Tervisii retroactis temporibus XXX annis nuperrime elapsis sub tirannico dominio constituta oppressa sustinuit, necnon etiam propter gravia guerrarum discrimina, que a circunstantibus dicte civitati incurrere videntur ad presens, civitas predicta non immerito pertimescit, cum publice asseratur 15 et habeatur pro firmo, quod intendit dominus comes Goricie ipsam civitatem suo dominio tirannice subiacere. Quare occasionibus evidentibus superius assignatis dignetur imperialis clementia predictam civitatem Tervisii et homines eiusdem ab huiusmodi requisitione habere racionabiliter excusatos.

4. Hec est provisio facta per certos sapientes electos per curias domini potestatis 20 ad providendum super ambaxata exposita per Marcum de Adelmario notarium ambaxatorem comunis Tervisii transmissum ad curiam domini imperatoris, qui nuper venit de curia, et super consilio dato per certos officiales curie dicti domini imperatoris et super litteris et novis missis de partibus Foriiulii per dominum Rigum Carbonensem militem dicti domini potestatis, qui superest ad custodiam de Cavolano et aliorum locorum et 25 confinium districtus Cenetensis pro comuni Ter(visii):

5. In primis providerunt predicti sapientes quod per comune Tervisii super aliis verbis et ambaxatis retroactis per Marcum de Adelmario de curia domini imperatoris ad presens supersedeatur, donec aliud habebitur ab ambaxatoribus missis domino . . . . . .[b] comiti de Goricia et quousque venerint dominus Dominicus de Ultramontibus, Millan- 30 cius de Bononia, Zafredus de Pistorio et Iohannes de Castignono ambaxatores domini imperatoris, qui veniunt Tervisium.

. . . .[c]

6. Super provisionibus factis per certos sapientes super ambaxata exposita per Marcum de Adelmario et consilio dato per officiales domini imperatoris et litteris domini 35 Rigi firmatum fuit per CL in concordia, LXIX in contrarium existentibus et duobus in conscientia, prout consuluit dictus dominus Petrus Ancianus. Qui consuluit quod provisiones predicte sint valide et firme, excepto quod provisio facta, ubi dicitur quod si necesse esset omnino, quod nos requireremus adiutorium ab aliquibus etc., ad presens pendeat, cum in ea non specificent, a quibus debeat preberi et haberi. 40

7. Super provisione mittendi religiosos in curiam domini imperatoris firmatum fuit per CLXXXXI in concordia, XXVIIII in contrarium existentibus, prout consuluit dominus Petrus Ancianus predictus. Qui consuluit quod valeat dicta provisio et mittantur duo viri religiosi ad curiam domini imperatoris pro tractandis negociis in curia ipsius domini imperatoris pro utilitate et stato pacifico civitatis Tervisii et quod sit in arbitrio 45 domini potestatis et eius curie de nunciis mittendis pro ambaxatoribus, qui sunt in curia domini imperatoris, ut Tervisium valeant libere remeare, quandocumque eis videbitur expedire.

1233. b) *ita c.* c) *hic nonnulla ex Provisionibus ad has res non spectantia omisimus.*

1234. *PROVISIONES CIVITATIS ALTERAE. Ind. 4.*

Item pag. 130 sumptas ex eodem Libro fol. 34 contulimus (= Verci l. c. VI, 6 nr. 578). (P. deest.)

Die[a] quarto intrante Iulio.

Consilio trecentorum comunis Tervisii in minori palatio comunis etc. [primo][b] petiit consilium exhiberi super litteris domini ducis Venetiarum pro parte ipsius missis domino potestati et comuni Tervisii in presenti consilio vulgariter expositis et perlectis, cum per curias dicti domini potestatis, ancianorum et consulum et consilium XL firmatum extiterit, quod dicte littere proponantur ad presens consilium trecentorum. Secundo super provisionibus factis per certos sapientes electos per curias dicti domini potestatis ex vigore reformationis consilii trecentorum lectis in dicto consilio vulgariter et distincte, cum per dictum consilium trecentorum firmatum fuerit, quod dicte provisiones proponantur ad consilium trecentorum.

Quarum provisionum tenor talis est:

In Christi nomine amen.

Super ambaxata alias exposita et retracta per Marcum de Adelmario notarium in consilio trecentorum super facto domini imperatoris et responsione facienda ipsi domino imperatori super negocio, de quo tractatum est et tractatur inter dominum imperatorem et Tervisinos, providerunt sapientes super hoc electi, quod per comune Tervisii mittantur prudentes et discreti viri religiosi vel ecclesiastice persone ad curiam domini imperatoris, exponendo umiliter et devote imperatorie maiestati, quomodo cives Tervisini post eius adventum in partibus istis fuerunt semper obedientes et devoti et subiecti imperiali celsitudini et vicario suo dato et deputato eisdem, et quomodo ille vicarius dominus Rizardus de Camino pretextu imperialis maiestatis extorsit sepe et sepius innumerosam ac importabilem pecunie quantitatem a civibus Tervisinis, quam ipse suus vicarius asserebat de necessitate mittendam ad curiam domini imperatoris, et in tantum fuit lac subtractum ab eisdem civibus, quod sanguis ex verberibus exalavit, ita quod vere cadebat proverbium in civibus Tervisii, qui nimium emungit, sanguinem elicit[1]. Postmodum mortuo dicto suo vicario domino Rizardo de Camino successit sibi frater suus dominus Guecello de Camino, qui cives Tervisii tam afflictos et confractos de levi sibi subiecit licet invitos et tenuit captivatos, quousque Deus per suam potentiam et misericordiam ab eius dominio [eos][b] liberavit. Verum est quod postquam sic dicti domini Guecellonis potentiam evaserunt, nimium sunt afflicti gravibus oneribus et expensis per dominum comitem Goricie, qui est cognatus ipsius domini Guecellonis, et per potentiam Paduanorum, qui sunt ex alio latere, cum quibus dominus Guecello de Camino contraxerat societatem invitis Tervisinis. Ita quod civitas Tervisii usque modo permansit tanquam navis in mari fluctuanti posita sine regimine atque velis, unde vere flebiliter potest dici, quomodo sedet sola civitas[2] Tervisii, que iam floruit divitiis, potentia et virtute[c], usque ad exterminium nunc deducta. Quare flexis genibus ac prona devotione et precibus lacrimosis cives Tervisii ad pedes imperialis maiestatis cadentes imperiali clementie et celsitudini, que semper suos subiectos nutrire et fovere misericorditer consuevit, supplicant reverenter, humiliter et devote, quatinus clementia imperialis exaudiat et sublevet cives Tervisii tantis detentos oneribus et oppressos et dignetur per immensam clementiam prefatos cives Tervisinos sinere et dimittere in eo statu in quo nunc sunt saltem usque ad annum. Et ad hoc postulandum non immerito

1234. a) (predicto) *add. c.* b) *excidit c.* c) *sequitur* modo *c.*

1) *Prov. 30, 33.* 2) *Thren. 1, 1.*

de gratia speciali[d] exponunt, quod si iam aliter de eis disponeretur per culmen imperatorie maiestatis, in momento per cervicosam Paduanorum potentiam et proterviam notoriam destruerentur funditus omnino, de quo magnam perditam faceret imperialis maiestas, paratosque se offerunt cives Tervisini ad providendum camere imperiali secundum quod sibi suppetunt facultates. Et alia dicant et exponant, que circa tale negotium viderint expedire. Et oportet quod dicti nuncii cum omni festinatione celeriter transmitantur.

1235. *PROCURATORIUM CIVITATIS. Iul. 20.*

Item pag. 33 'tratta da una copia autentica posseduta da' Signori Dalla Costa abitanti in Valdidobiadene'; adnotatum est etiam 'Exemplum sumptum ex Libro membranaceo tabulis cooperto signato T *in cancellaria Communis Tarvisii existenti fol. 251 et 252' (= Verci l. c. VI, 17 nr. 586). Nomina omissa sunt. (P. deest.)*

In[a] Christi nomine [amen][b].

Anno Domini MCCCXIII, indictione XI, die XX. Iulii, presentibus dominis Biachino de Camino, Altinerio de Azonibus militibus, Rolandino et Gerardino fratribus de Bragis, Alberto de Altaflore iudicibus, Marco de Adelmario, Bonapasio de Eccelo, Bonfrancisco Tatre notariis et aliis, consilio CCC in palatio comunis Tarvisii ad sonum campane et voce preconia more solito congregato, coram presentia discreti et sapientis viri domini Dondedei de Tancredis de Bononia iudicis et assessoris ac vicarii nobilis militis domini Bernardi de Cornia honorabilis potestatis Tarvisii et in presentia illorum de curia dicti domini potestatis, antianorum et consulum et in presentia gastaldionum et supragastaldionum scolarum populi civitatis Tarvisii, de quibus due partes, scilicet consilii trecentorum et ultra et due partes curie antianorum et consulum et in presentia gastaldionum et supragastaldionum et ultra fuerunt in dicto consilio presentes, prefatus dominus vicarius et ipsi antiani et consules et gastaldiones et supragastaldiones superius nominati cum voluntate dicti consilii trecentorum ex vigore consilii supradicti et eius auctoritate, nomine et vice comunis Tervisii et hominum civitatis et districtus eiusdem, una cum dicto domino vicario et ipse dominus vicarius una et simul cum eisdem fecerunt, constituerunt et creaverunt ac ordinaverunt Marcum Gaiotum et Federicum de Ecclo notarios Tarvisinos presentes et volentes suos et dicti comunis nuncios, sindicos, actores et procuratores simul et in solidum, ita quod non sit potior conditio occupantis, specialiter ad omnia et singula infrascripta agenda, tractanda et complenda, scilicet ad comparendum coram serenissimo domino Henrico divina gratia dignissimo Romanorum imperatore ac faciendum sibi reverentiam et obedientiam, fidelitatem debitam et devotam cum omni subiectione, et ad prestandum iuramentum debite fidelitatis in omnibus capitulis et clausulis opportunis, et ad impetrandum et humiliter postulandum de gratia speciali ab imperiali clementia et imperatoria maiestate, quod civitas Tarvisii et districtus et civis eius permaneant in statu comuni, pacifico et tranquillo et quod de solita benignitate et multa misericordia civitas Tarvisii et eius districtus et cives eius ex imperiali beneficio et largitione et de gratia speciali sint immunes a collectis, a factionibus, ab exercitibus et cavalcatis et aliis impositionibus militum et peditum, sacri imperii semper honore salvo. Hec omnia cum precibus et lacrimis humiliter exorando propter graves et dinumerosas ac importabiles afflictiones et molestias, quas a multis retroactis temporibus usque modo sustinuerunt continue in personis et rebus et per inimicam rabiem indebite reportarunt, ut hoc est notorium omnibus manifeste. Et ad supplicandum humiliter imperatorie maiestati, quod celsitudo imperialis dignetur remo-

1234. d) *loco* speciali *c:* postulant et.

1235. a) *praecedunt in c:* Hoc est exemplum infrascipti instrumenti, cuius tenor talis est. b) *excidit c.*

vere et annichilare processus per curiam imperialem factos contra civitatem et commune Tarvisii et cives eius, cum revera inculpabiles extiterint de criminibus et culpis eisdem impositis et illatis. Et generaliter ad omnia alia [faciendum][b], que in predictis et circa predicta fuerint facienda seu necessaria, utilia et opportuna, et ad substituendum unum et 5 plures syndicos, procuratores et actores ad faciendum omnia et singula, que in predictis et circa predicta fuerint facienda. Promittentes prefati vicarius et consiliarii supradicti michi notario infrascripto recipienti pro sacratissimo Romanorum imperatore firma et rata habere et tenere omnia et singula supradicta et quodlibet predictorum et nullo tempore contravenire, et quidquid per predictos syndicos seu alterum eorum vel per 10 substitutum seu substitutos factum fuerit atque gestum, sub hypotheca rerum et bonorum dicti comunis Tarvisii.

(Sequuntur nomina hic omissa.)

Actum Tarvisii in palatio comunis.

Ego Petrus Viviani de Padernello sacri palatii notarius dicti domini potestatis et 15 officialis comunis Tervisii de voluntate et mandato supradictorum dominorum vicarii domini potestatis, predictorum antianorum, consulum, dominorum de maleficiis, gastaldionum et supragastaldionum scolarum populi civitatis Tervisii, consilii trecentorum et superadditorum dicto consilio interfui et scripsi.

1236. *LITTERAE NUNTIORUM IMPERATORIS. Aug. 3.*

20 *Item pag. 31 cum nota: 'L'originale in Bombacina si conserva appresso li Signori Del Corno' (= Verci l. c. VI, 22 nr. 588). Inscriptionem praebent:* Nobilibus et prudentibus viris dominis Bernardo de Cornuo potestati et ancianis comunis Tarvisii. *Cf. supra pag. 1033 not. 1.* *(P. deest.)*

Nobilibus et prudentibus viris dominis Bernardo de Cornuo potestati Tarvisii et 25 ancianis civitatis eiusdem Dominicus de Dugn[ey]o[a] miles et Milancius de Loia[b] iudex imperialis culminis legati salutem et se ipsos ad omnia beneplacita promptuosos.

Non sine admiratione persistimus, quia dum Io[h]annem de Zordano notarium civem et ambaxiatorem vestrum ad nos transmiseritis cum litteris vestris, cui ex parte vestra debebamus habere fidei complementum, remisimus eum ad vos informatum cum litteris 30 super omni eo, quod nobis visum fuerit expedire pro expeditione fidelitatis vestre facienda principi antedicto. Qui vester ambaxiator nobis promisit, quod ei iniunctum fuerat incontinenti feliciter expedire et ad nos responsionem plenariam reportare. Verum tamen nondum rediit et sub expectatione persistimus. Quare Frissintinum notarium et Sclata[c] familiares et nuncios nostros ad vos transmittimus, quibus super predictis et 35 relaxatione quorumdam nunciorum, qui veniebant ad nos, Tonsi videlicet et Rubei, adhibeatis fiducie complementum. Sic vos gerentes super predictis, sicut de vobis credimus et speramus. Et ipsos nostros nuncios vobis placeat nostri amoris intuitu celeriter expedire.

Dat. Venetiis, die tertio Augusti.

40 1237. *PROVISIONES CIVITATIS POST MORTEM IMPERATORIS. Sept. 1.—10.*

Item pag. 172 et 175 ex Libro ad nr. 1233 citato fol. 55 et 56 (= Verci l. c. VI, 26 nr. 594). *(P. deest.)*

1236. a) Dugn . . xo *c.* b) *ita c.* c) Sclata *(sic) in c.*

Die primo Septembris.

Consilio ancianorum et consulum congregato etc. firmaverunt nemine discrepante, quod nuncii qui sunt septem, qui portaverunt litteras de morte domini imperatoris ex parte comunis Florentie, comunis Bononie et comunis Padue et domini Bartholomei de Guidozanis, induantur pro comuni Tervisii tunicam et epitogium de panno valoris VIII grossorum vel usque ad X et non ultra et super indumentum uniuscuiusque nunciorum ponantur armature comunis et domini potestatis et quod predicta indumenta solvantur de denariis daciorum panis et vini de Mestre. 5

Ad que exequenda electi fuerunt infrascripti. *(Sequuntur nomina hic omissa).*

Die X. Septembris. 10

Firmaverunt anciani et consules nemine discrepante coram dicto domino potestate, quod in adventu sindicorum comunis Tervisii, qui missi [fuerunt][a] ad curiam domini imperatoris, incontinenti ubi picta erat armatura domini imperatoris super portas civitatis Tervisii, pingatur ibidem armatura comunis Tervisii et arma dicti domini potestatis et quod figure beatorum Petri et Pauli apostolorum et Liberalis confessoris et Bartholomei apostoli super omnibus portis civitatis Tervisii de novo pingantur et renoventur omnino et quod caput cuiuslibet sanctorum sit aureum. 15

1238. *PROTESTATIO PROCURATORUM BONONIAE FACTA.* *Sept. 10.*

Item pag. 173 'tratta da una pergamena della Cancellaria del Comune' (= Verci l. c. VI, 27 nr. 595). *(P. deest.)* 20

In Christi nomine amen.

Anno Domini MCCCXIII, XI. indictione, die decimo mensis Septembris. Coram vobis domino Iohanni olim de Brodariis de Sassoferrato honorabili potestati civitatis Bononie Nicolaus Gallus et Mapheus de Cathaldo sindici et procuratores substituti a Marco Gayoto et Federico de Ecelo notariis sindicis et procuratoribus comunis Tervisii, ut in carta sindicatus scripta per Petrum de Padernello notarium[1] et ut in carta substitutionis scripta manu Marchi de Adelmario notarii continetur[2], visis et lectis per me notarium infrascriptum, sindicario et procuratorio nomine dicti comunis ac nomine et vice singularum personarum civitatis predicte protestati fuerunt et dixerunt, quod offerunt se paratos parere et obedire preceptis celsitudinis imperialis domini Henrici olim Romanorum imperatoris et per eos non stat, quod ad ipsum accedant et pareant in omnibus, que tenentur et debent. Sed predicta effectualiter exequi et complere non possunt et iam iter arripuerant accedendi ad ipsum in civitate Bononie, sed quia ad ipsum absque multis periculis per partes aliquas non possunt accessum habere tum propter viarum discrimina, tum propter famam et clamosam, immo verius notoriam insinuationem et vocem comunem undique precedentem, quibus notorium taliter extat, quod nulla potest tergiversatione celari, dictum dominum imperatorem esse defunctum, et verum sit et constet nobis, eum esse defunctum, et sic non valent predicta effectualiter explicare, protestantes etiam et dicentes, quod si non accedunt ad ipsum dominum imperatorem ex causis premissis, quod per eos non stat, immo libentissime ipsum adirent ad predicta omnia et singula facienda et complenda, quod nullum comuni et hominibus Tervisii et personis singularibus antedictis debeat preiudicium generari, sed semper omne ius et excusatio atque defensiones salve sint comuni et hominibus antedictis. 25 30 35 40

1237. a) *excidit c.* 45

1) *Supra nr. 1235.* 2) *Quae servata non est.*

Actum in palatio veteri comunis Bononie super solarollo posito inter salam domini potestatis prope tondulum, presentibus dominis Nicolao quondam Bonixini notario, domino Bartholomeo notario olim domini Guilielmi de Guidozanis milite, qui dixit sibi[a] cognitos predictos sindicos et procuratores superius nominatos, Benvenuto quondam 5 domini Gabrielis de Grogno et domino Guiducio archipresbitero olim dicti domini Guilielmi de Guidozanis testibus ad hec vocatis et rogatis.

Ego Lambertus Melloni quondam Albertucii imperiali auctoritate notarius predictis omnibus presens interfui eaque rogatus scribere publice scribsi.

1239.

10 PROMISSIO ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS DE TELONEO NOVO BUNNENSI.

1313. Aug. 10.

Ineditam proponimus ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Sponheim Grafschaft fasc. 1' nr. 18. Sex sigillorum foramina adsunt; superest solum tertium 15 *sigillum, sc. Werneri de Tonburg, loro membranaceo pendens, sed laesum. Cf. supra nr. 1217. (P. deest.)*

Nos Henricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis presencia visuris et audituris notum facimus, quod cum invictissimus dominus noster dominus Henricus Romanorum imperator, tunc 20 Romanorum rex nobis pro expensis in obsequio suo et imperii factis dederit theoloneum novum in Bunna supra theoloneum hereditarium ecclesie nostre ibidem habitum et inter alia nobilibus viris Symoni et Iohanni de Spanheim[a] comitibus consanguineis nostris dilectis sex milia librarum Hallensium pro servicio ab eisdem predecessoribus dicti domini nostri imperatoris et imperio impenso recipienda deputaverit, nos cupientes 25 ipsis satisfacere de premissis recognoscimus, quod preter illa, que in uno Turonense in dicto theoloneo per nos eis pro dicta summa sex milium librarum Hallensium deputato hactenus per Iohannem eorum ad hoc nuncium deputatum receperunt, quia aliquando aliqua eis in tempore preterito prout debebatur data de ipso theoloneo non fuerunt, tam pro ipsis detentis de eadem summa quam pro servicio et expensis, quod et quas 30 in nostro et ecclesie nostre Coloniensis diebus nostris fecerunt et sustinuerunt et inantea facient, defalcatis[b] perceptis in ipso theoloneo per eosdem usque in presentem diem de summa antedicta, remanemus eisdem adhuc obligati in tribus milibus octingentis et octoginta libris Hallensium. quas ipsis demonstramus recipiendas exnunc inantea per eorum nuncium, prout hactenus consuetum est, in redditibus unius Turonensis theolonei 35 memorati, sic quod nunc inantea per nuncium suum redditus dicti Turonensis, qui est octava pars ipsius theolonei, sine cuiusvis impedimento percipiant, donec ad bonam conputacionem eis satisfiat de summa ipsis debita, ut est dictum. Et ut nobis et ecclesie nostre, pro quo eciam ipsis ex mera liberalitate nostra ipsam summam augmentavimus, sint in futurum ad obsequia firmius obligati, promittimus hec ipsis observare fraude et

40 **1238.** a) se *c.*

1239. a) *sequitur* .. *or.* b) *in corr. or.*

dolo penitus exclusis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillis venerabilium virorum Henrici prepositi Bunnensis et archidiaconi Coloniensis, Werneri de Toneburg prepositi Aquensis Leodien. dyoc., Gerardi archidiaconi Treverensis, Roperti comitis de Virnenburg ac opidanorum nostrorum Bunnensium presentibus est appensum. 5

Et nos Henricus[c] Bunnensis, Wernerus Aquensis prepositi, Gerardus archidiaconus Treverensis, Ropertus comes de Virnenburg ac opidani Bunnenses in horum ampliorem evidenciam ad preces reverendi domini nostri domini Henrici archiepiscopi Coloniensis et mandatum sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Datum in Brule, in die beati Laurencii martiris, anno Domini MCCCXIII. 10

1240. 1241. LITTERAE FLORENTINORUM.

1313. Aug. 27.—Sept.?

Proponimus ad editionem, quam e codice tabularii regii Florentini 'Signori Carteggio Missive Minutari I Cancelleria nr. 4' (= E*) paravit Bonaini 'Acta Henrici VII.' II, 278 sqq.* 15

1240. *ENCYCLICA DE MORTE IMPERATORIS. Aug. 27.*

Apud Bonaini l. c. II, 278 nr. 365 ex E *nr. 61.* *(P. deest.)*

Fratribus suis dominis ordinibus civitatis Lucane priores artium et vexillifer iustitie civitatis Florentie salutem et gaudium.

Felicissimos rumores, quos dominus Ihesus Kristus de alto nobis aliisque devotis 20 sancte matris ecclesie, veris et fidelibus kristianis, oportuna prospiciens, causam nichilominus propriam prosequendo noviter preparavit, vobis confidelibus et confratribus nostris ad tam plenum quo nullum posset esse plenius isto seculo gaudium tenore presentium nuntiamus. Videlicet quod tirannus ille sevissimus Henricus olim comes de Lucioburgo, quem ipsius matris ecclesie rebelles et persecutores antiqui, scilicet Gibellini, vestri et 25 nostri perfidi inimici, regem Romanorum et imperatorem Alamanie appellabant quique Lombardie ac Tuscie provincias iam pro parte non modica sub imperii velamento con- (Aug. 24.) sumserat et flammarat, die Veneris preterita proxime vigesimaquarta huius mensis in terra de Buonconvento diem clausit extremum, et quod Aretini et comites Guidones Gibellini versus Aretium et Pisani et Teutonici versus Pisas cum eius cadavere reces- 30 serunt omnesque Gibellini qui cum eo erant ad amicas sibi circumpositas fortilitias confugerunt. Et in horum signum evidentius rebelles nostri, qui castrum de Montevarchi tenebant, dimiserunt illud et residui se et dictum castrum ad nostram obedientiam converterunt. Congaudete igitur nobis in tam arduis tamque felicibus prosperitatibus quesumus, cari fratres. 35

Data Florentie, die XXVII. mensis Augusti, XI. indictionis.

Eodem modo scriptum est infrascriptis cardinalibus:

Reverendissimo in Kristo patri et domino domino Francisco Dei gratia Sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali devoti sui priores artium et vexillifer iustitie,

1239. c) nos Henricus *in loco raso or.* 40

populus et comune civitatis Florentie cum recommendatione se ipsos paratos ad reverentiam et honores.

Felicissimos rumores, quos dominus Ihesus Kristus de alto nobis aliisque devotis sancte matris ecclesie, veris et fidelibus kristianis, oportuna prospiciens, causam nichilo-5 minus propriam prosequendo noviter preparavit, vobis tanquam patri precipuo ad gaudium tenore presentium nuntiamus. Videlicet quod tirannus ille etc. ut supra usque ad finem.

Data die predicta.

Domino Guillelmo Sancti Nicolay in carcere Tulliano diacono cardinali
10 Domino Napoleoni Sancti Adriani diacono cardinali
Domino Arnaldo Sancte Marie in Porticu diacono cardinali
Domino Luce Sancte Marie in Via lata diacono cardinali.

1241. *LITTERAE COMITI DE WIRTEMBERG MISSAE. Sept.?*

Apud Bonaini l. c. II, 279 nr. 366 ex E *nr. 73. In adnotatione ponimus litteras* 15 *certe eidem comiti a. 1313. Apr. 25. missas ad eandem editionem II, 247 nr. 321 ex* E *nr. 17*[1]. *(P. deest.)*

Magnifico et potenti viro domino Eberardo Dei gratia comiti Wurtemberch, amicorum suorum carissimo debite honorando Iacobus Cantelmi miles regni Sicilie magister panettarius vicarius, priores artium et vexillifer iustitie, consilium, populus 20 et comune civitatis Florentie salutem et honorum optata et felicia incrementa.

Magnificentie vestre licteras delatas nobis per egregium et nobilem virum Eggebertum dictum de Agemberch, familiarem et secretarium vestrum, latorem presentium ipsumque Eggebertum suscepimus honore quo decuit et earum tenorem et etiam ea, que ipse vir prudens pro parte vestra coram nobis retulit et exposuit viva voce, dili-25 genter intelleximus et libenter. Quibus sic providimus respondendum, quod in missione dicti familiaris vestri et in tenore licterarum vestrarum et in expositis per eundem liberalitatem et affectionem vestram, quam ad serenissimum principem dominum Robertum Ierusalem et Sicilie regem nos aliosque devotos sancte matris ecclesie, qui Guelfi vulgariter appellantur, geritis et habetis, cognovimus manifeste. De quibus vestram sapien-30 tiam industriamque solicitam multipliciter commendantes, vobis exinde gratiarum referimus copiosas et multiplices actiones, quantas possumus et debemus, ad vestra beneplacita et honores nos et nostra libere offerentes. Et quod licet terrarum nos disiungat distantia, cordibus tamen nostris firmavimus, vobis perpetuo eisdem affectibus et effectibus esse proximi et coniuncti et amicitiam et fraternitatem vestram, quam carissimam gerimus, 35 nobis gratis semper actionibus duce Domino conservare. Et quod ipsius familiaris vestri

1) Comiti predicto ex parte comunis salutem et honorum felicia incrementa.

Licet terrarum distantia nos disiungat, verumtamen ex solius liberalitatis et curialitatis vestre plenitudine tracta firma fiducia et etiam considerato, quod vos et nos contra tiramnum illum regem, vestrum adversarium, ad unum finem tendimus et effectum, secure ad magnificentiam vestram mictimus 40 preces nostras sicque cum de partibus Alamanie atque Boemie a vobis desideremus habere rumores omnes et singulos existentes in partibus antedictis et maxime si gentes et que et quot parantur, ut veniant in auxilium dicti regis, et in quo statu sunt officiales et vicarii regii in Alamania et filius in Boemia, magnificentiam vestram, quam nobis carissimam gerimus et habemus, affectuose requirimus et precamur, quatinus omnia et singula nova, que habetis de predictis et aliis quibuscumque 45 scribenda, nobis per vestras licteras latori presentium exhibendas et etiam per alios vestros nuntios successive in posterum declaretis, nostris precibus et gratia speciali, qui parati sumus omni tempore ad omnia vestra beneplacita et honores. Quibus vestris nuntiis de labore suo satisfieri curialiter faciemus.

Data Florentie, die XXV. mensis Aprilis, XI. indictionis.

oratio et adventus letificavit plurimum corda nostra et ad ipsius orationis nostreque petitionis effectum animis nostris erat festine ac vigilanter intendere. Sed medio tempore ac paulo post ipsius adventum providit vobis et nobis altissimus Ihesus Kristus super processibus illius tiranni sevissimi Henrici olim comitis de Lucioburgo, quem rebelles et persecutores antiqui sancte matris ecclesie, scilicet Gibellini, Romanorum 5 Aug. 24. regem et imperatorem Alamanie appellabant quique die vigesimaquarta mensis Augusti proxime preteriti diem clausit extremum in districtu civitatis Senarum loco qui dicitur Bonconvento, ita quod non expedit, quod de veniendo vel gentes vestras mictendo ad partes nostras labores presentialiter assumatis. Vestrum verumtamen subsidium vestrasque oblationes fraternas amplectimur illudque, cum necesse fuerit, cum fiducia requiremus. 10 Et ideo magnificentiam vestram affectuose precamur, quatinus placeat vobis esse solicitus et intentus ad ea, que vestram et amicorum vestrorum salutem respiciant, et in futuris celeriter et salubriter providere nobisque loco et tempore oportunis describere, quicquid facere possemus amicis utile et contrarium inimicis et si de aliquo debemus dominos reges Francorum et Ierusalem et Sicilie informare. Nos enim semper 15 invenietis ad vestra beneplacita expositos et paratos. Qui quidem familiaris vester elegit, postquam certus fuit de ipsius Alamanie regis morte, esse ab eundo ad ipsum dominum regem Ierusalem et Sicilie desistendum.

Data Florentie, die . . . .[a] mensis Septembris, XI. indictionis.

1242. UNIO SUPER OFFICIO CAMERAE IMPERIALIS. 20

1313. Sept. 11.

Autographon tabularii Assenheimensis denuo descripsit vir d. E. Schaus. Pendet sigillum laesum loro membranaceo [1]. *Edidit iam olim Gudenus 'Codex diplomaticus' III, 93 nr. 74 ex Copiario quodam, ut videtur. Cf. Sauer 'Codex diplomaticus Nassoicus' I, 3 pag. 85 nr. 1521.* *(P. deest.)* 25

Nos Phylippus de Falkinstein senior dominus in Minzimberg recognoscimus in hiis scriptis, quod nobilis vir Ph(ylippus) de Falkinstein eciam dominus in Minzimberg noster patruelis ob singularem amiciciam nos et nostros heredes ad officium imperialis camere constituit legitimos coheredes sub hac forma, quod quandocumque ambo presentes fuerimus in curia domini . . imperatoris vel regis, tunc ipse solus debet esse camerarius 30 et nos non. Si autem nos presentes fuerimus in curia domini imperatoris vel regis preter ipsum, tunc debemus esse camerarius et officium exercere. Et sive ambo sive unus nostrum presentes fuerimus in curia predicta, semper omnes et singulas obvenciones et utilitates a dicto officio derivantes equaliter dividemus. Volumus eciam, ut heredes dicti . . patruelis nostri in dignitate dicti officii preferantur nostris . . heredibus, sicut 35 ipse nobis ut predicitur, et quod utilitatem dicti officii capiant equaliter, ut de nobis superius est expressum. Dantes has nostras litteras in testimonium super eo.

Anno Domini actum MCCCXIII, III. Idus Septembris.

1241. a) *lacuna in E.*

1) *Cf. 'Annalen des Vereins für Nassauische Alterthumskunde und Geschichtsforschung' XIII (1874) pag. 54 nr. 16.*

1243—1247. TESTIMONIA DE MORTE HEINRICI VII. IMPERATORIS.

1313. Sept. 14. — 1314. Mai. 15.

Adhibuimus ad edenda Scripta nr. 1243—1245 haec subsidia:

5 1) *transsumtum episcopi Argentinensis a. 1314. Febr. 11 confectum*[1], *quod servatur Basileae in tabulario reipublicae; sigillum parum laesum pendet; edidit male lectum Kopp 'Geschichtsblätter aus der Schweiz' I (1854) pag. 125 sq.; nos transsumtum* 1 *benivolenter transmissum denuo contulimus;*

2) *eiusdem transsumti exemplar aliud, quod in archivo conventus fratrum Prae-* 10 *dicatorum Luxemburgi exstitisse opinari licet, ad editionem a. 1605. ab Iohanne Bertelio abbate Epternacensi paratam 'Historia Luxemburgensis' pag. 49 sq.; praecipuas tantum varias lectiones adnotavimus;*

3) *eiusdem transsumti transsumtum a. 1408. Mai. 18. factum, quod tunc in archivo conventus fratrum Praedicatorum Lubicensis servatum adhibuit Hermannus Korner in* 15 *'Chronica novella' a nobis ipsis a. 1895. edita pag. 226 cap. 561; nos hic adnotavimus lectiones, quas praebet recensio* B *codicis Lincopiensis (= cod. Gotting. hist. 64 III) fol. 247 sq.*

1243. *SCRIPTUM EPISCOPI ARETINI. 1313. Sept. 14.*

Ex 1 *(= Kopp l. c. pag. 125),* 2 *pag. 49 sq.,* 3 *fol. 247. Orthographiae minutia correximus, potiores tantum lectiones adnotantes.* *(P. deest.)*

20 Venerabili patri suo et[a] domino speciali domino Nicolao[b] Hostiensi[c] episcopo Guido[d] miseratione divina episcopus Aretinus cum recommendatione se ipsum ad vota paratum.

Noverit vestra reverentia per presentes, quod post turbationem, quam fideles imperii maxime per Ytaliam[e] receperunt de morte serenissimi principis domini Heinrici[f] Romanorum imperatoris, in quo spes omnis nostre salutis et pacis quasi certa et infallibilis 25 quiescebat, alia surrexit ab ipsis fidelibus non[g] utique contempnenda, eo quod[h] totius Ytalie redundat in notam[i] necnon et[k] ordinis sancti Predicatorum, quem ob Dei ac vestram reverentiam precipue diligo et amplector. Nam cum solus Ytalicus religiosus vir frater Bernardinus de Monte Policiano ordinis memorati eidem domino in camera ministraret, eum infamaverunt, quod cum sacra hostia, quod auditu horrendum est, prefatum 30 dominum venenavit. Ego autem et ceteri fideles imperii, qui fidem et sinceritatem[l]

1243. a) *deest* 1. b) Nycolao 3. c) Ostiensi 2. 3. d) Gwido 3. e) Italiam, *similiter semper* 2. f) Henrici 2; Hinrici 3. g) *in loco raso* 1. h) in *add.* 2. i) *loco* in notam 2: iniuriam. k) *deest* 3. l) sanctitatem 2.

1) *Verba transsumti haec sunt:*

35 Nos Iohannes Dei gracia episcopus Argent(inensis) ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod nos vidimus et perlegimus litteras missas per fideles imperii de partibus Tuscie reverendo patri domino cardinali Hostiensi[a] sub sigillis duorum penitentiariorum, tenores[b] qui secuntur continentes[b]:

Sequuntur litterae nr. 1243—1245.

In[c] testimonium igitur[d] visionis huiusmodi[e] litterarum nos predictus Iohannes Argent(inensis) 40 episcopus sigillum nostrum duximus presentibus apponendum.

Datum Arg(entine), anno Domini[f] MCCCXIIII[g], III. Id. Febr.[c]

a) Ostiensi 2. 3. b) *loco* tenores — continentes 2: quarum tenor sequitur et est talis. c) In testimonium — Febr. *in loco raso undecim linearum spatium adaequanti* 1. d) ergo 2; *bis scriptum in* 1. e) harum 2. f) a. D. *desunt* 2. g) mill. trec. dec. quinto 2.

novimus dicti[m] fratris, certa fide tenemus dictum fratrem nequaquam tantum facinus admisisse, nec quisquam sani capitis unquam posset fidem credulam adhibere, quod homo prudens[n], religiosus, sacerdos, de claro genere natus cum proprio dampno, sui ordinis iniuria, sui generis dedecore ac patrie infamia tantum facinus perpetrasset et illum perimere[o] voluisset, a quo honor, vita et[p] salus sua suorumque pendebat. Qui eo vivente etiam in honore principibus[q] equabatur, cui camere patebant ostia, cui accessus ad principem sine cuiuscunque[r] prohibitione patebat[1]. Nunc autem[s] post domini sui necem necesse[t] habet pro victu et vestitu ex more cum aliis fratribus mendicare[t]. Non enim tanti sceleris conscius fugit ad[u] inimicos, set cum amicis et devotis imperio trahit moram, paratus pro veritate sua et sinceritate tuenda cum magna spe ac fiducia parere iustitie[v] et inter tales se reputat esse tutum. Qui si ad credulitatem huiusmodi sceleris ex modica circumstantia ducerentur, eum dentibus[w] laniarent. Faveat igitur supplico vestra[x] prudentia ad abolendam maculam tam iniustam, ut[x] paternitatis vestre favore atque industria et patria et ordo ac fratris persona de tanta infamia liberati venerande dominationi vestre uberes gratiarum referant actiones.

Datum Aretii, XIIII. die[y] Septembr.

1244. *SCRIPTUM CIVITATIS ARETINAE PRIUS.* *1313. Sept. 14.*

Item ex 1 *(= Kopp l. c. pag. 126),* 2 *pag. 50,* 3 *fol. 247'. In minutiis correximus, potiores tantum lectiones adnotantes.* *(P. deest.)*

Venerabili[a] in Christo patri et[b] domino fratri Nicolao Hostiensi[c] et Velletrensi episcopo eorum domino et benefactori Fridericus[d] comes Montis Feltri potestas, consilium et commune civitatis Aretii cum recommendatione se ipsos.

Nuper audivimus, quod in plerisque locis religiosus vir frater Bernardinus de Monte Policiano ordinis fratrum Predicatorum de morte inclite recordationis domini[e] H(einrici) olim Romanorum[f] imperatoris domini nostri contra veritatem est multipliciter diffamatus, et quod eius occasione tam ultramontani quam Ytalici[g] fratres dicti ordinis et religiosos ceteros et eorum ecclesias crudeliter[h] persecuntur. Verum si nobilitatem generis ipsius fratris necnon scientiam, honestatem et fidem, quam ad dominum nostrum habebat, diligenter attenderent, de dicto fratre tam horrendum facinus non proferrent. Nam vita sua et suorum a domini nostri vita merito dependebat et sua mors ipsum et suos continue cruciat et tormentat. Non enim fuisset religiosus, set dyabolus, qui sacratissimum dominum nostrum in perniciem[i] totius christianitatis sic inhumaniter occidisset. Vestre igitur[k] venerande[l] paternitati supplicamus, ut[m] Dei intuitu non sinatis dictum fratrem de tanto facinore diffamari. Ipse enim frater est in civitate[n] Aretii et severissime puniremus eundem, si ipsum culpabilem putaremus. Scitis enim, quod error, cui non resistitur, approbatur et veritas opprimitur, cum minime defensatur.

Datum Aretii, die XIIII.[o] Septembr., XI. indict.[p].

1243. m) *corr. ex* dcīs 1. n) et *add.* 3. o) interimere 2. p) *deest* 2. q) viris *add.* 2. r) cuiusquam 2. s) Nunc autem *in loco raso* 1. t) *loco* necesse — mendicare 2: cum aliis fratribus ex more pro victu et vestitu mendicare tenetur. u) imperatoris *add.* 3. v) *loco* parere iustitie 2: respondere. w) suis *add.* 3. x) vestra — ut *desunt* 2. y) die XIIII. mensis 3.

1244. a) *praecedunt in* 2: Item aliae litterae. b) *deest* 1. c) Ostiensi 2. d) Fredericus 2. e) *deest* 3. f) *deest* 2. g) Italici 2. h) *deest* 3. i) *in loco raso* 1. k) ergo 2. l) reverende 2. m) *supra lineam add.* 1. n) nostra *add.* 3. o) mensis *add.* 3. p) XI. indict. *desunt* 3.

1) *Cf. supra nr. 969 et pag. 1196 lin. 6 sq.*

1245. *SCRIPTUM FLORENTINORUM EXTRINSECORUM. 1313. Sept. 14.*

Item ex 1 *(= Kopp l. c. pag. 126),* 2 *pag. 51,* 3 *fol. 247'. In minutiis correximus, potiores tantum lectiones adnotantes.* *(P. deest.)*

Venerabili[a] patri domino Nicolao de Prato Hostiensi[b] et Velletrensi episcopo cardinali capitanei partis imperialis que est extra Florentiam eorumque consilium cum debita reverentia se ipsos ad vota paratos.

Quanta simus turbatione[c] contriti[d] et dampnis expositi propter mortem serenissimi domini nostri domini Henrici sancte memorie Romanorum imperatoris, quia[e] calamus non sufficeret[f] explicare, vestre discretioni relinquimus extimandum. Licet autem veritas se ipsam sua aliquando[g] fortitudine manifestet, decet tamen bonos dare operam efficacem, ut veritas producatur in lucem et falsitas[g*] destruatur. Quia igitur vir religiosus frater Bernardinus de Monte Policiano ordinis fratrum Predicatorum, instigante humani generis inimico, ab aliquibus invidis ac facinorosis de venenatione serenissimi domini nostri quondam Romanorum imperatoris predicti extitit infamatus[h], que fama aput multos fuit et est mendaciter divulgata[i], vestram dominationem reddimus certiorem, quod dictus frater nullam culpam habuit in predictis, sed eidem domino semper devotus extitit et fidelis. Est enim dictus frater in Aretio paratus pro sua innocentia et veritate purganda[k] omni homini respondere et nos suam sinceritatem et fidem semper fulcire ac defensare[l] testimoniis veritatis. Hoc enim vestra paternitas plene novit, quod si eum culpabilem in hoc facinore possemus ex quacunque circumstantia suspicari, eundem tamquam nostri nostrorumque destructorem et hostem atrocissime puniremus. Bene semper valeat vestra dominatio veneranda.

Datum Aretii, XIIII. die[m] Septembris.

1246. *SCRIPTUM WILHELMI CARDINALIS. (1314.) Apr. 12.*

Superest nonnisi in Hermanni Korneri Chronica novella, e cuius recensione a codicis Guelferbytani (= cod. Gotting. hist. 64 I) fol. 165 hic proponimus in minutiis correctum. Cf. editionem supra citatam pag. 40 cap. 368. *(P. deest.)*

Venerabili in Christo patri amicoque carissimo et domino [. .] Dei gratia archiepiscopo Mediolanensi frater Wilhelmus miseratione divina tituli Sancte Cecilie presbiter cardinalis salutem et sinceram in Domino caritatem.

Status interpellat noster et sermone artamur prophetico oppressis subvenire personis cogitque nos innocentium fama, cum leditur, ad ipsos compassione moveri necnon et Christi doctrina nos obligat studioso conatu ipsam defendere veritatem. Hinc est, pater carissime, quod quorundam relacione dolentes didicimus, quosdam malignos homines permittente Deo ac maligno spiritu, qui viros sanctos perturbare nititur, instigante in verba prorupisse tam execrabilis infamie et nostrum Predicatorum ordinem maculantis, quod preclare ac digne memorie dominus Henricus imperator vitam veneno finierit quodam fratre nostri ordinis venenum ipsum, cum idem imperator de eius manibus corpus sumebat dominicum, ministrante quodque gentes regionis vestre sunt ex rumore hoc nephando et incredibili sic contra fratres dicti ordinis vehementer accensi, quod ipsos feroci animo iniuriis contumeliosis afficiunt et persequuntur atrociter ac pericula mortis parant in tantum, quod inclusi stare vel ad remota loca fugere compellantur

1245. a) *praecedit in* 2: Item. b) Ostiensi 2. 3. c) perturbatione 2. d) conterriti 2. e) que 1. f) sufficit 1. g) aliqua 1. g*) *in loco raso* 1. h) diffamatus 2. i) furit et . . . . divulgatur *male* 1. k) propugnanda 2. l) defendere 2. m) *deest* 2; mensis *add.* 3.

proch dolor. Hec constat esse serpentis antiqui studia venenosa et futura opera anticristi conancium mutum imponere divinis canibus predicantibus veritatem, ut ipsis tacentibus ad devorandas oves dominicas possint ingredi ad ovile. Sed quis sane mentis estimare possit, aliquem in religione tam sancta professum pariter et nutritum facinus attemptasse tantum tamque immane sacrilegium, quod summe horrendum christianis 5 auribus, commisisse et potissime in personam, in qua singularis gloria totius nostri ordinis erat ac ipsius fratris, cui maliciose imponitur, suique tocius generis salus et honor et fere vita ab ipsa quasi totaliter dependebat. Certe indiscretum esse apparet fidem adhibere talibus, inhumanum vero et flagitiosum persequi ex talibus innocentes. Quapropter vestram dilectionem, de qua plene confidimus, affectu quo possumus depre- 10 camur, quatinus zelo Dei moti ac commissi vobis gregis sic ad occurrendum huic morbo et infundendum vinum et oleum vulneribus nostri ordinis tam graviter sauciati vestram sollertem diligentiam applicetis, quod plebs subiecta vobis a tam gravi devio et malignandi studio totaliter revocetur, ut fratres possint secure servire Deo in hiis que ad officium suum spectant ac pacifice et quiete vivere inter ipsos. Revera, pater carissime, 15 hec si feceritis, ad vestram gloriam magnam erit nosque, qui vestri sumus, ad vestra prosequenda beneplacita amplius astringetis. Consideret autem vestra prudentia, si ad hoc, ut expedire putamus, censura debeatis uti ecclesiastica in casu, si populus vobis subiectus a fratrum persecutione iniusta non posset commode aliter revocari.

Valete semper in Domino. 20

Datum Carpentoratis, pridie Ydus Aprilis.

1247. *SCRIPTUM CIVITATIS ARETINAE ALTERUM. 1314. Mai. 5.*

Item ex eadem recensione fol. 165', in minutiis correctum. Cf. editionem pag. 41 cap. 369[1]. *(P. deest.)*

Universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis Fredericus de 25 Monte Ferctri[a] potestas, viginti quatuor, consilium et commune civitatis Aretii, fideles imperii perfecte fidei constantiam cum salute.

Instinctu naturalis considerationis inducimur et religionis favor ac pie caritatis affectio persuadent necnon et debitum humanitatis exequimur, si quos falsa fedaverat opinio, attestantes que vidimus ab erroribus veritate lucida revocamus. Sane, sicud 30 firmiter arbitramur, operante humani generis inimico providus et religiosus vir frater Bernhardus de Monte Policiano Aretine dyocesis ordinis fratrum Predicatorum de morte felicis memorie domini Henrici Dei gratia imperatoris Romanorum semper augusti ingentibus extitit falsis populorum labiis diffamatus. Nos igitur fervore fidei pure commoti, impictam dicto Bernhardo fratri compatriote nostro, in fide et devocione Romani 35 imperii comprobato, ac per consequens sancto et preclarissimo Predicatorum ordini notam infamie totis affectionibus abolere a vestris cordibus intendentes, dicimus ac fide indubia attestamur tamquam qui loco, ubi imperialis maiestas occubuit, in civitate proxima propinquamus, dictum fratrem Bernhardum mortis huiusmodi innocentem et inculpabilem extitisse. Nec vos ambigere volumus, quod si tanti fuisset patrator sceleris, 40 tamquam fideles imperii et zelatores cesaree maiestatis eundem nostris ultricibus manibus, non aliis plectissemus. Quare vos, quos inter ceteros fervor imperialis clarificat, precamur attente solitam fidei vestre hortantes constantiam, quatinus errores vestris abicientes ab animis, veritati quam loquimur inherentes et devotionem abiectam per erroris

1247. a) de Farasa? c. 45

1) *Cf. etiam litteras Iohannis regis Bohemiae a. 1346. Mai. 17 datas, quas infra edituri sumus, apud Baluze 'Miscellanea' I, 162 et Korner l. c. pag. 224 cap. 555; Böhmer, Reg. 1314—1347 pag. 213 nr. 345.*

devia devocius solito resumentes, ipsam in puritate fidei dicto sancto ordini et fratribus per effectum laudabilis operis ostendatis. In quorum omnium testimonium et fratris eiusdem excusationem plenariam presentes litteras sigilli nostri communis iussimus appensione muniri.

5 Datum Aretii, anno Domini MCCCXIIII[b], die quinta mensis Maii, imperio Romanorum vacante, indiccione prima[1].

1247. b) XVIII *c.*

1) *Hic ad calcem Appendicis Scriptorum Variorum proponere liceat mandatum Roberti regis Siciliae a. 1316. Sept. 20. emissum, quod de Heinrici VII. imperatoris corona et iocalibus tractat. Repetimus ad* 10 *editionem, quam ex Registro Andegavensi 1317. 1318 A. nr. 214 fol. 10' tabularii regii Neapolitani paravit C. Minieri-Riccio 'Saggio di Codice diplomatico dell' Archivio di stato di Napoli' II, 1 (1879) pag. 15 nr. 16.*

Robertus etc.

Notum facimus per presentes, quod nos de legalitate Lelli Lavazani de Urbe familiaris inclite principisse domine Marie Ierusalem, Sicilie Hungarieque regine, reverende matris nostre, plenarie con- 15 fidentes commisimus ei, quod ad Urbem se personaliter conferat et requirat habentes coronam, que fuit quondam Henrici se Romanorum regem dicentis, aliaque iocalia, ut ad nostram presentiam cum corona et iocalibus ipsis veniant, ostensuri nobis ea intendentibus coronam et iocalia ipsa emere pretiis quibus cum predictis habentibus poterimus convenire. Et si forte cum dictis habentibus de pretiis ipsis nequibimus concordare, presentium tenore promittimus, quod mandabimus et faciemus eos 20 recedere, transire et exire de regno nostro ac coronam et iocalia predicta libere et absque iure plateatici, passagii vel diritus alterius cuiuscumque quodque pro expensis, quas facerent extra dictum regnum nostrum, faciemus decem uncias auri de camere nostre pecunia ipsis solvi. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro munitas memorato Lello duximus concedendas.

Datum Neapoli, anno Domini MCCCXVI, die XX. Septembris, XV. indictionis, regnorum nostro- 25 rum anno VIII.

Cf. Inventarium iocalium et clenodiorum imperatoris a. 1313. Aug. 27. confectum supra nr. 1050.

APPENDIX VII.

MEMORIALIA ET DISQUISITIONES IMPERATORI VEL PAPAE TRADITA.

1248. MEMORIALE IMPERATORI PORRECTUM.

(1312. ex. — 1313. in.)

Memoriale M *gravissimum, quod ex eis, quae in favorem imperatoris scripta sunt, solum superest, servatur inter Acta et Collectanea Bernardi de Mercato Taurini in tabulario regio 'Diplomi imperiali Mazzo 4 nr. 11' (= Doenniges Ms. VI, de quo v. supra ad nr. 604) fol. 51—54 (= fol. 1—4). Apparent foramina parva itemque fol. 54' (= fol. 4') vestigia sigilli parvi rubei coloris. A quonam librario scriptum sit nescio. Folia in margine superiori valde detrita et fere dissipata sunt. Edidit Doenniges l. c. II, 58 nr. 25b. Denuo quam accuratius contulimus nos ipsi.*

Tempus colligitur ex eo quod post Protestationes imperatoris a. 1312. m. Aug. contra mandata papalia editas scriptum est neque mentio habetur Sententiae contra regem Siciliae a. 1313. Apr. 26. habitae. Cf. supra nr. 839—842. *(P. deest.)*

(1) . . . . omu . . . . | (2) . . . . sequitur. Novit clemen- | (3) cia regia, quod ex parte ipsius maiestatis religioso viro fratre Peregrino me su[per] | (4) dubiis, que vertuntur in curia illustrissimi principis Romanorum me . . . . | (5) maiestati, sollicitudine debita consulente, hec que infrascribuntur pro . . . . | (6) nostrorum, quatenus Dei gratia michi prebuit, eidem consultori scripsi libenti animo nullis in . . | (7) . atis expectatis affatibus. Preter quos sufficiebat tanti viri osequio credere . . . . | (8) consequenter esse eum sacrum laterculum et ei commicti didici, que in silencio . . . . |

(I) C Et primum quidem circa primum dubium, quo inquiritur an Romanus pontifex iuste possit treuguam indicere principi Romanorum, partem illam, que est quod nequiverit ipsam treuguam indicere principi, penitus eligens utpote iure scripto ac multiplici ratione subnixam, hec dicenda et disserenda providi, que fere[a] sic seriotenus ut infrascribitur dicto religioso viro exscripsi, ut infra per ordinem describuntur.

1248. a) *supra lineam add. M.*

Et primum quidem faciens pro hac parte quam eligo est illud, quod cum movendorum armorum et indicendorum bellorum potestas soli Romano principi competat lege ac ratione dictante ut sequitur, merito consequens est et ut eorum movendorum et exercendorum, postquam[b] mota et indicta fuerint[b], prohibictio de ipsius dumtaxat prin-
5 cipis pendeat potestate iuxta iuris civilis regulas dicentes, eius est nolle cuius est velle et eius est absolvere cuius est dampnare[1] et eius est remictere cuius est nunciare. Illud quippe certo est cercius, quod movendi arma potestas de sola Romani principis auctoritate dependet et ad ipsum tantum indicendorum bellorum auctoritas, ut adversantes ei hostes de[str]uantur, dignoscitur pertinere. In quem potestas huiusmodi et auctoritas
10 per Romanum populum, apud quem prius fuerat, lege regia, que de ipsius imperio lata est, translata extitit, sicut ex quibusdam Romanis et imperatorum legibus manifeste apparet. Primum enim clare satis ostenditur ex eo quod armorum movendorum potestas inconsulto ac inscio Romano principe sine [eius nu]tu est omnibus interdicta, ut legitur C. ut armorum usus inscio principe interdictus sit l. unica[2]. Secundum quia dicunt
15 leges, eos fore hostes, quibus populus Romanus bellum indixit et ipsi populo Romano, ut ff. de ver(borum) si(gnificatione) [l.] 'hostes' et de captivis l. 'hostes'[3]. Potestate igitur de Romano populo translata in principem, hostes sunt, quibus princeps Romanus bellum indixit. Ex quibus illud assumitur, quod armorum motorum[c] et bellorum iam indictorum[d] prohibictio[e] de ipsius tantum principis ut supra dependeat [potestate][f], cum
20 tantum eidem hoc legitimum evidens et manifesta ractio comittat[g], quia cum gladii potestas quid temporale sit et temporalia omnia sub ipsius Romani principis sint protectione ac dispositione divina quadam providencia et instituctione gencium constituta[c], recte hoc sequitur, quod ipsorum armorum movendorum et bellorum exercendorum, postquam[h] iam mota et indicta sunt[h], ad tempus vel in perpetuum prohibictio de ipsius
25 solius [princip]is pendere debeat potestate, de[i] cuius potestate arma movere et bella indicere utpote quedam temporalia dependebant[i]. Quod autem omnia temporalia sub ipsius tantum Romani principis dictione ac protectione consistant, infrascriptis legum et canonum auctoritatibus et rationibus comprobatur. Dicit namque lex ecclesie quidem approbata iudicio sic loquens: 'Maxima quidem in omnibus sunt dona Dei a superna
30 collata clemencia sacerdocium et imperium, illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis presidens ac diligenciam exhibens, ex uno eodemque principio utraque procedencia humanam exornant vitam', et infra paulo post: 'Imperium autem' inquit 'recte et competenter exornet traditam sibi rem publicam, et erit consonancia quedam bona, omne quicquid utile est humano conferens generi', ut hec scribuntur in Aut(entica)
35 quo(modo) oportet episcopos et c(lericos) ad or(dinationem) p(refat.) coll. I.[4] Item dicunt canones, quod omnes provincie omnesque nactiones Romano subsunt imperio, ut legitur XI. q. I. c. 'hec si quis' et LXII[I]. di. 'Adrianus papa'[5], et omnia fore in potestate Romani principis, ut in decre. VIII. di. 'quo iure'[6]. Hoc idem C. de quadrien(nii) pre(scriptione) [l.] 'bene a Zenone'[7] et in corpore Aut(enticarum) 'scriptum
40 [est] exemplar'[c] coll. II.[8] Iterum illud demum censetur iustum bellum esse, quod auctoritate principis exercetur, ut in decre. XXIII. q. I. 'quid culpatur' et [q. II.] c. 'iustum'[9]. Et ipsius tantum Romani principis est potestas gladii et ad ipsum dande gladii potestatis auctoritas pertinet, ut XXII[I]. q. I. 'militare'[10] et q. II. in dicto c.

1248. b) postquam — fuerint *supra lineam add. M.* c) *supra lineam add. M.* d) iam indictorum
45 *supra lineam add. M.* e) *sequitur* auctoritas *delet. M.* f) *excidit M.* g) comitatur *M.* h) postquam — sunt *supra lineam add. M.* i) de — dependebant *supra lineam add. M.*

1) *Cf. Dig. 50, 17, 3 et 37.* 2) *Cod. 11, 47, 1.* 3) *Dig. 50, 16, 118 et 49, 15, 24.* 4) *Auth. 6 praef.* 5) *c. 36—37 C. XI qu. 1 et c. 22 Di. LXIII.* 6) *c. 1 Di. VIII.* 7) *Cod. 7, 37, 3.* 8) *Auth. 8 edict.* 9) *c. 4 C. XXIII qu. 1 et c. 1 C. XXIII qu. 2.* 10) *c. 5 C. XXIII qu. 1.*

'iustum'[1]. Ex quibus illud consequitur, quod prohibendorum armorum ac non exercendorum bellorum indictio et potestas post bellum indictum ad eum tantum pertineat. Hoc idem et per canones liquet alia ratione, quia ut dicunt vacante demum imperio supplet ecclesia in temporalibus, ergo non vacante non debet se[k] temporalibus immiscere. Ex hiis itaque patet indulgende quietis in longum tempus que dicitur treugua et in breve tempus quod dicitur induciarum, ut ff. de cap(tivis) et postli(minio) re(demptis) l. 'postliminium' § 'inducie'[2], potestatem ad solum principem pertinere. Et ex consequenti relinquitur, quod papa, ad quem hec non pertinent, non potuerit Romano principi treuguam indicere vel inducias et eam vel eas ipsius principis hostibus indulgere, qui eius rei non habuit potestatem. Nemo enim dat quod non habet regulariter, licet casualiter hoc contingat. Set canoniste dicunt, quod papa habet utrumque gladium, ut in decre. XXII. di. c. I., ubi legitur quod dominus noster Ihesus Christus ecclesiam suam super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato eterne vite clavigero terreni simul et celestis imperii iura commisit[3], colligentes ex hiis verba, quod papa habet utrumque gladium. Set salva pace illorum non ita illud intelligitur, set vult dicere, quod apostolorum princeps habuit a Domino terrenum imperium, scilicet ligandi homines super terram et absolvendi, et imperium celeste, ut essent ligati et absoluti etiam et in celis, habens illam potestatem a Christo, qui et terrenam habuit potestatem, scilicet dimictendi peccata iuxta illud, quod et ipse Christus[l] loquitur Luce IIII. dicens: 'ut autem sciatis quia filius hominis potestatem habet in terra dimictendi peccata' etc.[l, 4] Nolens autem Christus habere temporale imperium seu terrenum, quale reges temporales habent, cum cognovisset quia venturi essent Iudei, ut raperent eum et facerent eum regem, fugit iterum in montem, ut legitur Iohannis VI.[5] Et Christus Dei filius, cuius papa vicarius est, iussit Petrum apostolorum principem gladium temporale reponere in vagina, Iohannis XVIII.[6], ut cognosceret non esse sibi utendum eo gladio, et claves illi tradidit, non gladium. Et iterum quod dicitur[m] in dicto c. XXII. di.[3] exponit glosa antiqua, quod dicit terreni sive imperii super laycos quantum ad spiritualia[n] et celestis super clericos . . . . [ne] se de temporalibus intromictens inmicteret falcem suam[l] in alienam messem[l], ut in [decretali] 'venerabilem'[7], qu . . . . | (1) *filiis utile. Quod autem be . . . . de treuguis [eandem] . . . . veniunt, vix(?) | (2) de ipsarum legum et Romani principis auctoritate subnititur . . . Pro hiis etiam fac[it] manifeste fac . . | (3) . . . dicit lex, nichil esse maius imperiali maiestate, C. de legibus l. f(inali)[8] et dictam l. 'bene a Zenone'[9] | (4) . . . .[o] in pre . . . . . dominus, ut ff. ad l. Rodiam de iac(tu) l. 'deprecactio'[10], quod et decretiste fatentur, quod | (5) . . . .[o] [Ys]pania et in omnibus provinciis est dominus. Est enim unus solus imperator, ut VII. q. I.[p] 'in apibus'[11] | (6) . . . .[o] exemptos ab imperatore, ut nota in dicto c. 'Adrianus papa', licet glosator decre | (7) . . . . bi, quod fatetur imperatorem esse mundi dominum preterquam Yspanorum. Quod adiecit per iocum vel | (8) . . . . erat Yspanorum, cum et Yspania specialiter ei subsit, ut in preall(egato) c. 'hec si quis'[12]. Igitur | (9) . . . . aius temporaliter relinquitur ei, scilicet imperatori, neminem inducias vel treuguam indicere | posse.

*f. 1'.

C Set hiis obloquitur, quia videtur sacerdocium esse maius imperio et sic ei licere ea que sunt imperii[q], quia maius est cui maiora licent, set certum est maiora sacer-

1248. k) *sequitur* ī *del. M.* l) *supra lineam add. M.* m) quod dicitur *supra lineam add. M.* n) quantum ad spiritualia *supra lineam add. M.* o) *desunt fere semper tria vel quatuor verba M.* p) .I. *supra lineam add. M.* q) et — imperii *supra lineam add. M.*

1) *c. 1 C. XXIII qu. 2.* 2) *Dig. 49, 15, 19, 1.* 3) *c. 1 Di. XXII.* 4) *Luc. 5, 24.* 5) *Ioh. 6, 15.* 6) *Ioh. 18, 11.* 7) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 8) *Cod. 1, 14, 12.* 9) *Cod. 7, 37, 3.* 10) *Dig. 14, 2, 9.* 11) *c. 41 C. VII qu. 1.* 12) *c. 36—37 C. XI qu. 1.*

docio licere quam imperio, scilicet spiritualia amministrare, que constat fore temporalibus digniora. Ergo[r] sequitur[s] cui licent maiora, debent licere minora[s]. Set ad hoc facilis est responsio, quia maiora sunt spiritualia et digniora, quantum ad futuram beatitudinem pertinet et quantum[t] ad[u] Dei regnum, et sic maius est sacerdocium[v]. Set 5 inter viventes in hoc seculo[t] et quantum ad humanas et mutabiles res ac potestates temporales actinet, nichil est maius imperio. Et hec preterea[t]: potestas temporalis prorsus aliena est a potestate spirituali, magno pastore ovium domino Ihesu Christo docente ac dicente: 'Regnum meum non est de hoc mundo', Iohannis XVIII.[1], ut sic non obstet iuris civilis regula que dicit: 'Non debet, cui quod maius est licet, quod minus est non 10 licere'[2]. Quod verum est, quando sub permissione maiorum includi potest id quod esse minus videtur, ut cum lex permictit adulterum occidere, multo magis debet licere ipsum iniuriis afficere. Set spiritualia non includunt secum temporalia, set sunt prorsus diversa et adversa et ut predicitur temporalium presidencia est sacerdocio penitus denegata, etsi minora sint. Sic et in iure civili alicui licet quod maius est et tamen quod minus 15 est non licet[t], ut presidibus provinciarum concessa est gladii potestas, non tamen licet eis deportare quod minus est[w], ut legitur ff. de of(ficio) pre(sidis) [l.] 'illicitas' § 'qui universas'[3]. Que etiam presidencia temporalium, etsi non esset expresse sacerdotio denegata, tamen ex quadam consequencia per commissionem ei factam a Domino de spiritualibus, ut in euangelio, videtur ei temporalium amministractio denegata, quod 20 enim facit amministractio denegata in totum quoad totum hoc, in parte concessa quoad aliam partem, ut accedat ff. de ammin(istratione) tu(torum) [l.] 'si duo' in fi(ne)[4]. Quod autem amministractiones iste sint divise et discrete, legitur in decre. XCVI. di. 'cum ad verum'[5] et X. di. 'quoniam idem'[6], licet altera, scilicet spiritualium amministractio sit dignior reliqua, iuxta [dictum] Ambrosii: 'Honor et sublimitas episcopalis nullis 25 poterit comparactionibus adequari, si regum fulgori compares et principum dyademati, longe erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares', ut legitur in eadem di. in c. 'duo sunt quippe'[7].

C Set adhuc insta[tur], quod maius sit sacerdocium imperio et per hoc ei possit imperare, ut treuguam indicere et similia, quoniam papa inungit imperatorem et eum 30 coronat, ut habetur de elec(tione) in c. 'venerabilem'[8]. Set hoc non obstat, quia non ideo sequitur sacerdocium esse maius imperio, quia eum scilicet imperatorem papa inungit. Nec enim maior fuit puer Elysey Iheu filio Iosaphat filii Nansi, quem unxit in Ramoth Galaad iussu Elisey in regem super Israel, quantum ad temporalia. Unctio enim non facit maiorem eum qui ungit eo qui ungitur. Sic Panormitanus archi- 35 episcopus ungit regem Sicilie et coronat eum et tamen sicut manifestum est, non est eo in temporalibus maior. Iterum quamvis papa non teneatur inungere fatuum vel hereticum in imperatorem, ut dicit dicta decretalis 'venerabilem'[8], tamen non ideo sequitur, quod sola electio Romani principis ei ius non tribuat imperandi. Quemadmodum enim sola pape electio ei omnem tribuit potestatem et amministractionem, quia 40 nemo est eo superior in spiritualibus, ita quidem et Romano principi sola electio eius omnem tribuit potestatem, quia non [est] eo superior in temporalibus. Quomodo enim dicere possumus aliquem confirmandum esse, quem certum est nullum habere in temporalibus pociorem, et quod dicitur in decretali, quod non debet papa hereticum vel fatuum

1248. r) *sequitur* quare *delet. M.* s) sequitur — minora *in margine add. M.* t) *supra lineam* 45 *add. M.* u) *sequitur delet.* futurum *M.* v) et — sacerdocium *supra lineam add. M.* w) quod — est *supra lineam add. M.*

1) *Ioh. 18, 36.* 2) *Dig. 50, 17, 21.* 3) *Dig. 1, 18, 6, 8.* 4) *Dig. 26, 7, 51.* 5) *c. 6. Di. XCVI.* 6) *c. 8 Di. X.* 7) *c. 10 Di. XCVI.* 8) *c. 34 X de elect. (I, 6).*

inungere vel eius electionem approbare, verum est propter se, quoniam inungendo vel approbando ipsum manifeste peccaret.

C Set et adhuc contra hoc posset quis insurgere ad probandum, quod maius est sacerdocium imperio, quia papa deponit imperatorem, ut in decre. XV. q. VI. 'alius item Romanus pontifex'[1]. Ubi dicitur quod Zaccarias papa deposuit regem Francorum 5 qui erat imperator, dum esset tunc imperium apud Francos. Postea enim Theutonici suis virtutibus Romanum promeruerunt imperium, ut dicit canon et colligitur et notatur LXIII. di. 'ego'[2], et Pipinum Karoli imperatoris patrem eius loco substituit. Ex quo percipitur maius fore sacerdocium principatu. Set non obstat quia, ut ibi dicit glosa, Zaccarias non deposuit eum, set deponentibus tantum consensit. 10

C Item adhuc instatur contra hoc idem alia ratione, quia imperator iurat pape, ergo est maior eo, ut in decr. LXIII. di. 'tibi domino'[3]. Set ad hoc est responsio prompta, quia illud non est sacramentum subiectionis seu vassallagii nec enim illius per omnia formam habet, sed est sacramentum devoctionis seu reverencie ac humilitatis, quam disciplina docuit christiana, et cuiusdam obsequii christianitatis. Illa enim 15 forma subiectionis est alia prorsus ab ista, illa scilicet que continet ratione beneficii tutum, incolume, honestum, utile, facile etc., de qua habetur in decretis XXII. q. V.[x] 'de forma'[4]. Nec enim ideo prestat imperator hoc iuramentum pape, quod ab eo aliqua temporalia percipiat, que imperii quod semper est tantum, set ratione obsequii, quod debet spiritualiter quilibet christianus ecclesie et maxime principes catholici et 20 ante omnes imperator, scilicet quod non adversentur ecclesie neque summo pontifici sint dampno de vita vel membris, vel quod[y] mala captione capiatur et similia, qui[a] pontifex est[y] caput ecclesie, et quod servabit honorem ipsius ecclesie pro posse et cetera, que habentur in dicto c. 'tibi domino'[3]. Est enim hoc obsequium christianitatis et fidei adeo, quod si requisiti principes non[x] prestarent hoc obsequium ecclesie, digne 25 possent excommunicari, ut habetur in decretis XXIII. q. V. c. 'amministratores'[5]. Idcirco enim Deus Christus suam ecclesiam principibus tradidit, ut eam tuerentur et ipsum, qui est caput ecclesie sue, unde scribitur eadem causa et questione: 'Cognoscant' inquit | *f. 2. (1) *'principes se[culi se] Deo esse reddituros ractionem propter ecclesiam, quam pro Christo tuendam suscipiunt. | (2) Nam sive augeatur pax et disciplina ecclesie per fideles 30 principes sive solvatur, ille ab eis | (3) rationem exigit, qui eorum potestati suam ecclesiam credidit,' ut habetur in c. 'princ[ipes' eadem c(ausa)][z] | (4) et q(uestione)[6]. Et hac ratione secundum omnes christianos dici debet et defendi, quod recte [p . . . . . . im-][a] | (5) perium de Grecis in personam magnifici Karoli transtulit in Germanos, quia c . . . .[b] | (6) pateretur Astulpho et auxilium peteret a Constantino et Leone filio eius imper[atoribus 35 Constanti-][c] | (7) nopolitanis et ipsi nollent patrocinari ecclesie, Stephanus II. papa nactione Rom[anus se con-][c] | (8) tulit ad Karolum magnum. Quod et omnes christiani recte factum iudicarunt h . . . .[a] | (9) iurat premissa, ad que tenentur omnes christiani et specialiter principes sequi . . . .[b] | (10) maiorem in temporalibus. Et ex hiis dico papam utpote non superiorem imperatore in temp[oralibus propter][c] | 40 (11) dictam rationem, que non obstat, non potuisse treuguam vel inducias indicere imperatori[d].

C Item adhuc contra idem instatur et videtur, quod papa potuerit treuguam indicere dicto principi, sicut videtur expressum in decretal(ium) I. de treugua et pace c. 1.[7],

1248. x) *supra lineam add. M.* y) quod—est *supra lineam add. M.* z) *10—11 litterae desunt M.* 45 a) *14—15 litterae.* b) *13—14 litterae.* c) *11—12 litterae.* d) *in margine addita erant nonnulla verba iam corrosa, ex quibus adhuc legi potest* tulit *M.*

1) *c. 3 C. XV qu. 6.* 2) *c. 30 Di. LXIII.* 3) *c. 33 Di. LXIII.* 4) *c. 18 C. XXII qu. 5.* 5) *c. 26 C. XXIII qu. 5.* 6) *c. 20 C. XXIII qu. 5.* 7) *c. 1 X de treuga (I, 34).*

ubi precipit papa[e] treuguam servari ad certum tempus et pro lege servandum est. Set responsio ad hoc plana est, quia decretalis illa non habet locum, quia aut loquitur de iusto bello et ab illo nullo tempore est cessandum, etiam die dominico, ut XXIII. q. ult(ima) 'si nulla'[1] et in decretali de reg(ulis) iur(is), quod non est licitum[2], aut de iniusto 5 et hoc nullo est tempore exercendum. Et ideo dicit ibi glosa, quod illa decretalis hodie non tenet, quia non fuit moribus utencium approbata, vel si habet locum in bello iusto, illa treugua locum habet illis diebus propter dierum reverenciam, qui sunt a quarta feria post occasum solis usque ad secundam feriam in ortu solis ab adventu Domini usque ad octavam Epyphanie et a Septuagesima usque ad octavam Pasce, in quibus diebus 10 minus vacandum est bello, ut ibi legitur et notatur. Quam treuguam, etsi non esset indicta, omnes religionem christianam sectantes debent servare.

C Item adhuc contra idem instatur. Videtur enim papam potuisse treuguam vel inducias imperatori indicere, quia cum papa habeat potestatem belli indicendi, ut legitur in decre. XXIII. q. VIII 'igitur'[3], ubi dicit papa hec verba: 'pro quo nostrum con- 15 gregari precepimus populum maritimumque ad litus descendere decrevimus et egressi sumus Roma', ergo potest treuguam indicere vel inducias, ex quo belli indicendi potestatem habet. Set respondeo, quia Sarraceni dicebantur ibi clam et furtive venisse Romam, contra quos oportet non solum papam, qui est caput ecclesie, set et omnes christianos armari, scilicet ubi ecclesia impugnatur et patria, ut eadem q. 'quicunque' 20 et c. 'omni timore'[4].

C [f]Cum igitur que obiecta sunt contra partem hanc quam teneo super antedicto articulo non obstent rationibus prenotatis, standum videtur illi sentencie, quod papa iam dicto principi treuguam vel inducias nequivit indicere tam eisdem rationibus que supra dicuntur quam et alia quam adicio, que est quod nunquam invenitur in iure treuguam 25 indici, set fieri[e] vel ex conventione habita inter duces bellorum, que est puplica iuris gencium, ut ff. de pac(tis) l. 'conventionum'[5], vel ex conventione tacita, que est quod legati hostium sint securi apud nos, data eis tacite securitate per legem, ut legitur ff. de legacionibus l. f(inali)[6]. Vel si indicitur, potest tantum indici ab imperatore, qui tantum indicendi et interdicendi belli potestatem habet, ut supra.

30 (II) C Et erunt hec eadem determinactio secundi dubii quod est, si princeps Romanus contra indictam sibi treuguam faciens excommunicactionem incurrat ex sententia contra eum per apostolicam sedem lata, si contra faceret. Quia cum papa se de temporalibus intromictens, que ad Romanum dumtaxat principem pertinent, et sic falcem suam in alienam messem inmictens non recte neque rite sentenciam excommuni- 35 cactionis si contra fieret protulisset, contrafaciens imperator in eam non incurrit, quia in toto pene orbe terrarum notum est et notorium, quod hostes imperatoris publice contra eum et rem puplicam molientes publice sibi bellum indixerunt et si non verbo, tamen facto, inter que non refert, ut in notissimis Romanis legibus dicitur, et etiam puplice contra eum et suos bella exercuerunt in Urbe, in[g] quibus nonnullos de gente 40 ipsius principis occiderunt[g], in salutem ipsius principis contraque rem publicam, que ipsius est ut predicitur, satagentes. Ex quibus se fecerunt reos criminis maiestatis. Talis igitur excommunicactio, qua saltem inclusive videtur precipi, ne dictus princeps se et suos tueatur neque Urbem que est sua ut infra defendat neque delinquentes et reos maiestatis sue puniat, que sunt contra[e] legem Dei et apostolicam disciplinam

45 **1248.** e) *supra lineam add. M.* f) *additur in margine manicula M.* g) in — occiderunt *supra lineam add. M.*

1) *c. 15 C. XXIII qu. 8.* 2) *c. 4 X de reg. iur. (V,41).* 3) *c. 7 C. XXIII qu. 8.* 4) *c. 6 et c. 9 C. XXIII qu. 8.* 5) *Dig. 2, 14, 5.* 6) *Dig. 50, 7, 18.*

nec minus et contra ius gencium, et manifestum continere videtur errorem, non potest neque debet ligare dictum principem. Ita enim ligat excommunicactio, si clavis non erret, secundum sacros canones. Et nos etiam in iure civili condempnatum dicimus recte et rite condempnatum, ut ff. de re iu(dicata) l. IIII. § 'condempnatum'[1].

(III) C Et cum hostium crimina sic sint notoria principibus, comunitatibus, universitatibus et personis in dignitate positis tam seculari quam ecclesiastica et privatis, ita quod[h] per eorum evidenciam nulla possint tergiversactione celari, consequenter resultat determinactio tercii dubii quod erat, an possit imperator sine hiis que sunt ordinis et absque alia penitus examinactione hostium crimina ferire, quia vere potest absque accusatore et ordine[i], ut Extra de accusa(tionibus) 'evidencia'[2] et II. q. I.[k] de manifesta'[3] et c. 'Deus omnipotens' § 'quando autem'[4] iuxta illud quod scribitur per apostolum ad Corinthios V., scilicet quod fornicator ille, in quem sine examinactione sentencia apostolica processerat, publice coram omnibus novercam suam pro uxore habebat, et ideo apostolus absens facie, presens autem auctoritate Spiritus sancti eum, qui hoc admisit, tradidit Sathane in interitum carnis[5]. Nec est opus secunda et tercia | *f. 2'. (1) *[ad]monictione ut dicto § 'quando'[4] et in multis[l], quia illud intelligendum est[h], quando talis erat, qui | (2) [moneri] poterat et debebat. Set hostes principis nec poterant[h] moneri nec[h] debebant, cum manifeste in | (3) . . . .[m] incorrigibiliter et hostium more arma[h] sumpsissent, et ad hoc quod eorum crimina | (4) [. . . . . citra exam][n]inactionem feriri possint per eundem principem nec sit opus testibus vel alia | (5) . . . .[m] Extra de cohabi(tatione) mu(lierum) et c(lericorum) c. 'tua'[6] et dicto c. 'de manifesta'[3] et id totum, quod dominus*(?)* | (6) . . . .[m] notoria probactione non indigent, ff. qui satis(dare) co(gitur) [l.] 'si vero' § 'qui pro rei'[7] et notam | (7) . . . .[n] cives et ibi notam.

(IV) C Sequitur et ex premissis soluctio quarti dubii | (8) [quod erat, numquid non o][n]bstante indictione dicte treugue seu induciarum possit imperator | (9) [ipsos et][o] terram eorum invadere, quia promptum est dicere secundum premissa, quod ipsos velut reos maiestatis et terram eorum tamquam terram proditorum et[p] hostium suorum possit invadere utpote fisco delatam ex crimine supradicto, ut C. ad Iul(iam) ma(iestatis) l. 'quisquis'[8] et ff. de acc(usationibus) [l.] 'ex iudiciorum'[9], et specialiter illam quam ab imperio tenent, qua se per manifestam felloniam fecerunt indignos et quam eorum, scelere aperuerunt domino imperatori, ut quibus modis f(eudum) am(ittatur) c. I. coll. X[11].

(V) C Sequitur et ex premissis soluctio quinti dubii quod erat, numquid papa potuerit conditiones adicere coronactioni domini imperatoris[h], illas scilicet quas adiecit, vel alias, quia nec ipsis condicionibus consenserit imperator, eius coronactio taliter condicionari non potuit, cum dictum sit supra et probatum, quod nullus in imperatorem temporale habet imperium, utpote cum nullus sit eo superior in temporalibus nec ei par, nec par in parem, multo minus in maiorem habet imperium, ut habetur ff. de ar(bitris) 'nam magistratus'[12] cum multis et etiam alia ratione, que infra notatur.

(VI) C Sequitur et ex premissis soluctio sexti dubii quod erat, an papa potuerit licenciare ab Urbe imperatorem, quia[h] cum Roma sit caput imperii et de imperio et

1248. h) *supra lineam add. M.* i) et ordine *supra lineam add. M.* k) *corr. ex* III *M.* l) *in margine hic addi videntur:* et sine spe correctionis. m) *desunt 12—13 litterae.* n) *15—16 litterae.* o) *7 litterae.* p) *sequitur* suorum *delet. M.*

1) *Dig. 42, 1, 4, 6.* 2) *c. 9 X de accusat. (V, 1).* 3) *c. 17 C. II qu. 1.* 4) *c. 20 C. II qu. 1.* 5) *Cor. I, 5, 5.* 6) *c. 8 X de cohabit. (III, 2).* 7) *Dig. 2, 8, 5, 1.* 8) *Cod. 9, 8, 5.* 9) *Dig. 48, 2, 20.* 10) *Dig. 7, 4, 1.* 11) *Cons. Feud. I, 5.* 12) *Dig. 4, 8, 4.*

ex qua nomen accipit imperator, quia dicitur princeps Romanus, sequitur neccessario quod eum inde abire iubere non potuit. Set huic dicto fortiter obloquitur XXIII. q. VIII. 'igitur'[1], ubi dicitur: 'pro quo nostrum congregari precepimus populum'. Ubi glosator dicit et colligit, quod civitas Romana est apostolici non imperatoris, nam imperator 5 concessit ei civitatem cum ducatu suo, ut LXIII. di. 'ego'[2]. Set imperator est tantum ibi advocatus et defensor ecclesie, ut in dicto c. Extra de elec(tione) c. 'venerabilem'[3]. Set ad hoc est parata responsio, quia translactio illa Lodoyci, que nititur ex translactione Constantini imperatoris, ut ibi dicit glosa, non tenuit, ut dicunt doctores in iure civili in dicta Auten(tica) quomodo oporteat episcopos etc.[4] Qua ratione illam Constantini 10 dicunt non tenere illis rationibus, que sunt ibi, et quia post translactionem Constantini passa est ecclesia magnificum Karolum dicere et scribere, quod habebat Romanos sibi subiectos ut et alias nactiones, ut in dicto c. 'hec si quis' XI. q. I. in decretis[5], et imperator Iustinianus, qui post dictam translactionem Constantini fuit imperator, intitulat se principem Romanorum in prohemio Institutionum et in corpore Aut(enticarum) ut 15 prepo(natur) nomen impera(toris) § 'si qua vero' coll. V.[6], ubi dicit 'et prima die, in qua nos Deus Romanorum superposuit rebus'.

(VII) C Et erit siquidem ex hiis que dicta sunt et ex sequentibus determinactio septimi dubii quo querebatur, qualiter aut quo iure regnum Sicilie sit speciale et nobile pomerium ecclesie et eius ortus irriguus, quia dico premissis rationibus, quod regnum 20 Sicilie et specialiter insula Sicilie sicut et cetere provincie sunt de imperio, ut prealle-gatum est. Totus enim mundus imperatoris est[q], sicut et Iustinianus imperator dicit se acquisivisse, quod sibi de mundo deerat, quod fecit in suo tercio consulatu, ita loquens: 'In hunc enim bella Parthica sopita sunt et quieti eterne tradita et tercia pars mundi nobis accrevit, post Europam enim et Asiam tota quoque Libia nostro imperio 25 adiuncta est'[7], ex quibus tribus partibus mundus consistit. Et specialiter dico de Sicilia, quod est de imperio, ut legitur secundum unam litteram ff. de acquir(enda) h(ereditate) l. 'Pannonius Avitus cum in Sicilia procuraret'[8]. Aliud tamen est ibi Silicia, unde videlicet fuit Paulus apostolus, qui fuit de Tharso Silicie. Et expressius est ff. de censibus l. I.[9], licet quidam canones dicant, quod Sicilia est de patrimonio beati Petri ut infra. 30 Set et canoniste fatentur, ut supradictum est, quod imperator est dominus mundi, ut dicto c. 'Adrianus papa' notatur[10], ergo et regni Sicilie dominus est[r].

C Verum quia secunda dubitactio erat alio modo quam eo quo aut secundum (II) quem soluta est, eo videlicet, si verum est papam imperatori treuguam indicere potuisse, an contra faciens imperator ex dicta sentencia pape excommunicactionem incurrat, 35 discutiendum est, an idem imperator secundum hec excommunicactionem incurrat. Et post omnem discussionem dico, quod presupposito illo falso et absurdo, quod potuerit papa dictam treuguam indicere, sequitur necesse hoc absurdius et alia absurdiora super aliis dubiis que sequntur, sicut et alias dicit lex, posito hoc quod non oportet sequitur et aliud quod non oportet, C. de rescin(denda) ven(ditione) l. 'ratas'[11], s[c]ilicet quod 40 incurreret dominus imperator excommunicactionem, si papa hoc potuit de iure et de facto. De utraque enim potentia intelligendum est, ut et ff. ut le(gatorum) causa ca(veatur) l. 'quod pupille'[12] cum multis. Et consequenter erit dicendum, quod etsi citra exami-nactionem possit dominus imperator crimina hostium ferire, non tamen potest terram

1248. q) *supra lineam add. M.* r) dominus *est in fine lineae eadem manu post adiectum M.*

45 1) *c. 7 C. XXIII qu. 8.* 2) *c. 1 Di. LXIII.* 3) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 4) *Auth. 6.* 5) *c. 36—37 C. XI qu. 1.* 6) *Auth. 47, 1, 1.* 7) *Cod. 1, 17, 23.* 8) *Dig. 29, 2, 86.* 9) *Dig. 50, 15, 1.* 10) *c. 22 Di. LXIII.* 11) *Cod. 4, 44, 7.* 12) *In Dig. 36, 3 non inveni; videtur potius esse Dig. 36, 2, 30.*

eorum vel eos bello[s] invadere, quia cum aliquid simpliciter prohibetur, ex omni causa videtur prohibitum, et cum aliquid prohibetur, et omne illud videtur prohibitum, per quod venitur ad illud, et cum aliquid generaliter prohibetur, et omnis eius species videtur esse prohibita. Ad que leges allegare superfluum esset, quia leges vulgares sunt. Set hec dico ex presuppositione dictarum absurditatum et quod sint absurditates 5
*f. 3. quantum ad bellum contra hostes | (1) *ingerendum. Item quod papa non habuerit se intromictere, notatur frater Ramundus in Summa | (2) sua c. LXXXVII. de principibus et de bellis, ubi dicit: 'Cum autem rex habet [causam] | (3) guerre contra imperatorem vel econverso, non credo quod uterque vel alteruter [teneatur ius suum] | (4) prosequi in forma iudicii, cum neuter illorum habeat super se superiorem. P[eccaret tamen movendo] | 10
(5) bellum passus iniuriam, si iniuriator offerret ei debitam satisfactionem [ad arbitrium] | (6) bonorum virorum'[1]. Secundum que papa non habuit se intromictere de istis, que ad . . . .[t] | (7) bant, cum non sit superior imperatore in temporalibus, immo inferior. Et sic imperator . . . .[u] | (8) hostibus suis, cum satisfactionem non offerant, nec tenetur etiam eam re . . . .[t] | (9) superior est hostibus suis 15
et omni rege, ut preallegatum est. Et nota in d*(?)* . . . .[v] | (10) In hoc enim, quod reges non habent superiorem, non consencio fratri Ra[mundo . . . .][v] | (11) scilicet imperatorem, ut dictum est. Quantum vero ad terram hostium ex delicto semel commisso et non abolito nulli debet esse dubium, quin in fiscum delata sit et illa, quam ab imperio tenent, aperta fisco sit ex predicta fellonia per iura superius 20
(III. IV) allegata. Et ex hiis facte sunt solutiones secundi, tercii et quarti dubii.

(V) ₵ Quantum autem ad soluctionem quinti dico, quod papa non potuit aliquibus conditionibus suspendere coronactionem imperatoris. Nam etsi etiam confirmactio imperatoris spectaret ad eum, quod ut dictum est omnino a veritatis limite alienum, non tamen est de actu vel mi[ni]sterio confirmantis sicut nec eligentis adicere condiciones 25
vel modos, quia ex quo nichil [invenit]ur contra personam electi vel eligencium vel contra formam electionis, statim confirmare habet, ut in multis decretalibus. Alioquin dicemus, quod non est imperator nisi in eventum vel defectum condicionis, quod penitus est falsum, vel si sub modo non impleto modo revocaretur imperium vel cogeretur implere modum, ut et lex dicit C. de hiis que sub modo[2] et ff. de condict(ione) ob 30
causam[3] fere per totum.

(VI) ₵ Ad hoc autem dubium sextum quod est, numquid papa potuerit imperatorem licenciare ab Urbe et ducatu suo, soluctio patet ex premissis, quia et ipsa Roma et ducatus sicut et alie provincie mundi sunt imperatoris. Et hoc etiam invenimus in canone ubi dicitur, quod Bonifacius papa scribens Honorio imperatori dicit hec verba: 35
'Ecclesie mee, cui Deus noster meum sacerdocium, vobis res humanas regentibus' etc. et in fine sequitur ut 'in urbe vestre mansuetudinis' etc., quod legitur XCVII. di. c. I[4].

(VII) ₵ Ultimo vero et septimo dubio supra responsum est, quia regnum Sicilie non est nobile pomerium ecclesie vel ortus irriguus deliciarum, quia est de imperio ut supra. Set obiurgant expresse canones de insula Sicilie dicentes, quod est de patri- 40
monio beati Petri XCIIII. di. c. 'valde'[5] et X. q. III. 'relatum'[6] et XI. q. I. 'pervenit'[7]. Imo dico quod pomerium apostolorum principis et patrimonium [ante][z] vocactionem et

1248. s) *supra lineam add. M.* t) *desunt 9 litterae.* u) *12 litterae.* v) *13 litterae.* w) *14 litterae.* x) *3 litterae.*

1) *Quae enuntiata sumpta esse ex Guilelmi Redonensis Apparatu ad Raymundi de Pennaforte* 45
Summam poenitentiae II, 5 § 12 (edit. Veronen. a. 1744.), evicit v. d. R. Salomon ad fidem cod. Berol. lat. in 8° nr. 92 fol. 267', ubi rubrum Circa principes, *et nobiscum benivolentissime communicavit.* 2) *Cod. 6, 45.* 3) *Dig. 12, 5.* 4) *c. 1 Di. XCVII.* 5) *c. 1 Di. XCIV.* 6) *c. 9 C. XI qu. 3.* 7) *c. 39 C. XI qu. 1.*

apostolatum fuerunt reeia et vilis navieula et tamen illa reliquit et [sequ]tus est Dominum, post apostolatum diseursus mundi et predicactio evangelii et pre . . . . .[y] | in mundo aurum neque argentum debilitato dedit quod habuit ut surg . . . .[z] | Iesu et ambularet et in fine patrimonium eius fuit ad crucem eonversio . . . .[a] | pensio 5 propter Dominum et eius eeelesiam. Attamen quia ere[se]it avar[itia in prelatis][b] | et elerieis, sieut in Romano imperio periit lex a sacerdote et visio de propheta[1], ut dieitur in canone.

1249—1251. MEMORIALIA PONTIFICI CONTRA IMPERATOREM TRADITA.

10 (1313. post Apr. 26.)

1249. *NOTITIA DE IURAMENTIS AB IMPERATORE PRAESTITIS ET ORDO QUAESTIONUM.*

Servatur in solo codice tabularii Mimatensis 'Archives départementales de la Lozère' 'Série G nr. 1036' signato, omnino coaevo, fol. 13. 14. Quo ex archivo paparum Avenio- 15 *nensi delatus esse videtur. Publici iuris fecit totum codicem a. 1894. P. Gachon 'Étude sur le manuscrit G 1036 des Archives départementales de la Lozère. Pièces relatives au débat du pape Clémens V avec l'empereur Henri VII' (Extrait des Mémoires de la Société archéologique de Montpellier) pag. 31sqq. Commentarium fusissimum adiecit, sed non omnia recte evicta sunt. Codicis involucro membranaceo manu coaeva inscripta sunt:* 20 Imperator domini(?) est *et* De iuramento prestando[2].

Nos codicem denuo inspicere non potuimus; itaque editio illa hic illic correcta a nobis repetenda est. De tempore cf. quaestionem septimam, quae sententiam a. 1313. Apr. 26 latam citat.

Numeros adiecimus nos. *(P. deest.)*

25 (I) Illustris vir dominus H(enrieus) rex Romanorum et imperator futurus per suos nuneios et proeuratores speciales seu ipsi pro eo habentes ab ipso rege speeiale mandatum iuraverunt domino pape sub hae forma[3]:

'Vobis sanctissimo patri et domino domino Clementi divina providente clementia pape V. vice et nomine* domini nostri regis et in animam ipsius promittimus et iuramus per Patrem 30 et Filium et Spiritum sanctum et per hec sancta Dei euangelia et per hoc lignum vivifice crucis et per has reliquias sanctorum: nr. 296.

'Quod nunquam vitam aut membra neque ipsum honorem quem habetis sua voluntate aut suo consensu aut* sua exhortatione perdetis. Et in Roma nullum placitum aut ordinationem faciet de omnibus, que ad vos pertinent aut Romanos, sine vestro consilio et consensu. Et 35 quicquid de terra Romane ecclesie pervenit ad ipsum aut perveniet, vobis reddet quam citius poterit. Et quandocumque in Lombardiam et Tusciam aliquem mittet pro terris et iuribus suis gubernandis, quotiens mittet eum, iurare faciet illum, ut adiutor vester sit ad defendendum terram sancti Petri et Romanam ecclesiam secundum suum posse. Et si permittente Domino dictus dominus* rex Romam venerit, sanctam Romanam ecclesiam et vos rectorem 40 ipsius et successores vestros exaltabit secundum suum posse. Et cum Rome vel alibi per vos in imperatorem coronandus fuerit dominus noster rex predictus, dictum sacramentum et aliud fieri consuetum ad requisitionem vestram tempore coronationis sue personaliter renovabit''.

1248. y) *desunt 5 litterae.* z) *7 litterae.* a) *9 litterae.* b) *12 litterae.*

1) *Cf. Ezech. 7, 26.* 2) *De ceteris inscriptionibus recentioris aevi variisque marginalibus, quae ad* 45 *textum non faciunt, cf. notas apud Gachon adiectas.* 3) *A. 1309. Iul. 26, supra nr. 296.*

(II) Item iuravit Iohanni de Molhanis procuratori domini pape ad hoc specialiter destinato idem dominus rex sub hac forma[1]:

nr. 454. c. 1. '*H(enricus) *Romanorum rex semper augustus etc. Attendentes etc.

c. 3. Promittimus etc. obligamus nos cum omni efficacia*, iure et forma, quo melius et efficacius fieri potest, manutenere et conservare omnia privilegia, cuiuscumque tenoris vel conditionis existant, et nullo unquam tempore contravenire vel aliquem, quantum in nobis est, venire permittere quacumque occasione vel causa vel titulo allegato iuris et facti, per quoscumque reges et principes seu imperatores Romanorum et precipue per supradictos Constantinum, Carolum, Henricum, Otonem quartum et Fredericum secundum atque Radulphum concessa *Romane ecclesie ac Romanis pontificibus et sedi apostolice super recognitione, innovatione, *concessione, quitatione, renunciatione ac libera dimissione terrarum et provinciarum sancte Romane ecclesie ubicumque positarum, precipue marchie Anconitane etc.

c. 4. *Necnon ad omnem scrupulum removendum et ut pax, quies et tranquillitas inter ecclesiam et imperium iugiter vigeat et futuris dante Domino temporibus feliciter augeatur et omnis contentionis et dissensionis* materia precludatur, prout melius et efficacius fieri et intelligi potest, concedimus ipsas, conferimus[a] et donamus de novo[b]. Promittentes et obligantes nos, prout plenius et efficacius possumus, quod nullo unquam tempore occupabimus vel occupari, quantum in nobis est, permittemus civitates, loca, castra, terras et provincias supradicta[s] vel aliquam ipsarum vel earum [partem, nec in ipsis vel aliqua ipsarum vel earum][c] parte iurisditionem aliquam per nos vel per aliquem geremus vel exercebimus, nec iura aliqua, possessiones vel tenutas habebimus vel possidebimus in eisdem terris vel provinciis vel aliqua ipsarum seu [parte earum, nec officium aliquod geremus per nos vel per alium potestarie vel capitanie seu quocumque nomine censeatur in ipsis vel aliqua ipsarum seu][c] earum parte. Et quod tanquam princeps catholicus, advocatus et defensor sancte Romane ecclesie iuvabimus ipsam sibique assistemus contra quoscumque occupantes, invadentes vel turbantes provincias ipsas, civitates, loca, castra vel terras vel aliquam ipsarum seu earum partem, et quoscumque inobedientes seu rebelles ecclesie, precipue in provinciis, civitatibus, locis, castris et terris eisdem, in nullo fovebimus vel manutenebimus seu per quoscumque foveri vel manuteneri, quantum in nobis est, permittemus, sed contra ipsos assistemus auxiliis, consiliis et opportunis favoribus sancte Romane ecclesie ac Romanis pontificibus et apostolice sedi, quousque rebelles et subditi ad plenam reverentiam et obedientiam reducantur.

c. 5. Promittimus quoque sanctam Romanam ecclesiam et ecclesias alias ac libertatem ecclesiasticam et bona iura, prelatos ac ministros ipsarum manutenere, conservare ac pro viribus defendere, vassallos quoque Romane ecclesie contra iusticiam non offendere, et quod devotos et fideles ecclesie, [etiam in] imperio constitutos benigne tractabimus et contra iusticiam non opprimemus neque per alium, quantum in nobis est, opprimi permittemus, sed conservabimus in iuribus et iusticiis eorumdem.

c. 6. Predicta autem omnia et singula inviolabiliter observare et observari facere et nullo unquam tempore contravenire iura[vi]mus ad sancta Dei euangelia tacto libro in manibus discreti viri Iohannis de Molhanis scolastici ecclesie Tullensis vestri capellani nomine Romane ecclesie et sedis apostolice ac vestro et de vestro mandato specialiter recipientis. De qua etiam receptione tam per nostras litteras quam per ipsius recipientis litteras seu instrumentum publicum plene constat. Et ad predictorum omnium perpetuam rei memoriam et sancte Romane ecclesie ac sedis apostolice et Romanorum pontificum securitatem atque cautelam [presentes litteras] regie maiestatis sigillo munitas fecimus communiri. Promittentes et obligantes nos cum omni efficacia

1249. a) conferimus ipsas concedimus *c.* b) *sequitur* obligantes *delet. c.* c) *uncis inclusa exciderunt per dittographiam.*

1) *A. 1310. Oct. 11, supra nr. 454.*

et effectu, quod post imperialis diadematis coronationem susceptam predicta omnia ratificabimus, confirmabimus et recognoscemus et faciemus et servabimus atque iurabimus*.'

(III) Item iuravit tempore coronationis sue sub hac forma[1]:

'Ego H(enricus) Romanorum rex futurus annuente Domino imperator promitto, spondeo [et] polliceor coram Deo et beato Petro, me de cetero protectorem et defensorem fore summi pontificis et sancte Romane ecclesie in omnibus necessitatibus et utilitatibus suis, custodiendo et conservando omnes possessiones, honores, iurisdictiones et iura eius, quam diu divino fultus adiutorio fuero, secundum scire et posse meum pura et recta fide. Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei euangelia.'

nr. 644. c. 8.

(IV) Nunc queritur utrum iuramentum prestitum per ipsum imperatorem et suos nuncios et procuratores eius vice et nomine debeat reputari vel saltem omnia predicta iuramenta similiter iuncta fore iuramentum seu iuramenta fidelitatis, de quo habetur XXII. q. ultima c. 'de forma'[2] et dici possit imperatorem astrictum domino pape per iuramentum fidelitatis virtute illorum iuramentorum. Est autem inter ceteros huiusmodi questionis effectus, utrum prefatus rex vel factus postmodum imperator excesserit seu deliquerit in sequentibus factis suis contra ecclesiam et dominum papam in aliquo de capitulis contentis in dicto canone 'de forma' et potuerit periurus et infidelis per dominum nostrum papam reputari.

1. Unde primo queritur, utrum iuramentum primo prestitum domino pape per procuratorem et nuncios imperatoris et subsequentes per ipsum eundem reputari debeat de iure iuramentum fidelitatis.

2. Secundo queritur, utrum dominus papa imperatori et regi Roberto absentibus nec vocatis, cum videret vel ex coniecturis presumeret guerram iminere inter eos, potuerit treugas de iure indicere ac penas excommunicationis et alias infligere, si contra facerent vel venirent.

3. Tercio queritur, utrum dominus papa potuerit de iure ab imperatore existente in Urbe vel circa pro coronationis et unctionis insigniis recipiendis requirere et exigere iuramentum, ut regnum Sicilie non offenderet seu offendere volentibus non preberet consilium, auxilium vel favorem, cum timeret eum ad predicta prosilire.

4. Quarto queritur, utrum licuerit domino pape imperatori precipere, quod recederet a Romana urbe et terris ecclesie nunquam ad illas accessurus nisi de domini pape licentia speciali, cum forte timeret ex hoc multa mala posse provenire et ecclesie ex mora sua posse preiudicium generari, saltem de facto.

5. Quinto queritur, supposito quod imperator significaverit domino pape rebellionem Tuscorum contra ipsum et eum requisiverit, quod per sententias excommunicationis et interdicti et aliter ipsos compesceret a rebellione huiusmodi, et dominus papa hoc efficere non curavit, possit dicere de iure ab ipso domino nostro summo pontifice se gravatum.

6. Sexto queritur, supposito quod rex Robertus Tuscis et aliis inimicis imperatoris prestaret auxilium, consilium et favorem et gentes suas de Regno et existens in Regno eis et in eorum subsidium mitteret contra ipsum, utrum liceat domino imperatori regnum Apulie, quod tenetur ab ecclesia et nullo alio, violenter intrare et impugnare, ut capiat regem Robertum existentem in Regno, taliter delinquentem, ut dicit imperator, in ipsum, cuius vassallus est ratione comitatus Provincie, sed non ratione Regni.

1) *Cf. Ordinem coronationis supra nr. 644 cap. 8.* 2) *c. 18 C. XXII qu. 5.*

7. Septimo queritur, utrum imperator ferendo sententiam in dictum regem existentem in Regno et eum privando regali dignitate, quam immediate tenet et habet ab ecclesia, non ab eo, videbatur usurpasse iurisdictionem, ius et honorem ecclesie et utrum sententia imperatoris teneat et valeat, ut est lata.

8. Octavo queritur, utrum imperator intrando contra prohibitionem domini pape Regnum predictum manu armata et cum exercitu violenter, ut regem existentem in Regno capiat, propter predicta debeat dici de iure invasor rerum et iurium ecclesie Romane, cuius est feudum Regnum ipsum et rex ipse ecclesie est vassallus, et imperator ratione Regni.

9. Nono queritur, an intersit domini pape et sibi liceat de iure contra imperatorem ipsum procedere, si contra eius prohibitionem, ut premittitur, fecerit aut faciat, et utrum possit eum ex hiis pronunciare periurum propter iuramenta predicta et declarare ipsum in sententias et penas in processibus domini pape contentas incidisse, quibus prohibuit, ut nullus imperiali etiam vel regali dignitate prefulgens Regnum predictum offenderet quocumque colore vel modo vel offendentibus prestaret consilium, auxilium vel favorem.

10. Decimo queritur, utrum processus habitus contra invadentes regnum Sicilie vel etiam offendentes apprehenderit imperatorem intrantem Regnum violenter, protestatione premissa, quod non intendit Regnum invadere vel offendere, sed personam regis capere.

1250. *DISQUISITIO PRIOR IURIDICA.*

Ex eodem codice fol. 1—12 vulgavit Gachon l. c. pag. 2 sqq. Cuius editionem hic illic correctam repetimus. *(P. deest.)*

Questio I.

Prima questio est, utrum iuramentum, quod prestitit imperator per suos procuratores et postmodum per se ipsum, debeat reputari de iure iuramentum fidelitatis.

Ostenditur quod non sit iuramentum fidelitatis, quia nec iuravit esse fidelis nec fidelitatem promisit nec fuit forma servata, que traditur in iuramento fidelitatis, XXII. q. ultima 'de forma'[1] et in Li. Feu. de no(va) fi(delitatis) forma c. unico[2]. Forma enim rei mutata non censetur res eadem, sed mutata vel perempta, ff. ad exhibendum l. 'Iulia(nus)' § 'si quis'[3] et ff. de ver(borum) obli(gationibus) l. 'in conventionalibus'[4] et de auro et ar(gento) le(gatis) l. 'Seia'[5].

Solutio.

Contrarium est tenendum, nam si de contractu aliquo vel re aliqua dubitetur, cuius nature sit et debeat iudicari, in illa specie reponi debet, cuius natura prevalet et principaliter est in eo, ff. de statu ho(minum) l. 'queritur'[6] et de testi(bus) l. 'repetundarum'[7] et de acqui(rendo) re(rum) do(minio) l. 'quicquid' § fi(nali)[8] et de le(gatis) t(ercia) l. 'legatis' § 'si unus'[9] et de auro et ar(gento) le(gatis) 'et si non sint' § 'perveniamus'[10]. Istud autem iuramentum in substantia et re ipsa et virtute verborum vim habet et virtutem iuramenti fidelitatis, et talia magis sunt attendenda quam forma verborum et folia. Ergo iuramentum fidelitatis est reputandum de iure. Nam etsi in eo non contineatur verbum fidelitatis, re tamen ipsa et per capitula iuramento explicite comprehensa fidelitas est expressa et ideo iuramentum fidelitatis est censendum per iura predicta et ff. de pac(tis) l. 'si unus' § 'illud' ibi 'vi ipsa'[11] et cetera, ff. de leg(ibus) l. 'scire'[12],

1) *c. 18 C. XXII qu. 5.* 2) *Cons. Feud. II, 7.* 3) *Dig. 10, 4. 9.* 4) *Dig. 45, 1, 52.* 5) *Dig. 34, 2, 6.* 6) *Dig. 1, 5, 10.* 7) *Dig. 22, 5, 15.* 8) *Dig. 41, 1, 27, 2.* 9) *Dig. 32, 65, 2.* 10) *Dig. 34, 2, 19, 13.* 11) *Dig. 2, 14, 27, 3.* 12) *Dig. 1, 3, 17.*

de edi(licio) edic(to) l. 'si tamen' § I.[1], C. plus vale(re) quod agitur l. I.[2] et de for(mulis) iur(is) sub(latis) l. I.[3] et de testa(mentis) l. 'quoniam' et l. 'non codicillum'[4] et de liber(is) pre(teritis) vel exhere(datis) l. 'si quis'[5] et optime I. q. I. c. 'Marchion'[6] et Extra de ver(borum) signi(ficatione) c. 'in hiis'[7]. Et licet propter hoc, quia non est forma verbo-
5 rum iuramenti fidelitatis quod prestat vassallus domino ex toto servata, dici potest iuramentum, quod subditus illi sub quo est prestat ratione iurisditionis, ut in Li. Feu. quali(ter) vassal(lus) iura(re) de(beat) c. unico[8]. Quia tamen, si quis discurrat per singula capitula, que continentur in iuramento fidelitatis tam circa personam domini cui iuratur, que est omnibus preferenda, C. de sacros(anctis) ec(clesiis) l. 'sanctimus'[9], tam circa eius
10 honores et statum, tam circa alia et etiam circa persone exaltationem, omnia in iuramento imperatoris primo simul cum secundo[10], maxime que in tali iuramento sunt principaliora, poterit invenire et plura fortassis, que capitula sunt in dicto c. 'de forma' incolume, tutum et cetera et in Li. Feu. de no(va) fi(delitatis) for(ma) c. I.[11], quare iuramentum fidelitatis dici poterit et debebit. Nam quandoque plus habet efficacie
15 promissio explicita et expressa quam implicita et generalis, ff. si quis cau(tionibus) l. 'sed et si' § 'quesitum'[12] cum concor(dantibus), et qui granum de spica excutit, speciem novam non facit, sed que erat occulta detegit. Unde qui verba, que sub verbo fidelitatis continebantur, exprimit in iuramento, speciem novam iuramenti non facit nec exprimit, sed eandem, ff. de acqui(rendo) re(rum) do(minio) l. 'adeo' § 'cum quis' et de testa(mentis) l.
20 'heredes palam' § 'sed [et] si notum'[13]. Licet enim in dictis c(apitulis) certa forma per conditorem iuris ponatur prestandi huiusmodi iuramentum, non tamen habuerunt respectum ad verba, sed ad rem, ut iuretur tali modo quod fidelitatem includat, sicut servatur regulariter in aliis, ubi forma certa verborum exprimitur, quia non refert quid ex equipollentibus fiat, ut patet in exheredatione et aliis multis, ff. de liber(is) et po(stumis)
25 l. I, II. et III.[14], C. de consti(tuta) pe(cunia) l. I. § fi(nali)[15]. Et in matrimonio, in quo contrahendo certa est forma verborum, tamen idem erit, si per alia equipollentia verba fiat, que consensum de presenti importent, qui consensus debet attendi, Extra de spon(salibus) c. 'tue' et c. 'tua' et c. 'si inter'[16]. Et hoc etiam in sacramento baptismi dicitur, de conse(cratione) di. IIII. 'si non sanctificatur' et c. 'a quodam' et c. 'retu-
30 lerunt'[17] et no(ta) Extra de bap(tismo) c. I.[18], licet de sacramentis non sit hic multum arguendum, que sunt instituta sub certa forma, a qua non licet recedere propter timorem erroris et quia ecclesia sic expresse ordinavit. Videmus etiam, quod in sententia ferenda data est certa forma, s[c]ilicet condempno vel absolvo, ff. de re iu(dicata) l. I.[19] et C. de sen(tentiis) et inter(locutionibus) o(mnium) iu(dicum) l. 'preses'[20], et tamen
35 idem est, si fiat per alia equipollentia verba, ff. de re iu(dicata) l. 'in summa'[21] et de arbi(tris) l. 'qualem'[22] et dicto c. 'in hiis'[7]. Et idem est quod eundem habet sensum, licet verba dissimilia sint, ff. de vul(gari) et pu(pillari) substi(tutione) l. 'qui liberis' I. et II[a, 23].

Item attendi debet, quod imperator in procuratorio[24] pro parte sua exhibito vocat dominum papam dominum suum et facit procuratorem et nuntios ad prestandum domino
40 pape fidelitatis debite iuramentum. Sic ergo eum fatetur dominum et deberi sibi prestari fidelitatis iuramentum. Nam verba talia assertive ponuntur, cum sint temporis preteriti et cum ad certum actum expressum et nominatum disponantur, ff. de le(gatis) II.

1250. a) *in fine lineae additur* ℞ *c.*

1) *Dig. 21, 1, 48, 1.* 2) *Cod. 4, 22, 1.* 3) *Videtur esse Cod. 2, 57, 1.* 4) *Cod. 6, 23, 15 et 14.*
45 5) *Cod. 6, 28, 3.* 6) *c. 64 C. I qu. 1.* 7) *c. 15 X de verb. sign. (V, 40).* 8) *Cons. Feud. II, 5.*
9) *Cod. 1, 2, 22.* 10) *Cf. supra nr. 1249 cap. I et II.* 11) *Cons. Feud. II, 7.* 12) *Dig. 2, 11, 4, 4.*
13) *Dig. 41, 1, 7, 7 et Dig. 28, 1, 21, 1.* 14) *Dig. 28, 2, 1—3.* 15) *Cod. 4, 18, 1.* 16) *c. 25. 26. 31 X de sponsal. (IV, 1).* 17) *c. 72. 24. 86 Di. 4 de conscer.* 18) *c. 1 X de baptismo (III, 42).*
19) *Dig. 42, 1, 1.* 20) *Cod. 7, 45, 3.* 21) *Dig. 42, 1, 59.* 22) *Dig. 4, 8, 19.* 23) *Dig. 28, 6, 8.*
50 24) *Supra nr. 293.*

l. 'Ticia'[1] et de peculio le(gato) l. 'denique' § 'interdum'[2], C. de liber(ali) causa 'cum precum'[3] et de condi(ctione) ob t(urpem) c(ausam) l. I.[4], Extra de verbo(rum) sig(nificatione) c. 'abbate'[5] et de privil(egiis) 'si papa' li. VI[6]. Doctores etiam sic interpretantur et dicunt illud iuramentum esse fidelitatis, ut dicto c. 'de forma' et LXIII. di. 'quia sancta'[7] et dicunt Inno(centius) et Ostiensis, quod imperator imperium tenet a papa, Extra de fo(ro) com(petenti) c. 'licet' super 'verbo vacante'[8]. Est etiam iuramentum in ordinario, quod prestat imperator in sua coronatione pape vel alii coronanti pro ipso, et incipit 'Ego H.', de quo dictum est supra[9], quod multum facit pro hoc, et illud in sua coronatione imperator iste supponitur prestitisse, nec c. illud 'de forma' dicit, quod vassallus habeat illa omnia in iuramento exprimere, sed in memoria habere, ut erga dominum illa servet. Illud insuper dubium non reputo, quin procuratores et nuntii habuerint mandatum sufficiens ad iurandum et quin imperator potuerit iurare per ipsos, cum ad hoc dederit speciale mandatum, LXIII. di. 'tibi domino'[10], C. di. 'optatum'[11], XVII. q. IIII. 'metuentes'[12], C. de contrahen(da) et commi(ttenda) sti(pulatione) l. 'veteris'[13], et maxime cum imperator comode presens esse non posset, ar(gumentum) C. de prin(cipibus) agen(tum) in re(bus) l. 'agentes'[14] li. XII. et de profe(ssoribus) et me(dicis) l. 'magistros'[15] li. X[b]. et probatur Extra de cen(sibus) c. 'procur(ationes)'[16] et de iura(mento) calum(nie) c. 'si' li. VI[17].

Ad argumentum in contrarium respondetur, quod in contractibus et conventionibus seu promissionibus mutatio vel variatio verborum non constituit rem aliam vel contractum, ubi est idem sensus, nec propter talem mutationem mutatur rei substantia vel contractus, quia de solemnitate verborum non curatur, sed identitas reputatur, ubi remanet idem affectus, ff. de verborum obli(gationibus) l. I. § 'si'[18], Insti. de fideiu(ssoribus) § fi(nali)[19], ff. de le(gatis) III. l. 'fideicom(missa)' § 'si rem'[20] et de duo(bus) re(bus) l. 'nemo'[21] et de publi(cis) iu(diciis) l. 'ordo'[22], ff. manda(ti) l. fi(nali) § fi(nali)[23]. Nec obstat l(ex) in conventionalibus, quia hic mutantur de consensu partium verba, sed non substantia, quod fieri potest, et uterque princeps hoc facit, quod est plus quam si fieret per pretorem, ff. de preto(riis) sti(pulationibus) l. I. § penult(imo) et fi(nali)[24]. Nec obstat ff. de consti(tuta) pec(unia) l. I. § II.[25], quia ibi agebatur, ut non valeret contractus nisi ut stipulatio. Et ideo si non valet stipulatio, non valet ut alio modo vel ibi fuit defectus in recta conceptione verborum, quorum contrarium est hic. Quidam faciunt dubium minus rationabiliter, sicut credo, utrum imperatorem ligent sacramentum prestitum et promissiones facte ut supra, dum erat rex ante coronationem ipsius in imperatorem, et videtur quod non, Extra de iureiur(ando) c. 'sicut nostris'[26], ubi non artat iuramentum prestitum per canonicum, si fiat episcopus postmodum, in preiudicium episcopatus, quia hoc facit tanquam alius, ff. de adop(tionibus) 'si pater' § 'qui duos'[27] et de offi(cio) consu(lis) l. I.[28], Extra de elec(tione) [c.] 'quod sicut' et c. 'cum inter ca(nonicos)'[29]. Et concessio heredis facta legatario, ut legatum recipiat ante aditam hereditatem, non valet nec preiudicat ei per aditionem postea facto heredi, ff. quod lega(torum) l. I. § 'quod ait'[30]. Sed dico, quod etiam factus imperator ligatur primis prestitis iuramentis et obligationibus, quia non tantum iurat ratione regni, sed etiam ratione imperii. Unde confert verba sua ad tempus quo futurus est imperator, ut patet

1250. b) XII *c.*

1) *Dig. 31, 34.* 2) *Dig. 33, 8, 8, 7.* 3) *Cod. 7, 16, 9.* 4) *Cod. 4, 7, 1.* 5) *c. 25 X de verb. signif. (V, 40).* 6) *c. 10 in VI. de privileg. (V, 7).* 7) *c. 28 Di. LXIII.* 8) *c. 10 X de foro comp. (II, 2).* 9) *Supra nr. 1249 cap. III.* 10) *c. 33 Di. LXIII.* 11) *c. 4 Di. C.* 12) *c. 32 C. XVII qu. 4.* 13) *Cod. 8, 37, 13.* 14) *Cod. 12, 21, 1.* 15) *Cod. 10, 53, 7.* 16) *c. 23 X de cens. (III, 39).* 17) *c. 4 in VI. de iuram. calumn. (II, 4).* 18) *Dig. 45, 1, 1, 4.* 19) *Inst. 3, 20, 8.* 20) *Dig. 32, 11, 12.* 21) *Dig. 45, 2, 5.* 22) *Dig. 48, 1, 8.* 23) *Dig. 17, 1, 62, 1.* 24) *Dig. 46, 5, 1, 9 et 10.* 25) *Dig. 13, 5, 1, 2.* 26) *c. 27 X de iureiur. (II, 24).* 27) *Dig. 1, 7, 15, 1.* 28) *Dig. 1, 10, 1.* 29) *c. 28 et 21 X de elect. (I, 6).* 30) *Dig. 43, 3, 1, 7.*

in principio sui iuramenti et quia in iuramento ponuntur verba extensiva, scilicet nullo unquam tempore, et etiam promittit eadem facere et servare cum fuerit coronatus, ut patet in litteris iuramenti, et ideo bene obligatur, ff. de dona(tionibus) inter vi(rum) et ux(orem) l. 'quia in id tempus'[1], et ratione iuris presentis cavet pro tempore futuro, 5 quod non habet locum in herede, cui ius non competit nisi adita hereditate, licet spem habeat sub futura adiectione, ff. si servi(tus) ven(dicetur) l. 'harum' et l. 'egi'[2] et de iudi(ciis) l. 'non quemadmodum'[3] cum ibi no(ta). Preterea si dicatur, quod ratione regni iuravit, respondetur quod regnum semper retinuit, quare semper astrictus eius ratione remansit, ff. de pig(neraticia) ac(tione) [l.] 'si convenit'[4].

10 Secunda questio.

Secundo queritur, utrum dominus papa potuerit regi Romanorum seu imperatori et regi Roberto Sicilie absentibus nec vocatis treugas indicere et penas excommunicationis et alias infligere, si contra facerent vel venirent, cum de guerra ipsorum timeret et ex ea videret multa pericula iminere.

15 Et ostenditur primo quod non, quia bellum iustum est, quod fit ex edicto principis, sicut quod olim indicebat populus Romanus, cuius potestas et imperium in imperatorem lege regia sunt translata, ff. de consti(tutionibus) prin(cipum) l. I.[5] et C. de ve(teri) iu(re) e(nucleando) l. I. § I.[6], ff. de cap(tivis) et po(stliminio) re(demptis) l. 'hostes'[7], XXIII. q. I. 'quid culpatur'[8] et q. II. 'iustum'[9]. Iniustitiam ergo faceret dominus 20 papa prohibendo sibi, quod iustum est et licitum, ff. de iniuri(is) l. 'iniuriarum' § 'si quis me'[10], que prohibitio fit per treugam, ff. de cap(tivis) et postli(minio) re(demptis) l. 'postliminium'[11].

Item distincte sunt potestates pape et imperatoris nec papa de temporalibus nec imperator de spiritualibus se intromittere debet, cum sit utrique data potestas a Deo, 25 in Auten. quomodo o(porteat) epi(scopos) in prin(cipio)[12] et de fi(de) instru(mentorum) § 'quia igitur'[13], XXIII. q. IIII. 'quesitum'[14]. Male ergo faceret dominus papa treugas indicendo imperatori invito, nam gravis videtur iniuria, quod sub inani honestatis colore homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti, nec debent officia permisceri, XCVI. di. 'cum ad verum'[15] et X. di. c. 'quoniam idem'[16], C. de contrahen(da) emp- 30 (tione) l. 'dudum'[17] et de testa(mentis) l. 'consulta'[18] et de epis(copis) au(tentica)[12] repetita.

Item cum princeps seu imperator habeat in sua potestate bella indicere vel movere et nemo alius sine eius licentia, C. ut nulli inscio prin(cipe) l. unica li. XI.[19] et Auten. de ar(mis)[20], nec Christus imperio aliquid diminuerit potestatis, imo precepit que sunt cesaris sibi reddi et quod omnis anima sit ei subdita, Extra de cen(sibus) c. 35 'omnis'[21], XXIII. q. ult(ima) 'si in morte' et c. 'tributum'[22], iniquum esset si super hiis, que sunt sue potestati commissa, dominus papa aliquid disponeret contra ipsum, C. de Iude(is) l. 'nemo'[23]. Nam ecclesiasticus ordo confunditur, si sua unicuique iurisditio non servetur, XI. q. I. 'pervenit'[24].

Solutio.

40 Contrarium est indubitanter tenendum rationibus et iuribus infrascriptis. Nam natura inter nos quamdam cognationem constituit, ex quo consequens est hominem homini insidiari nefas esse, ff. de iusti(tia) et iur(e) l. 'ut vim'[25]. Nefas autem peccatum importat, quia non est licitum, ut e(odem) ti(tulo) l. I.[26], a quo dignitas non excusat, C. ubi

1) *Dig. 24, 1, 10.* 2) *Dig. 8, 5, 7 et 12.* 3) *Dig. 5, 1, 35.* 4) *Dig. 13, 7, 4.* 5) *Dig.* 45 *1, 4, 1.* 6) *Cod. 1, 17, 1, 1.* 7) *Dig. 49, 15, 24.* 8) *c. 4 C. XXIII qu. 1.* 9) *c. 1 C. XXIII qu. 2.* 10) *Dig. 47, 10, 13, 7.* 11) *Dig. 49, 15, 19.* 12) *Auth. 6.* 13) *Auth. 76 praef. § 1.* 14) *c. 45 C. XXIII qu. 4.* 15) *c. 6 Di. XCVI.* 16) *c. 8 Di. X.* 17) *Cod. 4, 38, 14.* 18) *Cod. 6, 23, 23.* 19) *Cod. 11, 47, 1.* 20) *Auth. 86.* 21) *c. 2 X de cens. (III, 39).* 22) *c. 20 et 22 C. XXIII qu. 8.* 23) *Cod. 1, 9, 7.* 24) *c. 39 C. XI qu. 1.* 25) *Dig. 1, 1, 3.* 26) *Dig. 1, 1, 1.*

se(natores) vel cla(rissimi) l. I[1]. Omnes enim ex uno patre descendimus, scilicet ab Adam, et in ratione peccati non differimus, nisi quantum circumstantie aggravant vel excusant, XL. di. 'homo christianus' et c. 'nos qui' et c. 'Adam' et c. 'illud'[2], VIII.[b*] di. c. 'quo iure'[3] et no(ta) dicta l. 'ut vim'[4]. Et omnes homines subsunt pape ratione peccati, XCVI. di. 'quis dubitet'[5], LXIII. di. c. 'Valentinianus'[6], qui omnium est pater 5 et magister et pastor, ut XCVI. di. 'si imperator' et c. 'duo sunt'[7], Extra de ma(ioritate) et obe(dientia) 'solite'[8] et de iudi(ciis) c. 'novit'[9]. Unde nulli venire debet in dubium, quod si dominus papa videat aliquos paratos ad contentiones et guerras, ex quibus pericula animarum et corporum et scandala imineut et turbatio ecclesie et totius christianitatis et ultramarinum passagium impeditur, ut notorium est concurrere in hoc 10 casu, quin se possit interponere et treugas indicere ex officio etiam renitentibus et invitis, ff. de usu fruc(tu) l. 'si cuius' § 'sed si inter duos'[10], ad hoc XXIII. q. IIII. 'ipsa pietas' et c. 'displicet'[11], XLIII. di. 'sit rector'[12], XXXIII. di. § I. et per totum, II. q. I. 'si peccaverit'[13]. Si enim potest peccata commissa corrigere et punire, multo fortius potest ex officio occurrere committendis, quod fit per treuge indictionem, cum 15 apparet in promptu periculum iminere, ut dicto c. 'displicet' et II. q. I. 'si peccaverit' et C. de bo(nis) que li(beris) l. 'cum non solum' § 'filiis autem familias'[14], argumentum ff. de hiis qui sunt sui vel ali(eni) iu(ris) l. 'patre furioso'[15] cum concor(dantibus) et Extra de homici(dio) c. 'pro humani' li. VI.[16], Auten. de man(datis) prin(cipum) 'deinde'[17], C. de irena(rchis) l. 'unica' li. X. [c] [18], ff. de offi(cio) presi(dis) l. 'congruit' et l. 'preses pro- 20 (vincie) inspectis edificiis'[19].

Item cui unum committitur et illa que ordinantur ad illud commis savidentur, ff. de procu(ratoribus) l. 'ad rem' et l. 'ad legatum'[20] et de spon(salibus) l. 'oratio'[21]. Sed pacem facere et servari facere inter principes et alios christianos ad ecclesiam pertinet et de foro eius est, XC. di. c. 'studendum' et c. 'precipimus'[22], et hoc est de iudicio ecclesie, ut 25 ibi no(ta). Ergo et treuge indictio, que ordinatur ad pacem, imo est pars pacis et pax temporalis, C. de feri(is) l. 'dies festos'[23], ff. de cap(tivis) et postli(minio) re(demptis) l. 'postliminium' § 'inducie'[24] et no(ta) Ostiensis Extra de treu(ga) et pa(ce)[24*] in Summa, ad ecclesiam pertinebit.

Item hoc neccessario sic probatur. Prelati singularum provinciarum possunt indi- 30 cere treugas inter principes et alios christianos, XXIIII. q. III. 'illi qui'[25], et ferre sententias excommunicationis contra nolentes parere, ut ibidem et XC. di. c. 'placuit' et c. 'precipimus' et c. 'studendum' et c. 'si quis'[26]. Ergo multo fortius hoc potest facere dominus papa, qui omnibus est maior et cui omnia sunt commissa et cui subsunt omnes principes et prelati, in quo est plenitudo potestatis, licet alii in partem sollici- 35 tudinis sint vocati, C. de sum(ma) tri(nitate) et fi(de) ca(tholica) l. 'victor'[27], IX. q. III. c. 'aliorum' et c. 'cuncta per mundum'[28], XCVI. di. c. 'duo' et c. 'si'[29], XXII. di. c. 'sacrosancta' et c. 'omnes' et c. 'de'[30], Extra de iudi(ciis) c. 'novit'[31] et de ma(ioritate) et obe(dientia) c. 'solite' et c. 'cum inferior'[32], ff. de offi(cio) proconsu(lis) et le(gati) l. 'si in aliam' § fi(nali) et l. se(quente)[33]. 40

1250. b*) *X c.* c) *XI c.*

1) *Cod. 3, 24, 1.* 2) *c. 5. 3. 11 et 9 Di. XL.* 3) *c. 1 Di. VIII.* 4) *Dig. 1, 1, 3.* 5) *c. 9 Di. XCVI.* 6) *c. 3 Di. LXIII.* 7) *c. 2 et 10 Di. XCVI.* 8) *c. 6 X de maior. (I, 33).* 9) *c. 13 X de iudic. (II, 1).* 10) *Dig. 7, 1, 13, 3.* 11) *c. 24 et 38 C. XXIII qu. 4.* 12) *c. 1 Di. XLIII.* 13) *c. 19 C. II qu. 1.* 14) *Cod. 6, 61, 8, 5a.* 15) *Dig. 1, 6, 8.* 16) *c. 1 in VI. de* 45 *homicid. (V, 2).* 17) *Auth. 17, 2.* 18) *Cod. 10, 77.* 19) *D. 1, 18, 13 et 7.* 20) *Dig. 3, 3, 56 et 62.* 21) *Dig. 23, 1, 16.* 22) *c. 7 et 11 Di. XC.* 23) *Cod. 3, 11, 9.* 24) *Dig. 49, 15, 19, 1.* 24*) *I, 34.* 25) *c. 25 Di. XXIV qu. 3.* 26) *c. 9, 11, 7 et 5 Di. XC.* 27) *Cod. 1, 1, 8, 7.* 28) *c. 14 et 17 C. IX qu. 3.* 29) *c. 10. 11 Di. XCVI.* 30) *c. 2. 1 et 4 Di. XXII.* 31) *c. 13 X de iudic. (II, 1).* 32) *c. 6 et 16 X de maiorit. (I, 33).* 33) *Dig. 1, 16, 7, 2 et 8.* 50

Item hoc licet facere per generale statutum seu constitutionem generalem papalem, ut in iuribus alleg(atis), item per partium conventionem, Extra de treu(ga) c. I.[1] et ff. de cap(tivis) et postli(minio) re(demptis) l. 'postliminium' § 'inducie'[2]. Ergo hoc potest fieri per papam, qui est canon animatus in terris, per provisionem specialem, 5 C. de hiis qui ad ec(clesias) confu(giunt) l. 'presenti'[3] et de fideiu(ssoribus) l. fi(nali)[4], Auten. de consu(libus) circa prin(cipium)[5], C. de iure fis(ci) l. 'prohibitum' li. X[6].

Item si aliquibus contendentibus super re aliqua iudex videt discordiam et periculum iminere nec eos posse concordare, potest eos compellere ad concordiam vel rem de qua agitur sequestrare et sequestrationi potest treuga comparari, cum per illam 10 sicut per istam contentio differatur et ius alterius non tollatur. Ergo qua ratione iudex sequestrat, eadem treugam indicere potest, C. ad l(egem) Fal(cidiam) l. fi(nali)[7] et ff. ad l(egem) Aqui(liam) l. 'illud'[8] et com(muni) di(videndo) l. com(muni) di(videndo) § 'cum de usufruc(tu)'[9] et de le(gatis) I. l. 'huiusmodi' in fi(ne)[10] et facit ff. ex qui(bus) cau(sis) ma(iores) l. 'qui mittuntur' § 'quesitum'[11] et de of(ficio) prefe(cti) ur(bis) l. I. § 15 'quies'[12]. Sicut enim pape, qui locum Dei tenet in terris, incumbit pacem servare, quam Christus nobis reliquit, iuxta illud: 'Pacem meam do vobis'[13] et cet., et Deus per angelos nuntiavit, dum dicitur: 'Et in terra pax hominibus'[14] et cet., ita ad eum pertinet eam defendere et contravenientibus obviare, ff. ne vis fi(at) ei l. I. § I. et II[15].

Item Romana ecclesia est et fuit notorie in hac possessione vel quasi, ut princi- 20 pibus ad bella et discordias paratis, cum videt periculum iminere, treugas indicat et penas excommunicationis et interdicti in terris eorum et alias non parentibus imponat. Unde ratione huius possessionis seu quasi hoc facere sibi licet, ff. de aqua co(tidiana) et esti(va) l. penultima[16], Extra de iure pa(tronatus) c. 'ex litteris' et c. 'consultat(ionibus)'[17]. Unde dominus Clemens papa IIII. et dominus Bonifacius papa VIII. 25 in Tuscia paciarios posuerunt, qui pacem ponerent et facerent observari, sicut dicit l(ex) allegata de ire(narchis)[18] et ff. de custo(dia) et exhi(bitione) re(orum) l. 'divus'[19].

Ad argumenta in contrarium respondetur primo ad primum, quod enim ubi dicitur 'bellum est iustum quod imperator indicit', respondetur: verum est, nisi per superiorem, cui subest in hac parte, saltem ratione peccati, fuerit ex iusta causa sibi prohibitum, 30 sicut hic fuit, quod est evidens. In hoc enim inter cetera summo pontifici subiacet imperator, ut in dictis c. 'duo sunt'[20] et c. 'novit'[21] et c. 'pro humani'[22] et aliis superius allegatis, XXIIII. q. I. 'quodcunque'[23] et X. di. 'suscipitis'[24], XXII. di. 'omnes'[25]. Unde talis prohibitio facit illicitum et iniustum, quod erat alias de iure permissum, sicut potest aliquis licite ingredi agrum alienum et venari in eo, tamen si dominus prohibuerit, non 35 licet sibi, ff. de iniu(riis) l. 'iniuriarum' § penult(imo) et fi(nali)[26] et de acqui(rendo) re(rum) do(minio) 'naturalem' § 'apium'[27], ff. de servi(tutibus) ru(sticorum) pre(diorum) l. 'divus'[28] et de re mili(tari) l. 'desertorem' § 'in bello'[29].

Ad secundum respondetur, quod potestates sunt distincte, sed una, scilicet imperialis, est sub pontificali, saltem quoad illa que peccatum commissum vel committendum 40 respiciunt et periculum animarum, ut probatum est supra, ut dictis c. 'solite'[30] et c. 'novit'[31]. Cum enim papa imperatori munus coronationis et consecrationis imponat et ipsum approbet et possit increpare, cum peccat, et ipsum iudicet et deponat sitque

1) *c. 1 X de treuga (I, 34).* 2) *Dig. 49, 15, 19, 1.* 3) *Cod. 1, 12, 6.* 4) *Cod. 8, 40, 29.* 5) *Auth. 34.* 6) *Cod. 10, 1, 5.* 7) *Cod. 6, 50, 19.* 8) *Dig. 9, 2, 32.* 9) *Dig. 10, 3, 7, 10.* 45 10) *Dig. 30, 84, 13.* 11) *Dig. 4, 6, 35, 5.* 12) *Dig. 1, 12, 12.* 13) *Ioh. 14, 27.* 14) *Luc. 2, 14.* 15) *Dig. 43, 4, 1, 1 et 2.* 16) *Dig. 43, 20, 7.* 17) *c. 7 et 19 X de iure patr. (III, 38).* 18) *Cod. 10, 77.* 19) *Dig. 48, 3, 6.* 20) *c. 10 Di. XCVI.* 21) *c. 13 X de iudic. (II, 1).* 22) *c. in VI. de homic. (V, 4).* 23) *c. 6 C. XXIV qu. 1.* 24) *c. 6 Di. X.* 25) *c. 1 Di. XXII.* 26) *Dig. 47, 10, 13, 6 et 7.* 27) *Dig. 41, 1, 5, 2.* 28) *Dig. 8, 3, 16.* 29) *Dig. 49, 16, 3, 15.* 30) *c. 6 X de maiorit. (I, 33).* 50 31) *c. 13 X de iudic. (II, 1).*

pape omnis potestas data in celo et in terra et sibi sit commissum terreni et celestis regni imperium et data potestas ligandi et solvendi et omnes oves gregis dominici sint ei commisse, non est qui se abscondat a calore[1] et potestate ipsius, cum sit Christi vicarius et vicem Dei gerat in terris, cui flectitur omne genus, Extra de electione 'venerabilem'[1*], de ma(ioritate) et obe(dientia) 'solite'[2], de iudi(ciis) 'novit'[3], qui fi(lii) sunt le(gitimi) 'per venerabilem' et no(ta) in c. 'causam que'[4] et XV. q. VI. 'alius'[5], Extra de re iudi(cata) 'ad apostolice' li. VI.[6], XXII. di. c. 'omnes'[7], Extra ut be(neficia) ec(clesiastica) si(ne) di(minutione) confe(rantur) c. unico[8], XXIIII. q. I. 'quodcumque'[9], Extra de auc(toritate) et usu pal(lii) 'ad honorem'[10].

A[d] tercium argumentum respondetur, quod ad imperatorem pertinet bellum indicere contra inimicos fidei vel ubi constat aliter ipsum iustum bellum velle movere, sed non ubi tot iminent scandala et pericula, ut dictum est supra, per superiorem, scilicet papam, ad quem talia pertinet prohibere, saltem ex iusta causa sibi prohibetur, ut tanta pericula evitentur, maxime quando contra regem ecclesie vassallum et qui tanquam rex non est sibi, sed ecclesie subditus, vult bellum movere, per quod tria mala sequuntur, scilicet perditio animarum, corporum et bonorum, in Auten. de armis circa prin(cipium)[11] et C. publi(ce) le(titie) l. unica li. XII.[12], et interest domini pape subditos suos illesos a calumpnia custodire, ut dicta Auten. de ar(mis) in prin(cipio). Interest insuper imperatoris, ne res publica turbetur, et per potestatem ecclesie compescenda est sevitia vel oppressio potentum, XXIIII. q. ult(ima) c.' si quis de potentibus' et c. 'si quis Romi(petas)' et c. 'illi qui[13]. Nec voluntates dominorum inepte in rebus suis etiam sunt servande, sed compescende, ff. de le(gatis) I. l. 'Servo alieno' § fi(nali)[14] et de hiis qui sunt sui vel ali(eni) iu(ris) l. 'dominorum'[15] et [de] iusti(tia) et (iure) § II[16]. Nulli enim magis convenit rem publicam tueri quam cesari, et si nitatur in contrarium, peccat et est merito compescendus ut supra, ff. de offi(cio) prefe(cti) 'nam et salutem'[17], C. de hiis qui ad ecclesias confu(giunt) 'denuntiamus'[18], Auten. de man(datis) prin(cipum) § 'deinde'[19], nec sue detrahitur potestati, si paret illi, cuius potestati subicitur et qui positus est super gentes et regna, ut dicto c. 'solite'[2]. Nam ecclesie potestas Ro(manum) precessit imperium, ut patet in Melchisedech, Noe, Moysen et Aaron et Ysaya et aliis eorum successoribus. Cum autem liceat treugas tales indicere, per consequens et penas contra non parentes licet infligere, ff. si quis ius di(centi) non ob(temperaverit) l. unica[20] et de offi(cio) e(ius) cui man(data) est iu(risdictio) l. 'mandata' § I.[21], Extra de officio de(legati) 'preterea'[22], XXIIII. q. III. 'illi qui'[23], Extra de treu(ga) et pace c. I.[24], Insti. de satis(datione) tu(torum) § II[25]. De hac autem subiectione imperatoris ad papam no(ta) X. di. 'quoniam'[26], Extra qui fi(lii) sunt le(gitimi) 'causam'[27] in glosa et c. 'per venerabilem'[28] per Osti(ensem) et in Summa e(iusdem) ti(tuli) per eundem, et per ipsum et Innoc(entium) de fo(ro) com(petenti) c. 'licet'[29] et per glo(sam) Extra qui fi(lii) sunt le(gitimi) 'causam'[27].

Sed adhuc obstat responsioni ad questionem, quod non fuerunt partes vocate coram domino papa in treugarum indictione, quod fieri debuit, ut videtur ff. de re iudi(cata) l. de unoquoque[30], C. quomodo et quando iu(dex) l. 'ea que'[31] et si per vim vel alio mo(do) l. fi(nali)[32] et si adver(sus) cre(ditorem) auten(ticas) omnes[33]. Potuisset

1) *Ps. 18, 7.* 1*) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 2) *c. 6 X de maiorit. (I, 33).* 3) *c. 13 X de iudic. (II, 1).* 4) *c. 13 et 7 X qui filii (IV, 17).* 5) *c. 3 C. XV qu. 6.* 6) *c. 2 in VI. de sentent. (II, 14).* 7) *c. 1 Di. XXII.* 8) *c. 1 X ut benef. (III, 12).* 9) *c. 6 C. XXIV qu. 1.* 10) *c. 4 X de auctor. (I, 8).* 11) *Auth. 86.* 12) *Cod. 12, 63.* 13) *c. 21. 23 et 25 C. XXIV qu. 3.* 14) *Dig. 30, 113, 5.* 15) *Dig. 1, 6, 2.* 16) *Dig. 1, 1, 2.* 17) *Dig. 1, 15, 3.* 18) *Cod. 1, 12, 5.* 19) *Auth. 17, 2.* 20) *Dig. 2, 3, 1.* 21) *Dig. 1, 21, 2, 1.* 22) *c. 5 X de offic. iud. del. (I, 29).* 23) *c. 25 C. XXIV qu. 3.* 24) *c. 1 X de treug. (I, 34).* 25) *Inst. 1, 24, 2.* 26) *c. 8 Di. X.* 27) *c. 7 X qui filii (IV, 17).* 28) *c. 13 ibid.* 29) *c. 10 X de foro (II, 2).* 30) *Dig. 42, 1, 47.* 31) *Cod. 7, 43, 7.* 32) *Cod. 8, 5, 2.* 33) *Cod. 2, 37, 1 et 2.*

enim fortassis imperator, si fuisset vocatus, tale quid proponere, quod movisset dominum papam ad treugas non indicendas, ff. de arbi(tris) l. 'sicuti' et l. 'pre'[1].

Solutio. Ad hoc respondetur, quod potuit dominus papa treugas indicere, partibus non vocatis et etiam invitis, quia cum non posset non esse notorium, quod ex eorum 5 guerra et discordia, que ex coniecturis verisimilibus iminebat et quasi videbatur incepta ipso facto, multa pericula animarum et corporum et scandala orirentur, occurrendum cito fuit, cum periculum esset in mora, sicut spernitur appellatio et proceditur ad penam ea non obstante, quando periculum est in mora, ff. de iniu(sto) rup(to) et irri(to) te(stamento) l. 'si quis' § 'quid tamen'[2] et que in frau(dem) cre(ditorum) 'ait pretor' § 'si 10 debitorem'[3]. Et etiam ubi proceditur in notoriis, si est in mora periculum, potest omitti citatio et monitionum solennitas, ut no(tat) Inno(centius) Extra de coha(bitatione) cleri(corum) et muli(erum) c. 'tua'[4] circa me(diam) glo(sam) et legitur et no(tatur) de sen(tentia) ex(communicationis) 'constitut(ionem)' in fi(ne) li. VI[5]. Preterea istud non est actus iudicialis, sed preceptum quoddam, quod fit ex officio superioris, ut periculis 15 occurratur, et est dilatorium, non peremptorium. Unde sicut in absentia partis potest concedi exceptio dilatoria per rescriptum, ita potest fieri istud preceptum, C. de pre(cibus) i(mperatori) [offerendis] l. 'quotiens'[6]. Unde l(ex) dicit, quod serum est iudicio, id est tarde esset expectare iudicium, [ut] subiugamur edicto, et ideo, ubi est in mora periculum, permittitur vindicta, C. quando licet unicuique sine iu(dice) l. II[d.7].

20 Item posset fieri eis invitis, ergo eis non vocatis, ff. de regu(lis) iu(ris) l. 'qui potest'[8], nec possent ambo vel unus aliquid allegare, quare non deberet periculis obviari, sicut dicitur de illis, qui volunt perire, nam retrahuntur invisi et iuvantur, ff. de appellationibus 'non tantum' § fi(nali)[9] et de quest(ionibus) l. I. § 'penultimo'[10] et XXIII. q. IIII. 'ipsa pietas' [§] 'quod si'[11]. Unde non fuit necesse eos vocare, presertim quia prius 25 fuerant per cardinales domini pape nuntios super hiis informati et requisiti.

Item non obstat responsio quam fecit imperator, scilicet quod ipse nullam guerram habebat cum rege Roberto nec debet impediri dominus in sua iusticia contra vassallum suum, ut hic erat, quia rex Robertus est vassallus imperatoris pro comitatu Provincie. Ad quod respondeo, quod treuge non requirunt guerram necessario in actu, sed sufficit 30 probabilis timor et suspitio guerre, sicut dicitur quando petitur dampni infecti cautio vel fit operis nuntiatio vel ubi est iustus metus armorum. Nam in hiis et similibus non est expectandus casus, sed ante tempus est occurrendum, ff. de no(vi) oper(is) nun(tiatione) l. I. § 'opus' et l. 'pretor' § 'sive' et l. 'stipulatio' § 'opus'[12], et de damp(no) infec(to) l. 'pretor' et l. I.[13] et per totum, et de vi et [vi] ar(mata) l. III. § 'si quis'[14] 35 et C. quando licet sine iu(dice) uni(cuique) l. I[15]. Hic autem de guerra et discordia periculosa iminebat timor et verisimiles coniecture et hoc est omnibus notum, quare fuit occurrendum, C. ad Velleian(um) l. 'antique'[16] et in qui(bus) cau(sis) non est in integ(rum) re(stitutio) nece(ssaria) l. ultima[17]. Preterea per hoc imperator non expediebatur in iusticia contra vassallum, quin posset procedere sicut dominus si vellet per 40 viam iusticie contra ipsum, sed non per guerram et actum inordinatum, C. de ac(tioni)bus et obli(gationibus) l. 'negantes'[18]. Nec inter ipsos, sicut inter dominum et vassallum, indicebatur per dominum papam treuga, sed tanquam inter imperatorem et regem[e] non sibi subditum ratione regie dignitatis et regni, ar(gumentum) Extra qui fi(lii) sunt

1250. d) unica *ed.* e) *sequitur* Sicilie *subpunctum c.*

45 1) *Dig. 4, 8, 18; alteram non inveni.* 2) *Dig. 28, 3, 6, 9.* 3) *Dig. 42, 7, 10, 16.* 4) *c. 8 X de cohabit. (III, 2).* 5) *c. 9 in VI. de sent. excomm. (V, 11).* 6) *Cod. 1, 19, 2.* 7) *Cod. 3, 27, 2.* 8) *Dig. 50, 17, 26.* 9) *Dig. 49, 1, 6.* 10) *Dig. 48, 18, 1, 26.* 11) *c. 24 § 5 C. XXIII qu. 4.* 12) *Dig. 39, 1, 1, 11 et 20, 2 et 21, 3.* 13) *Dig. 39, 2, 7 et 1.* 14) *Dig. 43, 16, 3, 6.* 15) *Cod. 3, 27, 1.* 16) *Cod. 4, 29, 23.* 17) *Cod. 2, 40, 5.* 18) *Cod. 4, 10, 9.*

le(gitimi) 'per venerabilem' [1] et in iuribus alleg(atis) [f]. Advertendum [est] etiam quod cum rex regnum suum et regiam dignitatem ab ecclesia et domino papa habeat et teneat in feudum et sit eius subditus et vassallus, non fuit solum quoad imperatorem treugarum indictio, sed sui vassalli et terre sue, scilicet domini pape defensio, que licita est de iure, C. unde vi l. I. [2], Extra de resti(tutione) spo(liatorum) 'cum olim' [3] et de sen(tentia) ex(communicationis) 'dilecto' [4] [li. VI.] et de ap(pellationibus) 'dilectis' [5].

III. Questio.

Tertia questio est, utrum dominus papa potuerit iuramentum ab imperatore exigere, quod regnum Sicilie non offenderet nec offendentibus faveret et cetera.

Videtur quod non, quia superfluis cautionibus non est aliquis onerandus, ff. de procu(ratoribus) l. 'non cogendum' [6] in fi(ne) et ut in po(ssessione) le(gatorum) l. 'hec stipulatio' [7] in fi(ne) et tantum valet generale in omnibus, quantum speciale in singulis, ff. de admi(nistratione) tu(torum) l. 'si duo' [8]. Hic autem superfluum videtur iurare, cum prius iurasset fidelitatem et multa alia capitula, sub quibus istud potest comprehendi. Ergo et cetera.

Item licet teneatur non offendere, tamen non tenetur super hoc ut videtur cavere, D. de condi(ctione) causa da(ta) causa non se(cuta) l. 'dedi' [9] in prin(cipio). Debuit enim de hoc sibi prospicere dominus papa a principio et ideo sero petit, C. de here(ditate) vel ac(tione) ven(dita) l. II [10]. Et videtur casus quod ab imperatore non debet exigi iuramentum, nisi illud quod LXIII. di. 'tibi domino' continetur, ut e(adem) di. 'quia sancta' [11] secundum Hugu(cci)o(nem). Sed littera 'hoc' non bene sonat, sed magis consonat, quod ab electo in papam non sunt promissiones vel iuramenta extorquenda, nisi consueta.

Solutio.

Contrarium est tenendum, nam in rebus arduis et periculosis cautius est agendum, ff. ad Car(bonianum) l. I. § ultimo [12], XLII. di. 'quiescamus' [13], et que notanda sunt neglecta videntur, nisi specialiter caveatur de illis. Unde licet fuisset generaliter iuratum et fuissent expresse in iuramento multe terre, provincie, civitates et castra, que erant Regno inferiora, videbatur neglectum et scienter omissum nec sub illis posse comprehendi Regnum, quod maius et nobilius erat, Extra de rescriptis [g] c. 'sedes' [14], ff. de iniu(riis) l. 'apud Labeonem' § 'hoc edictum' [15], XXIII. di. 'quanquam' [16]. Non fuit ergo mirum, si in tali dubio voluit dominus papa sibi caveri et iurari, ut via maliciis tolleretur, ff. ut le(gatorum) causa ca(veatur) l. I. § 'si is cui' [17], in Auten. ut omn(es) ob(ediant) iu(dicibus) provi(nciarum) § 'arripiat' [18].

Item cum tot pericula iminerent et ad dominum papam talia pervenissent, ex quibus verisimiliter timebatur, quod imperator intendebat Regnum invadere et offendere, debuit dominus papa precavere potius quam post causam vulneratam remedium querere et ideo potuit exigere huiusmodi iuramentum, ff. de offi(cio) pre(sidis) l. 'senatus' [19] in fi(ne) et qui satisda(re) co(gantur) l. 'si fideiussor' § fi(nali) [20]. Et ideo etiam secundum canones iuratoria cautio exigitur, si quis ex coniecturis verisimilibus de turbatione vel baratatione vel inobedientia aut subtractione habeatur suspectus, et etiam a domino et viro, si contra servum et uxorem de sevicia habeatur suspectus, exigitur iuramentum

1250. f) *sequitur* de tanquam *ed.* g) rescripto *c.*

1) *c. 13 X qui filii (IV, 17).* 2) *Cod. 8, 4, 1.* 3) *c. 7 X de restitut. (II, 13).* 4) *c. 6 in VI. de sent. excomm. (V, 11).* 5) *c. 55 X de appell. (II, 28).* 6) *Dig. 3, 3, 45.* 7) *Est potius Dig. 36, 3, 14.* 8) *Dig. 26, 7, 51.* 9) *Dig. 12, 4, 3.* 10) *Cod. 4, 39, 2.* 11) *c. 33 et 28 Di. LXIII.* 12) *Videtur esse Dig. 37, 10, 1, 11.* 13) *c. 2 Di. XLII.* 14) *c. 15 X de rescript. (I, 3).* 15) *Dig. 47, 10, 15, 26.* 16) *c. 6 Di. XXIII.* 17) *Videtur esse Dig. 36, 3, 1, 11.* 18) *Auth. 73, 4.* 19) *Dig. 1, 18, 16.* 20) *Dig. 2, 8, 7, 2.*

de non offendendo servum vel uxorem, C. de hiis qui ad ec(clesias) confu(giunt) l. 'presenti' § 'sane'[1] et Auten. de mo(nachis) § 'si quis igitur'[2], XXVIII. di. 'de Siracusane'[3], XVII. q. IIII. c. 'metuentes' et c. 'id constituimus'[4], XXXII. q. I. 'de benedicto'[5], Extra de resti(tutione) spo(liatorum) c. 'ex transmissa' et c. 'litteras'[6]. Et etiam
5 a subdito iuramentum exigitur, si suspectus habeatur super illis, super quibus vel iuravit, et a debitore cautio est prestanda, Extra de ma(ioritate) et obe(dientia) c. 'legebatur' et c. 'cum in ecclesiis'[7] et ff. de iudi(cibus) l. 'in omnibus'[8]. Unde hic cum dominus papa ad suspicionem rationabiliter esset ductus, potuit et debuit precavere, ff. ad le(gem) Aqui(liam) l. 'in l(ege) Aquilia'[9]. Et ex causa superveniente cautio renovatur, ff. ut in
10 pos(sessione) le(gatorum) l. 'plane'[10]. Ratione igitur dubii iuris et facti et iminentium periculorum remedio opus fuit et cautela iuratoria exigi potuit per iura et rationes alleg(ata) et XXIII. q. VIII. c. 'ut pridem'[11].

Item cum pacem facere inter principes et alios christianos ad ecclesiam pertineat, ut supra probatum est, et sic pacem quoad se requirere, per consequens potest eam
15 facere iuramento firmare, ut in Li. Feu. de pace iura(mento) fir(manda) in recepta et l. 'hac edictali'[12]. Rursus si pro domo vilissima a domino domus vicine ruinam minantis michi licet petere cautionem, preses etiam ex officio facit caveri, si supra viam publicam domus sit posita ruinosa, multo fortius videtur debere peti cautio pro uno regno et populo, si quis minetur eidem ruinam aut timetur eius offensa, ff. de damp(no)
20 infec(to) per to(tum)[13] et de of(ficio) presi(dis) l. 'preses provincie inspectis'[14], et de damp(no) infect(o) l. 'ad curatorem'[15], et persone digniores sunt rebus, C. de sacros(ancta) ec(clesia) l. 'sanctimus'[16]. Unde ex hoc inolevit usus, ubicumque iusticia viget, quod si quis ab alio timeat se offendi, petit ab eo sibi caveri, ne offendat, et ille compellitur ad hoc per superiorem, ff. de offi(cio) presi(dis) l. 'illicitas' § 'ne potentiores'
25 et § 'ne tenuis'[17].

Argumenta contra non obstant, quia non est cautio superflua, sed valde utilis et quasi necessaria, ut futuris periculis occurratur. Nec erat de isto cautum specialiter in primo iuramento et suspicio probabilis supervenit, propter quod novo remedio opus fuit, ff. de ven(tre) inspi(ciendo) l. I.[18].

30 Item non est ratio eadem, sed diversa de illo, qui ex natura obligationis non tenetur cavere, ut in l(egibus) dedi, et de illo, qui est ad cautionem vel iuramentum obligatus, quia dato quod ille cavere et iurare non teneatur nisi ex causa, ut in l(egibus) omnibus, iste tamen cautionem prestitam, presertim obscuram vel ex causa superveniente suspectam aut non sufficientem renovare vel si videatur omissa, prestare tenetur, ff. qui
35 satisda(re) co(gantur) l. 'quotiens'[19] et de usufruc(tu) ea(rum) re(rum) que usu consu(muntur) l. 'hoc senatus' § I.[20], ut dictum est supra. Et sic est in casu presenti, quia imperator tenetur pape ad iuramentum fidelitatis, ut est supra dictum. Est insuper ecclesia et Romani pontifices in possessione vel quasi exigendi ab imperatore huiusmodi iuramentum, ut in cronicis invenitur.

40 IIII. Questio.

Quarta questio [est], utrum domino pape licuerit imperatori precipere, quod a Roma et terris ecclesie recederet, non reversurus ad eas sine sua licentia speciali.

Et videtur quod non licuerit, quia hoc est quedam pena, ff. de interdic(tis) et rele(gatis) l. 'relegatorum' § I. [et §] 'constitutum' et l. 'exilium'[21]. Et ubi non est culpa,

45 1) *Cod. 1, 12, 6, 6.* 2) *Auth. 5, praef.* 3) *c. 13 Di. 28.* 4) *c. 32 et 36 C. XVII qu. 4.* 5) *c. 5 C. XXXII qu. 1.* 6) *c. 8 et 13 X de restit. (II, 13).* 7) *c. 3 et 10 X de maior. (I, 33).* 8) *Dig. 5, 1, 41.* 9) *Dig. 9, 2, 40.* 10) *Dig. 36, 4, 4.* 11) *c. 17 C. XXIII qu. 8.* 12) *Cons. Feud. II, 53.* 13) *Dig. 39, 2.* 14) *Dig. 1, 18, 7.* 15) *Dig. 39, 2, 46.* 16) *Cod. 1, 2, 21.* 17) *Dig. 1, 18, 6, 2 et 5.* 18) *Dig. 25, 4, 1.* 19) *Dig. 2, 8, 6.* 20) *Dig. 7, 5, 5, 1.* 21) *Dig. 48, 22, 7, 1 et 15; 5.*

non debet esse pena, C.[h] de penis l. 'sanctio'[1] et ad l(egem) Iuli(am) de adul(teriis) l. 'Gracus'[2]. Unde cum imperator non dicatur deliquisse, pena talis imponi sibi non debuit, ut videtur.

Item Roma communis est patria, ff. ad munici(palem) l. 'Roma'[3]. Ergo et cetera.

Solutio. 5

Contrarium est dicendum, quia quilibet privatus potest alium prohibere, ne fundum suum ingrediatur, ut C. de ser(vitutibus) et aqua l. 'per agrum'[4], ff. de ser(vitutibus) ru(sticorum) pre(diorum) l. 'divus'[5] et de iniu(riis) l. 'iniuriarum' § fi(nali)[6], potest et ei precipere, ut de fundo exeat, et expellere violenter, si sibi possessionem interverteret vel auferret, ff. de acqui(renda) pos(sessione) l. 'clam po(ssidere) § 'qui ad 10 nundinas'[7], et de vi et vi ar(mata) [l.] III. § 'si quis'[8], Extra de restitutione spo(liatorum) c. 'olim'[9]. Unde et ecclesia contra talem posset censuram ecclesiasticam exercere, Extra de ap(pellationibus) 'dilectis'[10] et de sen(tentia) ex(communicationis) 'dilecto'[11] [li. VI].

Item sicut presides provinciarum aliquibus interdicunt provincias suas propter 15 culpam, ff. de interdictis et rele(gatis) l. 'relegatorum' in prin(cipio) et § 'interdicere'[12] et de pe(nis) l. 'moris'[13], ita princeps ecclesiasticus potest alicui interdicere terras suas ex causa, ar(gumentum) Extra ut lite non conte(stata) c. 'quoniam' § 'si vero'[14], maxime quando timet ex hoc sibi periculum vel preiudicium iminere, ff. quod vi aut clam l. I. § I.[15], et vim videtur facere qui alterius possessionem libere non relinquit, ff. de vi 20 et vi ar(mata) l. 'vim facit'[16] in fi(ne), unde potest ecclesiastica censura compesci, XI. q. I. c. 'petimus'[17]. Possumus enim prohibere aliquem non solum ne ingrediatur fundum nostrum, sed ne ibi agat, et si quid in solo meo positum fuerit, possum auctoritate propria amovere, C. de servi(tutibus) et a(qua) 'per agrum'[4] et ff. ad l(egem) Aqui(liam) l. 'quemadmodum'[18]. Unde preceptum domini pape fuit licitum et honestum, 25 ut damnum ecclesie et turbatio ac populi seditio vitaretur, C. de hiis qui ad ec(clesias) confu(giunt) l. 'denunciamus'[19], et ab imperatore cum devotione debuit adimpleri, XIX. di. 'in memoriam'[20], presertim cum in eo sufficiens dilatio sit adiecta, illo etiam argumento, quia si qui de suis terris et provinciis ad Urbem se transtulerint sine causa, sunt ad terras et provincias proprias remittendi, cuiuscumque sint fortune vel dignitatis 30 privilegio omni perempto, in Auten. de questo(re) § 'si vero aliquos' collat. VI. et § 'ex hoc'[21] et de manda(tis) prin(cipum) § fi(nali)[22], et bene facit XXIII. q. VIII 'ut pridem'[23].

Non obstat argumentum in contrarium, quia hoc non fuit factum in penam imperatoris, sed ob causam et ecclesie iusticiam exequendo et terram ecclesie propriam 35 defendendo, ut licuit sibi, papa hoc fecit. Nec est Roma communis patria ad morandum, nisi quantum neccessitas hoc requirit, cum sit ecclesie eius dominium ex donatione Constantini et confirmatione Lodovici imperatoris et usu approbato, XCVI. di. 'Constantinus'[24], LXIII. di. 'ego Lodovicus'[25] et in iuramento imperatoris satis ostenditur. Unde licitum fuit pape iniungere, quod recederet ab ea et aliis terris[i] suis. 40

Non obstat si dicatur, quod licitum est imperatori in terris ecclesie morari et transire per eas et earum vias publicas, sicut cuilibet alii hoc liceret, imo multo fortius

1250. h) ff. *c.* i) *sequitur delet.* ecce *c.*

1) *Cod. 9, 47, 22.* 2) *Cod. 9, 9, 4.* 3) *Dig. 50, 1, 33.* 4) *Cod. 3, 34, 11.* 5) *Dig. 8, 3, 16.* 6) *Dig. 47, 10, 13, 7.* 7) *Dig. 41, 2, 6, 1.* 8) *Dig. 43, 16, 3, 6.* 9) *c. 12 X de restit.* 10) *c. 55* 45 *X de appell. (II, 28).* 11) *c. 6 in VI. de sent. excomm. (V, 11).* 12) *Dig. 48, 22, 7 pr. et 10.* 13) *Dig. 48, 19, 9.* 14) *c. 5 § 2 X ut lite (II, 6).* 15) *Dig. 43, 24, 1, 1.* 16) *Dig. 43, 16, 11.* 17) *c. 19 C. XI qu. 1.* 18) *Dig. 9, 2, 29.* 19) *Cod. 1, 12, 5.* 20) *c. 3 Di. XIX.* 21) *Auth. 81, 9 et praef.* 22) *Auth. 17, 17.* 23) *c. 17 C. XXIII qu. 8.* 24) *c. 13. 14 Di. XCVI.* 25) *c. 30 Di. LXIII.*

sibi, qui est advocatus ecclesie et patronus. Respondetur enim, quod imperator non potest dici princeps in terris ecclesie, que ab eius potestate omnimoda sunt exempte. Unde ubi maxime subest iusta causa, potest ab eorum dominio prohibere ingredi vel morari, quia per hoc posset ius aliquod in terra ecclesie forsitan vendicare et ecclesie
5 preiudicium generare, ar(gumentum) Extra de fo(ro) compe(tenti) c. 'Roma(na)' § 'nec clericos' li. VI[1]. Preterea quia cum de movendo guerram contra regem Robertum et de invadendo Regnum merito timeretur et propter hoc iuramentum requireretur ab eo, nec erat ei ingressus seu accessus ad Regnum nisi per terras ecclesie, potuit et debuit ei fieri prohibitio talis, ff. de iti(nere) ac(tu)que priva(to) l. 'veteres'[2] et ne quid
10 in flu(mine) pu(blico) fi(at) l. 'quominus'[3]. Posset etiam talis prohibitio fieri, ne forte imperator sibi aliquid possessionis, dominii aut usus trahendo moram in eis imposterum vendicaret, cum etiam de Urbe eadem die qua coronatus est teneatur exire secundum ordinationes antiquas.

V. Questio.

15 Quinta questio est, supposito quod imperator significaverit domino pape rebellionem Tuscorum et requisiverit, quod per sententias interdicti et excommunicationis ipsos a rebellione compesceret, quod dominus papa facere non curavit, utrum ex hoc imperator possit de iure a domino papa vel ecclesia se reputare gravatum. Et est ut videtur inter ceteros huius questionis effectus, an imperator a iuramento et fidelitate, quibus est
20 domino pape et ecclesie obligatus, se possit excusare, quia eius quod promisit vicem non recepit a domino requisito.

Videtur quod possit imperator iuste conqueri, se in hoc fuisse gravatum, quia sic[ut] vassallus seu fidelis tenetur dominum defendere et iuvare, sic dominus reddere vicem tenetur vassallo, XXII. q. ultima 'de forma'[4] circa fi(nem) et in Li. Feu. de
25 no(va) fidel(litatis) for(ma) c. I.[5] circa fi(nem). Est enim equalitas observanda, C. de fruc(tibus) et li(tis) ex(pensis) l. fi(nali)[6] et de proxim(is) sa(crorum) scri(niorum) l. 'in sacris' li. XII.[7], XCV. di. c. 'esto'[8]. Si ergo sibi fides ab ecclesia non servetur, nec ipse servare tenetur, C. de pac(tis) 'cum proponas'[9] et de transac(tionibus) 'si diversa'[10], Extra de iureiu(rando) 'sicut'[11].

30 Item potestas pontificalis et imperialis debent invicem se iuvare, cum una alterius eget auxilio, XCVI. di. 'cum ad verum'[12] et X. di. 'quoniam'[13], XI. q. I. 'petimus'[14], Extra de of(ficio) or(dinarii) 'quoniam in plerisque'[15]. Unde no(tat) Inno(centius), quod ecclesia ad requisitionem imperatoris debet rebelles imperii compescere et domare, Extra de fo(ro) com(petenti) 'licet'[16] no(ta).

35 ## Solutio.

Ad hoc respondetur, quod non potest imperator se de iure reputare gravatum nec a iuramento, quo tenetur pape et ecclesie, absolutum nec relaxatum. Cum enim excommunicationis sententia non sit sine cognitione cause ferenda, non fuisset iustum, quod dominus papa Tuscis non vocatis et cognitione cause non prehabita interdicti et
40 excommunicationis in eos sententias protulisset, XI. q. III. 'sententia'[k.17], II. q. I. 'nemo'[18], de appell(ationibus) 'reprehensibilis'[19] et de sen(tentia) ex(communicationis) c. 'sacro'[20].

1250. k) *praecedit* in *ed.*

1) *c. 1 § 4 in VI de foro comp. (II, 2).* 2) *Dig. 43, 19, 4.* 3) *An pro Dig. 43, 9, 1?* 4) *c. 18 C. XXII qu. 5.* 5) *Cons. Feud. II, 7.* 6) *Cod. 7, 51, 6.* 7) *Cod. 12, 19, 2.* 8) *c. 7 Di. XCV.*
45 9) *Cod. 2, 3, 16.* 10) *Cod. 2, 4, 14.* 11) *c. 13 X de iureiur. (II, 24).* 12) *c. 6 Di. XCVI.* 13) *c. 8 Di. X.* 14) *c. 19 C. XI qu. 1.* 15) *c. 14 X de offic. iud. ord. (I, 31).* 16) *c. 10 X de foro comp. (II, 2).* 17) *c. 1 C. XI qu. 3.* 18) *c. 11 C. II qu. 1.* 19) *c. 26 X de appellat. (II, 28).* 20) *c. 48 X de sent. excomm. (V, 39).*

Nec sufficit requisitio simplex vassalli, ut quis fidelitate privetur seu proprietate, ut in Li. Feu. que fuit prima causa be(neficii) ami(ttendi)[1] c. I., ff. de pig(neraticia) ac(tione) 'si convenerit'[2], Extra de sen(tentia) ex(communicationis) 'constitut(ionem)' et c. 'statuimus' li. VI[3].

Item plerumque subditi habent iustam causam superioribus resistendi, C. de iure fis(ci) l. 'prohibitum' li. X.[4] et in qui(bus) cau(sis) colo(ni) do(minos) su(os) ac(cusare) vale(nt) l. I.[5] et de meta(tis) l. 'devotum' li. XI[I].[6] et de appell(ationibus) l. 'quoniam'[7]. Nonne etiam possunt ecclesie iuste consuetudines, privilegia vel conventiones inter subditos et eorum superiores, contra que si domini veniant et eos opprimant, gravant eos[m] et ipsi resistere possunt? Certe utique. Dominus ergo papa male faceret, in cuius manibus, ubi inter imperatorem et subditos versatur contentio, est de ambigua re iudicium, si ad solam et simplicem requisitionem imperatoris dirimeret questionem et ferret excommunicationis et interdicti sententias quasi in convictos et rebelles, monitionibus et cognitione debita non premissis, ff. de acqui(renda) pos(sessione) l. 'si quis rem'[8] et de vi et vi ar(mata) l. 'colonus'[9] in fi(ne), Extra qui fi(lii) sunt le(gitimi) c. 'per venerabilem'[10], XI. q. III. 'non semper'[11] et aliis c(apitulis) se(quentibus) multis, ff. de re iudi(cata) 'de uno quoque'[12] et C. si per vim vel ali(o) modo l. fi(nali)[13] et facit quod no(tat) Inno(centius) Extra de of(ficio) or(dinarii) c. I[14].

Rursus attendendum est, quod imperator guerram movebat, non se defendebat, quare non sic de facili ad invadendum prompta iuvatrix esse debet ecclesia, sicut ad defensionem ipsius, si ab alio invaderetur et impugnaretur, ut in Li. Feu. hic fi(nitur) l(ex) inci(piunt) regni consu(etudines) c. I. unico circa prin(cipium)[15]. Et quidquid dicatur, non est tanta ratio vel neccessitas domino auxilii prestandi vassallo, cum nec feudum teneat ab eo nec ei iuret, quanta est ex converso, et in hoc debet magna versari cause cognitio, ut dicto c(apitulo), nec etiam preiudicat factum prelata ecclesie, XVI. q. VI. 'si episcopum'[16]. Illud etiam non omitto, quod Constantinus imperator dedit terram illam Romane ecclesie et Romam ipsam et ista confirmavit et renovavit et etiam Lodovicus, XCVI. di. c. 'Constantinus'[17], LXIII. di. 'ego Lodovicus'[18]. Unde iuvando imperatorem quasi illius terre dominum derogaret honori et iuri suo et ecclesie et se non dominum fateretur et contra se ipsum iuvaret, quod facere non debet, ut dicto c(apitulo) circa fi(nem) et ff. communia pre(diorum) l. 'quicquid'[19] et loca(ti) et conduc(ti) l. 'qui insulam' § fi(nali)[20]. Et dato sine preiudicio quod imperator se posset reputare gravatum, non esset propter hoc imperator a iuramento et fidelitate liberatus nec terras ecclesie sibi liceret invadere sine infidelitate et transgressione proprii iuramenti, ut in Li. Feu. de fe(udo) si(ne) cul(pa) non ami(ttendo) c. I.[21] et qua(liter) do(minus) propri(etate) pri(vari) de(bet) c. 'ex facto'[22]. Per predicta patet solutio ad contraria argumenta, quod non est tanta neccessitas debiti subsidii domino ad vassallum, sic ut continet tanta impugnando, sicut defendendo. Et quia in dubio sine cause cognitione procedere non debuit, ut est dictum, nec contra se et ecclesiam re ipsa fateri.

VI. Questio.

Sexto queritur, supposito quod Robertus Tuscis et aliis inimicis imperatoris prestaret auxilium et gentes suas de Regno et existens in Regno suo iusserit in ipsorum

1250. m) *anacoluthon?*

1) *Cons. Feud. II, 24.* 2) *Dig. 13, 7, 18.* 3) *c. 9 et 3 in VI. de sent. excomm. (V, 11).* 4) *Cod. 10, 1, 5.* 5) *Cod. 11, 50, 1.* 6) *Cod. 12, 40, 5.* 7) *Cod. 7, 62, 18.* 8) *Dig. 41, 2, 20.* 9) *Dig. 43, 16, 12.* 10) *c. 13 X qui filii (IV, 17).* 11) *c. 92 C. XI qu. 3.* 12) *Dig. 42, 1, 47.* 13) *Cod. 8, 5.* 14) *c. 1 X de off. iud. ord. (I, 31).* 15) *Cons. Feud. II, 28.* 16) *c. 3 C. XVI qu. 6.* 17) *c. 13. 14. Di. XCVI.* 18) *c. 30 Di. LXIII.* 19) *Dig. 8, 4, 10.* 20) *Dig. 19, 2, 30.* 21) *Cons. Feud. I, 20.* 22) *ibid. II, 47.*

subsidium contra imperatorem predictum, licet de hoc non constet, et dato quod constaret, non tamen constat, utrum iustam causam habuerit faciendi, liceat imperatori Regnum violenter intrare, quod est patrimonium proprium ecclesie, et illud impugnare, ut capiat dictum regem, taliter ut asserit imperator, licet non constet delinquentem in
5 ipsum et vassallum suum ratione comitatus Provincie.

Et videtur quod sic. Certum est enim dictum regem, si talia fecisset, contra imperatorem graviter deliquisse, nisi iustam causam excusationis haberet. Talia quidem sunt contra fidelitatem et est ingratitudo, per quam feudum perdere debet, cum non solum rem sibi difficilem faciat, sed ipsum quem iuvare tenetur impugnat et cum ini-
10 micis amicitias suas coniungit, ff. de offi(cio) pre(fecti) ur(bis) l. I. § 'cum patronus'[1], C. de inoffi(cioso) te(stamento) 'liberi'[2] et in Li. Feu. que fu(erit) pri(ma) causa be(neficii) ami(ttendi) c. I.[3] et per totum et ti(tulo) hic finitur l(ex), deinde consu(etudines) reg(ni) c. 'domino guerram faciente'[4], XXII. q. ult(ima) c. 'de forma'[5]. Unde sicut servum fugitivum licet querere et capere in prediis alienis et curie capere licet coartalem
15 seu decurionem suum in territorio alieno, ff. de ser(vo) fugi(tivo) l. 'dominus'[6], C. ubi de cri(minibus) aga(tur) l. I.[7] et de decuri(onibus) l. 'generali' li. X.[8], sic licitum fore videtur suum vassallum querere et capere ubicumque, maxime principi, in quem crimen lese maiestatis dicebatur commissum, quod est capitaliter puniendum, C. ad l(egem) Iuli(am) ma(iestatis) 'quisquis'[9]. Preterea filii Israel iuste impugnaverunt Amorreos, quia eis per
20 terras eorum transitum denegaverunt, XXIII. q. II. c. fi(nali)[10] et in Deuteronomio[11].

Item cum voluntas et propositum distingant maleficia, ff. de iniu(riis) l. 'qui iniuriis' et l. 'verum'[12], et imperator non habeat propositum nec voluntatem dampnificandi Regnum nec ecclesiam, sed capere delinquentem, videtur sibi hoc licere.

Solutio.

25 Contrarium est tenendum quantum ad illud, de quo queritur. Ad hoc enim ut alicui liceat per territorium alienum transire, duo requiruntur, scilicet quod transitus eius sit innoxius et quod subsit iusta causa, quorum utrumque hic deficit. Constat siquidem quod impugnatio talis et transitus non posset esse innoxius, quod cum non sit dubium, quod Regnicole dominum suum vellent defendere, sequerentur hominum ecclesie strages
30 multe, violentie, incendia et rapine, destructio civitatum et castrorum et aliorum locorum ecclesie, ex quibus necessario multa inferrentur ecclesie nocumenta, cuius dominium est dicti Regni et habitantium in eodem, Extra de re iudi(cata) 'ad apostolice' li. VI.[13], ad hoc XI. q. I.[n] 'pervenit'[14]. Non licet ergo hoc sibi facere, imo periurium incurreret talia faciendo, sic[ut] loquitur et intelligitur I. di. c. 'omnes'[15] et XXIII. q. II. c. fi(nali)[16],
35 C. de metallar(iis) et metal(lis) l. 'quosdam' li. XI[17].

Item[o] cum sint iura expressa, quod si delinquentes fugiant ad alienas provincias vel morentur in eis, non debent illi iudices vel superiores, in quorum provinciis deliquerunt, illas provincias invadere, ut capiant delinquentes, sed ad eos mittere et requirere, qui provincias illas regunt, quod sibi puniendos remittant, ff. de require(ndis) l.
40 'divi'[18] et de accu(sationibus) 'si cui' § fi(nali) et l. ultima[19] et de iudi(ciis) 'heres absens'[20], Aut. ut nulli iu(dicum) § 'si quis vero comprehensorum'[21], Extra de fo(ro) com(petenti) c. 'Romana' § 'contrahentes' [li. VI][22]. Nec convenit alieni regni archana

1250. n) III. *ed.* o) *in margine add.* no(ta)? *c.*

1) *Dig. 1, 12, 1, 10.* 2) *Cod. 3, 28, 28.* 3) *Cons. Feud. II, 24.* 4) *ibid. II, 28.* 5) *c. 18*
45 *C. XXII qu. 5.* 6) *Dig. 11, 3, 16.* 7) *Cod. 3, 15, 1.* 8) *Cod. 10, 32, 54.* 9) *Cod. 9, 8, 5.* 10) *c. 3 C. XXIII qu. 3.* 11) *Deut. 1—4.* 12) *In Dig. 47, 10 leges non in veniuntur.* 13) *c. 2 in VI. de sent. (II, 14).* 14) *c. 39 C. XI qu. 1.* 15) *c. 1 Di. I.* 16) *c. 3 C. XXIII qu. 2.* 17) *Cod. 11, 7, 6.* 18) *Dig. 48, 17, 1.* 19) *Dig. 48, 2, 7, 5 et 22.* 20) *Dig. 5, 1, 19.* 21) *Auth. 127, 5.* 22) *c. 1 § 3 in VI. de foro comp. (II, 2).*

scrutari, C. de commer(ciis) et merca(toribus) l. III[1]. Canones etiam detestantur, quod primates aut quicumque superiores ingrediantur provincias alienas, ut agant ibi aliquid vel disponant, et specialiter dicit c. XXXIII. q. II. 'dixit Dominus'[2], quod si quis dicat se offensum vel lesum ab aliquo alterius subdito, non debet terram illius invadere, sed debet dominum requirere, ut sibi faciat emendari, quod si facere recusaverit, tunc potest sibi bellum movere. Unde et hic debet imperator dominum papam requirere, non temeritate propria Regnum invadere, IX. q. II. 'nullus primas' et per to(tum)[3]. Et est expressum, quod iudex ecclesiasticus delinquentes existentes in districtu suo vel territorio ecclesie per seculares iudices puniendos extrahit et tradit iudici seculari et res etiam ablatas et in ecclesia absconditas non extrahit iudex secularis, sed ecclesiasticus, C. de hiis qui ad ec(clesias) confu(giunt) l. 'presenti' § 'sane'[4] et in Auten. ut li(ceat) ma(tri) et avi(e) § 'quia ita comperiuntur' collat. VIII.[5] et facit C. de diver(sis) offi(ciis) et appari(toribus) l. I. li. XII[6]. Preterea l(ege) imperiali cavetur, quod si filius vel domesticus vel vassallus dominum feudi offenderit, debet dominus vassallum requirere, ut filium subditum aut domesticum vel vassallum ad emendam reducat. Multo ergo fortius hoc habet fieri in maiori domino quam sit offensus requirendo, in Li. Feu. de prohibi(ta) fe(udi) ali(enatione) per Fre(dericum) l. 'imperial(em)' § 'insuper si'[7].

Item cum constet terras imperii fore distinctas a terris ecclesie, in quibus imperator nichil potest de iure nec consuetudine nec sine iuramenti transgressione sibi vendicare nec acquirere nec officium exercere, finibus suis debet esse contentus et non ingredi alienos et impugnare, ad quorum defensionem tenetur, ut patet in iuramento ff. de iur(isdictione)[p] l. fi(nali)[8], C. de decu(rionibus) l. 'duumv(irum) im(pune)'[9] et de appari(toribus) procon(sulis) l. ult(ima) li. XII.[10], ff. si servi(tus) ven(dicetur) l. 'altius'[11] et de condi(ctione) inde(biti) l. 'frater'[12]. Ut illud etiam non omittam, quod sententiam latam in uno territorio non licet iudici exequi in territorio alieno, etiam si sit lata Rome per pretorem, fiet per presidem provincie executio in rebus, que sunt in provincia, ff. de re iudi(cata) l. 'a divo' [§] II.[13], respondeo et de bo(nis) auc(toritate) iu(dicis) possi(dendis) l. 'cum unus' § 'is qui'[14] et ar(gumentum) ff. de tu(toribus) et cu(ratoribus) da(tis) ab hiis l. 'pupillo'[15], Extra de fo(ro) com(petenti) c. 'postulasti'[16], ff. de iudi(ciis) l. 'argentarium'[17].

Rursus rudera domus mee vel glandem arboris mee cadentia et existentia in solo alterius non licet michi tollere de solo alieno, nisi prius caveam de dampno, quod tollendo posset inferri. Multo fortius imperator cavere debet hoc casu, ff. de damp(no) infec(to) l. 'pretor ait' § 'unde queritur'[18] et ad exhi(bendum) l. 'Iul(ianus)' § II[19]. Potuit ergo, donec caveat Regnum taliter ingredi, prohiberi et pena, si contra veniret, imponi, dato sed non concesso quod aliter sibi ingredi Regnum liceret, quod tamen non licuit, ut est dictum, maxime eo modo quo intrare volebat. Non obstant contraria argumenta. Prima quidem iura loquuntur, quoniam non potest haberi recursus ad iudicem et periculum est in mora, nam hoc aliter non liceret, ut de servis fu(gitivis) l. I.[20] et C. quando li(ceat) si(ne) iu(dice) uni(cuique) l. unica[21] et de decu(rionibus) l. 'generali'[22]. Hic autem isti non est fugitivus nec periculum est in mora et ita no(tat) ff. de hiis que in frau(dem) credit(orum) l. 'ait pretor' § 'si debitorem'[23]. Alii dicunt

1250. p) omni iu. *add. c.*

1) *Cod. 4, 63, 3.* 2) *De quo canone cogitandum sit nescio.* 3) *c. 3 C. 9 qu. 2.* 4) *Cod. 1, 12, 6, 6.* 5) *Auth. 112, 15, 1.* 6) *Cod. 12, 59, 1.* 7) *Cons. Feud. II, 54, 5.* 8) *Dig. 2, 1, 20.* 9) *Cod. 10, 32, 53.* 10) *Cod. 12, 55, 3.* 11) *Dig. 8, 5, 15.* 12) *Dig. 12, 6, 38.* 13) *Dig. 42, 1, 15, 2.* 14) *Dig. 42, 5, 12, 1.* 15) *Dig. 26, 5, 27.* 16) *c. 14 X de foro comp. (II, 2).* 17) *Dig. 5, 1, 45.* 18) *Dig. 39, 2, 7, 2.* 19) *Dig. 10, 4, 9, 2.* 20) *Videtur esse Cod. 6, 1, 1.* 21) *Cod. 3, 27, 1 et 2.* 22) *Cod. 10, 32, 54.* 23) *Dig. 42, 8, 10, 16.*

speciale esse in l(egibus) illis non obsta[n]te l(ege) rerum, quia et si furtum non committat, tamen delinquit, ut ibi et ff. de iniu(riis) l. 'sed si unius' § 'si iniuria'[1], ff. de fur(tis) 'qui saccum'[2].

VIII. Questio.

5 Per ista patet solutio ad octavam questionem, quia si sibi non prohibito non licet Regnum intrare nec impugnare ex causa predicta, multo minus sibi licet, quando est a domino prohibitum. Talis enim prohibitio malam fidem fecit et reddit illicitum et iniustum, quod aliter est permissum, sicut si quis velit intrare fundum meum causa venandi, bene licet, sed si prohibeatur, non licet, ff. de iniu(riis) l. 'iniuriarum' in fine[3] 10 et de acqui(rendo) re(rum) do(minio) l. III.[4] et de re mili(tari) l. 'desertorem' § 'in bello'[5] cum similiter C. de rei ven(dicatione) 'si fundum'[6] et de hiis que in frau(dem) etc. l. 'ait pretor' § 'si quis particeps'[7]. Cum ergo imperator hoc sciat aut scire debeat non licere, invasor est intrans Regnum et illud manu armata impugnans, Insti. vi bo(norum) rap(torum) § 'sed ne dum talia'[8], C. unde vi 'si quis in tantam' et l. 'invasor'[9], 15 ff. quod metus causa l. 'extat'[10] et de vi priva.[r] l. penultima[11] et de no(vi) oper(is) nuntiatione l. 'pretor ait' in prin(cipio)[12] et quod vi aut clam l. 'aut qui aliter' et l. 'pretor'[13].

VII. Questio.

Circa septimam questionem, videlicet an imperator ferendo sententiam contra regem 20 et eum privando regia qua se intitulaverat dignitate et confiscando omnia sub sua privationis sententia comprehensa videatur ius ecclesie usurpare, arguitur quod imperator in hoc ecclesiam non offendit nec iurisdictionem eius vel honorem usurpavit, sed iure proprio, ut sibi licuit, usus fuit. Nam rex, ut sententia imperatoris ponit, crimen lese maiestatis in ipsum commisit, propter quod bonis omnibus et honoribus fuit ipso iure 25 privatus, ff. de dona(tionibus) l. 'donatores' § 'perfecte'[14] et de public(anis), vec(tigalibus) et com(missis) l. 'commissa'[15] et de iure fis(ci) l. I. § 'an bona'[16], sicut in crimine incestarum nuptiarum, quod non est tantum, Auten. de ince(stis) nup(tiis) § I.[17] et hoc ibi videtur glo(sa) tenere, et Extra de here(ticis) 'cum secundum'[18] et de penis c. 'felicis'[19] li. VI. Unde imperator non privavit, sed magis declaravit privatum, ff. si servi(tus) ven30 (dicetur) l. 'sicuti' § 'sed si queratur'[20]. Et quamvis ibi ponatur verbum privamus, exponi debet secundum materiam, id est declaramus privatum, ff. loca(ti) et conduc(ti) l. 'si uno'[21]. Et esto quod esset vera privatio nec fuisset ipso iure privatus, sed privandus per sententiam, ff. qui et a quibus l. 'quesitum'[22], non fecit imperator iniuriam ecclesie, ut videtur, quia ibi dicetur commissum delictum, ubi sortitur effectum. Istud vero delic35 tum in Tuscia et sic in terra imperii suum habuit effectum, quia ibi misit rex subsidium contra ipsum, C.[q] de bo(nis) auc(toritate) iu(dicis) po(ssidendis) l. III.[23] et [ff.] de ac(tionibus) et obli(gationibus) 'contraxisse'[24] et de do(nationibus) inter virum et uxorem l. 'quia in id' et l. 'prece'[25]. Et sic cognitio et punitio ibi debuerunt fieri et potuerunt de iure nec est de loco, sed de territorio curandum, ff. de offi(cio) procon40 (sulis) l. 'observandum'[26] et de offi(cio) presi(dis) l. III.[27], Extra de of(ficio) or(dinarii) c. 'cum episcopus' li. VI[28]. Et non solum potuit eum privare seu privatum declarare

1250. q) ff c. r) *sic ed.*

1) *In Dig. 47, 10, 17 non invenitur.* 2) *Dig. 47, 2, 78.* 3) *Dig. 47, 10, 13, 7.* 4) *Dig. 41, 1, 3.* 5) *Dig. 49, 16, 3, 15.* 6) *Cod. 3, 32, 16.* 7) *Dig. 42, 8, 10, 3.* 8) *Inst. 4, 2, 1.* 9) *Cod. 8, 4, 7 et 5.* 45 10) *Dig. 4, 2, 13.* 11) *Quid sit nescio.* 12) *Dig. 39, 1, 20 pr.* 13) *Dig. 43, 24, 5 et 1.* 14) *In Dig. 39, 5 non invenitur.* 15) *Dig. 39, 4, 14.* 16) *Dig. 49, 14, 1, 1.* 17) *Auth. 12, 1.* 18) *c. 19 in VI. de haeret. (V, 2).* 19) *c. 5 in VI. de poenis (V, 9).* 20) *Dig. 8, 5, 8, 3.* 21) *Dig. 19, 2, 15, 4.* 22) *Dig. 40, 9, 15.* 23) *Cod. 7, 72, 3.* 24) *Dig. 44, 7, 21.* 25) *In Dig. 24, 1 vel Cod. 5, 16 leges non inveniuntur.* 26) *Dig. 16, 4.* 27) *Dig. 1, 18, 3.* 28) *c. 7 in VI. de off. ord. (I, 16).*

bonis que habebat in imperio, sed aliis, licet in illis que erant in iurisdictione ecclesie, executio ad ecclesiam pertineret. Et videtur casus Extra de fo(ro) com(petenti) c. 'postulasti'[1] et ff. de re(bus) auct(oritate) iu(dicis) po(ssidendis) 'cum unus' § penultimo[2], Extra de fo(ro) com(petenti) c. 'Romana' § 'contrahentes'[3] ibi 'vel si forte' et cetera [li. VI.] et ff. de interdic(tis) et re(legatis) l. 'relegatorum' § 'interdicere' et se(quentia)[4]. 5

Solutio.

In casu isto respondetur, quod si imperator egisset contra regem ad feudum comitatus Provincie quasi propter felloniam commissam in eum, deberet privari dato feudo, tunc non per eum, sed per pares curie fuisset secundum communes regulas questio terminanda, ut in Li. Feu. de prohi(bita) feu(di) ali(enatione) per Fre(dericum) l. 'imperialem' § 'si vero inter dominum' et de le(ge) Cora(di) c. I[5]. Hic tamen secundum verba sententie non agebatur ad hoc. Imo agebatur contra regem de crimine lese maiestatis et de amissione honorum seu dignitatum et rerum. Unde hoc casu ad dominum papam, qui est ordinarius regis R(oberti), pertinebat cognitio, quia in suo territorio, scilicet in Regno, habet domicilium et moratur, ibi agit, ibi contrahit, ibi foro, balneis et spectaculis utitur et dies festos celebrat et superiorem obtinet regiam dignitatem et ideo ibi suum domicilium est censendum, ff. ad munici(palem) l. 'eius' § 'si quis'[6], C. de incol(is) l. 'cives' li. X[7]. Unde cum ageretur de communi crimine, non ad imperatorem, sed ad papam cognitio pertinebat, ut Extra de fo(ro) com(petenti) 'cum sit'[8] et C. de iuri(sdictione) o(mnium) iu(dicum) l. 'iur(is) or(dinem)'[9] et ne quis in sua causa[10] in rubro et nigro, et notatur et probatur per Inno(centium) Extra de iudi(ciis) 'ceterum'[11] in magna glo(sa). Et secundum hoc imperator usurpavit iurisdictionem et honorem ecclesie.

Item dato sine preiudicio, quod rex existens in Regno mitteret subsidium de Regno, ut ponit questio precedens, de quo tamen non constabat nec constat, esto quod sic esset in facto, quod peccaret, cum possent cause iuste excusationis subesse, videtur etiam deliquisse in Regno et ratione delicti ibi forum sortiri debet, ar(gumentum) ff. ad l(egem) Aqui(liam) l. 'huic scripture' § I.[12] et de adul(teriis) l. 'sed etsi amici'[13], Auten. ut li(ceat) ma(tri) et avi(e) § 'quod reperiuntur'[14], C. ubi de po(ssessione) agi opo(rtet) l. I[15]. Et sic ad ecclesiam pertinebat illius criminis cognitio ratione delicti, item ratione domicilii, ut est dictum. Item quod agebatur de communi delicto et extra feudum commisso, ad papam debebat haberi recursus, Extra de iudi(ciis) c. 'novit'[16]. Unde istis concurrentibus ecclesia sive papa habebat cognitionem et punitionem, Auten. de consan(guineis) et uter(inis) fra(tribus) § fi(nali)[17], C. de edic(to) di(vi) Adri(ani) tol(lendo) l. fi(nali)[18], Insti. de adop(tionibus) § 'sed hodie'[19]. Igitur imperator iniuriose egit contra ecclesiam de tali crimine cognoscendo et sententiando et honorem ecclesie usurpavit. Imo non videtur imperatoris sententia valuisse, quia aut deliquit in Regno et tunc ibi debuit cognosci per dominum suum in Regno et sic per ecclesiam sive papam, aut deliquit in terra imperii vel in utroque et tunc cum in terra imperii rex non esset nec alibi latitaret, imo tanquam rex in Regno suo palam et publice moraretur, debuit requiri a domino suo superiore, ut eum remitteret, ff. de accu(sationibus) l. 'si cui' § 'si'[20] et Auten. qua in provincia c. 'ubi de cri(mine)'[21], Extra de fo(ro) com(petenti) c. 'Romana' § 'contrahentes'[3] [li. VI.]. Preterea in criminibus, que maiorem penam

1) *c. 14 X de foro comp. (II, 2).* 2) *Dig. 42, 5, 12, 1.* 3) *c. 1 § 3 in VI. de foro comp. (II, 2).* 4) *Dig. 48, 22, 7, 10 sq.* 5) *Cons. Feud. II, 54, 7 et 34, 1.* 6) *Dig. 50, 1, 27, 1.* 7) *Cod. 10, 40, 7.* 45 8) *c. 8 X de foro comp. (II, 2).* 9) *Cod. 3, 13, 2.* 10) *Cod. 3, 5, 1.* 11) *c. 5 X de iudic. (II, 1).* 12) *Dig. 9, 2, 15, 1.* 13) *Dig. 48, 5, 10.* 14) *Videtur esse Auth. 112, 15, 1; cf. supra pag. 1334 not. 5.* 15) *Cod. 3, 16, 1.* 16) *c. 13 X de iudic. (II, 1).* 17) *Auth. 85, 2.* 18) *Cod. 6, 33, 3.* 19) *Inst. 1, 11, 2.* 20) *Dig. 48, 2, 7, 3.* 21) *Quid sit nescio.*

relegatione requirunt, scilicet ut erat illud quod regi imponebatur, non potest procedi ad sententiam contra absentem[s], C. de accusa(tionibus) l. 'absentem'[1], ff. de pe(nis) l. 'absentem' in prin(cipio) et § II[2]. Sed requirendus erat et bona eius fuerant per contumaciam annotanda, ff. de require(ndis) l. I. et per to(tam) et C. eo(dem) per totum[3].

5 Sed dicet aliquis, quid ad rem, utrum valuerit sententia vel non? Respondeo: Imo multum interest, quia cum sit notorium latam fuisse sententiam in absentem in crimine capitali, nulla fuit sententia de iure, unde occasione illius non debet ei permitti nec fieri executio in territorio alieno, C. de appell(ationibus) l. 'quoniam'[4], Extra de of(ficio) dele(gati) c. 'pastoralis' § 'preterea'[5] cum no(ta) ibidem, ff. de iudi(ciis) l. 10 'si pretor' § 'Marcellus'[6]. Sed numquid regem privare potuit regia dignitate? Respondetur quod non, quia ab illo procedere debet privatio, a quo est datio. Unde cum rex Regnum et regiam dignitatem haberet ex datione ecclesie, non potuit privari ab alio quam a papa. Ideoque l(ex) dicit, quod licet preses sit maior defensore civitatis et prefectus maior preside, non potest privare preses defensorem dignitate, quam habet a 15 prefecto, qui est maior, Aut. de defen(soribus) ci(vitatum) § 'non habente' collat. III.[7], et ar(gumentum) ff. de diver(sis) et tem(poralibus) pre(scriptionibus) l. de accessionibus'[8] et de inter(dictis) et re(legatis) l. 'eum qui'[9] in fi(ne). Hinc est quod si dominus papa subdiaconatus ordinem alicui contul[er]it vel princeps alicui dignitatem illustrem contulerit, nullus inferior sibi potest auferre, C. ubi se(natores) vel cla(rissimi) l. III.[10], 20 Extra de confir(matione) uti(li) vel inuti(li) c. I.[11] et de ma(ioritate) et obe(dientia) c. 'per tuas'[12] et no(tam) ibi per Inno(centium) et Ostien(sem), de confir(matione) inuti(li) c. 'porrecta'[13] et de preben(dis) 'nisi essent'[14]. Cum ergo papa sit superior imperatori, saltem in patrimonio ecclesie, in quo summi principis exequitur potestatem et Dei vicem gerit in terris, datam regiam dignitatem ab eo imperator vel alius preter ipsum 25 auferre non potest, Extra qui filii sunt le(gitimi) 'per venerabilem'[15] et de iudi(ciis) 'novit'[16] et no(tam) Inno(centii), quod reges in dubiis et gravibus articulis non subsunt imperatori, sed propter solium, Extra de re iudi(cata) 'cum te'[17] circa fi(nem), Extra qui fi(lii) sunt le(gitimi) 'per venerabilem' § 'insuper'[15]. Unde imperator privando regem regia dignitate qua se intitulat et etiam Regno ipso et illud confiscando, ut ex eius 30 sententia clare patet, ius quantum in eo fuit usurpavit ecclesie et honorem et falcem suam in alienam messem immisit. quod facere non debuit, ut superius est probatum, Extra de elec(tione) c. 'venerabilem'[18] in prin(cipio), VI. q. III. c. I.[19], cum rex in quantum rex et ratione Regni non subesset imperatori, sed ecclesie tantum, et tanquam rex et per Regni potentiam deliquisset, si verum esset ipsum premissa fecisse et ea faciendo 35 deliquisse, presertim quia fidelitatem imperatori nondum fecerat nec prestiterat iuramentum. Sic libertus, si sit tutor alicuius pupilli, patronum suum in ius vocare poterat tanquam tutor venia non petita, licet hoc ei non liceret ut liberto, ff. de in ius vocan(do) l. 'quesitum'[20] et [C.] de hiis que ut indig(nis) l. 'tutorem'[21], et papa facit aliquid tanquam rex, non ut papa, Extra de elec(tione) 'cum inter'[22] in fi(ne) nec reputantur facta 40 per papam ut papam.

Item quia licet rex obtulisset imperatori homagium et fidelitatem pro comitatu Provincie, ipse tamen nondum recipere voluerat nec sibi rex iuraverat fidelitatem. Et

1250. s) *in margine adscriptum est* no(ta)? c.

1) *Cod. 9, 2, 6.* 2) *Dig. 49, 18, 5 pr. et 2.* 3) *Dig. 48, 17, 1 et Cod. 9, 40.* 4) *Cod. 7, 62, 21.* 45 5) *c. 28 § 2 de off. iud. del. (I, 19).* 6) *Dig. 5, 1, 75.* 7) *Auth. 15, 1, 1.* 8) *Dig. 44, 3, 14.* 9) *Dig. 48, 22, 3.* 10) *Cod. 3, 24, 3.* 11) *c. 1 X de confirm. (II, 30).* 12) *c. 7 X de maior. (I, 33).* 13) *c. 6 X de confirm. (II, 30).* 14) *c. 21 X de praeb. (III, 5).* 15) *c. 13 X qui filii (IV, 17).* 16) *c. 13 X de iudic. (II, 1).* 17) *c. 23 X de sentent. (II, 27).* 18) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 19) *c. 1 C. VI qu. 3.* 20) *Dig. 2, 4, 16.* 21) *Dig. 34, 9, 22.* 22) *c. 16 X de elect. (I, 6).*

dato quod dictam sententiam potuisset sic ferre, tamen Regnum, quod est terra ecclesie, non potuit confiscare, imo ad ecclesiam redire deberet, ar(gumentum) ff. de pig(noribus) l. 'lex vectigali'[1] et C. de epis(copis) et cle(ricis) 'si quis presbyter' § I.[2] et in Li. Feu. que fu[er]it I. causa be(neficii) ami(ttendi) c. unico § 'illud'[3] et se(quentibus) et melius Extra de here(ticis) c. 'excommunicamus'[4] circa prin(cipium), Extra de pe(nis) 5 c. 'felicis' li. VI.[5], et videtur casus XVI. q. I. 'in canonibus'[6] et in Li. Feu. l. 'imperialem' § 'illud'[7]. Non obstat premissis Extra de fo(ro) com(petenti) 'postulasti'[8], quia ibi secundum quosdam non fertur sententia super beneficio in aliena diocesi posito, sed super crimine, et illa sententia fidem faciet coram alio, in cuius diocesi habet beneficium, et ille privabit eum beneficio, ut no(tat) Inno(centius) de accusa(tionibus) c. 10 'qualiter'[9] et dicto c. 'pastoralis'[10] et facit ff. de custo(dia) et exhi(bitione) re(orum) l. 'divus'[11], vel potest dici quod ad imperatorem non pertinebat talis cognitio nec potuit ferre talem sententiam, ut superius est probatum. Sed contra Extra de fo(ro) com(petenti) c. 'Romana' § 'contrahentes'[12], ubi iudex interloquitur de re non sue iurisdictionis, sed alter exequitur, respondetur ibi: saltem erat persona subiecta, licet 15 non res.

Sed contra hoc et multa alia superius allegata opponitur, quia nos argumenta [ponimus] de l(egibus), quibus est imperator solutus, ff. de l(egibus) 'princeps'[13]. Sed respondeo, quod dato quod sit solutus l(egibus) inter subditos, tamen quoad non subditos, quos vult iudicare per l(eges) ut in nostro proposito, debet legibus stare contra se, maxime que 20 rationi naturali nitantur et canonibus approbantur, ut equalitas observetur, quia non facias alii, quod tibi non vis fieri[13*] et patere legem, quam ipse tuleris, C. de fruc(tibus) et li(tis) ex(pensis) l. fi(nali)[14] et de proxim(is) sa(crorum) scri(niorum) l. 'in sacris'[15], ff. quod quisque iur(is) l. I.[16] et in decretis in prin(cipio)[17], C. de legi(bus) 'digna vox'[18], C. de testa(mentis) 'ex imperfecto'[19], XIX. di. 'si Romanorum'[20], C. de testi(bus) 'si 25 quis testibus'[21], ff. de bo(nis) damp(natorum) l. 'cum ratio'[22]. Et hic rex non erat sibi subditus, ut est dictum.

Sed iterum opponitur, quia imperator dominus est mundi et potest esse iudex in causa propria, cum superiorem non habeat in temporalibus, potest ergo ubilibet et contra quemlibet et de omni crimine iudicare, ff. ad l(egem) Ro(diam) de iac(tu) 'de- 30 precatio'[23] et de quadri(ennii) pre(scriptione) 'bene a Ze(none)'[24], VII. q. I. 'in apibus'[25], ff. de hiis que in te(stamento) de(lentur) l. 'proxime'[26]. Nullam ergo fecit iniuriam, si fecit in suo quod sibi licuit, ff. de damp(no) infec(to) l. 'Proculus'[27] et de iniu(riis) l. 'iniuriarum' § I[28].

Ad hoc respondeo, quod locum habuerunt et habent iura illa pro tempore et pro 35 rebus que subiacebant Romano imperio, sed sicut iure gentium sunt rerum dominia distincta et regna condita et bella introducta, sic eodem iure et ratione fuerunt regna translata et mutata et dominia mutata et iterum distincta. Unde Romanum imperium habet fines et limites suos. Alioquin quomodo lex distingueret populos quosdam esse sub imperio, quosdam sub regibus suis, quosdam nec sub imperio nec sub regibus, sed 40 per se liberos esse, ff. de cap(tivis) et postli(minio) re(demptis) l. 'postliminium' in textu et glo(sa) et l. 'non dubito' et l. 'postliminii ius competit'[29], C. de sum(ma)

1) *Dig. 20, 1, 31.* 2) *Cod. 1, 3, 20, 1.* 3) *Cons. Feud. II, 24 in § 8.* 4) *c. 13 X de haeret. (V, 7).* 5) *c. 5 li. VI de poen. (V, 9).* 6) *c. 57 C. XVI qu. 1.* 7) *Cons. Feud. II, 54, 6.* 8) *c. 14 X de for. comp. (II, 2).* 9) *c. 17 X de accus. (V, 1).* 10) *c. 28 X de off. iud. del. (I, 29).* 45 11) *Dig. 48, 3, 3.* 12) *c. 1 § 3 in VI. de foro comp. (II, 2).* 13) *Dig. 1, 3, 31.* 13*) *Cf. Tob. 4, 16.* 14) *Cod. 7, 51, 6.* 15) *Cod. 12, 19, 2.* 16) *Dig. 2, 2, 1.* 17) *Dig. 50, 9 pr.* 18) *Cod. 1, 14, 4.* 19) *Cod. 6, 23, 3.* 20) *c. 1 Di. XIX.* 21) *Cod. 4, 20, 17.* 22) *Dig. 48, 20, 7.* 23) *Dig. 14, 2, 9.* 24) *Cod. 7, 37, 3.* 25) *c. 41 C. VII qu. 1.* 26) *Dig. 28, 4, 3.* 27) *Dig. 39, 2, 26.* 28) *Dig. 47, 10, 13, 1.* 29) *Dig. 49, 15, 19 et 7 et 5.* 50

tri(nitate) et fi(de) ca(tholica) l. I.[1], Insti. de pa(tria) po(testate) § I[2]. Quomodo etiam locum haberent leges, que ponunt limites imperii et castra limitanea et limitaneos milites positos in limitibus imperii, C. de fun(dis) limit(otrophis) l. ultima[3] et de of(ficio) prefec(ti) pre(torio) l. 'in nomine domini' § 'pro limitaneis'[4], I. di. 'ius quiritum'[5]. Et 5 de hoc no(tat) Az(o) C. de captivis et postli(minio) re(demptis)[6] in Summa circa prin(cipium). Et habet hec allegatio locum maxime in provinciis et terris ecclesie Romane, quas imperator voluit et decrevit a terris imperii fore distinctas, ut in palea sepius allegata 'Constantinus'[7], nec in illis imperator terrenus aliquam obtinet potestatem, ut ibidem. Portet igitur patienter imperator Romanorum, quod ecclesie Romane patri- 10 monium in pace dimittere teneatur nec in illo nec de hominibus et rebus ibi positis aliquid disponat et agat, in quibus summus pontifex summi principis potestatem exercet nec possunt esse duo summi principes circa idem, Extra qui fi(lii) sunt le(gitimi) 'per venerabilem'[8], VII. q. I. 'in apibus'[9].

Preterea cum sit licitum captis violenter ab hostibus ab eis aufugere vi vel fraude 15 et bona capta ab eis recuperare, que tamen facta erant ipsorum, quare eadem ratione non licebit uni populo violenter oppresso se eripere in libertatem resumptis viribus vel opportunitate captata, nulla ratio prohibet, ut videtur ff. de cap(tivis) et postli(minio) re(demptis) l. 'nichil interest' et per to(tum) et C. eo(dem) per to(tum)[10], Insti. de re(rum) di(visione) § 'item ca'[11].

20 Preterea scimus quod per violentiam et occupationem Romanum crevit imperium, unde si homines se subtrahant, cum vident opportunitatem et regna per se constituant, inconveniens non videtur, cum omnis res, per quas causas introducitur, per easdem dissolvi possit, ff. de regulis iu(ris) l. 'nichil'[12] et de solu(tionibus) l. 'prout'[13], Extra de regu(lis) iu(ris) c. I[14]. Numquid etiam ecclesia reges approbat et exemptos quando- 25 que affirmat ipsosque coronat, Extra de iudi(ciis) 'novit'[15], qui non recognoscunt imperatorem superiorem, et de regibus Ispanie dicit glo(sa) LXIII. di. 'Adrianus'[16]? Certe utique.

Preterea constat multos populos fuisse subiectos Romano imperio virtute bellorum et postea facti fuerunt hostes populi seu imperii Romani, ut Parthi et Germani ac Galli. Quicquid ergo de imperio occuparunt hostes effecti, suum fuit et extunc licite tenuerunt, 30 ff. de captivis et postli(minio) re(demptis) l. 'hostes' in prin(cipio) et § I[17]. Et idem dici potest de aliis ut Ispanis et similibus. Imperator ergo in istis et similibus nullum ius sibi potest vendicare, nisi bello indicto vel aliter eos in sua recuperet ditione.

Sed contra ista est, quia secundum ea ex toto adnichilaretur Romanum imperium, quod semper est, ut l(ex) dicit Auten. quomo(do) opor(teat) e(piscopos) et re(liquos) 35 cle(ricos) ad or(dinationem) perdu(ci) § 'licentiam' collat. II.[18] et ut prepo(natur) no(men) imper(atoris) circa prin(cipium)[19] ubi dicitur 'immortalis' et C. de offi(cio) e(ius) qui vicem al(ius) iu(dicis) ge(rit) l. II[20].

Item imperator fecit l(egem) de novo, quod in crimine lese maiestatis possit procedi contra absentem ad testium receptionem et omnia alia etiam ad sententiam et 40 executionem, absentia et l(ege) qualibet non obstante.

Ad primum respondeo, quod imperium semper est et subiecto sibi remanet in hiis, qui sibi obediverunt hactenus et in subiectione et dominio imperii remanserunt, ut est Alemannia, Burgundia, Lombardia et Tuscia et sic de aliis, salvo tamen iure ecclesie et donationibus sibi factis, de quibus dictum est supra. Item ius habet recuperandi illa,

45 1) *Cod. 1, 1, 1.* 2) *Inst. 1, 9, 1.* 3) *Cod. 11, 60, 3.* 4) *Cod. 1, 27, 2, 8.* 5) *c. 12 Di. I.* 6) *Cod. 8, 50.* 7) *c. 13 Di. XCVI.* 8) *c. 13 X qui filii (IV, 17).* 9) *c. 41 C. VII qu. 1.* 10) *Dig. 49, 15, 26 et Cod. 8, 50.* 11) *Inst. 2, 1, 17.* 12) *Dig. 50, 17, 112.* 13) *Dig. 46, 3, 80.* 14) *c. 1 de reg. iur. (V, 41).* 15) *c. 13 X de iudic. (II, 1).* 16) *c. 3 et 23 Di. LXIII.* 17) *Dig. 49, 15, 24 pr. et 1.* 18) *Auth. 6 epilog. pr.* 19) *Auth. 48 praef.* 20) *Cod. 1, 50, 3.*

que iniuste absque ratione et titulo se ab imperio subtraxerunt, Auten. de here(dibus) et Fal(eidia) circa prin(cipium)[1]. In terris vero et feudis ecclesie nichil habet, ut est supra probatum, nec l(eges) imperiales extenduntur ad illas, X. di. c. I. et II. et c. 'si in adiutorium'[2], Extra de consti(tutionibus) c. I. libro VI.[3], C. de fun(dis) pri(vatis)[t] l. I[4]. Nec forte l(ex) allegata facta de novo extenditur ad reges, cum loquatur de inferioribus, non de illis, nec est multum honesta nec caret suspicione affectionis seu animositatis inordinate, que iminente casu pro se in causa sua et facto proprio facta fuit, IIII. di. c. 'erit'[5] et C. de legi(bus) l. 'humanum'[6].

IX. questio.

Ad IX. questionem, videlicet utrum intersit domini pape et sibi liceat de iure contra dictum imperatorem procedere, si contra eius preceptum seu prohibitionem invadat Regnum, et an ex hoc possit ipsum denuntiare et declarare periurum et in sententias et penas in processibus domini pape contentas incidisse, respondeo: secundum superius proposita et probata dubium non est de iure, quin dominus papa possit contra imperatorem, si talia faceret, procedere, etiam utroque gladio suum patrimonium defendendo. Cum enim imperator superior non sit sibi, sed inferior, et si contra iuramentum ecclesie patrimonium invaderet, non esset papa bonus pastor nec custos, nisi se poneret murum defensionis ex adverso, quem non expedit custodem fore cartarum, sed rerum ecclesie eius custodie traditarum, XVI. q. I. 'in canonibus'[7], XLIII. di. 'si rector'[8], XXIII. q. VIII. 'convenior' ibi 'hereditatem Christi'[9] et cetera, XV. q. VI. 'auctoritatem'[10], Extra de sen(tentia) ex(communicationis) c. 'dilecto' li. VI[11]. Et sic cum secundum premissa non sit licitum imperatori, presertim contra pape prohibitionem invadere nec offendere Regnum quocumque quesito colore, non est dubium quin imperator contra iuramentum veniret et posset pronunciari periurus, si tali pretextu Regnum invaderet vel offenderet quoquo modo. Faceret enim contra iuramentum et promissionem suam iuratam et fidelitatem in multis capitulis, que in primo et secundo iuramento colliguntur[12] aperte et in iuribus supra[u] in prima questione allegatis.

Sed contra hec opponitur: Regnum enim a domino papa et ecclesia rex tenet in feudum et sic habet utile dominium, quod est a directo dominio separatum, quod est apud ecclesiam, cui rex prefertur in suo utili, ff. si ager vec(tigalis) vel emfi(teuticarius) l. I. § fi(nali)[13] et de superfi(ciebus) l. I. § I.[14] et no(tat) ff. com(modati) l. 'si ut certo' § 'si duobus'[15] et C. de novat(ionibus) l. III.[16] et in Li. Feu. de investi(tura) rei ali(ene) c. I. § I.[17] et de contro(versia) inter va(sallum) et ali(um) c. unico[18] et ff. ad l(egem) Aqui(liam) 'item Mela s(cribit) si'[19] et de vi et vi ar(mata) l. III. § 'hoc interd(ictum)' '[qui] usufruc(tus)'[20]. Ergo ad regem videtur pertinere defensio, non ad papam, et imperator occupando illud dominium utile vel terram, in qua regi utile dominium competit salvo iure ecclesie, non videtur iniuriari ecclesie nec ius eius vel honorem usurpare.

Ad hoc respondetur, quod interest domini habentis dominium directum, ratione cuius tenetur et vassallus ad servitia et auxilia et etiam eius subditi, qui sunt principaliter ecclesie homines, ut dicto c. 'ad apostolice'[21] in subsidium tenerentur, ne terra vastetur et subditi opprimantur. Possent enim per hanc viam tam vassallus quam subditi taliter depauperari, quod non sufficerent ad servitiorum et auxiliorum ecclesie

1250. t) de fun. tri. *ed.* u) scilicet *ed.*

1) *Auth. 1.* 2) *c. 7 Di. X.* 3) *c. 1 in VI de constit. (I, 2).* 4) *Cod. 11, 66, 1.* 5) *c. 2 Di. IV.* 6) *Cod. 1. 14, 8.* 7) *c. 57 C. XVI qu. 1.* 8) *c. 1 Di. XLIII.* 9) *c. 21 § 5 C. XXIII qu. 8.* 10) *c. 2 C. XV qu. 6.* 11) *c. 6 in VI de sent. excomm. (V, 11).* 12) *Supra nr. 1249 cap. I et II.* 13) *Dig. 6, 3, 1, 3.* 14) *Dig. 43, 18, 1, 1.* 15) *Dig. 13, 6, 5, 15.* 16) *Cod. 8, 41, 3.* 17) *Cons. Feud. II, 8, 1, 1.* 18) *ibid. II, 43.* 19) *Dig. 9, 2, 11.* 20) *Dig. 43, 16, 3, 12 et 17.* 21) *c. 20 X de decimis (III, 30).*

debitorum onera supportanda. Unde ratione iuris sui licet ecclesie defendere terram suam et vassallos, ut videtur expressum Extra de proba(tionibus) 'licet'[1] et ibi de hoc per Ostiensem in fi(ne), ad hoc ff. de aqua plu(via) ar(cenda) l. 'in concedendo'[2] et C. de servi(tutibus) et aqua l. 'aquam'[3]. Hoc videmus in domino proprietatis loci, in 5 quo alius habet usum vel usufructum, nam ponit custodem in loco qui tuetur, ne vicini aliquid agri occupent vel invadant, ff. de usu et ha(bitatione) l. 'si ita' § 'dominus'[4] et de fun(do) in(structo) et in(strumento) le(gato) l. 'si ita' § 'mulier'[5] et de le(gatis) III. l. 'cum quereretur' § fi(nali)[6], Extra de prescrip(tionibus) 'auditis'[7] et no(tam) de ap(pellationibus) c. 'dilectis'[8] per Inno(centium) et Ostiensem et per Archid(iaconum) dicto c. 'ad Apostolice'[9].

10 Preterea imperator non potest allegare suam sententiam non valere, ff. de le(gatis) I. [l.] 'si servus plurium'[10]. Ipse autem privavit regem per sententiam omnibus bonis et dignitatibus suis et confiscavit. Unde lata sententia, supposito sicut ipse habet suppositione sententiam tenuisse, statim ipso iure Regnum, quod tenetur ab ecclesia, fuit libere reversum ad ecclesiam et utile dominium consolidatum extitit cum directo, sicut usu- 15 fruc(tus) proprietati, ut Extra de sen(tentia) ex(communicationis) c. 'excommunicamus'[11] et de penis c. 'felicis' li. VI.[12] et aliis iuribus superius allegatis, ff. de usu fructu l. I.[13] et de usu fructu accres(cendo) l. 'idem'[14], Insti. de usu fructu § 'item'[15]. Et sic ecclesia habuit utrumque dominium tam directum quam utile et Regnum integre fuit suum. Potest ergo illud et debet defendere tanquam suum[t].

20 X. questio.

Ad X. questionem respondetur: Dubium non existit quod imperator regnum intrando et invadendo ac offendendo cum armis et exercitu incideret in sententias et processus domini pape, cum debeat dici invasor et offensor, ut patet ex allegatis superius et processu, nec prodest protestatio sibi, quia ipso facto veniret in contrarium. Uno 25 enim prohibito perhibentur omnia, per que pervenitur ad illud, sed prohibita est sibi invasio et offensio Regni quoquo modo. Ergo et persone captio in Regno, que sine premissis fieri non posset, prohibita fore videtur. Unde et licet per viam publicam sit transire permissum, tamen si transitus alicuius esset rei publice noxius vel privato, posset licite prohiberi, ad hoc ff. de spon(salibus) l. 'oratio'[16] et de fideius(soribus) 30 'cum lex'[17], ff. ne quid in lo(co) pu(blico) fi(at) l. 'si per publicum' et l. I. § 'hoc interdictum'[18]. Et ad dominum papam pertinet arbitrari, utrum talis transitus vel ingressus esset noxius et dampnosus, ff. de verbo(rum) obli(gationibus) l. 'continuus' § I.[19], Extra de ver(borum) sig(nificatione) 'cum olim' in glo(sa)[20], ff. de iure deli(berandi) l. I. § fi(nali)[21] et qui satisda(re) co(gantur) l. 'si fideiussor' § fi(nali)[22].

35 Item protestatio non prodest hoc casu, quia factum contrarium est protestationi nec se compatitur factum cum protestatione, ff. loca(ti) et conduc(ti) l. 'cum in plures' § 'locator orrei'[23], Extra de consti(tutionibus) c. 'cum Mar(tinus)'[24] et de elec(tione) 'Cumana'[25]. Nec suberat iusta causa, ut patet ex premissis, Extra quod me(tus) ca(usa) c. I.[26] et de ap(pellationibus) c. 'sollicitudinem'[27].

40 Item quia illi, in quorum fiebat preiudicium, non consenserunt protestationi, et ideo non preiudicat, ut no(tatur) dicto c(apitulo) et ff. de condi(ctione) in(debiti) l. 'quod quis'[28].

1250. t) *sequitur spatium duodecim linearum c.*

1) *c. 9 X de probat. (II, 19).* 2) *Dig. 39, 3, 8.* 3) *Cod. 3, 34, 4.* 4) *Dig. 7, 8, 16, 1.* 5) *Dig. 33, 7, 15, 2.* 6) *Dig. 32, 60, 3.* 7) *c. 15 X de praescript. (II, 26).* 8) *c. 55 X de appell.* 45 *(II, 28).* 9) *c. 20 X de decimis (III, 30).* 10) *Dig. 30, 1, 9.* 11) *Videtur esse c. 13 X de haeret. (V, 7).* 12) *c. 5 in VI. de poen. (V, 9).* 13) *Dig. 33, 2, 1.* 14) *Dig. 7, 2, 6.* 15) *Inst. 2, 4, in 1.* 16) *Dig. 23, 1, 16.* 17) *Dig. 46, 1, 46.* 18) *Dig. 43, 8, 5 et 1. 2.* 19) *Dig. 45, 1, 137, 1.* 20) *c. 24 X de verb. sign. (V, 40).* 21) *Dig. 28, 8, 1, 2.* 22) *Dig. 2, 8, 7, 2.* 23) *Dig. 19, 2, 60, 6.* 24) *c. 9 X de constit. (I, 2).* 25) *c. 50 X de elect. (I, 6).* 26) *c. 1 X* 50 *de his quae vi (I, 40).* 27) *c. 54 X de appell. (II, 28).* 28) *Dig. 12, 6, 50.*

1251. *DISQUISITIONIS ALTERIUS THEOLOGICO-IURIDICAE DE EISDEM QUAESTIONIBUS HABITAE FRAGMENTUM.*

Fragmentum hoc a nobis ipsis in bibliothecae Parisiensis cod. lat. 4113 (olim Colbert. 753) fol. 7—17 detectum a. 1906. descripsimus[1]. *Quo codice varia acta ex archivo vel bibliotheca paparum Avenionensi oriunda continentur; cf. supra ad nr. 295 sub 2 et* 5 *Clementinam nr. 1165 sub 2 cum nota. Constitutio Clementina in illo codice Disquisitionem nostram statim praecedit. Textus duobus manibus scriptus in initio et fine mancus est.* *(P. decst.)*

[. . . . .

(II) 10

C Secunda questio est, utrum dominus papa imperatori et regi Roberto absentibus nec vocatis, cum videret vel ex coniecturis presumeret guerram iminere inter eos, potuerit treugas de iure indicere ac penas excommunicationis et alias infligere, si contra facerent vel venirent.

. . . .] 15

(1) imperator[a] et dominus super totum gregem fidelium et in omnimoda plenitudine regnat, imperat et dominatur, sicut et Christus, cuius est vicarius, et in maiori plenitudine quam mortalis aliquis alius homo. Set nos videmus quod interdum reges indicunt sibi subditis treuguas, prohibent deportationem armorum, prohibent etiam, ne unus audeat terram alterius invadere et hoc sub magnis penis, ipsis nec vocatis nec 20 requisitis. Ergo multo magis hoc potest facere Christi vicarius, qui in maiori plenitudine potestatis regnat, imperat et dominatur omnibus fidelibus, quacunque prefulgeant dignitate, et specialissime illis, qui sibi ex causis specialibus sunt subiecti, cuiusmodi sunt rex Sicilie, qui specialis vassallus est ecclesie, et imperator, qui per summum pontificem confirmatur, inungitur et coronatur et secundum quod dictum est in prima 25 questione[2] per iuramentum fidelitatis eidem domino summo pontifici est astrictus.

(2) Item omnis pollicia sive omnis principatus presupponit legem nature et in suo regimine illam sequitur et pro viribus imitatur, set in rebus naturalibus hoc videmus, quod illud agens, quod introducit formam in aliqua materia, eadem virtute, qua inducit illam formam, expellit formam contrariam. Si enim sol sua virtute potest aliquam rem 30 calefacere seu formam caliditatis[b] in eam inducere, eadem virtute potest ab illa re frigiditatem caliditati contrariam expellere. Ergo si Christi vicarius ex virtute et auctoritate sibi a Christo collata [potest][c] pacem et caritatem inter fideles nutrire et eos habilitare ad introdutionem regni celestis iuxta illud, quod dictum est Petro et in eo successoribus eius: 'Tibi dabo claves regnorum et quodcunque ligaveris super terram, 35 erit ligatum et in celis'[3], sequitur evidenter quod Christi vicarius eadem auctoritate, qua potest peccatores absolvere et ad ingressum regni celestis habilitare, eadem auctoritate potest omne illud, quod ab ingressu regni celestis impedit, a cunctis fidelibus tollere et a talibus impedimentis regni celestis eos plenissime arcere et cohibere. Constat

1251. a) *incipit manus prima c.* b) calliditatis *c.* c) *deest c.* 40

1) *Cuius fragmenti excerptum ab Iosepho Maria Suarez episcopo Vasionensi († 1677) factum praebet cod. Barberin. lat. 3169 (olim XXXIX 73) bibliothecae Vaticanae sub rubrica 'Clemens V.' his verbis: 2. 'Libellus adversus Henricum VII. imp. pro Clemente V. pont. et Roberto Siciliae rege. Henricus se a sacramento fidelitatis pontifici praestito solutum aiebat, quia pontifex Tuscos rebelles non excommunicarat. Videnda Clem. ne Romani de iureiur.' Quae viro d. C. Wenck iam cognita erant 'Historische Zeitschrift'* 45 *L (= N. F. XIV) pag. 506; sed 'Libellum' frustra in tabulario Vaticano se quaesivisse dicit. Cf. etiam supra ad nr. 173.* 2) *Quae enuntiata perierunt.* 3) *Matth. 16, 19.*

autem quod guerre, ex quibus proveniunt infinita pericula corporum et animarum, per quas[d] perit cultus divinus, perit obedientia, in qua pereunt innocentes, impedit homines ab ingressu regni celestis. Ergo vicarius Christi directe et per se potest et debet quoscunque[e] fideles a guerris arcere, treuguas indicere, sive velint illi sive nolint, ipsis non vocatis nec requisitis.

(3) Item dictum est supra[1], quod Christus introducit se ipsum in medio totius populi christiani sub ratione perfectissimi medici, cui nichil deest nec deesse potest de eo, quod spectat ad perfectissimum medicum et sub eadem ratione perfectissimi medici instituit et posuit suum vicarium in medio totius populi christiani. Set perfectissimus medicus per eandem virtutem, per quam potest sanitatem inducere, per eandem potest perfectissimis medicinis omne contrarium sanitatis expellere. Ergo Christi vicarius per illam auctoritatem, per quam potest a peccatis absolvere et sanitatem gratie introducere, per eandem potestatem [potest][f] omne illud, quod impedit homines in statu gratie, ab eis repellere. Et sic potest quoscunque fideles a guerris, que impediunt statum gratie, arcere et compescere et hoc per remedia perfectissima, cuiusmodi sunt treuge et excomunicationis sententia.

(4) Item cuicunque perfectissime commictitur aliquis effectus producendus, eidem perfectissime commictitur, ut omnia expedientia ad productionem illius effectus possit inducere et omnia impedientia possit repellere. Nunc autem sic est quod quicquid pertinet ad salutem animarum et ad adquisitionem vite eterne, ecclesie Christi et eius vicario principaliter est commissum. Ad hoc enim VII sacramenta sunt instituta nec angelus nec homo potest rationabiliter cogitare, quod pauciora sacramenta quam VII ad comunem utilitatem populi fidelis sufficiant, alias aliquod sacramentum a Christo institutum superflueret et inutile esset, ex quo sequeretur, quod Christus, qui ipsum instituit, verus Deus non esset. Nec potest cogitari quod ultra VII sacramenta aliquod aliud sacramentum sit neccessarium vel utile comuni utilitati fidelium seu ecclesie, alias Christus, qui est artifex et fabricator ecclesie, qui tale sacramentum omisisset[g], verus Deus non fuisset. Si ergo in ecclesia Christi et principaliter in eius vicario est perfectissima potestas, ita quod perfectior nullo modo cogitari potest ad reducendum homines ad statum gratie et[h] per consequens ad acquisitionem vite eterne, constat autem quod guerre, ex quibus secuntur infinita pericula corporum et animarum, impediunt homines ab acquisitione vite eterne, et ideo dico quod Christi vicarius perfectissimis modis, hoc est omnibus modis que rationabiliter excogitari possunt, seu per excomunicationem seu per depositionem, secundum quod negotio expedire viderit, [potest][f] quoscunque fideles a guerris arcere et eis treuguas indicere, ipsis non vocatis nec etiam requisitis.

(5) Item perfectior est lex euangelica quam Mosayca et perfectior est populus christianus quam Mosaycus et perfectior est legis lator euangelicus, qui est Christus homo verus Deus verus, quam legis lator Mosaycus, qui fuit Moyses homo purus. Hec enim tria, scilicet rex, lex, grex sive populus, se mutuo commensurant. Unde quantum lex euangelica excedit quantum ad perfectionem legem Mosaycam et populus christianus excedit quantum ad perfectionem populum Mosaycum sive Iudaicum, tantum auctoritas et potestas, quam habet Christi vicarius super totum populum christianum, excedit auctoritatem et potestatem, quam habuit Moyses super populum Iudaicum. Nunc autem ita est, sicut patet per totum librum Exodi*, quod populus Iudaicus de mandato Moysi arma movebat, arma deponebat, bellabat et a bellis cessabat. Ergo plane patet quod

*) *alia manu (i. e. tertia; cf. pag. 1344 not.* k*) in margine adduntur:* et in libro Numerorum.

1251. d) quam *c.* e) *praecedit* q̊slibet *delet. c.* f) *deest c.* g) ōmisissset *c.* h) *sequitur* ad *delet. c.*

1) *Quae enuntiata perierunt.*

de mandato vicarii Christi omnis populus christianus, si dictus vicarius precipiat et causam utilem vel neccessariam videat pro utilitate fidei, arma debet movere et arma deponere et a guerris cessare et ipse ad hoc potest eos compellere etiam invitos[k]. Dicitur Exodi XVII. c. sic: 'Dixit Moyses ad Iosue: Elige viros et egressus pugna contra Amalec, cras et ego stabo in vertice collis habens virgam Dei in manu mea. Fecit Iosue, ut loqutus erat Moyses, et pugnavit contra Amalec' [1]. Item Exodi XVIII. c. habetur, quomodo Moyses indicabat totum populum Domini tam in temporalibus quam in spiritualibus, et quomodo ad maiorem expedicionem negociorum et ut ipse magis posset vacare spiritualibus, instituit diversos iudices[l], qui auctoritate sua audirent causas temporales, maiores tamen deberent ad Moysen refferre. Et sic intelligendum est in toto populo[m] christiano, quod Christi vicarius habet plenitudinem potestatis iudicandi de temporalibus et spiritualibus. Set ut spiritualia per summum pontificem purius et diligencius possint tractari, exequcio aliquorum temporalium data est principibus temporalibus, quorum auctoritas derivatur[n] a plenitudine potestatis vicarii Christi, eciam auctoritas imperialis vel regalis. Et si magna occurrant negocia, super quibus dubium oriatur, illa ad Moysen debent referri, id est ad vicarium Christi, et suo iudicio et sentencie debet stari, sicut plane habetur in predicto XVIII.[o] c. Exodi. Item in libro[p] Exodi XXXII. c. circa finem habetur, quomodo de mandato Moysi Iudei boni pugnaverunt et interfecerunt Iudeos malos, qui contra Deum deliquerant. Ex quo colligitur quod de mandato summi pontificis christiani debent movere arma, non solum contra infideles, set etiam contra malos christianos contumaces et inhobedientes et utilitatem fidei et christiani populi impedientes. Item in libro Numerorum XIIII. c. circa finem habetur, quod populus Domini, quia contra mandatum Moysi pugnare voluit contra hostes, idcirco victi fuerunt ab hostibus et interfecti. Ex quo colligitur, quod prohibente Christi vicario nec inter se nec etiam contra infideles pugnare debent. . Item in libro Numerorum XVI. c. habetur, quod Dathan et Abiron, quia inhobedientes fuerunt mandato Moysi, qui gerebat figuram vicarii Christi, idcirco cum tota familia et substantia sua devoravit eos terra et descenderunt in infernum viventes. Item in libro Numerorum XXV. c. in principio habetur, quomodo de mandato Moysi populus interfecit principes, qui contra Deum deliquerant, quia de mandato summi pontificis subditi debent insurgere contra principes suos utilitatem fidei christiane impedientes. Item in libro Numerorum XXXI. c. habetur, quomodo de mandato Moysi omnes principes Israelitici elegerunt viros bellatores ad impugnandum Madianithas, quia de mandato vicarii Christi debent eligere bellatores ad inpugnandum Madianitas, id est infideles. Madianite enim interpretantur contradicentes et ideo per Madianitas intelliguntur omnes infideles, qui Christo contradicunt.

(6) Item ad vicarium Christi spectat ex natura sue institucionis et commissionis sibi facte a Christo, quod omnis populus christianus, quocunque titulo sit babtizatus seu Christi caractere insignitus, directo ordine et secundum rectum modum vivendi tendat ad Deum. Set rectus ordo hominis ad Deum dependet a recto ordine hominis ad proximum, quia sicut dicitur in canonica Iohannis: 'Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat et fratrem suum' [2] et idem est preceptum Dei de dilectione Dei et proximi. Ergo ad vicarium Christi per se et directe pertinet, quod faciat observari rectum modum se habendi et rectum ordinem vivendi inter proximum et proximum. Et sicut potest punire transgressores divini precepti, sic potest punire eos, qui non servant rectum ordinem ad proximum suum. Set constat quod guerre impediunt rectum

1251. k) *abhinc manu secunda mutato stilo c.* l) iudicis *c.* m) *secunda* o *corr. ex* l *c.* n) *sequitur* ad *delet. c.* o) *corr. ex* XXXII *c.* p) *sequitur delet.* Numerorum *c.*

1) *Ex. 17, 9.* 2) *Ioh. 1, 4, 21.*

ordinem inter proximum et proximum et guerre directe sunt contra preceptum Dei[q] de dilectione proximi. Ergo omnes facientes guerras non requisito Christi vicario aut implicite aut explicite et[r] maxime ipso iudicante et mandante, quod guerras non faciant, ipse potest punire et a guerris compescere modis omnibus rationabilibus sive treugas 5 indicendo sive excomunicationis sententiam in ipsos ferendo.

(7) Item secundum racionem principatus data est potestas principi, ita quod si sit minor princeps, minorem habet potestatem, si maior maiorem, si summus summam et illimitatam. Christi autem vicarius habet naturam principis secundum naturam principatus Christi, qui tam racione deitatis quam racione unite humanitatis princeps 10 est generalissimus omnium temporalium et spiritualium. Ipse enim dicit in Iohanne: 'Data est michi omnis potestas in celo et in terra'[1]*. Ergo vicarius Christi princeps est generalissimus in celo et in terra, id est in spiritualibus et temporalibus. Et quia a summo et primo omnia alia oriuntur, idcirco a potestate vicarii Christi omnis potestas in terris oritur, sive sit regalis sive imperialis, et precipue potestas imperialis, in cuius 15 signum imperator electus per Christi vicarium confirmatur et confirmatus coronatur et inungitur per eundem. Equidem confirmatio, inunctio et coronatio imperatoris singulariter fit per summum vicarium, non sic autem comuniter de aliis regibus, ne imp[er]ator ipse propter magnitudinem sue potestatis labatur in errorem, ut scilicet putet se habere suam potestatem a se vel immediate a Deo, non autem a Christi vicario. 20 Verum enim est quod potestas imperialis est a Deo, quia secundum apostolum omnis potestas a Deo est, set potestas imperialis est a Deo mediante potestate papali, a qua oritur ut inferior a superiori. Potestas vero papalis est immediate a Christo et ideo Christi vicarius omnes iudicans a nemine iudicatur, set a Deo solo. Si enim potestas imperialis immediate esset a Deo, sicut est potestas papalis, ita diceretur imperator 25 Christi vicarius in temporalibus, sicut papa dicitur Christi vicarius in spiritualibus. Christus enim rex et dominus fuit temporalium et spiritualium et ideo potestas sui vicarii claudit in se et intra se potestatem omnem temporalem et spiritualem, set executionem potestatis temporalis papa commictit imperatori, quando electum confirmat et confirmatum inungit et coronat, ut sic imperator secundum rei veritatem et proprie 30 loquendo dicatur executor et minister vicarii Christi, scilicet pape. Et hinc est quod potestas pape Christi vicarii habet instituere, destituere, corrigere, compescere, ligare et suspendere potestatem imperialem et regalem. Unde dicitur in ca(none) 'Romanus pontifex Çacharias regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus quam pro eo quod tante potestati inutilis erat, a regno deposuit'[2]. Et hoc est quod dicitur Iere(mias) 35 primo c(apitulo): 'Constitui te super gentes et super regna ut evellas et destruas et disperdas et dissipes et hedifices et plantes'[3]. Et hoc est quod dicit apostolus in prima epistola ad Corin(thios) VI.[s] c(apitulo) 'Angelos iudicabimus, quanto magis secularia?'[4] quasi dicat secundum expositionem glo(se): si ecclesia habet potestatem iudicandi angelos, hoc est homines habentes potestatem spiritualem, qui alibi ab apostolo angeli appel- 40 lantur**, sequitur quod ecclesia habet magis potestatem iudicandi secularia, id est de

*) *eadem alia manu qua supra pag. 1343 not. * adduntur in margine:* et in Psalmo[5] dicitur: 'constituit eum' s(cilicet) Christi vicarium 'dominum domo sue' id est ecclesie sancte quoad potestatem et dispositionem spiritualium 'et principem omnis possessionis[t] sue' quoad directionem et principalem potestatem temporalium.

45 **) *eadem alia manu qua supra pag. 1343 not. * in margine scripta sunt:* In prima epistola ad Corintios XI. capitulo[6].

1251. q) *sequitur* er *del. c.* r) *sequitur* in *del. c.* s) VII; *in margine* VI. *c.* t) pocessionis *c.*

1) *Matth. 28, 18.* 2) *c. 3 C. XV qu. 6.* 3) *Ier. 1, 10.* 4) *Cor. 1, 6, 3.* 5) *Ps. 104, 21.* 6) *Cor. 1, 11, 10.*

rebus seculi sive de rebus temporalibus. Regulariter enim qui iudicat de maiori, ad ipsum sicut ad principalem iudicem debet reduci[u] iudicium omne de minori iuxta illud Extra qui filii sunt legit(imi) 'per vener(abilem)'[1]. Ubi dicitur: 'cum[v] maior in spiritualibus tam providencia quam auctoritas et ydoneitas requiratur, quod in maiori conceditur, licitum esse videtur et in minori', et ut credo non sine causa. Petrus et successores eius duas claves ad invicem connexas et a se invicem inseparabiles habere in manu dicitur et sic etiam depingitur, quia ille due claves significant potestatem in temporalibus et spiritualibus. Non enim Petrus et successores eius unam solam clavem habere dicitur, set duas, quia non solum plenam habet potestatem spiritualium, set simul spiritualium et temporalium. Duas enim claves et duos gladios Christus suo commisit vicario, ut ostenderet quod regimen tocius populi fidelis tam temporaliter quam spiritualiter ad ipsum pertinebat, iuxta illud quod dicitur XXII. c. 'omnes'[2]: Romanam ecclesiam 'solus ipse fundavit et supra petram fidei mox nascentis erexit qui beato Petro eterne vite clavigero terrene simul et celestis imperii iura commisit', ubi dicit glosa: ar(gumentum) quod papa habet utrumque gladium spiritualem et temporalem. Set ut premisi, execucionem temporalium papa committit imperatori, retenta tamen sibi super temporalibus plenitudine potestatis. Et hoc ideo factum est, ut Christi vicarius plenius possit vacare spiritualibus negociis, facta commissione de temporalibus, quoniam ut dicitur distinctione X[C]VI. 'cum ad verum'[3]: 'mediator Dei et hominum homo Christus Ihesus actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque propria discrevit', et hoc idem debet intelligi quantum ad distinctionem exequcionis, quia exequcio temporalium secundum commissionem factam a Christi vicario ad imperatorem pertinet, sicut ibidem dicitur: 'quatenus spiritualis accio a carnalibus distaret incursibus' et ita debet intelligi illud, quod dicitur in quarto c(apitulo) sequenti[4]: 'Duo sunt, imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra pontificum et regalis potestas, in quibus tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro rebus hominum in divino reddituri sunt examine rationem.' Reddet autem Christi vicarius, qui supremus est iudex tam temporalium quam spiritualium in extremo examine rationem, si res temporales permittat ab imperatoribus vel regibus male et iniuriose tractari. Quamvis autem imperator sit minister et exequtor vicarii Christi in rebus et negociis temporalibus, nichilominus Christi vicarius interdum exequitur negocia temporalia iuxta illud quod legitur Extra qui filii sunt legitimi 'per ven(erabilem)'[5], ubi sic dicitur: 'Non solum in ecclesie patrimonio, super quo plenam in temporalibus gerimus potestatem, verum etiam in aliis regionibus certis causis inspectis temporalem iuridictionem casualiter exercemus', hoc est in aliquibus casibus. E[s]t autem unus casus, secundum quod ibidem ostenditur auctoritate Deuteronomii*, cum aliquid fuerit difficile vel ambiguum in factis imperatorum vel regum, tunc enim est ad iudicium sedis apostolice recurrendum, quia in ea tam temporalium quam spiritualium plenitudo residet potestatis. Et ex hoc videtur michi, quod vicarius Christi regibus et imperatoribus debet dare leges, secundum quas debent iuridictionem suam etiam in temporalibus exercere. Et si quas imperatores vel reges[w] condant leges, ad Christi vicarium tanquam ad iudicem superiorem, in quo debet esse certa regula vivendi temporaliter et spiritualiter, spectat illas leges aprobare vel reprobare nec eorum leges videntur populum ligare, nisi ab ipso Christi vicario fuerint aprobate[x]. Secundus casus, in quo

*) *eadem alia manu qua supra pag. 1343 not. * in margine adduntur:* Istud habetur in Deuteronomio primo c(apitul)o et in eodem libro XVII. capitulo.

1251. u) *sequitur* ad *delet. c.* v) *abhinc mutato ductu c.* w) *sequitur* quondam *delet. c.* x) *sequitur signum additionis cuiusdam, sed in margine nihil adscriptum est c.*

1) *c. 13 X qui filii (IV, 17).* 2) *c. 1 Di. XXII.* 3) *c. 6 Di. XCVI.* 4) *c. 10 Di. XCVI.* 5) *c. 13 X qui filii (IV, 17).*

papa exercet iuridictionem in temporalibus, est racione delicti, et hoc duobus modis, scilicet vel ex omissione vel ex commissione, hiis enim duobus modis, obmictendo scilicet et mittendo possunt peccare principes et ceteri homines. Excercet itaque dominus papa iuridiccionem in temporalibus quandoque ex omissione, ut cum ad papam 5 appellatur papa deffectum iudicis secularis, quando scilicet princeps obmittat alique facere que tenetur facere ut Extra de fo(ro) compe(tenti) c. 'licet'[1], vel racione commissionis que pape denunciatur vel pro qua ad ipsum appellatur ut Extra de iudic(iis) c. 'novit'[2]. Tercius casus in quo dominus papa exercet iuridiccionem temporalem, est quando vacat imperium. Quia enim ut premisi imperator non est nisi exequtor et 10 minister pape in temporalibus, idcirco vacante imperio pro omnibus temporalibus que spectant ad imperium est ad summum pontificem recurrendum, Extra de fo(ro) compe(tenti) c. 'licet'[1]. Sic ergo de iure divino et naturali sacerdocium supereminet imperio et[y] penes summum sacerdotem residet de iure divino et naturali utraque iuridictio et super spiritualia et super temporalia et certe etiam tam temporalium quam spiritualium 15 ad ipsum pertinet exequcio, quamvis exequcionem temporalium quantum et quamdiu sibi videbitur commiserit imperatori tamquam suo exequtori et ministro. Unde in tempore legis nature simul currebant et concurrebant in eadem persona regnum et sacerdocium. Nam omnes primogeniti regum sacerdotes simul erant et reges et iuridictionem in temporalibus et spiritualibus exercebant nec debebant illo tempore distingui regnum 20 et sacerdocium, ut alius haberet exequcionem in temporalibus, alius in spiritualibus, quia nondum erant sacerdotes vocati ad spiritualis vite exercicium, ad quod[z] vocati sunt tempore legis gratie seu Christi. Sic eciam regnum et sacerdocium propter eandem racionem concurrere debuerunt in eadem persona tempore legis Mosayce, sicut et concurrerunt usque ad tempus Samuelis prophete, qui gerens officium sacerdotis et regis 25 iudicabat populum tam in temporalibus quam in spiritualibus. Tempore vero predicti Samuelis divisum est regnum a sacerdocio, quia tunc populus Domini petiit sibi regem dari, quem quantum erat ex parte populi, Dominus concessit eum in honus propter peccata populi. Unde dixit Dominus Samueli: 'non abiecerunt te set me, ne regnem super eos'[3], sicut ista leguntur in Deuteronomio VIII. c. per totum. Ex quo facto duo 30 colliguntur, unum est quod sacerdos instituit regem et regnum ortum habuit a sacerdocio, nam Samuel sacerdos primum regem instituit super populum Domini*. Secundum est quod colligitur ex isto facto, quia disponente eterna providentia, que mala nostra et ea que concedit pro peccatis nostris in bonum convertit, hoc factum est in presagium eius quod futurum erat Deo ordinante in nova lege Christi, in qua exequcio iuri- 35 diccionis temporalium distingui debebat ab exequcione spiritualium, et ut sacerdotes expediti a iudiciis temporalium assuescerent iminente tempore adventus Christi vacare spiritualibus. Christus enim venit rex et sacerdos simul secundum ordinem[a] Melchesedech, qui simul fuit rex et sacerdos Dei altissimi et gerebat figuram secundum quod dicit apostolus ipsius Christi, qui fuit rex et sacerdos simul habens iuridiccionem tempo- 40 ralium et spiritualium**. Et iste Melchisedech qui simul fuit rex et sacerdos gerebat

*) *eadem alia manu qua supra pag. 1343 not.* in margine adduntur:* Ex quo patet quod errant quidam iuriste qui dicunt quod potestas inperialis et regalis est inmediate instituta a Deo sicut et potestas papalis. In predicto enim capitulo primi Regum VIII. c. clare dicitur, quod Samuel sacerdos instituit primum regem, et in IX. et X. capitulo scriptum 45 habetur, quod Samuel sacerdos illum regem primum, scilicet Saulem, qui gerit figuram inperatoris, unxit in regem. Sic et papa instituit inperatorem et ipsum inungit et coronat.

**) *eadem alia manu qua supra pag. 1343 not.* in margine adduntur:* de isto Melchisedec habetur Genesis XIIII c. et in epistola ad Hebreos VII. c.

1251. y) *sequitur delet.* p *c.* z) *corr. ex* qđo *c.* a) *sequitur delet.* Meh *c.*

50 1) *c. 10 X de foro comp. (II, 2).* 2) *c. 13 X de iudic. (II, 1).* 3) *1. Reg. 8, 7.*

figuram tam Christi quam sui vicarii qui simul est rex et sacerdos, quamvis exequcionem regie potestatis imperatori et regibus commissa sit eius auctoritate exceptis casibus supradictis. Unde de Christo et eius vicario dicitur in Psalmo[1] 'tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech'. Et de hoc dicit apostolus in epistola ad Ebreos [VII.][b] c(apitulo)[2]. 5

(8) Ex predictis omnibus diffuse expositis aperte patet, quod tam de iure divino quam de iure naturali quam eciam de iure ewangelico, in quo dictum est Petro 'tibi dabo claves regni celorum[3]' et iterum 'pasche pasche oves meas'[4] in papa seu vicario Christi[c] est plenitudo potestatis et penes ipsum residet in omni plenitudine utraque iuridictio, temporalium scilicet et spiritualium. Ex quibus formatur tale argumentum: 10 Plenitudo potestatis in temporalibus et spiritualibus data est principi ad[d] boni temporalis et spiritualis promocionem et mali temporalis et spiritualis remocionem et cohercionem. Set constat quod guerre inducunt mala[e] temporalia et spiritualia. Ergo ad illum qui habet plenitudinem utriusque potestatis pertinet guerras compescere et fideles quoslibet a guerris arcere tam per penas temporales quam per penas spirituales. Al(ias) non 15 haberet plenitudinem utriusque potestatis, temporalis scilicet et spiritualis.

(9) Item potestas principis principaliter est instituta pro rei publice conservacione, deffensione, promocione. Set constat quod guerre bonum reipublice confundunt et destruunt. Ergo princeps singulariter habet potestatem compescendi guerras. Ergo ille qui est summus princeps institutus in plenitudine potestatis temporalis et spiritualis 20 habet plenissime in potestate sua[f] omnes modos, quibus guerre compesci possunt sive per penas temporales sive per penas spirituales. Al(ias) non esset summus princeps nec esset in plenitudine utriusque potestatis.

(10) Item ostendi supra quod vicarius Christi est pastor omnium ovium que sunt in ovili Christi, hoc est intra ecclesiam seu fidem catholicam. Constat autem quod 25 pastor, si summe perfectus est in genere pastoris, habet omnem potestatem, que pertinet ad naturam pastoris reducendi oves ab errore, etiam violenter. Set per guerras in quibus sunt pericula corporum et animarum oves errant. Ergo vicarius Christi qui est pastor perfectissimus potest omnes oves Christi, hoc est omnes fideles ab isto errore et periculo compescere, etiam violenter vel per penas quascunque. 30

(11) Item ostendi supra quod Christus et eius vicarius est in medio tocius populi christiani sicut medicus perfectissimus. Ad medicum autem perfectissimum spectat sanitatem inducere et ea que sanitatem impediunt per remedia perfectissima tollere. Ergo Christi vicarius cum sit in medio populi christiani tamquam medicus in summo perfectus, habet perfectissimos modos inducendi sanitatem gratie in toto humano genere, quod fit 35 per sacramentorum dispensacionem, prelatorum institucionem, verbi Dei predicacionem et per alia que in sancta ecclesia a summo pontifice vel ex eius concessione exercentur. Et per eandem rationem habet omnes modos qui intelligi vel excogitari possunt ad expellendum omne illud quod impedit sanitatem gratie, cuiusmodi sunt guerre, in quibus sunt infinita pericula corporum et animarum. Summus ergo pontifex, qui sicut pastor 40 perfectus in summo, sic est perfectus medicus in summo, habet omnes modos qui esse vel intelligi possunt ad tollendum guerras ab hominibus vel per treugas vel per temporales penas vel per excomunicacionis sententias vel per deposiciones a suis gradibus et dignitatibus vel absolvendo vassallos et subditos a iuramento fidelitatis et aliis quibuslibet modis, sicut visum sibi[g] fuerit expedire. 45

(12) Item apostolus in epistola ad Romanos XII. c. comparat corpus nostrum naturale, in quo sunt diversa menbra, ad corpus Christi misticum, cuius menbra sunt

1251. b) *spatium in c.* c) *sequitur delet.* ex *c.* d) *corr. super* a *c.* e) *sequitur delet.* p *c.* f) *sequitur in fine lineae* m *delet. c.* g) *sequitur delet.* vis *c.*

1) *Ps. 109, 4.* 2) *Ebr. 7, 17.* 3) *Matth. 16, 19.* 4) *Ioh. 21, 17.* 50

omnes fideles, in quocunque statu sint. Unde dicit sic: 'Sicut in uno corpore multa menbra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, sic multi unum corpus sumus in Christo' [1]. Nunc autem videmus quod rector corporis naturalis, cuiusmodi est anima racionalis seu voluntas, habet plenitudinem potestatis super omnia
5 menbra, quibus imperat diversos actus, quos etiam retrahit ab exerciciis[h] sive actibus propriis sibi secundum suam naturam debitis. Ergo ita erit in corpore Christi mistico, cuiusmodi est ecclesia Christi seu congregacio fidelium, cuius[i] rector et gubernator eius, qui est Christi vicarius, habet plenitudinem potestatis super omnia menbra, hoc est super omnes fideles, ut eis possit imperare diversos actus exercere et ea ab actibus
10 etiam propriis quibus voluerit modis racionabilibus arcere nec oportet eorum consensum requirere, sicut nec anima seu voluntas requirit consensum menbrorum, set eis potest licite imperare. Et sicut videmus quod in corpore naturali sive humano sunt diverse potestates, scilicet videndi, audiendi, raciocinandi, imperandi seu volendi, omnes autem iste potestates que sunt in homine ad unam potestatem reducuntur et sub illa clau-
15 duntur, per illam reguntur, per illius imperium in actus suos exeunt et per illius imperium ab actibus suis cessant, et ista est potencia voluntatis, secundum quod dicunt sancti, cui atribuitur quicquid sit in regno anime, sive bonum sive malum fuerit. Ergo ita erit in corpore Christi mistico, quod in eo est una potestas principalis et plena. cui subsunt omnes potestates omnium menbrorum corporis mistici, id est omnium
20 fidelium, cuius imperio et disposicione omnes potestates temporales et spirituales debent actus suos exercere cuiusque imperio ab actibus suis debent omnino cessare.

(13) **C** Item omnis iudex habet aliquam potestatem et omnis potestas habet aliquod forum, ita quod ista tria se mutuo commensurant, scilicet iudex, potestas et forum. Set omne forum reducitur ad forum penitentie sacerdotale, ut ostendam. Ergo omnis
25 natura iudicis et omnis potestas iudiciaria ad potestatem sacerdotalem reducitur et sub illa clauditur et eius iudicio regulatur. Quod autem omne forum reducatur ad forum sacerdotale tamquam minus dignum ad maius dignum, tamquam minus certum ad maius certum, tamquam deceptibile ad illud, in quo nullo modo potest cadere decepcio, ostendo sic. Forum dicit[k] disceptacionem inter personas distantes coram suo iudice
30 factam. Nulla autem maior distancia quam inter peccatorem et Deum. In hoc foro agitatur causa inter Deum et hominem et agitur de reconsiliacione hominis ad Deum. In hoc foro disceptatur, ut dimittatur culpa, pro qua quis debet puniri in corpore et anima morte eterna, ut fiat misericordia, ut infundatur gratia, ut remittatur pena eterna, ut restituatur celestis gloria. Constat autem quod nulla res est tam digna et tam
35 nobilis, tam utilis, tam apetibilis ad petendum et prosequendum, sicut sunt predicta, quod scilicet mortalis culpa deleatur, quod pena eterna remittatur, quod Dei gratia infundatur, quod eterna gloria per culpam perdita restituatur. Ergo cum de istis agatur in foro sacerdotali, princeps autem sacerdotum et Christi vicarius seu papa est summus iudex in isto foro, ergo suum forum est maximum et dignissimum. Secundo hoc
40 patet quod forum sacerdotale est certissimum. In omni enim foro oportet, quod ad minus sint tres persone, scilicet iudex, actitans et actitatus, quia sine iudice non est forum, sine actitatore vel actitato non est forum. In foro autem sacerdotali iudex est Deus, actitans et actitatus non sunt diverse persone, set unus et idem. Certum est autem quod in foro sacerdotali actitans se ipsum omnino dicit verum et actitatus qui
45 est idem confitetur sic esse, ut dicitur esse verum. Unde in isto foro non cadit dolus nec exceptio nec dilatio nec veritatis celatio[l], propter quod istud forum est certissimum. Tertio dico quod forum sacerdotale omni foro quod cogitari potest est verius

1251. h) *in corr. c.* i) *corr. super* ꝗ *delet. c.* k) *sequitur delet.* dicis *c.* l) selatio *c.*

1) *Rom. 12, 4—5.*

et perfectius. Quod patet ex parte iudicis, qui nullo modo potest decipi. Ipse enim est Deus, cuius minister principalissimus et vicarius est Christi vicarius. Hic autem iudex nec prece nec pretio flectitur, ipse est ita summus, quod ab ipso appellari non potest et suam exequitur sententiam pro libito voluntatis. Idem patet ex parte rei et actoris, quia nulla perfectior est confessio in iudicio, quam illa que fit ex ore actitati, 5 maxime quando talis confessio fit libere absque questionibus et gratis ad talem confessionem se ingerit actitatus. Ex predictis patet quod forum sacerdotale, in quo summus iudex est Christi vicarius, est inter omnia fora dignissimum, certissimum, perfectissimum, verissimum. Ex istis sic arguo: Omne minus dignum, minus certum, minus perfectum, minus verum reducitur ad magis perfectum, magis verum, magis certum, 10 magis dignum et per ipsum rectificatur, regulatur et gubernatur. Hoc enim verum est in ordinibus angelorum, quia inferiores per superiores, ut dicit Dionisius in libro de angelica Gerarchia[1], illuminantur, perficiuntur et purgantur. Hoc etiam verum est in ordine omnium agentium naturalium. Virtus enim solis, que est principalis inter omnes virtutes naturales, regit et perficit omnes virtutes particulares, que sunt in corporibus 15 hominum, animalium, arborum, herbarum et omnium generabilium et corruptibilium. Et eodem modo est in toto corpore ecclesie, quod omnes potestates temporales et spirituales ad unam primam et summam reducuntur, in qua et sub qua clauduntur, per quam reguntur et in suis actibus regulantur, ut iam[m] premisi superius. Regulariter verum est quod qui iudicat de maiori, ad ipsum ut ad primum et summum iudicem 20 debet reduci omne iudicium de minori iuxta illud quod dicitur Extra qui filii sunt legitimi 'per venerabilem'[2], ubi sic dicitur: 'Cum maior in spiritualibus tam providencia quam auctoritas et ydoneitas requiratur quod in maiori conceditur licitum esse videtur et in minori'. Si itaque verum est quod omne forum seu temporale seu spirituale ad forum sacerdotale tamquam ad magis dignum, magis certum, magis perfectum, magis 25 verum reducitur, constat quod omnis iudex, omne iudicium, omnis potestas iudiciaria ad forum, iudicem et potestatem sacerdotalem reducitur et sub illo continetur et ab illo debet in suis actibus regulari et ab illicitis modis omnibus coherceri.

(14) Item diverse sunt policie sive principatus in mundo, una quidem est particularis et minima, in qua pater familias principatur domui sue, alia unius ville seu 30 civitatis[n], in qua unus rector seu potestas principatur civibus, alia est regalis vel imperialis, in qua rex seu imperator principatur et dominatur omnibus qui sunt in regno vel imperio. Alia est subcelestis, sic enim eam vocant sancti, in qua Christi vicarius principatur et dominatur. Omnis autem policia preter illam, que a Christo instituta est, que est policia sive congregatio fidelium, facta, inventa et ordinata est secundum 35 dictamen rationis naturalis hominis. Qui[a] enim unus homo non potest sibi ipsi in omnibus suis necessitatibus subvenire, idcirco dictante ratione et necessitate exigente in principio mundi multi homines in unum convenerunt, ut quod unus nesciebat aut non poterat facere, alius faceret. Unus quippe facit vestes, alius domus, alius panem, alius sanat et sic de aliis quibus indigent homines. Et quia unus ista omnia facere non 40 posset nec sciret, idcirco dictante natura pro conservatione hominum, qui multis indigent, multi homines in unam politiam seu in unam congregationem convenerunt. Iste etiam policie seu congregaciones hominum reguntur, gubernantur legibus et consuetudinibus secundum lumen et rectitudinem naturalis rationis inventis, ut patet per antiquas leges imperatorum Romanorum. Policia[o] autem subcelestis seu ecclesiastica aliam habet 45 originem et aliis regitur legibus. Nam congregatio fidelium non est facta ut unus alteri subveniat ad vite mortalis sustentacionem, set est facta, inventa et ordinata a Deo ad

1251. m) eum *c.* n) *sequitur delet.* alia *c.* o) Policie *c.*

1) *Cf. Hierarchia coelestis cap. 7.* 2) *c. 13 X qui filii (IV, 17).*

spiritualis vite administrationem et[p] ut unus cooperetur alteri ad eterne vite acquisitionem. Ad hoc enim ordinati sunt omnes gradus ecclesiastici, omnia sacramenta et alia que in sancta ecclesia dispensantur. Non regitur etiam ista policia legibus naturalibus inventis et dictatis ab umbratili et defectibili lumine rationis humane, que ut 5 plurimum aut frequenter in suis iudiciis et legibus decipitur. Set principaliter policia ecclesiastica regitur et gubernatur lege data, promulgata, scripta a Christo vero Deo et a sanctis prophetis et apostolis sancto Spiritu illustratis, qui nec errare potuerunt aut legem in aliquo nequam dare; alias Christus non fuisset Deus, aut Spiritus sanctus, cuius flatu loquti sunt sancti, legem tulisset deceptoriam, quod cogitare nefas est. Ait enim 10 beatus Petrus: 'Non voluntate hu[m]ana allata est aliquando prophetia, set Spiritu sancto inspirati loquti sunt sancti Dei homines'[1] et ipse Salvator ait: 'Non enim vos estis qui loquimini, set spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis'[2]. Est etiam avertendum, quod unitas et connexio omnium politiarum naturalium est ex connexione nature seu necessitatis eorum, que exiguntur ad conservationem nature humane. Unitas autem 15 et connexio eorum qui sunt in policia fidelium est ex vinculo caritatis. Sicut enim homines a principio mundi congregati fuerunt ad policiam unius domus seu ad policiam civitatis regalem vel imperialem propter necessitatem conservationis nature, ut exposui supra, sic omnes fideles congregati sunt in politia ecclesie ex vinculo caritatis. Ex predictis itaque patet, quod politia fidelium excellit omnem politiam naturalem, primo 20 quidem quantum ad causam seu originem quia ille facte sunt propter mortalis nature sustentationem, ista vero propter spiritualis vite sustentationem et eterne glorie acquisitionem. Ille reguntur legibus humano ingenio qui frequenter decipitur inventis, ista regitur lege a Christo Deo et homine data, qui nullo modo decipi potest, alias Deus non esset. Ille policie habent unitatem et colligationem ex amore naturali seu ex 25 necessitate conservationis nature, ista habet unitatem et connexionem a karitate, que in infinitum fortius ligat menbra sui corporis mistici, quam quicunque amor naturalis vel quecunque necessitas naturalis liget ad invicem menbra corporis naturalis. Videmus enim quod gladio separantur membra corporis naturalis ad invicem. De menbris autem corporis mistici ait apostolus: 'Quis vos separabit a karitate Christi'[3]? 'Certus sum 30 quod neque mors neque vita neque angeli neque potestates nec fames nec gladius separabit nos a karitate, que est in Christo Ihesu'[4]. Ex hiis sic arguo secundum quod una policia excellit aliam sic et princeps illius policie excellit principes omnium aliarum policiarum. Set ostensum est quod policia ecclesiastica tam in causa sue originis quam in lege qua regitur quam in vinculo quo unitur excellit omnem policiam quocunque 35 modo ab hominibus inventa et rectitudo eius excellit omnem rectitudinem aliarum politiarum. Ergo princeps politie ecclesiastice, qui est Christi vicarius seu papa, excellit in primitate, dignitate et rectitudine omnes alios principes, quocunque modo possint institui vel quocunque modo possint excogitari, et per consequens omnis principatus et omnis potestas sub isto principe ecclesiastico clauditur et continetur ac per hoc eius 40 nutu debet in omnibus gubernari.

(15) Item secundum omnes philosophos quatuor sunt genera demo[n]strationum, secundum quas demonstratur seu probatur efficaciter aliqua conclusio, que sumuntur secundum quatuor genera causarum, cause scilicet, materialis, formalis, efficientis et finalis. Nunc autem ita est quod alius est finis quem intendit princeps temporalis im- 45 perator vel rex, alius quem intendit princeps ecclesie. Princeps enim ecclesie quamvis intendit secundum naturam sui regiminis pacem inter homines conservare, finis temporalis sui regiminis est eterna beatitudo, ad quam et propter quam facti sunt omnes

1251. p) *sequitur delet.* un *c.*

1) *2. Petr. 1, 21.* 2) *Matth. 10, 20.* 3) *Rom. 8, 35.* 4) *Cf. ibid. 38.*

homines et ad quam acquirendam celum, terra, mare et omnia que in eis sunt sive omnia temporalia ordinantur. Visio enim et tuitio[q] Dei est finis, quem principaliter intendit omnis creatura rationalis. Omnes autem alie creature ordinantur ad hominem sicut ad finem, nam ut alibi dicitur 'Nos sumus finis omnium'. Finis autem quem intendit principaliter princeps quicunque temporalis est pax temporalis inter homines, 5 ne unus alteri noceat et ut quilibet quod suum est in pace possideat. Ex predictis sic arguo: Sicut se habet finis quem in suo regimine intendit princeps ecclesie seu papa ad finem quem intendit princeps temporalis sive imperator, sic se habet potestas et auctoritas papalis ad potestatem et auctoritatem imperialem seu cuiuscunque alterius principis temporalis. Set finis quem intendit princeps ecclesie qui est bonum eternum claudit 10 in natura sua et continet ac superexcellit finem quem intendit imperator qui est bonum temporale. Ergo potestas principis ecclesie claudit et continet intra se omnem potestatem et auctoritatem imperialem et cuiuscumque alterius principis temporalis. Quantum enim[r] bonum eternum excedit omne bonum temporale, tantum auctoritas et potestas principis ecclesiastici excellit auctoritatem et potestatem cuiuslibet principis temporalis. 15 Et ita habet potestatem temporalem et auctoritatem regendi, dirigendi, cohercendi, instituendi et destituendi omnem potestatem temporalem, si necessitas vel utilitas suo iudicio hoc requirant.

(16) Item videmus in naturalibus que reguntur lege naturali a Deo indita rebus, quod propter bonum comune dimittitur bonum proprium et sic quodam instinctu natu- 20 rali, si aliquis debet percuti in capite, a quo dependet bonum comune totius corporis, manus continue se opponit, quasi plus velit prescindi quam capud pereat, a quo dependet tota vita hominis, et huius ratio est quia destructo bono comuni destruitur bonum partis et non econverso. Si enim capud perit, manus et pes perdunt suum esse, quia totus homo moritur, set non econverso. Nam si manus prescinditur, non propter hoc totus 25 homo moritur nec alia menbra pereunt. Et hinc est quod secundum rectam rationem pro deffensione regni seu reipublice rex potest accipere domos et castra et res alias subditorum et subditi tenentur in tali casu bona propria pro deffensione et conservatione rei publice exponere. Nunc autem ita est quod bonum quod[s] intendit princeps ecclesiasticus sive papa est bonum publicum omnibus hominibus comune, in cuius natura 30 omne bonum temporale clauditur et continetur excellentius quam sit in se ipso. Ergo sicut manus exponit proprium esse pro conservatione capitis, sic quilibet princeps temporalis debet exponere omnem suam potestatem et iuridictionem et omne bonum suum temporale pro conservatione, promotione, deffensione boni eterni iuxta arbitrium, dictamen et preceptum illius principis, qui in suo regimine principaliter intendit bonum 35 eternum et hic est vicarius Christi. Et ideo ad eius imperium principes temporales debe[n]t arma movere et ab armis cessare et ipse hoc eis potest precipere.

(III)

(1) C Tertia questio est, utrum dominus papa potuerit ab imperatore exigere iuramentum, quod regnum Cicilie non offenderet nec offendentibus prestaret auxilium, 40 consilium vel favorem. Ad istam questionem respondeo et dico, quod dominus papa potuit et debuit tale iuramentum exigere ab imperatore. Et ad hoc probandum assumo primo rationem ex causis, ex quibus iuramentum est introductum, et invenitur prestitum a sanctis patribus in veteri testamento. Aliquando enim iuraverunt sibi mutuo sancti patres pro pace et amicitia mutua observanda. Sic iuravit Laban Iacob et econtra, 45 s(cilicet) Iacob ipsi Laban, sicut habetur in Genesi XXXI c., ubi dicitur: 'iuravit ergo Iacob per timorem patris sui Ysaac'[1] et cet. Aliquando iurabant sibi mutuo quod sibi

1251. q) fruitīō *c.* r) eum *c.* s) *sequitur delet.* bo *c.*

1) *Gen. 31, 53.*

non nocerent. Sic iuraverunt nuncii quos miserat Iosue princeps populi Israelis ad explorandum terram promissionis ipsi Raab, quod nec sibi nec alicui quod pertineret ad domum suam nocerent, sicut scribitur Iosue secundo c., ubi dicitur sic 'Nunc ergo iurate michi per dominum Deum, ut quomodo ego feci vobiscum misericordiam, ita et 5 vos faciatis cum domo patris mei'[1]. Ex quibus patet per exempla sanctorum patrum veteris testamenti, quod iuramentum exigitur et iuste potest exigi ab aliquo vel pro bono faciendo, ut dum iurat quis se pacem servare, peregrinari vel religionem intrare, aliquando potest exigi iuramentum ab aliquo pro malo vitando, ut quod non nocebit ei in persona vel in rebus, ut patet in predicto exemplo, quod scribitur Iosue II. c. 10 Et tunc maxime potest tale iuramentum ab illo exigi quando probabiliter timetur, quod nisi iuramentum obstaret, ille dampnum in rebus vel in persona inferret, sicut clare patet in predicto exemplo Iosue II. c. Cum ergo ex quibusdam indiciis et signis dominus papa verisimiliter posset credere, quod imperator aliquando noceret vel nocere atemptaret regno Cicilie, quod est feudum ecclesie, nisi iuramento esset astrictus, quod 15 non noceret, aperte patet per exempla sacre scripture, quod dominus papa potuit ab imperatore iuramentum exigere, quod regno Cicilie personis aut rebus in aliquo non noceret. Tale enim iuramentum prestiterunt ipsi Raab nuncii Iosue, qui erat princeps tocius populi Domini, ut patet Iosue II. c.

(2) Item secundum quod dicitur in Genesi VIII. c. sensus et cogitatio cordis 20 humani prona sunt in malum ab adolescentia sua[2]. Ne igitur homines prorumpant ad illicita, ad que sunt proni ex corrupcione nature, data sunt precepta prohibitiva et negativa, ut non occides, non furtum facies, non concupisces rem proximi tui et similia et ad hoc etiam fiunt cotidie statuta et leges. Unde lex dicitur a ligando, quia ligat et prohibet fluxum cordis humani, ne prorumpat in malum, a quo de natura sua corrupta 25 inclinatur et fluit. Unde dicitur in epistola ad Galathas III. c., quod lex propter transgressores posita est[3]. Cum ergo vicarius Christi per se et directe ex plenitudine potestatis sibi collate a Christo, cum dictum est Petro 'pasce pasce pasce oves meas'[4], habeat homines omnes a peccatis et illicitis[t] arcere, debet et potest eos ligare modis omnibus secundum quod sibi videtur aut per penas temporales aut per iuramenta aut per sen- 30 tentias excomunicationis, ne prorumpant ad illicita, ad que proni sunt ex natura corrupta. Si ergo domino pape visum fuit ex aliquibus signis vel coniecturis, quod imperator vellet regnum Cicilie invadere, quod est insigne feudum ecclesie, non solum potuit, immo debuit imperatorem iuramento a tali invasione retrahere, immo etiam per obedientiam et per excomunicationis sententiam et quibusvis aliis modis ipsum a tali 35 errore retrahere.

(3) Item constat quod ad servandum preceptum Dei de dilectione Dei et proximi obligantur omnes homines, in quacumque fuerint preeminentia dignitatis. Constat nichilominus quod sub eodem precepto Dei cadunt ista proximum diligere et eum non odire sive ei non nocere, s(cilicet) eum[u] teneor diligere, teneor non odire et non nocere. 40 Set ad vicarium Christi directe pertinet homines ligare, obligare et arcere, ne precepta divina transgrediantur et transgressores punire. Cum igitur imperator invadendo ostiliter regnum Cicilie, quod est feudum singulare ecclesie, vel offendentibus prestando consilium, auxilium vel favorem directe faceret contra preceptum de dilectione proximi, immo etiam directe faceret contra iuramenta propria tam per se quam per procuratores 45 suos domino pape prestita[5] clare patet, quod dominus papa debuit ipsum imperatorem ligare et obligare et arcere iuramentis et aliis quibusvis modis, ne dictum regnum Cicilie offenderet aut offendentibus vel volentibus offendere favorem prestaret.

1251. t) *sequitur delet.* ex *c.* u) enim *c.*

1) *Ios. 2, 12.* 2) *Gen. 8, 21.* 3) *Cf. Gal. 3, 19.* 4) *Ioh. 21, 17.* 5) *Cf. supra nr. 1249.*

(4) Item in epistola ad Romanos sic dicitur: 'Qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui faciunt, set qui consentiunt facientibus'[1]. Super quo verbo dicit glosa: consentire est non arguere cum possis. Constat autem quod tucius est ligare et obligare et arcere seu compescere aliquem ne delinquat, quam post delictum ipsum arguere. Constat etiam quod ad eundem finem ordinantur ista duo et per consequens ad eandem auctoritatem seu iuridictionem: prohibere aliquem ex auctoritate ne delinquat et post delictum ipsum corripere vel punire. Nunc autem ad vicarium Christi qui pater est omnium et pastor Christi ovium pertinet arguere delinquentes et arcere omnes homines a delictis, alias secundum predictam glosam cum ipse arguere possit, id est habeat auctoritatem et potestatem arguendi, si non arguat, si non corripiat, si non cohibeat, videtur delictis et delinquentibus consentire. Itaque cum dominus papa ex verisimilibus coniecturis intelligeret, quod imperator volebat regnum Cicilie invadere vel invadentibus favorem prestare, quod sine offensa Dei et proximi non poterat facere, aperte patet quod dominus papa iuramentis eum potuit obligare, ne hoc faceret, et per sententiam excomunicationis eum cohibere, ne ad hoc prorumperet.

(IV)

(1) C Quarta questio est, utrum domino pape licuerit precipere imperatori, quod a Roma et terris ecclesie recederet non reversurus ad eas sine ipsius domini pape licencia speciali. Ad hanc questionem respondeo quod dominus papa hoc potuit et debuit imperatori precipere. Ad quod primo arguo sic: Maior est et fortior prohibitio facti seu prohibitio manualis quam verbalis. Set non solum verbo immo etiam facto vim vi repellere licet, cum moderamine inculpate tutele. Constat autem quod qui intrat vel moratur in feudo alicuius seu possessione sine voluntate domini, presertim ubi probabiliter apparet, quod ille qui intrat dampnum intendit inferre vel sine dampno aut iniuria domini vel feudi moram ibi non potest contrahere, talis infert vim domino feudi et sue possessioni. Ergo omnis talis vim inferens aut facto aut proposito, de quo appareat, potest de feudo seu de possessione expelli vel precepto verbali vel etiam si hoc contempserit violentia manuali. Et ita dominus papa, in quantum ad ipsum spectat dominium Urbis et aliarum terrarum ecclesie, potuit imperatori precipere, ut exiret de Urbe et de aliis terris ecclesie nunquam ad illa reversurus sine ipsius licentia speciali, maxime si probabiliter eidem domino summo pontifici apparebat, quod ipse imperator vellet ex tali mora aliquid iuridictionis ecclesie usurpare vel sua mora posset Urbi et terris ecclesie in aliquo dampnosa esse.

(2) Item dominus papa est pater generalis omnium fidelium, ut superius est dictum, et ad ipsum sicut ad patrem spectat correctio et informatio omnium fidelium non solum per modum monicionis, set etiam[v] per modum preceptionis et cohertionis, ut faciant ea ad que tenentur et abstineant ab illicitis, maxime ab illis que possunt vergere in dampnum rei publice, cuius cura et regimen, scilicet rei publice, tam temporale quam spirituale spectat ad dominum nostrum papam, sicut ad primum et summum iudicem sicut superius est ostensum. Ergo si dominus papa verisimiliter crederet ex aliquibus signis vel coniecturis, quod presentia imperatoris et eius mora in Urbe vel in terris ecclesie esset dampnosa et periculosa, in quantum est pater omnium fidelium et in quantum supremus iudex temporalium et spiritualium et in quantum dominus Urbis et terrarum ecclesie, potuit et debuit precipere imperatori, ut exiret de Urbe et de terris ecclesie ad eas minime reversurus sine eius licentia speciali.

1251. v) *supra lineam add.*

1) *Rom. 1, 32.*

(3) Item eadem obligatione precepti tenetur quilibet malum vitare et occasionem inducentem ad malum fugere. Sicut enim non licet occidere, non licet aliquid facere quod prestat occasionem occidendi, secundum quod alibi dicitur qui occasionem dampni dat, dampnum dedisse videtur. Set non licet imperatori terris ecclesie nocere vel 5 dampnum inferre, ergo non licet ei occasionem ad hoc prestare. Mora autem eius in Urbe et in terris ecclesie probabiliter erat occasio dampni et mali tam in Urbe quam in terris ecclesie. Et ideo sicut imperator tenebatur non nocere predictis Urbi et terris ecclesie, sic tenebatur ab illis recedere. Ex hoc sic arguo, si licitum est alicui inferiori aliquid facere, superior eius potest et debet ei precipere, quod illud non faciat etiam 10 sub pena magna vel parva, secundum quod ei videbitur faciendum. Quia enim illicitum est rem alienam tractare invito domino, ideo preceptum est non furari. Set illicitum erat imperatori moram contrahere in Urbe vel in terris ecclesie, quia talis mora ut premisi occasio erat mali, quod scilicet imperator in Urbe vel in terris ecclesie contrahendo moram usurparet iura ecclesie vel dampnificaret terras vel suscitaret sediciones 15 vel averteret Urbem et alias terras a fidelitate, qua tenentur ecclesie. Ergo suus superior qui est dominus papa potuit ei precipere ne moram ibi contraheret et quod inde exiret sine eius speciali licentia minime reversurus.

(4) Item due sunt partes iustitie secundum quod in Psalmo scribitur: 'Declina a malo et fac bonum'[1] et ad utrumque istorum omnes homines obligantur. Sic enim 20 dicit Gregorius: 'Non sufficit mala non agere, nisi quisque studeat bonis operibus insudare'. Nunc autem Christi vicarius potest dare precepta de bonis et utilibus faciendis, ad que precepta cuncti fideles obligantur, quacunque prefulgeant dignitate, sicut patet in diversis[w] statutis summorum pontificum tam in decretis quam in decretalibus. E qua ratione potest dare precepta affirmativa omnes fideles ligantia de bonis faciendis, eadem ratione 25 potest dare precepta negativa omnes homines ligantia de malis vitandis. Itaque si mora imperatoris in Urbe vel in terris ecclesie vel invasio regni Cicilie verisimiliter poterat esse nociva rei publice, clare patet quod dominus papa potuit et debuit imperatori precipere, ne regnum Cicilie invaderet ne in Urbe vel in terris ecclesie moram contraheret nec ad eas d[eince]ps reverteretur sine sua licencia speciali.

30 (5) Item sicut propter delictum commissum expellitur seu bannitur aliquis de regno, civitate, territorio aliquo, s[i quid] timetur de delicto committendo, patet et debet quis prohiberi, ne regnum, civitatem vel territorium ingrediatur vel sibi fuerit, quod inde egrediatur. Et tutius est, antequam delictum committatur, aliquem de regno, civitate vel territorio expellere vel ne ingrediatur prohibere, quam post delictum inde 35 expellere vel bannire. Utilior quippe est medicina, que preservat ab infirmitate, quam illa que sanat iam contractam infirmitatem. Melius est enim nunquam peccasse quam post peccatum penitentiam egisse. Ergo si ratione delicti commissi princeps ecclesiasticus potest aliquem de toto regno Cicilie bannire, quod fit per sententiam excomunicationis, per quam separatur quis a comunione omnium fidelium, si etiam summus 40 pontifex ratione delicti commissi [potest] principes seculares, quacumque prefulgeant dignitate, a suis statibus, dignitatibus et gradibus deponere et a regni civitatibus expellere, quod quidem potest, ut superius est ostensum, eadem ratione si probabiliter immineat periculum de delicto committendo, ut quod imperator per suam moram in Urbe vel in terris ecclesie vellet contra propria iuramenta prestita iura ecclesie usurpare seu 45 pacem Urbis vel terrarum ecclesie turbare aut corda hominum a fidelitate qua astricti sunt ecclesie avertere, clare patet quod per suppremum iudicem, qui est dominus papa, ut premissum est, de Urbe et de terris ecclesie expelli potuit et debuit et ex eadem

1251. w) *sequitur delet.* locis *c.*

1) *Ps. 36, 27.*

causa et occasione dominus papa ei precipere potuit, quod ad Urbem vel ad terras ecclesie nunquam reverteretur sine eius licentia speciali.

(V)

C Quinta questio est, supposito quod imperator significaverit domino pape et eum requisiverit, ut per penas seu per sententiam excomunicationis conpesceret Tuscos a rebel- 5 lione quam faciebant contra imperatorem, quia dominus papa hoc non fecit, ipse imperator posset se reputare gravatum. Ad istam questionem respondeo quod fidelitas vassalli ad suum dominum vel inferioris seu subditi ad superiorem suum, qualis est inter imperatorem et Christi vicarium, ut superius est ostensum, est relatio quedam, sicut enim duo alba sunt sibi similia, et huius relationis que importatur nomine similitudinis fundamentum est[x] albedo, 10 ex qua oritur relatio que vocatur similitudo. Sic inter dominum et vassallum seu servum et inter inferiorem seu subditum est vera relatio realis, cuius quidem relationis fundamentum est fidelitas qua unus alteri mutuo obligatur. Natura autem relationis seu relativorum talis est quod in quantum sunt relativa, hoc est secundum rationes per quas sunt relativa, semper simul sunt et posita se ponunt et perempta se perimunt, quamvis enim album 15 id quod album possit esse per se dato quod nullum aliud sit album, nunquam tamen potest esse sub hac ratione quod est simile nisi habeat aliud consimile, nam relatio de natura sua includit duo extrema distincta. Et hinc est quod quia dominus et[y] servus sunt relativa, nunquam potest esse dominus nisi sit servus. Ideo dicit Augustinus in quinto libro de Trinitate, quod Deus non fuit dominus ab eterno quia ab eterno nulla 20 fuit creatura que posset dici vel esse Dei servus vel serva, unde Deus id quod Deus seu secundum rationem deitatis fuit ab eterno, set Deus in quantum dominus seu sub ratione domini non fuit ab eterno, ut dicit Augustinus. Set tunc incepit esse dominus quando incepit esse creatura que possit dici eius serva vel servus. Deus enim non est nomen relativum et ideo Deus fuit Deus, antequam esset creatura aliqua. Set dominus 25 est nomen relativum et relatio includit duo extrema. Ideo Deus non fuit dominus, donec esset aliquis qui posset dici eius servus. Et consimili modo est, quia sicut non potest esse relatio, nisi sunt duo extrema, sic destructo uno relativorum in quantum relativum est destruitur tota relatio et destruitur alterum corelativum secundum rationem qua dicitur relativum. Si enim nulla esset creatura que posset dici Dei[z] servus vel 30 serva, destrueretur Deus non secundum id quod Deus, set secundum rationem qua dicitur dominus, quia si nulla esset creatura que posset dici servus vel serva Deus non posset dici dominus. Nunc autem ita est ut premisi quod dominus et vassallus superior et subditus secundum istas rationes dicuntur ad se mutuo relative. Et posita se ponunt et perempta se perimunt in quantum talia. Hec autem relatio fundatur supra fideli- 35 tatem, qua astringitur vassallus domino vel subditus superiori suo. Et ideo sicut albedo que est fundamentum relationis que vocatur similitudo invenitur in duobus extremis que dicuntur similia, sicut nix et farina dicuntur similia, quia in utroque invenitur albedo, sic quia dominus et vassallus seu servus et inferior et superior dicuntur relativa et eorum relatio fundatur in fidelitate sicut similitudo in albedine, idcirco fidelitas non solum in subdito respectu 40 domini, set etiam in domino respectu subditi debet fidelitas[a] inveniri et si fidelitas in altero istorum defficiat, perit relatio inter ipsos, ut iam non dicatur iste dominus nec ille subditus. Culpa tamen erit et pena illum tenebit ex parte cuius perit fidelitas. Secundum istam rationem videretur aliquibus, quod sicut imperator est astrictus domino pape ratione imperii, quod tenet ab eo vinculo fidelitatis, ut sic se habeat ad dominum papam, sicut 45 fidelis subditus se debet habere ad suum dominum, sic versa vice dominus papa sit

1251. x) *sequitur delet.* ab *c.* y) *corr. super* est *delet. c.* z) *corr. ex* deus *c.* a) fideliter *c.*

astrictus vinculo cuiusdam fidelitatis ad ipsum imperatorem, sicut dominus debet esse fidelis servo vel subdito vel vassallo. Ex hiis apparenter posset videri alicui, quod si dominus papa non conpescuit Tuscos a rebellione quam exercuerunt contra imperatorem, quod ipse imperator posset se dicere absolutum a vinculo fidelitatis et iuramento, quo 5 erat domino summo pontifici obligatus, pro eo quod in predicta rebellione Tuscorum non fuit expertus auxilium domini pape, quod debet dominus impendere suo subdito vel vassallo. Et certe non est ita. Ad cuius evidentiam est sciendum, quod sicut in alia scientia traditur tria sunt genera relativorum, quedam sunt relativa equalitatis et secundum istum modum dicuntur relativa duo alba, inter que est relatio que vocatur 10 similitudo, quedam est relatio seu quedam relativa superpositionis et isto modo refertur relative dominus ad servum subditum vel vassallum, alia sunt relativa suppositionis et isto modo referuntur servus, subditus [vel][b] vassallus ad dominum prelatum vel pastorem suum. Est itaque sciendum quod quamvis fundamentum relationis debeat reperiri in utroque extremo generaliter et per consequens, sicut vassallus, servus vel subditus 15 debent esse fideles domino serviendo, obediendo, deffendendo secundum modum, gradum et naturam qua sunt subiecti, sic econverso dominus superior seu prelatus debet esse fidelis servo subdito vel vassallo secundum modos qui competunt ei ratione sui dominii. Set relatio ista aliter perit inter relativa que dicuntur relativa equalitatis, aliter perit inter relativa superpositionis et suppositionis. Cum enim duo alba sint relativa rela- 20 tione equalitatis que vocatur similitudo, omnibus illis modis quibus potest perire relatio seu fundamentum relationis ex parte unius extremi, omnibus illis modis[c] potest perire relatio seu fundamentum relationis[d] alterius extremi, et hoc generaliter est verum in omnibus relativis equalitatis. In relativis autem qualia sunt dominus et servus, subditus vel vassallus non est ita. Aliter enim et aliis modis perit relatio ex parte servi seu 25 subditi et aliter ex parte domini. Non enim ad paria iudicantur, quia non sunt relativa equalitatis, set superpositionis et suppositionis[e]. Videmus enim quod si dominus et servus comunicant in eodem crimine, acrius et durius punitur servus quam dominus. Eodem modo si dominus sit excomunicatus, non propter hoc servus suum ei servicium denegabit[f], immo tenetur ei servire. Non tamen econtra, quia si servus sit excomuni- 30 catus, dominus non tenetur ei comunicare. Videmus etiam quod plura requiruntur ad destitutionem seu depositionem superioris quam inferioris ut unius episcopi quam simplicis sacerdotis. Et sic regulariter est verum secundum maiores gradus dignitatis. Ad hoc enim quod imperator destituatur, requiruntur plures deffectus et plures probationes quam de uno simplici principe. Ex quibus omnibus patet quod ad hoc quod dominus 35 cadat a iure, quod habet super inferiorem seu servum vel subditum vel vassallum, seu ad[g] hoc quod subditus absolvatur a fidelitate, qua astringitur domino, plures et maiores deffectus requiruntur quam requirantur ad hoc quod[h] servus subditus vel vassallus cadant a iure suo, et pro minori delicto est subditus puniendus et etiam magis puniendus, si delinquat contra prelatum quam prelatus si delinquat contra subditum 40 et ex minori delicto cadit vassallus a iure feodi quam cadat dominus a iure dominii. Ista enim duo simul stant, scilicet quod culpa periurii vel alia consimilis culpa maior est in prelato quam in subdito et in domino quam in servo vel vassallo. Et hinc est quod quanto gradus altior, tanto casus et culpa gravior et nichilominus verum est, quod pro consimili culpa plus punitur inferior quam superior quantum ad iuditium humanum 45 seu quantum ad penam iuris. Cuius ratio potest esse quod ordo totius universi seu totius mundi, qui consistit in gradibus inferiorum et superiorum seu dominorum et subditorum, magis habet suam firmitatem et suam stabilitatem suamque utilitatem ex parte

1251. b) *deest c.* c) quibus *add. c.* d) ex parte unius *add. c.* e) super positionis *in fine lineae c.* f) i *corr. ex* a *c.* g) *corr. super* ex *c.* h) *incipit in novo folio iterum manus prima c.*

superiorum et dominorum quam ex parte inferiorum subditorum vel vassallorum, pro eo quia gradus et status superiorum et dominorum est dignior et firmior ex natura sua quam status vel gradus inferiorum seu subditorum, et huius ratio est, quia maior prudentia, maior constantia, maior virtus, maior iustitia requiritur in prelatis ad regendum quam in subditis ad obediendum et in dominis regibus et principibus ad regendum et malos cohercendum quam in subditis vel vassallis ad[i] obtemperandum. Superior enim et dominus debet esse regula et lex recta seu animata ad regendum et dirigendum se ipsum et omnes subditos, subditis autem in quantum sunt subditi sufficit quod habeant regulam et legem rectam, qua recte et iuste vivant solum in se ipsis et pro se ipsis. Constat autem quod per prudentiam, constantiam, virtutem et iustitiam firmatur et stabilitur status et gradus cuiuslibet hominis mortalis, et quia ut predixi ista sunt potiora et maiora in statu superiorum et dominorum de natura sua quam in statu inferiorum et subditorum, idcirco dignior, stabilior atque firmior de natura est status domini vel superioris quam status subditi vel inferioris. Ex quo patet quod quamvis ordo, qui est inter omnes homines mortales, sine quo ordine mundus stare non posset nec homines vivere, complectatur simul gradum dominorum seu superiorum et gradum subditorum seu inferiorum, ordo tamen iste magis habet suam firmitatem seu stabilitatem ex parte status dominorum et superiorum quam ex parte status subditorum seu inferiorum, ex quo patet nostrum propositum. Quare scilicet secundum iura humana eadem culpa, quamvis sit maior in domino et[k] prelato quam in subdito seu inferiori, minus tamen eadem vel consimilis culpa punitur in prelato et domino et magis punitur in subdito seu servo. Cum enim ordo et status mundi magis dependeat a statu dominorum et superiorum quam a statu subditorum et inferiorum, ut predixi, debuerunt iura[l] curam et diligentiam adhibere maiorem[k] quod status superiorum et dominorum stet immobiliter in suo esse quam status inferiorum et subditorum. Si autem pro consimili delicto equaliter punirentur, constat quod status dominorum et superiorum haberetur a subditis in contentum. Nichil autem est quod tantum subvertat gradum et statum dominorum et superiorum, quantum contemptus inferiorum et subditorum. Ubi enim hoc accidit, destruitur principatus ille seu pollicia sive sit temporalis seu spiritualis ex causa interiori et est maius periculum quam si impugnaretur ab exteriori. Ex dilectione enim reverentia et obedientia, quam habent subditi ad suum principem sive spiritualem sive temporalem, stabilitur ille principatus. Ideo iura rationabiliter statuerunt, quod pro consimili delicto minus punitur dominus et prelatus quam servus vel subditus, ne forte si equaliter punirentur, domini et prelati in contentum a subditis haberentur. Et ista est causa, quare difficilius creditur culpa prelati vel domini si accusetur quam culpa servi vel subditi, et maiores ac plures probationes requiruntur ad probandum culpam domini vel prelati quam subditi seu servi. Si enim equaliter et sub eisdem probationibus probaretur culpa prelati vel domini sicut subditi vel servi, cum subditi sint plures et in multitudine comuniter sint multi malitiosi nec prelati possint satisfacere omnibus, immo si sit iustus, oportet multos offendere et multos exigente iustitia contra se provocare, si de facili posset contra eum probari, frequenter a subditis accusaretur ac per hoc veniret in contemptum subditorum et ex hoc sequeretur destructio principatus, ut superius est ostensum. Est et alia causa, quia ut premisi maior prudentia, maior virtus et constantia et maior rectitudo requiritur et probabiliter esse creditur in prelato, principe et domino quam in inferiori, subdito seu servo et quia per talia resistitur peccato, idcirco minus est credibile, quod princeps, prelatus seu dominus deliquerit quam subditus seu servus et ideo maiores et plures probationes requiruntur ad probandum delictum domini, principis vel prelati quam ad probandum delictum subditi seu servi.

1251. i) *sequitur delet.* hoc *c.* k) *supra lineam add. c.* l) *corr. super* plura *c.*

In extremo autem Dei iuditio erit contrarium quantum ad penam, quia enim in consimili delicto gravior est culpa domini, principis vel prelati quam subditi seu servi, quia quanto prudentior, tanto magis potuit et debuit cavere et quanto status altior et dignior, tanto prestatur pernitiosius exemplum dicente Gregorio: 'Tot mortibus digni
5 sunt, quot mala exempla ad alios transmiserunt'. Idcirco Deus qui maiori culpe maiorem infliget penam pro consimili delicto plus puniet dominos, principes et prelatos quam inferiores subditos seu servos. 'Ibi enim', ut ait apostolus[1], 'unusquisque honus[m] suum portabit'. Et ista est causa, quare in lege Moysi precipitur, quod pro remissione peccati principis specialiter yrcus domino offeratur[2]. Yrcus enim est animal fetidum,
10 ideo dum pro peccato principis ircus domino affertur, dicunt sancti quod in hoc nobis innuitur, quod peccatum principis plus fetet coram domino quam peccatum subditi seu servi. Si vero dicat aliquis quod secundum predicta iuditium ecclesie seu iura, que consimile delictum minus puniunt in principe et domino seu prelato et magis in subdito seu servo, contraria sunt divine iustitie et divino iuditio, in quo ut predixi pro consimili
15 culpa plus punitur[n] princeps et dominus quam subditus seu servus. Ad hoc respondeo quod iuditium ecclesie divino iuditio non contrariatur, set ei quantum fieri potest et mortali vite expedit conformatur. Dixi enim supra quod si pro consimili delicto tantum puniretur prelatus seu dominus a iure vel iudice humano quantum punitur servus vel subditus, daretur occasio subditis seu servis, quod haberent prelatos et dominos in con-
20 temptum, ex quo sequeretur destructio regiminis tam temporalis quam spiritualis in mundo et hoc esset maius malum quod possit esse vel excogitari in re publica. Si autem superior et dominus in consimili delicto minus puniatur quam servus vel subditus, cum tamen domini et prelati maior sit culpa quam subditi seu servi, hoc certe malum est aliquale et iniustitia aliqualis, attendendo comparationem que debet esse inter
25 penam et culpam, set non est tantum malum quantum esset prestare subditis occasionem, ut contempnerent suos dominos vel prelatos, quia ex hoc sequeretur ut predictum est regiminis et ordinis destructio inter homines et ex hoc sequerentur infinita mala. Tunc enim facerent mali impune quicquid mali vellent et possent. In vita autem mortali hac non possunt superiores et principes semper eligere, quod melius est absolute, set
30 aliquando de duobus malis prelati et principes et alii prudentes iudices eligunt minus malum. Nunquam enim dare uxori libellum repudii fuit bonum, licitum vel concessum. Hec tamen permisit[o] Moyses, immo ipse Deus in lege Moysi propter malitiam Iudeorum, ne sequeretur uxoricidium. Ideo iura canonica et civilia in consimili delicto minus puniunt dominum et prelatum quam subditum seu servum, quod tamen est quoddam
35 malum et quoddam iniustum, ut ex hoc vitetur contemptus seu occasio contempnendi dominos vel prelatos, quam[p] possent assumere subditi seu servi, si ex consimili delicto inferiores et superiores a iure vel humano iudice equaliter punirentur. In extremo autem et divino iuditio cessabit ista ratio, quia tunc cessabit ordo et modus regiminis, qui modo est inter homines mortales, nec erunt prelati nec administratio sacramentorum
40 nec distinctio subditorum et dominorum, set Deus solus immediate regnabit super omnes gentes et separabuntur mali a bonis, dum ibunt mali in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam et tunc iusto Dei iuditio qui plus peccaverit, plus punietur et quia maior est culpa domini et superioris in consimili delicto quam servi vel subditi, idcirco maior erit eorum pena. Ex quo apparet quod iuditium ecclesie, quo superiores et domini
45 minus puniuntur quam servi vel subditi ex consimili delicto, non est contrarium divino iuditio, potest tamen [dici][q] imperfectum respectu eius. Perfectum tamen est, quantum

1251. m) *corr. ex* honus *c.* n) *corr. ex* punietur *c.* o) p *corr. ex* p̄ *c.* p) *in loco raso c.* q) *deest c.*

1) *Gal. 6, 5.* 2) *Cf. Num. 7.*

patitur status vel decursus mortalium hominum. Ex predictis omnibus satis patet quod quamvis dominus papa debeat imperatori fidelitatem quam debet dominus subdito vel vassallo, tamen ex paucioribus et levioribus causis perit ista fidelitas ex parte imperatoris et cadit imperator a iure suo quam pereat ex parte domini pape, qui est imperatoris et imperii iudex superior et dominus. Iudicare autem, an imperator[r] ceciderit 5 a fidelitate et iure, ad dominum papam spectat, qui omnes iudicans a nemine iudicatur. Nulla enim rectitudo patitur, quod idem respectu eiusdem sit superior et inferior, ideo cum dominus papa ratione sue superioritatis habeat iudicare, an imperator ceciderit a iure suo et fidelitate, nullo modo intelligi potest e converso, quod scilicet imperator possit dicere aut iudicare se gravatum de domino papa aut quod 10 dominus papa ei non servaverit fidelitatem quam debet dominus subdito vel vassallo, ut per hoc dicat se absolutum a iuramento fidelitatis, quo astrictus erat domino pape. Tunc enim imperator esset inferior domino pape in quantum ab eo iudicatur et esset superior eo in quantum iudicat dominum papam fecisse vel obmisisse, propter quod dicit se absolutum a iuramento prestito domino pape et eodem modo dominus papa respectu 15 imperatoris esset superior et inferior. Quod autem idem respectu eiusdem sit superior et inferior aperte implicat contradictionem. Est etiam hic sciendum, quod quamvis subditus vel vassallus teneatur domino de fidelitate et e converso dominus subdito seu vassallo debet fidelitatem servare, superior tamen seu dominus non astringitur subdito vel vassallo iuramento fidelitatis, sicut e converso. Non enim dominus papa iurat 20 fidelitatem servare imperatori nec ei astrictus est aliquo modo iuramenti, sicut imperator astrictus est domino[s] pape. Et ideo non potest dicere imperator, quod ad servandum mutuam fidelitatem ad paria currat cum domino papa, non potest etiam dicere imperator, quod dominus papa qui nullo iuramento ei astrictus est possit cadere a iure dominii, quod habet super imperium et imperatorem aut quod contra fidelitatem qua 25 tenetur imperatori fecerit aut quod ipse imperator a iuramento fidelitatis quo astrictus est domino pape absolutus sit propter delictum periurii, quod[t] ipse dominus papa incurrerit vel incurrere possit, cum ipsi imperatori nullo modo iuramenti penitus sit astrictus. Set cum ipse imperator iuramento fidelitatis sit Christi vicario obligatus, si contra prestita iuramenta venit aut terras ecclesie invasit seu favorem vel consilium 30 invadentibus vel volentibus invadere dedit, cuius contrarium iuravit, aperte notam periurii incurrit, quia fidelitatem qua tenetur et quam iuraverat servare suo domino non servavit et puniri potest, quantum meretur tale delictum. Si vero queratur, cum dominus papa debeat servare fidelitatem imperatori quam debet dominus subdito vel vassallo, quare non prestat iuramentum fidelitatis ipsi imperatori sicut imperator prestat 35 sibi, ut sicut est inter eos debitum mutue fidelitatis, sic etiam sit inter eos mutuum iuramentum. Ad hoc respondeo quod cum dominus papa in tota policia[u] seu universitate fidelium sit summus et supremus iudex, ita quod superior eo inter mortales nec est nec intelligi potest, idcirco nulli homini mortali subesse potest. Qui autem alicui est astrictus iuramento, est illi obligatus et qui est alicui obligatus, illi quodammodo 40 est subiectus. Itaque Christi vicarius, qui est in terris omnium mortalium iudex summus ac per hoc nulli subiectus, per consequens quantum est ex ratione sui status nulli mortali potest esse iuramento obligatus, sicut nulli legi late a quocunque mortali homine potest esse subditus. Legi tamen Christi, qui est verus Deus, cuius et ipse est vicarius et subditus, ac preceptis legis Dei et sacramentis a Christo institutis ipse dominus papa 45 est subditus et subiectus. Quod autem dixi dominum papam nulli posse astringi iuramento, non sic est intelligendum, quin sit domino pape[v] iurare et facere aliquid licitum,

1251. r) *sequitur delet.* a iure *c.* s) dn̄s *c.* t) ꝗ *corr. ex* quod *c.* u) *corr. ex* pollicia *c.* v) dn̄s p̄p *c.*

ut sexta feria ieiunare, vel iuraret alicui, quod daret sibi decem[w], quin teneretur tale iuramentum servare, si posset, immo plus peccaret, si tale iuramentum licitum non servaret, quam quicunque alius inferior. Quamvis enim pena periurii secundum quod dicunt iura sit maior imponenda servo quam domino, culpa tamen seu crimen periurii
5 maius est in domino quam in servo, et causa huius dicti fuit superius assignata et ita dominus papa, ut est persona singularis, potest se iuramento alicui obligare, set ut est summus et supremus ac universalis et comunis iudex omnium mortalium tam in temporalibus quam in spiritualibus, in hiis que spectant ad suum statum et gradum non potest se per iuramentum alicui inferiori obligare, cuius ratio iam est tacta. Qui enim
10 est alicui obligatus iuramento ratione obligationis, est quodammodo eo inferior. Ille autem, qui omnino et simpliciter est superior, nullo modo respectu eiusdem potest esse inferior. Et quia dominus papa in quantum Christi vicarius omnibus mortalibus est simpliciter et omnino superior, idcirco in quantum papa et in quantum Christi vicarius in hiis qui spectant ad talem statum summum nec de fidelitate, quam debet dominus
15 subdito vel vassallo, nec de aliquo alio quod ad eum pertinet, ut est Christi vicarius et omnium iudex summus, potest aut debet se obligare per iuramentum imperatori vel alteri cuicunque. Causa autem generalis, quare dominus princeps vel superior non prestat iuramentum fidelitatis suo servo, subdito vel vassallo, cui tenetur de fidelitate, sicut facit subditus vel vassallus domino, ita potest assignari. Dicitur in Genesi enim
20 VIII. c., quod sensus et cogitatio[x] humani cordis prona sunt in malum ab adolescentia sua[1], ideo condite sunt leges, qui dicuntur a ligando, pro eo quod ligant fluxum et pronitatem cordis humani ad malum, ne homines ad illud prorumpant. Ad hoc etiam introductum est iuramentum, ut homines ligati iuramento non prorumpant ad illicita, ad que sunt proni ex natura sua corrupta. Nunc autem ita est quod servitus et subiectio
25 hominis ad hominem penam quandam importat, quia ut dicit Gregorius: 'Natura omnes homines equales et liberos genuit'[2]. Quelibet autem res naturaliter appetit reverti ad statum ex condictione sue nature sibi debitum. Idcirco servi et subditi proni sunt tam ex natura quam ex malitia ad excutiendum a se omne iugum cuiuslibet servitutis et subiectionis. Set quia servitus et subiectio secundum diversos gradus neccessaria est
30 ad regimen rei publice, idcirco servi et subditi iuramento et legibus astringuntur, ut suis dominis obediant, sicut et eo[y] modo quo tenentur, pro eo quia ad[z] contrarium naturaliter sint proni. Dominus autem seu superior, cum in quantum talis non sit subditus, set potius liber, non appetit resilire a statu dominii nec ad hoc habet pronitatem et ideo quamvis teneatur de fidelitate servanda servo seu subdito, non oportet quod ad
35 hoc iuramento vel legibus astringatur, quia non habet pronitatem ad contrarium, ut scilicet excutiat a se statum seu gradum dominii, sicut servi seu subditi habent pronitatem, ut excutiant a se iugum servitutis et subiectionis. Est etiam hic advertendum, quod Tusci, de quibus proposita est ista V.[a] questio, non invadebant imperatorem, set invadebantur et inpugnabantur ab eo. Posito autem quod dominus papa deberet defen-
40 dere imperatorem ab invasoribus et per sententiam excomunicationis eos compescere, non tamen tenebatur eum iuvare ad invadendum. Aliud est enim ab iniusto invasore defendere subditum vel vassallum, aliud eum iuvare ad adversarium invadendum. Est etiam hic advertendum, quod dato quod dominus papa deberet imperatorem sicut suum subditum et vassallum non solum ab invasoribus defendere, set etiam deberet eum iuvare
45 ad compescendum inobedientes sibi et rebelles, dico quod in hoc casu, sicut ponitur in Tuscis, antequam sententia exc(omunicationis) ferretur contra eos, fuissent monendi ut

1251. w) *ita c.* x) *sequitur* gen9 *delet. c.* y) *sequitur* q̃ *delet. c.* z) *supra lineam add. c.* a) VI. *c.*

1) *Gen. 8, 21.* 2) *Reg. pastor. II, 6 (17).*

imperatori quantum et in quibus debebant obedirent. Quod si monitioni non obedissent, fuissent citandi ab illo, qui est comunis iudex et ordinarius tam imperatoris quam Tuscorum et omnium fidelium, scilicet a vicario Christi, ut venirent ad allegandum et proponendum coram predicto iudice suo[b] ordinario causas, quare imperatori non obedirent. Quod si contumaces inventi fuissent aut causas legittimas rebellionis et inobedientie non allegassent, tunc et non ante fuerant exc(usso) gladio puniendi, nisi ex aliquibus causis domino pape notis cessandum fuisset a tali excomunicationis sententia promulganda. Ex predictis satis clare patet, quod dato quod imperator requisierit dominum papam, ut per penas seu per sententiam excomunicationis compesceret Tuscos, ne ei rebellarent et dominus papa eos non compescuit, non propter hoc imperator potest aut debet se reputare gravatum a domino papa sic vel tantum, quod sit propter hoc absolutus a iuramento fidelitatis vel ab aliquo alio iuramento domino pape prestito seu ab aliqua alia obligatione, qua prius astrictus fuerat ipsi domino pape.

Sexta questio fuit, posito[c] quod rex Robertus Tuscis et aliis inimicis imperatoris prestaret auxilium et gentes suas de Regno et existens in Regno eis miserit in ipsorum subsidium contra imperatorem predictum, licet de hoc non constaret et dato quod constaret, non tamen constat, utrum iustam causam habuerit faciendi, liceat imperatori regnum violenter intrare, quod est patrimonium proprium ecclesie et illud impugnare, ut capiat dictum regem taliter, ut asserit imperator, licet non constet, in ipsum delinquentem. Ad istam questionem respondeo et dico, quod dato quod predicta omnia que ipse imperator regi Roberto opponit essent vera, de quibus tamen non constat, et maxime eo modo quo constare deberet imperatori, dato quod esset suus iudex, quod tamen nullo modo erat racione regni Cicilie, adhuc tamen imperator nec debuit nec potuit sine nota periurii et preiudicio sancte Romane ecclesie intrare cum armis regnum Cicilie, ut caperet dictum regem, et ad hoc ostendendum sic procedo. Suppono quod non licet alicui cum dampno alterius comodum suum facere aut eciam rem suam cum iniuria alterius capere vel recipere. Ait enim apostolus Paulus: 'Non faciamus mala, ut veniant bona'[1]. Si ergo non licet alicui comodum suum cum dampno alterius facere aut rem suam cum iniuria alterius recipere, clare patet, quod dato quod imperator haberet iustam causam capiendi regem Cicilie, quod non constat[d]. . . . .

1252—1255. MEMORIALIA PONTIFICI PRO ROBERTO REGE SICILIAE PORRECTA.

(1312. post Aug. 6.)—(post 1313. Aug. 24.)

1252. *PETITIO REGIS ROBERTI PRIOR. (1312. post Aug. 6.)*

Servatur in rotulo Petitionis alterius infra nr. 1253 cap. 13; cf. ibidem. Petitionem priorem adhuc vivente imperatore conscriptam esse, inter viros doctos constat. Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 238—247 sub nr. 147. Rotulum denuo contulimus. Novarum linearum initia fere omnia servavimus; capitum numeros arabicos adiecimus nos.

(P. deest.)

1251. b) *corr. ex* sev *c.* c) *iterum incipit manus altera stilo acutiori, atramento fusciori c.* d) *ita desinit in media pagina c.*

1) *Rom. 3, 8.*

1. Ad[a] declarandam innocenciam et iusticiam pariter serenissimi principis domini Roberti Ierusalem et Sicilie regis illustris in contenciosis actibus inter eundem dominum nostrum regem et Romanorum regem prelibantur aliqua in facto sistencia et raciones iuris tam divini quam humani ad hec per seriem subnectuntur. Patet quidem late 5 notorium et apostolice sedi constat esse sic certum, quod Fredericus olim Romanorum imperator exigentibus demeritis suis et culpis fuit per ipsam sedem Romanorum imperio regnoque Sicilie omnique alia dignitate et honore privatus. Post que quondam Manfridus Tarentinus princeps ipsius imperatoris filius, licet de legitimo complexu non editus, ipsum regnum[b] Sicilie presumptuosis et temerariis actemptacionibus occupavit illudque 10 detinuit violenter contra Romanam ecclesiam diuturno temporis spacio, vexando eam multis reprobandis excessibus et iniuriosis machinacionibus persequendo. Dumque ipsa ecclesia ab ipso principe sic opprimeretur indebite, requisivit clare memorie dominum Carolum primum, avum eiusdem domini nostri regis, tunc comitem Provincie existentem, ut contra dictum oppressorem principem sibi patenter assisteret et illam a tantis iniuriis 15 et oppressionibus liberaret. Sicque factum extitit, quod predictus rex avus contra dictum principem Tarentinum causam ipsius ecclesie prosequendam assumpsit et inito cum eo belli[c] congressu, prefatus princeps in bello cecidit et numerosa multitudo gentis Theotonice cum eodem. Post hec olim Corradinus de Alamania imperatoris prefati nepos ex filio contra prefatam ecclesiam et eundem dominum regem avum spiritum reprobe 20 presumpcionis assumens invasit dictum regnum Sicilie, cui prefatus dominus rex primus se potenter opponens inito cum eodem Corradino prelio victoriam reportavit. In quo similiter plures et multi ipsius gentis Alamanie perierunt dictumque Corradinum et alios barones et nobiles nacionis eiusdem in manu eiusdem domini regis avi moles casus miserabilis captivavit. Ex quibus creverunt et aucta sunt odia inter Alamanicam gentem 25 ipsam et prefatum dominum regem primum ac eius alios successores, que racionabiliter prefatis regi primo et successoribus imputanda non sunt, cum in hiis iusti belli presequerentur instanciam, set impingenda sunt pocius dicte genti Alamanie, que deferendo et invadendo contra sentencias apostolice sedis predicte iniusticiam confoverunt, ut ff. solu(to) ma(trimonio) l. ultima circa princi(pium)[1] et ff. loca(ti) l. 'si merces' § 'culpe'[2].

30 2. Non est ignotum, immo vulgatum patule, quod Gibellini Tuscie et alii rebelle[s] sancte matris ecclesie aliarumque parcium circumposite regionis cervices contra ipsam ecclesiam erigentes, comunem statum fidelium illarum parcium subvertere ac evertere satagebant, per quod ipsa mater ecclesia prefatum dominum regem primum constituit in Tuscia vicarium generalem. Qui de mandato et beneplacito ipsius ecclesie ad partes 35 illas accedens, sic persecutus est illos in manu potenti et forti brachio, quod ipsos deduxit ad exterminium nullitatis, et demum per capitaneos et ministros suos eorumdem perfidorum residuum est ad honorem et bonum statum ipsorum fidelium persecutus. Subsequenter eciam clare memorie dominus Carolus secundus, dicti domini regis genitor, vestigia paterna continuans in eorumdem Gebellinorum et rebellium repugnans obsta- 40 culum, capitaneum et gentem misit in Tusciam, per quos una cum aliis fidelibus eiusdem provincie prefati Gebellini et emuli congregati Bibene in multitudine copiosa gladio perierunt[3]. Per que patet esse notorium, quod universa congregacio Gebellinorum illarum parcium iam dictos reges parentes mortuos et presentem dominum regem viventem persecuta est et persequitur odio et inimicicia capitali.

45 3. Elapsis[d] vero certis temporibus magnificus princeps Herricus comes de Lisimburg, sicut Domino placuit, in regem fuit Romanorum electus, ad cuius[d] presenciam

1252. a) *incipit post longum spatium vacuum relictum novum folium adsutum; littera* A *signatum non est (cf. infra) R.* b) *corr. ex* regem *R.* c) i *corr. ex* o *R.* d) Elapsis—cuius *omnia in loco raso R.*

1) *Dig. 24, 3, 66 pr.* 2) *Dig. 19, 2, 25, 4.* 3) *A. 1289. Cf. Villani l. VII c. 131. 132.*

misit prefatus dominus noster rex suos solennes nuncios et procuratores usque in Alamaniam, ubi dictus rex morabatur, ad prestandum sibi sacramentum fidelitatis pro terra, quam idem rex tenebat ab eo, quod sibi de iure licebat, ut in usu Phe(udorum) per quos fi(at) investitura c. primo [1] in fi(ne), et ita servatur comuniter de facto. Et tamen idem rex Alamanie illud sacramentum recipere recusavit, per quod non est dubium 5 eum perfide egisse et contra debitum suum. Illud enim quod erat facile et racionabile dicto domino regi, scilicet sacramentum ab eo recipere per procuratores, fecit difficile illud admictere recusando, ut expresse colligitur et habetur XXII. qu. V. c. 'de forma' in fine [2].

4. Ad tollendum itaque suspicionis materiam que urgebat, quod predictus Roma- 10 norum rex Theotonicus et Theotonica comitiva stipatus ex predictis causis rancorem et livorem non haberet in animo contra prefatum dominum nostrum regem, assumptus fuit tractatus et habitus de beneplacito et consciencia domini nostri pape, quod spectabilis iuvenis dominus Carolus primogenitus dicti domini nostri, dux Calabrie filie Romanorum regis iam dicti matrimonialiter iungeretur. Quem tractatum dictus dominus rex Sicilie 15 fuit bona fide tam sollicite quam efficaciter prosecutus et nunquam ab ipso Romanorum rege super complemento dicti matrimonii responsum certum seu congruum potuit obtinere, quousque nobilis vir dominus Corradus de Castro Maynardi nuncius regis Frederici de Sicilia veniens applicuit Ianuam, ubi dictus rex Romanorum et nuncii ac procuratores dictorum domini nostri regis et ducis missi pro complemento tractatus eiusdem insistentes 20 ad hoc continue morabantur. Post cuius domini Corradi adventum immediate rex Romanorum prefatus respondit eisdem nunciis, quod redirent ad presenciam prefati domini nostri regis, quia super ipso [e] responderet eidem per suos speciales nuncios tali modo, de quo predictus dominus rex poterat et debebat esse contentus. Que responsio prolixo dilata tempore nullam fuit efficaciam consecuta. Ex quo in aliquorum cordibus 25 fuit adaucta suspicio, quod idem Romanorum rex erga ipsum dominum nostrum regem livorosum haberet et oblicum animum, complementum effugiens pretacte copule coniugalis.

5. Interim vero dictus rex cum eisdem Gibellinis se viscerose uniens et coniungens, sicut comunis habebat assercio, terras et feuda dicti regni Sicilie inter suos nobiles et 30 barones diviserat, super illis eis privilegiis iam concessis. Minabantur etiam gentes ipsius monasterium Sante Marie de Victoria in dicto Regno positum demoliri. Circa quem locum dictus Corradinus hostis ecclesie fuit devictus. Que omnia gentes predicti regis non secrete dicebant, immo instriones ipsius in publicas reduxerant cantilenas [3].

6. Fama [f] insuper divulgante notorie et multis scriptionibus dicto domino regi 35 transmissis, quod dominus Corradus de Anth[i]ochia hostis antiqus cum multis baronibus et universitatibus coniuracionem fecerat contra statum regni Sicilie et honorem regie dignitatis quodque Columpnenses de Urbe eidem regi Romanorum faventer adheserant in ipsius domini nostri regis Regnique sui preiudicium et gravamen, notificato similiter ipsi domino nostro per ipsius amicos et devotos Urbis antiquos, quod diverse coniura- 40 ciones et conspiraciones facte erant per nonnullos potentes et nobiles contra eos, ex quibus ruinosam persecucionis iniuriam pertimebant, prefatus dominus rex previse providit, non expectans percuti, spectabilem iuvenem dominum Iohannem Gravine comitem et honoris Montis sancti Angeli dominum, germanum suum ad dictam Urbem transmittere, non in cuiusquam iniuriam vel offensam, set ut predictis amicis et devotis assisteret 45 et iminentem offensionis iniuriam sibi regnoque prefato per defensionis obstaculum,

1252. e) ipse *R.* f) *incipit novum folium adsutum, .B. signatum R.*

1) *Cons. Feud. II, 3, 1.* 2) *c. 18 C. XXII qu. 5.* 3) *Cf. ea quae narrat Iohannes Victoriensis apud Böhmer 'Fontes' I, 377 sq.*

sicut esset expediens, propulsaret. Probabiliter dubitans rex ipse Sicilie, ne de Urbe iam dicta ei dictoque Regno suo offendiculum gravioris periculi proveniret, sicut tempore invasionis Corradini prefati operante quondam dompno Herrico de Yspania, ipsius Corradini fautore et nonnullis Romanis aliis complicibus suis casus evidens docuit et patenter ostendit.

7. Apparuit eciam evidenter ipsius regis Romanorum circa hoc corrupta voluntas, quod dum domini cardinales requirerent eum iuxta formam mandati apostolici, quod ipse prestaret iuramentum, quod regnum Sicilie et terram citra Farum aut partem aliquam eorundem, que quidem terra de predicto regno Sicilie esse dinoscitur, per se vel per alium nunquam invaderet vel aliquatenus offenderet nec offendentibus vel invadentibus aut offendere vel invadere volentibus prestaret consilium, auxilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte, et si secus faceret, esset ipso iure sub excommunicacionis sententia innodatus, respondit dictus rex Romanorum, quod ipse non tenebatur ad prestandum ipsum sacramentum de iure nec ex virtute dicti mandati apostolici, recusans id facere per iam dictum mandatum apostolicum, ad quod de bono et equo racionabiliter tenebatur.

8. Predicta quidem et alia, que prefatus dominus noster rex fecit non ad inferendam iniuriam regi Romanorum predicto vel alteri, set in sue defensionis obstaculum licite propulsando, non cadunt in aliqua specie iniurie vel offense. Iuris quidem execucio non habet iniuriam, ut ff. de iniur(iis) l. 'iniuriarum' § p(rimo)[1], et quod legitime factum est penam non meretur, ut C. de adulter(iis) l. 'Grach(us)'[2]. Constat enim quod defensionem personarum et rerum eciam tam iuris quam facti omnes leges omniaque iura permictunt, sive quis loquatur de iure divino sive naturali eciam brutis indito, sive de iure civili vel canonico, sicut in principalibus obligacionibus plene tactum est. Nec debuit prefatus dominus rex Sicilie circa sui defensionem expectare invadi Regnum ipsum vel aliter se offendi, ex quo sic pavenda indicia precedebant, ut ff. de vi et vi ar(mata) l. III § 'qui armati'[3] et C. unde vi l. prima[4] in glo(sa). Provisus est quidem et melius in tempore occurrere, quam post exitum vindicare, ut C. quando li(ceat) uni(cuique) sine iudi(ce) vindi(care) l. prima[5].

9. Deinde occurrit videre et ostendere racionabiliter, qualiter dictus rex Romanorum contra expressam formam mandati domini pape directi prefatis dominis cardinalibus de coronando ipsum regem fuit minus legitime coronatus, per quod contra ipsum regem multa inconveniencia subsecuntur. Et ad huiusmodi ostensionem sic proceditur. Prefatus enim dominus papa voluit et mandavit per suas licteras iam dictis cardinalibus, quod priusquam ad unctionem vel coronacionem dicti regis Romanorum in aliquo procederetur, ab eodem rege Romanorum nomine ipsius domini pape et ecclesie Romane corporale prestandum per eum publice reciperent iuramentum, quod idem rex dictum regnum Sicilie sive terram aliquam positam citra Farum, que quidem terra de prefato regno Sicilie fore dinoscitur, per se vel alium nunquam invaderet aliquatenus vel offenderet nec offendentibus vel invadentibus aut offendere seu invadere volentibus prestaret auxilium, consilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte, cum dictum Regnum invadere vel offendere nichil aliud esset quam ecclesiam et eius statum et honorem graviter offendere et multipliciter perturbare. Quod si predictus rex Romanorum predicta nollet iurare ac facere, cardinales iidem ad unctionem vel coronacionem ipsius nullo modo procederent, et prefatus dominus summus pontifex eo casu ipsum inungendi et coronandi ademit ipsis cardinalibus et eorum cuilibet potestatem ac ipsam totaliter revocavit. Unde cum dictus rex Romanorum recusaverit

1) *Dig. 47, 10, 13, 1.* 2) *Cod. 9, 9, 4.* 3) *Dig. 43, 16, 3, 5.* 4) *Cod. 8, 4, 1.* 5) *Cod. 3, 27, 1.*

ipsum sacramentum facere et prestare, sicut pretactum est velut per responsionem suam factam prefatis cardinalibus evidenter apparet, manifestum est quod coronacio facta contra formam dicti mandati non habuit efficaciam, ut ff. mandati l. 'si quis pro eo' et l. 'diligenter'[1] et C. de appa(ritoribus) procon(sulis) et l(egati) [l.] finali libro XII.[2] et C. de procur(atoribus) l. 'maritus'[3]. Dominus quidem papa prefatus iam dictum sacramentum loco cuiusdam caucionis per eundem regem Romanorum prestari voluit pro cautela ipsius ecclesie ac prefati regis Sicilie, sicut expresse dicit papalis lictera que incipit: 'In specula dignitatis' etc.[4] Unde dicto regi Romanorum non iuranti et non caventi iuxta predictum mandatum apostolicum nichil fuit conferendum vel faciendum per dictos cardinales, de eo quod habebat condicionem annexam cum expressione distinctam. Ille siquidem qui non vult iurare vel cavere, habetur pro contumace, ut ff. de nox(alibus) l. 'quociens' § 'in potestate'[5] et ff. de coll(atione) bonorum l. prima § 'si cum duobus'[6]. Absurdum ergo esset, ut ab eo qui contempnitur premium contemptori vel honoris titulus prestaretur, ut ff. de inter(dictis) et re(legatis) l. 'relegatorum'[7] et ff. de nego(tiis) ge(stis) l. 'sive hereditaria'[8].

10. Quod autem prefatus rex Romanorum dictum sacramentum de non invadendo ipsum regnum Sicilie et terram citra Farum, sicut proponitur, de iure prestare[g] teneretur, iuxta dictum mandatum apostolicum manifeste patet. Constat enim quod dominus papa habet confirmare imperatorem, sicut dicit decretalis 'venerabilem' Extra de electione[9]. Item potest ipsum ex suis demeritis deponere, ut dicitur XV. qu. VI. c. 'alius'[10], XCVI. di. c. 'duo sunt quippe'[11], et potest transferre imperium de una nacione in aliam, ut in dicta decretali 'venerabilem'[9] clare liquet. Et vacante imperio dominus papa habet iurisdictionem imperii in temporalibus, ut dicit decretalis 'licet' Extra de foro compe(tenti)[12]. Per que idem imperator tenetur prestare sacramentum fidelitatis domino pape, sicut expresse legitur LXIII. di. c. 'ego Lodovicus' et c. 'tibi domino pape Iohanni'[13]. In quo sacramento fidelitatis continetur, quod prestans ipsum non sit in dampno ei, cui prestat iuramentum de iusticia et possessionibus suis, ut dicit c. 'de forma' XXII. qu. V.[14] Cum igitur dictum regnum Sicilie et tota terra que est citra Farum teneantur per eundem dominum regem Sicilie et heredes suos in feudum a Romana ecclesia et sint ipsi exinde eidem ecclesie censuales, quia singulis annis per eos prestantur pro illis memorate ecclesie octo milia unciarum, constat quod ad prestacionem dicti iuramenti, quod dictus dominus papa iussit dictis cardinalibus ab ipso rege Romanorum exigi et requiri, ipse de iure tenetur. Et sic quia mandatum papale de recipiendo dicto sacramento concordat cum iure comuni, patet quod idem rex Romanorum tenetur ad prestacionem dicti sacramenti tam de iure comuni quam de vigore et auctoritate dictarum papalium licterarum. Et per hec ostenditur clara responsio ad aliam dubitacionem quam ingessit in responsione, quam fecit dictus rex Romanorum cardinalibus antefatis, minus provise dicens, se non teneri ad sacramentum fidelitatis domino pape prestandum. Quod est abusio dicere et quodammodo negare principia. Per quod sequitur, quod dictus rex Romanorum contumaciam aggregans contumacie, non favorem coronacionis meruit nec debuit sibi dari, ut patet racionibus prelibatis.

11. Ex[h] hiis resultat illacio satis aperta, quod iunc[t]io et coronacio impense seu facte dicto regi Romanorum per cardinales eosdem, salva ipsorum reverencia, minus legitime processerunt et ideo nulla firmitate subsistunt, quoniam dominus papa in pre-

1252. g) *corr. ex* prestatur *R.* h) *incipit novum folium adsutum, .C. signatum; stilus mutatur R.*

1) *Dig. 17, 1, 46 et 5.* 2) *Cod. 12, 55, 3.* 3) *Cod. 2, 12.* 4) *Servata non est; sed cf. supra nr. 841 c. 1.* 5) *Dig. 9, 4, 21, 3.* 6) *Dig. 37, 6, 1, 13.* 7) *Dig. 48, 22, 7.* 8) *Dig. 3, 5, 21.* 9) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 10) *c. 3 C. XV qu. 6.* 11) *c. 10 Di. XCVI.* 12) *c. 10 X de foro comp. (II, 2).* 13) *c. 30 et 33 Di. LXIII.* 14) *c. 18 C. XXII qu. 5.*

fata lictera sua cardinalibus ipsis directa expresse mandavit eisdem, quod priusquam procedant ad unctionem et coronacionem regis ipsius, ab eodem rege Romanorum exigant iuramentum, quod ipse[i] sicut proponitur dicta regnum Sicilie et terram citra Farum non invadat per se vel per alium vel invadentibus prestet auxilium vel favorem.
5 et si iam dictum sacramentum prestare aut facere nollet, ad unctionem vel coronacionem eius nullo modo procederent, quia eo casu idem dominus papa ipsum inungendi et coronandi ademit memoratis cardinalibus et eorum cuilibet potestatem et providit totaliter revocandam. Propter quod potestas seu licencia data, immo ministerium concessum eisdem cardinalibus per eundem dominum papam de inungendo et coronando
10 rege predicto fuerunt condicionata et modificata per adiectionem illius condicionis sive modi, quod priusquam ipsum inungerent et coronarent, exigerent ab eo sacramentum prefatum, et si illud idem rex Romanorum prestare nollet, ad unctionem et coronacionem ipsas procedere non temptarent. Propter quod potestas primo data cardinalibus supradictis pure super unctione et coronacione predictis fuit postea condicionata et modi-
15 ficata, sicut legat(um) pure relictum et postea sub condicione datum habetur pro condicionali, ut ff. de adimen(dis) leg(atis) l. 'cum C'[1]. Et ita si predicti cardinales inunxerunt et coronaverunt ipsum regem Romanorum sine observancia ipsius condicionis sive modi contextorum in lictera papali, iam dicta coronacio videtur invalida sive nulla, non obstante quod forsitan posset dici dictos cardinales unctionem et coronacionem fecisse
20 predictas, antequam dicta papalis lictera, ubi condicio sive modus predicti erant expressi, pervenisset ad eos. Ex quo quidem dominus papa potestatem eorum sic condicionavit et modificavit, ipsi non potuerunt procedere ad unctionem et coronacionem predictas, nisi cum illa condicione et modo, qui erant inserti in potestate et ministerio eis datis. Nam si pater concessit potestatem filio manutenendi Ticium et ignorante filio pater
25 vetuisset illum per nuncium manumicti et antequam filius cercior fieret eum manumisisset, liber non fit, quia voluntas patris mandantis Ticium manumicti mutata fuit, ut ff. de manumissis vi(ndicta) l. 'si pater'[2] et ad id ff. de acquire(nda) po(ssessione) l. 'qui absenti' circa principium[3]. Et ad istam racionem multa sunt iura et raciones in promptu. Ex quo apparet, quod dicta unctio et coronacio impense fuerunt dicto regi
30 Romanorum ab illis, qui de hoc potestatem non habuerunt tanquam enervatam et elisam per adiectionem eorundem condicionis sive modi, qui servati non fuerunt, sicut supra dictum est.

12. Nec obstat quod in dicta papali lictera continetur opposicio, que leviter posset fieri in adversum, quod dominus papa respondens prefate consultacioni eorundem
35 cardinalium dicit, quod visum est ei et fratribus suis supplicacionem dicti regis Romanorum quoad unctionem et coronacionem sibi prestandas alibi quam in basilica beati Petri, ex quo in ea id non valebat fieri, consonam esse iuri, quia hec dictis cardinalibus licuit atque licet. Post enim huiusmodi verba dominus papa subnectit et adicit condicionem seu modum predictos, scilicet quod prius recipiant sacramentum premissum
40 a dicto rege Romanorum, quam ad eius unctionem et coronacionem procedant, et sic prius dictum simpliciter positum per subsequens condicionaliter et modificaliter determinatur. Nam ea que postea geruntur prioribus derogant, ut ff. de iure codicil(lorum) l. 'divi'[4] et ff. de pac(tis) l. 'si unus' § 'pactus'[5] et ff. de procur(atoribus) l. 'si quis cum procur(atorio)' § fi(nali)[6]. Preterea illa verba 'licet' et 'licuit' referentur ad locum
45 coronacionis, non ad alia que non sunt pretermictenda, ad que dictus rex Romanorum tenetur. Si enim bene advertatur, in dicto sacramento, quod per eundem regem Roma-

1252. i) *supra lineam add. R.*

1) *Dig. 34, 4, 9.* 2) *Dig. 40, 2, 4.* 3) *Dig. 41, 2, 38 pr.* 4) *Dig. 29, 7, 6.* 5) *Dig. 2, 14, 27, 2.* 6) *Dig. 3, 3, 31, 2.*

norum prestari voluit dominus papa, non est addicio vel ordinacio nova, quod fieret specialiter, scilicet quod prest[ar]etur sacramentum per ipsum regem Romanorum de non invadendo dictum Regnum et terram vel invadentibus consenciendo, et hoc propter scandalum et periculum, [propter][k] que idem dominus papa potuit et debuit aliquid ultra edictionem iuris comunis de ipso sacramento prestando specialiter ordinare, quia plus timeri solent que precipiuntur specialiter, quam que generaliter imperantur, ut canon dicit[1]. Nec omittitur, ipsorum cardinalium reverencia semper salva, quod ipsi, sicut ex serie papalium licterarum apparet, pendente consultacione, quam fecerunt domino pape de unctione et coronacione predictis, quas in basilica beati Petri impendere se nequire dicebant, inunexerunt et coronaverunt regem predictum, quod ipsa consultacione pendente ante responsum dicti domini pape super hoc habitum facere nequiverunt, ut C. de rela(tionibus) l. fi(nali)[2] et ar(gumentum) C. de dila(tionibus) l. 'sive pars'[3].

13. Et quia super hoc idem rex Romanorum recusavit pretactum sacramentum prestare de non invadendo dictum Regnum et terram, sicut premictitur, et se ad illud asseruit non teneri, per quod manifeste conspicitur voluntatem et ordinacionem domini pape in coronacione et unctione prefatis sicut preponitur non fuisse servatas, immo contumaciter ab eodem rege Romanorum circa hoc apostolice restitum extitit voluntati, et quod est gravius, petulanter obiectum fuit per eum, quod ad sacramentum fidelitatis idem rex Romanorum domino summo pontifici non tenetur, petant dicti nuncii pro parte eiusdem domini regis Sicilie a predicto domino papa, cum consilio dominorum cardinalium specialium amicorum eiusdem domini regis, prout eis videbitur expedire, quod ipse dictam coronacionem, quat(enus) de facto processit, declaret et denunciet nullam fuisse vel minus legitime processisse, cum hoc intersit precipue dicti regis Sicilie et quam plurium aliorum, et quod dictus dominus summus pontifex ad coronacionem aliam ipsius regis Romanorum non procedat, donec sibi cautum fuerit et eidem ecclesie, quod ipse predicto modo iuxta provisionem prefati domini pape iam dicta regnum Sicilie et terram que est citra Farum, que sunt dicti domini regis Sicilie et directe pertinent ad dictam ecclesiam, non invadat vel offendat per se vel per alios quomodolibet, ut prefertur. Quamdam enim auctoritatem et potestatem habet imperator post coronacionem, quam ante non obtinet, sicut dicit lex C. de quadri(ennii) [prescriptione] l. 'bene a Zenone'[4] in fi(ne). Unde providendum est domino Romano pontifici, quod non adiciat auctoritatem seu potestatem dicto regi, qui iam contra ipsam ecclesiam per obliquum et contra eius fideles, devotos et subditos concessa sibi abutitur potestate.

14. Si memoratus dominus papa diceret eisdem nunciis: 'quomodo rex Sicilie dominus vester treugas indictas per nos inter dictum regem Romanorum et ipsum non servavit' respondeant ipsi:

'Reverende domine, prefati cardinales requisiverunt ipsum regem Romanorum, ut iam dictas treugas iuxta vestre requisicionis et iniunexionis instanciam servare deberet. Qui respondit eisdem, sicut ipsi cardinales rescripserunt prefato domino nostro regi, per modum et seriem subsequentes:

Responsio[l] regis Romanorum.

nr. 840. 'Domini cardinales, nos intelleximus, quod dominus papa indixit treugas inter nos et regem Robertum. Verum in hoc et in omnibus aliis* intendimus taliter nos habere, quod si Deo placuerit nos non offendemus Deum vel dominum papam seu ecclesiam Romanam. Verumtamen multum miramur racionibus infrascriptis et pluribus aliis, quomodo iste treuge sunt indicte, quia nos non fuimus vocati ad hoc neque eciam nos facimus vel fecimus guerram aliquam contra regem Robertum, et quilibet dominus temporalis habet iurisdictionem in vassallis et feudis[m] suis, et sapientes dicunt

1252. k) *excidit R.* l) *incipit novum folium adsutum, signatum* .D. *R.* m) *cf. pag. 843 lin. 41 not.* d.

1) *Cf. c. 6 Di. XXIII.* 2) *Cod. 7, 61, 3.* 3) *Cod. 3 11 3.* 4) *Cod. 7, 37, 3.*

nobis, quod hec possent esse magnum preiudicium nobis et imperio nostro et[n] ideo nos protestamur, quod propter taciturnitatem nostram non consentimus alicui rei nec isti nec alteri, que posset esse in preiudicium nostrum et imperii nostri.'

Post quam responsionem iam dicti regis Romanorum notificatam per ipsos cardi-5 nales eidem domino regi Sicilie visum fuit sibi racionabiliter, quod ipse ad observanciam dictarum treugarum non esset astrictus. Non enim censebatur equum vel racionabile, quod prefatus rex Sicilie esset obligatus ad observandas treugas easdem et idem rex Romanorum in earum observacione nollet includi. Et propterea sanum iudicium supponebat, quod memoratus dominus papa earundem treugarum indictarum tamquam 10 pius pater, iustus et equus arbiter vellet dictum regem Romanorum exemptum fore ab observancia dictarum treugarum et prefatum regem Sicilie in ipsarum observacione ligatum, ff. de arbi(tris) l. 'si de meis' secunda r(ubric)a et l. 'si cum dies' § penultimo[1] C. de fruc(tibus) et li(tis) expe(nsis) l. ultima[2] et C. de proxim(is) sacro(rum) scri(niorum) l. 'in sacris' in fine[3].

15 Unde sepefatus dominus rex Sicilie ab actu sue defensionis licite et municionis previse non putavit nec credidit de sano consilio desistendum.'

1253. *PETITIO REGIS ROBERTI ALTERA.* *(post 1313. Aug. 24.)*

Petitionem alteram post imperatoris mortem redactam esse, e cap. 8. patet.

Rotulus quinque foliis membranaceis constans superest Senis in tabulario regio 20 'Archivio delle Riformagioni 1309(?)' nr. 545 (olim 1387). In verso leguntur: Hec sunt informaciones tradite ambaxatoribus illustris regis Ierlm et Sicilie, *itemque manu paullo ut videtur recentiori adiecta sunt stilo levissimo:* Laforma de labassciata kenemando [Erer]uberto ke die andare ahorte. *Rotulum denuo contulimus. Edidit Bonaini l. c. I, 233—238 sub nr. 147.*

25 *Numeros arabicos adiecimus, capitum initia ad modum rotuli fere omnia servantes.* *(P. deest.)*

1. C In primis hec dicant nuncii domino summo pontifici, quod cum ruina preteritorum debeat esse cautela futurorum secundum Augustinum, circumspecta prudencia sua si placet advertat et mature deliberet super electione, creacione et confirmacione 30 futuri regis Romanorum, in consideracione deducens, quot mala, que scandala, dispendia, tribulaciones et angustie, vastaciones et destructiones contingerunt provincie Ytalie ex electione, confirmacione et presidencia regis Romanorum imperio presidentis, quot persecuciones, puniciones et infestaciones provenerunt Romane[a] ecclesie, que adhuc non minora timentur, quem titulum et inicium habuit ipsius presidentis imperio creacio 35 et constitucio, quod bonum aut utile contingat mundo ex ipsius institucione, confirmacione et administracione.

2. C Et quidem si referamus nos ad inicium institucionis imperatoris eiusdem, ut ex eo caucius posterior reformetur eventus, constat quod ipsum imperium fuit acquisitum viribus et occupacione. In qua occupacione regnum Yspanie non transivit, quod 40 defendit se ab occupacione predicta et se imperio non subiecit, ut no(tat) LXIII. di. c. 'Adrianus'[4] et tangit scriptura apocripha Cronicarum. Salustius eciam dicit, quod

1252. n) *cf. pag. 843 not. **.*

1253. a) *in loco raso R.*

1) *Dig. 4, 8, 13, 2 et 21, 11.* 2) *Cod. 7, 51, 6.* 3) *Cod. 12, 19, 2.* 4) *c. 22 Di. LXIII.*

imperium hiis artibus retinetur, quibus ab inicio partum est[1]. Et ille artes sunt vires, sicut declarant precedencia et subsequencia testus eiusdem. Quod igitur violenter quesitum est, non est durabile neque permanens, quia est contra naturam. Violentum enim est quedam excisio sive casus ab eo quod est secundum naturam, ut dicit philosophus in libro de Celo. Nimirum igitur si imperium ipsum violenter quesitum sic est diminutum, mutilatum, laceratum et occupatum a pluribus et diversis principibus, universitatibus et singularibus personis mundi, redeuntibus rebus ad antiquam naturam suam, quam habuerunt a iure naturali et iure gencium. Unaqueque enim res de facili reddit ad suam naturam ut ff. de pact(is) l. 'si unus', § 'quod, in spe(cie)'[2], ff. de liber(is) et postumis l. 'filio'[3].

3. ℭ Si vero quis intellectum referat ad mala et dampna ac alia non facile numeranda discrimina et persecuciones graves, quas preteriti Romanorum imperatores intulerunt eidem sancte matri ecclesie et ipsius fidelibus, facilis occurret inspectio, quod illorum est dampnanda memoria, lugubris et multipliciter dolorosa. Ecce recenseat amara narracio, qualiter Domicianus iunior frater Titi persecutus est ecclesiam et christianos, qui Iohannem apostolum in insulam Pacthomos relegavit. Ecce quid Iulianus imperator fecerit, qui persecutus est sanctos catholicos christianos usque ad stragis excidium et ecclesiam ipsam lesit et vovit, quod palam persequeretur eam, si de Partis et Romanis victoriam reportasset. Ecce quid Valerius imperator fecerit adversus ipsam matrem ecclesiam, qui per singulas ubique provincias adversus catholicas ecclesias et recte fidei populos diversa incomoda intulit. Actendatur eciam, quid Pelagius Bruto commiserit, qui christianos graviter persecutus est et ipsas venerandas ecclesias impugnavit. Nec omictatur Theodosius imperator, qui intrans Ytaliam et Romam accedens in exilium dedit plus quam triginta tres episcopos et clausis eorum ecclesiis plebem variis affecit suppliciis. Nec omictat oblivio, quid fecerit Anastasius imperator, qui plurimas cedes et homicidia in medio Urbis faciens sacerdotes et clericos immaniter persecutus est et salubria monita sprevit, ut ad salutis non rediret gremium. Nec omictat memoria, quid Leo imperator fecerit, qui destruxit sacras edes et ecclesias, quem Gregorius papa nacione Syrius eiecit et a regno deposuit. Quid de Traiano, quid de Antonio Nero, quid de Helio Adriano imperatoribus? Infinita certe quodammodo inveniuntur exempla, quod fuerint ecclesiam et christianos multiplicibus impugnacionis iaculis persecuti.

4. Et ne longe petantur exempla, redeat in presentem memoriam, quod imperator Octo de Sexonia post confirmacionem obtentam ab eadem ecclesia de electione sua facta in discordia cum Philippo duce Svevie et plura alia beneficia collata sibi per dictam ecclesiam subito factus ingratus tergum, non faciem vertit ipsi ecclesie, immemor receptorum, illam offensis multiplicibus provocando, sicut narrat Innocencius tercius in quadam sua epistola que incipit 'Miranda' missa ad quondam imperatorem Fredericum[4]. Actendat etiam perquirentis inspectio, quid prefatus Fredericus imperator contra ipsam ecclesiam patenter commiserit, qui nutritus et substentatus ab illa et per multos cardinales paterno more sociatus ut gubernatus et de multis angustiis et tribulacionibus eiectus per auxilium et favorem ipsius matris ecclesie, pervenit ad regnum Sicilie cum triumpho et cum eius favore imperium obtinuit subsequenter. Qui postea persecutus est ipsam ecclesiam et fideles ipsius, ita quod propter eius persecuciones innumeras Innocencius quartus compulsus est cum dominis cardinalibus fratribus suis, ut exiret totam Ytaliam et iret Lugdunum. Quem Fredericum idem Innocencius imperio et regno deposuit.

1) *Bell. Catil. II, 4 nobis:* nam imperium facile eis artibus retinetur, quibus initio partum est. 2) *Dig. 2, 14, 27, 2.* 3) *Dig. 28, 2, 23.* 4) *Est potius littera Honorii III. a. 1226. initio m. Maii scripta, Epist. pontif. I, 216 nr. 296; Böhmer-Ficker 6630, Potthast 7581.*

5. Conspiciatur etiam quid dominus Henricus de Lisimburg fecerit, qui post latam excomunicacionis sentenciam per ipsum dominum nostrum summum pontificem, que illum ex verbis et mente ligavit, recta via veniebat in Regnum ad ipsius invasionem publicam, non obstantibus ipsius domini pape monicionibus, exhortacionibus, preceptis, 5 comminacionibus et excomunicacionis sentencia prelibata.

6. Horum autem omnium radicalis causa et vicium est, quod nulla potestas vult habere consortem. Propterea dicit Agustinus: quis avarus querit compossessorem aut quis fastu dominacionis elatus desiderat habere consortem? Unde cum imperatori dicatur per aliquas scripturas, quod ipse est super omnes reges et habet sub se omnes 10 naciones et regimen Romane ecclesie, statim quod est coronatus, erigitur in fumum superbie et credit se esse non solum parem domini pape, set eciam maiorem. Et propterea quamquam ante coronacionem et consecracionem pretendant ipsi imperatores multiplicia signa humilitatis et reverencie erga ipsam Romanam ecclesiam, post coronacionem et consecracionem eorum succedentibus prosperis erectis cervicibus eriguntur 15 in superbiam et calcitrant contra eam, sicut potest de facili colligi in diversis voluminibus scripturarum.

7. Et si quis providenter advertat imminencia mala et futura pericula, que probabiliter formidantur ex electione, confirmacione et promocione dicti regis Alamanie, satis aperte videtur, quod illa ruinam pro fratribus comminantur. Ecce quidem statim 20 quod eligitur rex Alamanie et aliquod habet principium ex auricularibus consiliis et adulantibus susurracionibus, statim habet oculum livoris et punicionis contra regem Francie, eo pretextu quod dicitur dictum regem Francie occupasse multa iura et terras imperiales et specialiter a flumine Saone citra versus Franciam. Postea cum dirigat intuitum et affectum ad veniendum in Ytaliam, statim suadetur sibi per Gibellinos et 25 alia perversa consilia: 'Domine, nunquam poteris habere plenum dominium, nisi habeas regnum Sicilie, per multas divicias, equos et alias plures oportunitates et habilitates, que habentur ab ipso, sicut habuit quondam imperator Fredericus'. Et ista persuadebantur dicto domino Henrico de Lisimburg, sicut patet vulgo fore notorium.

8. Preterea[b] dictus imperator tanquam filius devotus ecclesie, qui ab ipsa coro- 30 natur et consecratur, sicut deberet promovere, assistere et defensare fideles ipsius ecclesie, statim ante ingressum Ytalie et in ipso ingressu[c] [et][d] postea habet catervam Gebellinorum et infidelium ipsius matris ecclesie, qui non faciunt aliud de die et de nocte, nisi fideles ipsos deicere et scandala gravia contra dictam matrem ecclesiam procurare, sicut preteritorum memoria certa docet. Postea cum idem imperatori aliquis casus 35 prosperitatis arridet, habet infatuata consilia sic suadencia: 'Domine, vos estis dominus mundi et estis super omnes reges et naciones[e] et habetis regimen Romane ecclesie'. Et idem imperator per huiusmodi non recta consilia fatuatur. Et isto motu ducebatur predictus dominus Fredericus de Aragonia, colloquendo cum nunciis euntibus ad eum diebus proximis pro parte predicti domini nostri regis dicentibus, quod idem dominus 40 Fredericus male faciebat assistendo dicto quondam imperatori contra ipsam ecclesiam et eundem dominum regem nostrum, quia faciebat contra convenciones initas et habitas inter dominum nostrum regem et eum et confirmatas per iam dictam ecclesiam et contra sentenciam excomunicacionis latam per ipsum dominum papam contra prefatum dominum Fredericum et quoslibet alios invasores et occupatores dicti regni Sicilie. 45 Asserebat equidem dictus dominus Fredericus, quod prefatus dominus Henricus erat

1253. b) *incipit folium alterum adsutum; signatum non est R.* c) ipso in *in loco raso R.* d) *deest R.* e) natites *R.*

sanctus imperator et quod ipse preerat omnibus regibus et nacionibus et quod idem dominus papa non habebat aliquam potestatem vel iurisdictionem nisi in spiritualibus et quod non poterat se intromittere de preeminenti potestate, quam habet dictus imperator, quodque prefatus imperator absolverat dictum dominum Fredericum et Siculos a sacramento fidelitatis per eum prestito eidem ecclesie et a vigore convencionum 5 ipsarum, ut ipse nec Siculi ad earum observanciam tenerentur, et multa circa huiusmodi protulit abusiva. Quis sani capitis dubitat aut quis aperte non videt, quod regnorum dominia et quorumlibet temporalium ex longa varietate temporum sunt mutata continue et successivis eventibus immutantur? Ubinam est dominium nacionis Caldee, ubi dominacio lingue Perse, ubi presidencia gentis Egyptie et Ebree, ubi potentatus et 10 sapiencie gentis Grece, ubi vigor et potencia Troianorum, ubi Romanorum singularis et precipua monarchia, que fere de tocius mundi dominio ad brevissimum terrarum subiectarum sibi numerum est reducta? Multa igitur scripturarum antiquitas memorat, que per nature cursum immutantem continue sunt novata.

9. Ex prelibatis itaque patet aperte, quod electio et promocio dicti imperatoris 15 non solum est ad manifestum et imminens scandalum atque discrimen dictorum regis Francie et Sicilie et ruinosam interversionem tocius Ytalie, set eciam ad universale scandalum atque discidium fidelium principum orbis terre, qui sunt in plena et pacifica libertate dominii et potestatis eorum nec in aliquo subsunt aut obediunt imperatori prefato, excepto rege Boemie, licet imperator idem eos sibi asserat esse subiectos ex 20 premissarum serie scripturarum. Quod scriptura cavetur, set repugnante contraria et obtenta consuetudine non habetur.

10. Preterea reges Romanorum consueverunt communiter et generaliter eligi de lingua Germana, que consuevit producere gentem acerbam et intractabilem, que magis adheret barbarice feritati quam christiane professioni, apud quam latrocinari non con- 25 suevit reputari peccatum, sicut notat T(homas) de Aquino in prima serie in Tractatu de lege. Unde cum Germani cum Gallicis non habeant convenienciam, immo repugnanciam et cum Ytalicis non conveniant, ut dicatur de eis quod scriptum est: 'non coutuntur Iudei Sammaritanis'[1], specialiter autem post tot gravia exorta et concitata scandala inter iam dictum dominum Henricum de Lisimburg et Ytalicos memoratos, cavendum est 30 prudenter summo studio et attento ingenio, quod Germana feritas inter tot reges et naciones non producat scandala et dulcedinem Ytalie in amaritudinem non convertat.

11. Propter que prefati nuncii dicto domino summo pontifici supplice[n]t pro parte ipsius domini regis nostri, quod ipse per sua sana consilia modestas vias modosque perquirat, per quos istis presertim turbatis temporibus ipsius regis Alamanie non[f] 35 procedat electio, et si forte processerit, ad confirmacionem eius pontificalis auctoritas non accedat. Et si fortasse videretur omnino prefato domino summo pontifici eadem electio confirmanda, sic sua providencia, prout eiusdem circumspectione videbitur, facere et procurare dignetur, quod idem futurus forsan confirmatus electus nec munus coronacionis aut consecracionis obtineat nec Ytalie partes attingat. Sic est etenim ignis in 40 partibus ipsis accensus, quod modico vento flante non solum graviter ureret, set in consumptivum excidium sine extinctione transiret.

12. Sed ad hoc forsitan instabitur et dicet dictus papa: 'Si electio fiat legitime de rege Alamanie et in concordia, quomodo poterimus negare confirmacionem eius et deinde consecracionem et coronacionem, qui confirmari debet, postquam est sic electus, 45

1253. f) ne *vel* ut? *R.*

1) *Ioh. 4, 9.*

ut Extra de elec(tione) c. 'postquam'[1] et anno(tat) expresse C. de offi(cio) prefec(ti) preto(rio) Afri(ce) l. 'in nomine Domini'[2] circa medium secunde colupne. Ergo fieret sibi iniuria, si non confimaretur. Absurdum igitur videretur, quod a domino papa occasio detur iniuriis, unde iura nascuntur, ut C. unde vi l. 'meminerint'[3]'. Ad quod 5 convenienter responderi potest, quod propter vitanda prefata scandala predicte confirmacio, consecracio et coronacio possunt denegari per dominum papam, quia propter vitandum scandalum aliqua conceduntur, que alias prohibentur, ut ff. ad l. Cor(neliam) de sica(riis) l. penultima[4]. Set ad hoc potest fortiter replicari ex eo quod scriptum est Extra de regulis iuris c. 'qui scandalizaverit'[5], ubi dicitur: 'utilius scandalum nasci 10 permittitur, quam veritas relinquatur'. Ad quam replicacionem exhibet se aperta responsio, quod veritas bone vite, que pertinet ad quemlibet, non est relinquenda pro aliquo scandalo vitando et sic loquitur capitulum illud 'qui scandalizaverit'[5]. Veritas vero iusticie, que pertinet ad iudicem, et veritas doctrine seu discipline, que pertinet ad prelatum, possunt et debent omitti seu relinqui propter vitandum scandalum, ut L. 15 di. c. 'ut constitueretur'[6] et no(tatur) in dicto c(apitulo) 'qui scandalizaverit'. Nam et alias de permissione comperativa promictitur adulterium, ut evitetur[g] homicidium, quod est gravius, ut XXXIII. q. secunda c. 'si quod verius'[7]. Confirmacio itaque, consecracio et coronacio dicti regis, que pertinent ad veritatem iusticie, pro tot et tantis scandalis inter tantas personas et universitates probabiliter evitandis racionabiliter et eque 20 omittenda et relinquenda est.

13. Item portent secum dicti nuncii allegaciones factas pro parte dicti domini nostri regis ad iustificacionem tocius cause sue et contencionis habite inter eum ex una parte et dictum dominum Henricum de Lisimburg ex altera, quas proponant coram predictis domino papa et cardinalibus verbo vel scripto, prout melius poterunt et se 25 competencius habilitas coaptabit:

'Ad[h] declarandam — desistendum'. *supra nr. 1252.*

1254. *DELIBERATIO CONTRA PROCESSUM IMPERATORIS HABITA.*
(post 1313. Aug. 24.)

Documenta nr. 1254 et 1255 post imperatoris mortem emanavisse apertum est.

30 *Ex eodem codice, quem supra ad nr. 1249 citavimus, fol. 15—17 vulgavit Gachon l. c. pag. 37 sqq. Cuius editionem hic illic correctam repetimus*[8]. *Numeros arabicos adiecimus nos.* *(P. deest.)*

Super infrascriptis questionibus deliberandum esse videtur:

1. Utrum citatio facta in loco, ubi communiter habitabant inimici notorii citati, 35 absente longe ipso citato, ex hoc reddatur nulla et per consequens processus et sententia subsecuta.

2. Utrum si citatus notorie nequeat sine periculo grandi ad locum ad quem citatus est comparere, ex hoc possit sententia dici nulla.

1253. g) *in loco raso R.* h) *reliqua sequuntur in folio novo mutato stilo accuratius scripta quam* 40 *ea quae praecedebant R; cf. varias lectiones ad nr. 1252 datas.*

1) *c. 3 X de elect. (I, 6).* 2) *Cod. 1, 27, 1.* 3) *Cod. 8, 4, 6.* 4) *Dig. 48, 8, 16.* 5) *c. 3 X de regul. iur. (V, 41).* 6) *c. 25 Di. L.* 7) *c. 9 C. XXXIII qu. 2.* 8) *In Petri Bertrandi Apparatu super Sexto recepta est Deliberatio. Tamen varias lectiones codicis Parisiensis latini 4085 fol. 209' saec. XV. in., quamvis denuo collatas, cum ad locos corruptos emendandos nihil faciant atque novam* 45 *potius commentatoris redactionem sapiant, hic non adnotamus. Sed cf. Gachon l. c. pag. 71—75. Praecedit in Apparatu rubrum:* Allegaciones supra c(apitulo) 'Pastoralis' de re iudi(cata) in Clement(inis), scilicet an citacio facta per imperatorem contra regem Robertum valeat.

3. Utrum si familiares citantis sint manifeste capitales inimici citati et sint potentes et multi, citatio sit nulla, ita quod necesse non fuerit citatum comparere vel mittere excusatorem.

4. Utrum si imperator capitalis inimicus regis fuerit tempore processus et sententie, sententia sit nulla. 5

5. Utrum edictum citatorium in dicta causa publice propositum apprehendat regem, qui citationis tempore erat extra districtum citantis nec infra eius districtum domicilium obtinebat.

6. Utrum rex vassallus pro certis rebus imperii, non habens infra districtum imperialem domicilium, potuerit committere crimen lese maiestatis contra imperatorem. De 10 fellonia enim non est dubium quin eam committere possit.

7. Utrum rex ante iuramentum fidelitatis imperatori prestitum contra imperatorem ipsum crimen lese maiestatis potuerit commisisse.

(I) Pro examinatione eorum de quibus queritur primo illud puto videndum: utrum citatio sic sit de esse iudicii, quod pretermissa per principem sententiam nullam reddat 15 et potissime criminalem. Circa quod dicendum videtur, quod in citatione considerantur duo, scilicet effectus intentus et ad ipsum perveniendi modus. Effectus intentus est scientia citati et facultas defendendi et hoc non videtur posse omitti, quin interveniat vere vel interpretative, ut II. q. I. 'nos in quemquam'[1]. Sicut enim iure nature permissa est unicuique defensio contra extraiudicialem violentiam, ut ff. de iust(itia) et iure 20 l. 'ut vim'[2] et ad le(gem) Aquil(iam) 'scientiam' § 'qui cum aliter'[3], adeo quod in brutis et ratione carentibus hec lex viget ex instinctu nature, ut ff. si quadru(pes) pau(periem) fecisse dicatur l. I. § 'cum arietes'[4], sic et adversus violentiam iudicialem, ut ff. de iniur(iis) l. 'nec magistratibus'[5], Extra de resti(tutione) spo(liatorum) 'conquerente'[6], ff. ad legem Aquil(iam) 'quemadmodum' § 'magistratibus'[7], C. de iure fisci 'facultas' 25 et l. 'prohibitum'[8] et ff. de re mili(tari) 'desertorem' § 'si ad diem'[9] et de questionibus 'unius' § 'cogniturum'[10]. Verum quia omnis licitus defendendi modus debet commensurari offendendi modo qui intenditur, ut C. unde vi l. I.[11] et ibi no(ta), idcirco in iudicialibus licet iure nature cuilibet se defendere iudicialiter, non iniuriis et opprobriis, ut C. de postul(ando) 'quisquis'[12]. Sed quia defensio sine scientia esse non potest, necessaria 30 est omnimodo scientia vera vel interpretativa. Et cum princeps hac non precedente iudicat, subtrahit homini defensionem iure nature concessam. Sed hoc non potest princeps, ut in Insti. de iure natura(li) gen(tium) et civili § 'sed naturalia'[13]. Ergo etc. Modus autem inducendi hanc vere vel interpretative est citatio. Et ideo cum inchoatur modus offendendi, id est per quem quis potest offendi, statim datur possibilitas defen- 35 dendi per citationem et hoc textus dicit. Omnium autem actionum instituendarum principium ab ea parte edicti proficiscitur, quam pretor edicit de in ius vocando, ut in Insti. de pena temere litigan(tium) § ultimo[14]. Sed citationes habent suos modos, quia aliquem per nuncium, aliquem per epistolam, aliquem per edictum, ut C. quomodo et quoniam iudex 'consentaneum'[15], in Auten. de litigiosis § 'omnem'[16] et ff. de fideicom- 40 missa(riis) liber(tatibus) 'cum vero'[a] § 'subventum'[17]. Est etiam quidam modus citationum in ipsarum iteratione consistens, ff. de feriis l. 'in pecuniariis'[18] et ff. de publicis iu(di-

1254. a) verbo *c.*

1) *c. 1 C. II qu. 1.* 2) *Dig. 1, 1, 3.* 3) *Dig. 9, 2, 45, 4.* 4) *Dig. 9, 1, 1, 11.* 5) *Dig. 47, 10, 32.* 6) *c. 7 X de restit. (II, 13).* 7) *Dig. 9, 2, 29, 7.* 8) *Cod. 10, 1, 7 et 5.* 9) *Dig. 49,* 45 *16, 3, 7.* 10) *Dig. 48, 18, 18, 9.* 11) *Cod. 8, 4, 1.* 12) *Cod. 2, 6, 6.* 13) *Inst. 1, 2, 11.* 14) *Inst. 4, 16, 3.* 15) *Cod. 7, 43, 8.* 16) *Auth. 107, 3.* 17) *Dig. 40, 5, 26, 7.* 18) *Dig. 2, 12, 10.*

ciis) l. 'inter ac[cusa]torem'[1] et huiusmodi, et ad hunc modum non videtur princeps artari, ar(gumentum) expressum ff. de manumissionibus l. 'apud eum'[2], quia isti modi non sunt de iure nature seu de iure simpliciter primitive, cui princeps non necessario aligatur, ut ff. de legibus et sena[tus] consultis l. 'princeps'[3] et C. e(odem) 'digna'[4].
5 Hoc sic premisso dico quod omnis citatio, que per aliquod accidens maxime ipsi citanti notum secum affert impedimentum defensionis citati, non artat, quia non potest parere effectum, propter quem est inducta, scilicet facultatem defensionis, et ideo pro non facta habeatur omnino, ar(gumentum) ff. quod cuius[cun]que univ(ersitatis) no(mine) l. I. § 'et quidem'[5], C. de curat(ore) furiosi l. ultima § 'sin autem testam(entum)'[6] et est
10 expressum ff. quod vi aut clam 'aut qui aliter' § I[7]. Et per hoc patet responsio ad quatuor primas questiones, quia in unaquaque earum proponitur legitima et notoria causa defensionem impediens, quia quelibet earum instans periculum mortis demonstrat, ut ff. de dona tionibus) causa mor(tis) l. III. cum III legibus se(quentibus)[8] et ideo a latitatione excusat, ut ff. quibus ex ca(usis) in poss(essionem) eatur 'Fulcinius' § 'quid
15 sit latitare'[9]. Et ideo prima causa, de qua in prima questione fit mentio, videtur citationem ac per hoc sententiam nullam reddere. Si enim citatus per eum, cui ex consensu proprio est obligatus ad parendum, ad locum inhonestum non tenetur comparere propter conservationem fame, ut ff. de arbi(tris) 'si cum dies' § penultimo[10], multo fortius non artat facta ad eum locum, in quo est periculum vite, iuxta legem dicentem: 'Nam
20 cuius fame, multo fortius vite parcendum est', ut ff. ad legem Iul(iam) de adulteriis 'si adulterium cum incestu' § 'liberto'[11].

(II) Idem videtur de secunda causa in secunda questione proposita, quia citatio quedam sententia est, ut C. de episcopis et clericis l. 'cum clericis'[12]. Incivile autem est invitum hominem iubere facere quod non potest, ut ff. de penis 'moris' § 'sunt
25 autem'[13], et nullo iure ad impossibile quis obligatur, ut ff. de reg(ulis) iur(is) 'inpossibilium'[14]. Sed illa dicuntur impossibilia, que sine salutis periculo non possumus. Et ideo ad talem locum quis ire non compellitur, ut ff. ad Trebellian(um) sen(atusconsultum) 'si alio' et l. 'se'[15]. Et in talibus vocationibus et itineribus habenda est ratio humanitatis, que nulla fuit in citatione tali, ut ff. quibus ex causa ma. 'si cui' § 'tandiu'[16]
30 in fi(ne) et de vac(atione) et excu(satione) mu(nerum) 'temp(us)'[17], et iustus timor periculi est iusta causa recedendi ab eo, cui quis est naturaliter et civiliter obligatus, ut ff. loca(ti) et conduc(ti) 'habitatores' § I[18].

(III) Idem videtur de tercia causa in tercia questione proposita, quod probatur: legatio est publicum munus et ideo ad subeundum quis compellitur, ut ff. de muneribus
35 et ho(noribus) l. ultima § 'legati'[19]. Et tamen lex dicit, quod ad amicum vel domesticum eius quem accusat non tenetur legationem suscipere, ut ff. de legationibus 'sciendum' § 'si accusatio'[20], et hoc propter amicitiam et domesticitatem, quam habet cum accusato, qui accusatoris presumitur inimicus, ut in Auten. de testi(bus) § 'si vero quis dicat'[21].

(IV) Idem videtur de quarta eadem ratione et maiori, ut C. de inoff(icioso)
40 testamento 'liberi'[22] et ff. de of(ficio) prefec(ti) urbi l. I. § 'certe'[23] et pro hiis omnibus facit Extra ut lite non conte(stata) 'accedens' II.[24] et de sen(tentia) ex(communicationis) 'de cetero' et c. 'quamvis'[25].

(V) Ad quintam questionem videtur dicendum, quod ad hoc ut de regulari ordine edictum citatorium liget, oportet quod fiat in casu neccessitatis, puta quando fit contra

45 1) *Dig. 48, 1, 10.* 2) *Dig. 40, 1, 14.* 3) *Dig. 1, 3, 31.* 4) *Cod. 1, 14, 4.* 5) *Dig. 3, 4, 1, 2.* 6) *Cod. 5, 70, 7, 6.* 7) *Dig. 43, 24, 5, 1.* 8) *Dig. 39, 6, 3—6.* 9) *Dig. 42, 4, 7, 4.* 10) *Dig. 4, 8, 21, 11.* 11) *Dig. 48, 5, 39, 9.* 12) *Cod. 1, 3, 25.* 13) *Dig. 48, 19, 9, 9.* 14) *Dig. 50, 17, 185.* 15) *Videtur esse Dig. 36, 1, 9 et 10.* 16) *Locus corruptus. Videtur esse Dig. 40, 9, 30, 3 sq.* 17) *Dig. 50, 5, 4.* 18) *Dig. 19, 2, 27.* 19) *Dig. 50, 4, 18, 12.* 20) *Dig. 50, 7, 5, 3.* 21) *Auth. 90, 8.*
50 22) *Cod. 3, 28, 28.* 23) *Dig. 1, 12, 1, 10.* 24) *c. 4 X ut lite non contestata (II, 6).* 25) *c. 11 et 58 X de sent. excomm. (V, 39).*

interdictos, ut C. si ut ab heredi(tate) se ab(stineat)[1] auten(ticas) omnes, de remissione pignoris 'si eo tempore'[2], ff. ubi pu(pillus) edu(cari) de(bet) l. fi(nali)[3], Extra de elec(tione) c. ultimo li. VI.[4], vel si contra certum quod fiat in subsidium, scilicet eo de quo queritur non invento in loco, unde citari valeat, ut ff. de agno(scendis) liber(is) a paren(tibus) l. I. circa prin(cipium)[5], de damp(no) infec(to) l. IIII. § 'totiens'[6] et quod vi aut clam 'aut qui aliter' § I.[7], Extra de dolo et con(tumacia) c. ultimo[8], de cleri(cis) non resi(dentibus) 'tue'[9] et de eo qui mit(titur) in pos(sessionem) causa rei ser(vande) 'si adversarius'[10], et quod in tali loco fiat, quod verisimile sit posse ad citati noticiam pervenire, ut ff. de insti(toria) [actione] 'sed et si pupillus' § 'proscribere'[11] et quod vi aut clam 'semper' § 'hoc interdictum'[12]. Imo et si esset in loco, unde citari non posset, puta quia locus non esset de iurisdictione citantis, poneretur edictum in loco debito et notificaretur per litteras vel nuncium edictum propositum esse, et potissime hoc deberet in criminibus observari, ut hoc traditur in textu ff. de requiren(dis) reis l. I.[13], et si edicto non cum istis circumstanciis legitimato proposito ad sententiam proceditur, sententia nulla est, ut ff. que sententie sine ap(pellatione) rescin(dantur) l. I. § 'item eum ex edicto'[14]. Cum ergo proponatur edictum contra certam personam manasse et de quo faciebatur, ubi erat et cui suberat, et eis vel eorum alicui nichil notificatum et propositum in loco abdito quantum ad citatum, videtur dicendum, quod sententia ex virtute talis edicti lata sit nulla.

(VI) Circa sextam questionem attendendum est, quod maiestas dicitur quasi maior stans sive maior potestas. Arguendo ergo a vi nominis, ut C. de episcopis et clericis l. 'decernimus'[15] et ff. de ver(borum) sig(nificatione) l. 'tugurii'[16] et ibi no(tam), non comititur crimen lese maiestatis, nisi cum leditur maior potestas. Oportet ergo, quod sit potestas, sed hic nulla est potestas in leso respectu ledentis, loquendo de potestate, prout accipit lex ff. de ver(borum) sig(nificatione) 'potestatis'[17]. Et si dicatur 'feudum ab eo tenet', respondeo: hoc non dat domino imperium in vassallo. Est enim quidam contractus, quo quis alter alteri obligatur, ut satis potest colligi ex no(ta) per Inno(centium) Extra de fo(ro) com(petenti) 'postulasti'[18]. Si non habet in eum imperium, non est sub potestate sua, et sic eum ledendo non dicitur ledere maiorem potestatem, quia nec potestatem. Et hoc modo accipitur illud verbum euangelii: 'Nam et ego homo sum sub potestate positus'[19] etc. Et hoc satis potest colligi, quia quis tenetur protegere ducem belli, sed hoc non dicitur de quocumque duce, sed de suo duce tantum. Et ideo cum ministerio additur in lege 'qui propositum suum non protexit' etc., ut ff. de re mili(tari) 'omne delictum' § 'qui prepositum suum'[20]. Hoc etiam videtur expresse lex sensisse, dum dicit: 'lex autem Iulia maiestatis precepit eum qui maiestatem publicam leserit teneri' etc., ut ff. ad legem Iuliam maies(tatis) l. 'lex XII tabularum' in tertia r(ubric)a[21]. Imperator autem, etsi maiestas sit, non est publica respectu eius, de quo queritur, quia potestas eius non est ei communicabilis sive communicata, ergo non publica, ut ff. ne quid in lo(co) pu(blico) fi(at) l. II. § 'viarum'[22]. Et si dicatur: 'imo ratione feudi', responsum est supra. Et hoc est etiam videre in hoste, qui committens in principem sive ei bellum indicens, non dicitur committere crimen lese maiestatis, ut ff. de cap(tivis) et postli(minio) red(emptis) 'hostes'[23]. Ille ergo proprie dicitur crimen lese maiestatis committere, qui iuridicioni et potestati imperii supponitur ab obedientia se realiter subtrahens, hostis animum assumit et se domino suo adversa-

1) *Cod. 2, 38.* 2) *Cod. 8, 25, 6.* 3) *Dig. 27, 2, 6.* 4) *c. 47 in VI. de elect. (I, 6).* 5) *Dig. 25, 3, 1 pr.* 6) *Dig. 39, 2, 4, 6.* 7) *Dig. 43, 24, 5, 1.* 8) *c. 10 X de dolo (II, 14).* 9) *c. 12 X de cler. non resid. (III, 4).* 10) *c. 4 X de eo qui mittitur (II, 15).* 11) *Dig. 14, 3, 11, 3.* 12) *Dig. 42, 24, 15, 3.* 13) *Dig. 48, 17, 1.* 14) *Dig. 49, 8, 1, 3.* 15) *Cod. 1, 3, 26.* 16) *Dig. 50, 16, 180.* 17) *Dig. 50, 16, 215.* 18) *c. 14 X de foro comp. (II, 2).* 19) *Matth. 8, 9; Luc. 7, 8.* 20) *Dig. 49, 16, 6, 8.* 21) *Dig. 48, 4, 3.* 22) *Dig. 43, 8, 2, 22.* 23) *Dig. 49, 15, 24.*

rium parat. Et ideo tales perduelliones vocantur, id est perfecte ad duellum sive bellum clandestinum seu publicum parati et accincti. Unde et tale crimen vocatum est crimen perduellionis, ut ff. de verbo(rum) sig(nificatione) 'quos nos hostes'[1] in prin(cipio), de dona(tionibus) 'donationes' § fi(nali)[2], in Instit. de her(editatibus) ab intestato § 'per
5 contrarium'[3] et de le(gatis) II. 'cum filius' § 're(petendorum)'[4]. Ubi ergo non est subtractio a iuridicionali potestate principis, non habet locum illud crimen. Sed hic est sic, ergo etc. Sed in contrarium multum facit, quia quod potest alicui rei dare esse, facilius potest ei quod iam est qualitatem addicere, ut colligitur ex solutione duarum legum, que similiter contradicere videntur, ff. de le(gatis) I. 'talis scriptura'[5] et ibi no(ta) et
10 [de] le(gatis) III. 'uxori'[6]. Sed leges et consuetudines provinciarum faciunt, quod non est delictum sui natura esse delictum, ut ff. de extraor(dinariis) criminibus 'sacularii' § 'sunt quedam'[7] et de penis 'aut facta'[8], ergo multo fortius delicto qualitatem adiciunt. Si sic ergo, si in imperio quis committat in principem, dicetur committere crimen lese maiestatis, quia talis est lex illius loci, ar(gumentum) pro hoc VIII. di. 'que contra
15 mores'[9] et quod no(tatur) per Compo(stellanum) Extra de consue(tudine) c. I. et per omnes[10], Extra de sen(tentia) ex(communicationis) 'a nobis'[11]. Preterea qui iuvat alium in delicto, idem crimen contrahit cum eodem, ut ff. ad le(gem) Pompe(iam) de pari-(cidiis) 'si sciente'[12] et pro hoc C. ut nemo ad suum patroci(nium) susci(piat) colo(nos) vel rusti(canos) 'si quis' li. XI.[13] et in Auten. de sanctissimis episcopis § 'pre omnibus'
20 collat. IX.[14], Extra de sen(tentia) ex(communicationis) 'si concubine'[15]. Sed hic rex prestitit auxilium hiis qui poterant committere crimen lese maiestatis, ergo etc.

Sed ad primum patet responsio per verum intellectum propositionis minoris, quia cum dicitur, quod talis est lex illius loci etc., respondeo: verum est quod lex illius loci est, quod subditus committens in principem committit crimen lese maiestatis, sed non subdito
25 non est lex illa imposita, ut C. de sum(ma) tri(nitate) et fide ca(tholica) l. I[16]. Et si dicatur, fit subditus per delictum, ut C. ubi de crimine agi opor(teat) l. I.[17], respondeo: verum est, sed non talis nec taliter. Et si dicatur, nonne unusquisque delinquens iudicatur secundum legem loci, in quo deliquit, ut dicitur de consuetudine loci celebrati contractus ff. de evic(tionibus) 'si fundus'[18] et contractus et delicta quantum ad hoc paribus pas-
30 sibus ambulant, ut ff. de iudiciis 'omnem'[19] et in Auten. ut omnes obe(diant) iu(dicibus) provin(ciarum) § I. collat. V.[20], respondeo: verum est si de intentione legislatoris fuit factum ipsum afficere et ratione facti omnem personam que incideret in ipsum. Sed hic non est sic, quia de intentione principis est virtute legis eos astringere duntaxat qui sub imperii regimine distringuntur, ut dictum est supra et probatur C. de incestis
35 nup(tiis) 'neminem'[21] et de nup(tiis) 'imperialis'[22]. Ergo non plus extenditur lex, quam fuerit de intentione legislatoris, ut ff. qui pe(tant) tu(tores) l. 'credendum'[23] et de excu(sationibus) tu(torum) 'scire oportet' § 'aliud cum si'[24]. Ad secundum cum dicitur, qui iuvat alium etc., responderi posset per interemptorem: Non enim est fur manifestus vel non manifestus, qui furi opem parat, ut ff. de furt(is) 'Is qui opem'[25]. Sed quia hec solutio
40 non sufficeret, eo quod et si fur non sit, furti tamen tenetur, respondeo aliter et dico, quod illud habet locum, quoniam ex intentione legem condentis et legis super hoc concedendi potestatem habentis iuvans erat eque subicibilis legi et pene legis, sicut is qui iuvat, sed hic iuvans et adiuti nec ex intentione conditoris legis, ut probatum est supra, nec ex potestate ipsam legem condentis sunt pariter subicibiles legi et ideo non

45 1) *Dig. 50, 16, 234.* 2) *Dig. 39, 5, 31, 4.* 3) *Inst. 3, 1, 5.* 4) *Dig. 31, 76, 9.* 5) *Dig. 30, 30.* 6) *Dig. 32, 33.* 7) *Dig. 47, 11, 7—9.* 8) *Dig. 48, 19, 16.* 9) *c. 2 Di. VIII.* 10) *c. 1—11 X de consuet. (I, 4).* 11) *c. 21 X de sent. excomm. (V, 39).* 12) *Dig. 48, 9, 7.* 13) *Cod. 11, 54, 1.* 14) *Auth. 134, 2, 1.* 15) *c. 55 X de sent. excomm. (V, 39).* 16) *Cod. 1, 1, 1.* 17) *Cod. 3, 15, 1.* 18) *Dig. 21, 2, 6.* 19) *Dig. 5, 1, 20.* 20) *Auth. 73, 1.* 21) *Cod. 5, 5, 2.* 22) *Cod. 5, 4, 23.*
50 23) *Dig. 26, 6, 4.* 24) *Videtur esse Dig. 26, 5, 21, 2.* 25) *Dig. 47, 2, 34.*

pariter subiciuntur, ut ff. de duobus reis 'Si ex duobus' § ultimo et l. 'si id quod' § fi(nali)[1].

(VII) Et per supradicta patet via ad solutionem ultime questionis.

Hec scribo conferendo, cupiens scire a maioribus[b] veritatem.

1255. *DISQUISITIO IURIDICA SUPER EADEM RE. (post 1313. Aug. 24.)* 5

Ex eodem codice fol. 18—29 vulgavit Gachon l. c. pag. 43 sqq. Cuius editionem hic illic correctam repetimus. Fol. 29' inscriptum est: De exequtione domini mei fuit.

(P. deest.)

In presenti negocio pauca ex multis, brevissima ex amplissimis colligenda putavi.

[I. Questio.] 10

Super prima questione, qua queritur utrum vacante imperio possit et per quem cognosci de nullitate sententie ab imperatore nunc mortuo promulgate, concordamus quod potest cognosci de nullitate tali per dominum papam veluti successorem in imperio vel tanquam superiorem et maiorem imperatore. In primis constat, quod imperatoris sententia potest in casibus esse nulla, ut in sequentibus apparebit et no(tatur) C. de 15 legi(bus) l. fi(nali)[2] super verbo 'comminus'. Nam adversus sententiam imperatoris in integrum restitutio peti potest et supplicari, per quam viam eius sententia retractatur, ff. de mino(ribus) XXV annis l. 'minor'[3].

Item ubi propter persone excellentiam contra eius sententiam non appellatur, supplicatur C. de pre(cibus) imper(atori) offerendis l. 'si quis'[4] et de sen(tentiis) pre(fec- 20 torum) preto(rio) l. I.[5], ff. de offi(cio) pre(fecti) [pretorio] l. unica § 'hiis cunabulis'[a, 6].

Item pape mortui sententia, qui superiorem non habet, in cognitionem deducitur et nulla declaratur vel retractatur, XXIIII. q. II. c. 'sane'[7] et XXV. q. XI. c. 'quod quis' et c. 'se'[8], Extra de [in] integrum resti(tutione) 'tum ex litteris'[9] et de re iudi(cata) c. 'cum olim'[10]. Quare de sententia imperatoris mortui queri poterit et cognosci, cum 25 sit pape inferior, ut infra probabitur manifeste.

Dicimus insuper, quod per dominum papam vacante imperio cognosci poterit de imperialis sententie nullitate, illa ratione precipue quia dominus papa imperio vacante imperatori succedit ac potestatem imperii, iurisdictionem iusticiamque imperialem exercet et potest exercere de iure, ut probatur Extra de fo(ro) compe(tenti) c. 'licet'[11] et ibi 30 no(tas) Innocen(tii) et Ho(stiensis), et probant hoc multis rationibus teologici et aliis rationabilibus argumentis. Certum est autem, quod cum sententia cuiusvis iudicis dicitur fore nulla, ille qui eam tulit, si est ordinarius, de ipsius nullitate cognoscit, C. quomodo et quando iu(dex) 'si ut proponis' et l. 'si preses'[12], vel eius successor, ut C. de sen(tentiis) et interlo(cutionibus) omnium iu(dicum) l. I.[13] et quando provo(care) non est 35 neccesse l. 'cum non eo'[14] et de accusa(tionibus) l. 'si accusatoribus'[15], vel eius superior, ut C. de accusa(tionibus) l. 'absentem'[16] et Extra de conces(sione) pre(bende) c. 'cum nostris'[17] et facit ff. de appel(lationibus) 'si expressim'[18]. Cum igitur dominus papa sit imperatoris vacante imperio successor et eo vivente superior, ad eum merito talis cognitio

1254. b) dominis meis cardinalibus *add. cod. Paris.; cf. supra pag. 1373 not. 8.* 40

1255. a) curabilis *ed.*

1) *Dig. 45, 2, 12 et 15.* 2) *Cod. 1, 14, 12 pr.* 3) *Dig. 4, 4, 8.* 4) *Cod. 1, 19, 5.* 5) *Cod. 7, 42, 1.* 6) *Dig. 1, 11, 1, 1.* 7) *c. 3 C. XXIV qu. 2.* 8) *Sunt potius c. 3 et 6 C. XXXV qu. 9.* 9) *c. 5 X de in integr. restit. (I, 41).* 10) *c. 12 X de sent. et re iud. (II, 27).* 11) *c. 10 X de foro comp. (II, 2).* 12) *Cod. 7, 43, 4 et 6.* 13) *Cod. 7, 45, 1.* 14) *Cod. 7, 64, 6.* 15) *Cod. 9, 2, 4.* 45 16) *Cod. 9, 2, 6.* 17) *c. 6 X de concess. praeb. (III, 8).* 18) *Dig. 49, 1, 19.*

pertinebit, quia non potuit legem imponere successori, C. de legi(bus) 'digna vox'[1], sicut videmus, quod sede vacante in iurisdictionem succedit capitulum et iurisdictionem exercet et excommunicatos per episcopum absolvit, ut Extra de here(ticis) 'ad abolendam'[2] et de ma(ioritate) et obe(dientia) c. 'hiis que'[3]. Unde notat Inno(centius) in dicto c. 'ad abolendam'[2], quod cum quis recipit ab alio potestatem vel iurisdictionem, eo mortuo potestatem et iurisdictionem talem exercet dignitate vacante ille, a quo istud habebat, Extra de here(ticis) 'ad abolendam'[2]. Imperator vero ab ecclesia recipit gladii potestatem et imperiales infulas seu coronam, que designant supremam imperii potestatem, C. de quadri(ennii) prescrip(tione) 'bene a Ze(none)'[4], XCVI. di. c. '[si] imperator'[5] cum glo(sa) ibi posita, Extra de elec(tione) 'venerabilem'[6]. Nec est huius questionis intentio in presenti, quod queratur de sententia imperatoris ad penam infligendam eius heredibus vel eius dampnandam memoriam vel aliter queratur de ipsius delicto, cuius pena per mortem extinguitur. Sed in quantum eius sententia alium ledit vel ledere potest vel aliquis adversus condempnatum ea vellet uti vel successori imperatoris quesitum aliquid dici posset, queritur de nullitate ipsius, C. si re(us) vel accu(sator) mor(tuus) fu(erit) l. 'si ut proponis' et l. 'si quis'[7], ff. de accu(sationibus) l. 'ex iudiciorum'[8] et ad Silleia(num) l. 'Gaius'[9] et [C.] ad le(gem) Iuli(am) repe(tundarum) l. II.[10], nec mors iudicis sicut nec lapsus temporis sententiam nullam firmat, ff. de appell(ationibus) 'si expressim'[11], sicut econtra C. de re iudi(cata) l. 'gesta'[12]. Nunc autem est videndum, quomodo dominus papa potest dici successor vel maior imperatore sive superior. Ad quod dicimus quod de successione dictum est supra, ut ibi sequimur notas doctorum in dicto c. de fo(ro) com(petenti) 'licet' et c. 'ex transmissa' et c. 'ex tenore'[13]. Verum maior seu superior esse probatur ex eo, quia Constantinus imperator regnum et imperium occidentale transtulit in ecclesiam et illud ei dedit et concessit, ita quod nullus preter Romanorum pontificem potestatem exerceret in eo, ut XCVI. di. c. 'Constantinus'[14]. Unde in illo tanquam in terra ecclesie habebat summi principis potestatem, Extra qui fi(lii) sunt le(gitimi) c. 'per venerabilem'[15]. Et licet postmodum imperatores Constantinopolitani ex permissione ecclesie in occidentali imperio exercuerint potestatem, ut essent Romane ecclesie defensores et hereticorum et tirannorum opprimentium ecclesiam et eius iura exterminatores, quia tamen requisiti tam ab ecclesia quam a Romanis hoc facere noluerunt, idcirco summus pontifex regnum suum seu imperium et ecclesiam in personam Karoli magni transtulit in Germanos, concedens potestatem eligendi certis prelatis et principibus regem coronandum in imperatorem et approbandum per papam, ut de conse(cratione) di. V. c. 'in die'[16], Extra de elec(tione) c. 'venerabilem'[17]. Hoc etiam irrefragabili opinione et consuetudine est hactenus approbatum et sic est etiam observatum. Unde talia minime sunt mutanda, ff. de legi(bus) l. 'minime'[18] et de le(gatis) III. l. 'si corus'[19]. Certum est autem, quod nullus potest transferre sedem vel aliud quod non habet vel in quo superioris uti non potest potestate, ff. de pig(neraticia) ac(tione) l. 'aliena res'[b, 20] et de acquir(endo) re(rum) do(minio) l. 'traditio'[21], VIII. q. I. 'mutationes'[22], Extra de transla(tione) c. I. et c. 'quanto'[23]. Quare patet ecclesiam et summum pontificem fore superiorem imperatore. Item summus pontifex celestis et terreni regni imperium a Christo, cui data erat omnis potestas in celo et in terra, recepit et eius successor fuit, XXII. di. c. 'omnis'[24]. Ipse insuper coronat et consecrat impera-

1255. b) alienatio *ed.*

1) *Cod. 1, 14, 4.* 2) *c. 9 X de heret. (V, 7).* 3) *c. 11 X de maiorit. (I, 33).* 4) *Cod. 7, 37, 3.* 5) *c. 11 Di. XCVI.* 6) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 7) *Cod. 9, 6, 4 et 6.* 8) *Dig. 48, 2, 20.* 9) *Est Dig. 29, 5, 22.* 10) *Cod. 9, 27, 2.* 11) *Dig. 49, 1, 19.* 12) *Cod. 7, 52, 6.* 13) *c. 10, 6 et 11 X de foro comp. (II, 2).* 14) *c. 13 Di. XCVI.* 15) *c. 13 X qui filii (IV, 17).* 16) *c. 15 Di. 5 de consecr.* 17) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 18) *Dig. 1, 3, 23.* 19) *Dig. 32, 79.* 20) *Dig. 13, 7, 20.* 21) *Dig. 41, 1, 20.* 22) *c. 34 C. VIII qu. 1.* 23) *c. 1 et 3 X de translat. (I, 7).* 24) *c. 1 Di. XXII.*

torem et si qui in discordia electi fuerunt ad imperium, ipse cognoscit et illius electionem approbat seu confirmat, de quo sibi iustum videtur, repulso alio coelecto, Extra de elect(ione) 'venerabilem'[1]. Imperator etiam pape ut domino fidelitatem iurat, LXIII.[b*] 'tibi domino'[2], quod denotat papam habere iurisdictionem et superioritatem in eum, ut in Li. Feu. qua(liter) va(sallus) iu(rare) de(beat) fi(delitatem) c. unico[3] in fi(ne). 5

Papa eciam imperatorem corrigit et increpat seu arguit, cum causa subest, et eum excommunicat et deponit et ipse ex pape iudicio pendet, ut Extra de ma(ioritate) et obe(dientia) c. 'solite'[4], X. di. c. 'quoniam'[5], XCVI. di. '[si] imperator' et c. 'duo'[6], Extra de re iudi(cata) c. 'ad apostolice' li. VI.[7], XV. q. VI. c. 'alius'[8], Extra qui fi(lii) sunt le(gitimi) c. 'causam que' et c. 'per venerabilem'[9] et in illis no(tas). Talia vero nullus 10 exercere potest in alium, nisi sit superior eo, alioquin posset merito sibi dici: 'Tu qui es, quia lienum servum iudicas? Suo domino stat aut cadit'. Nullus enim inferior superiorem ligat, iudicat aut deponit nec etiam confirmat, C. ubi se(natores) vel cla(rissimi) l. II.[10], Auten. de defen(soribus) civi(tatum) § 'interim'[11], XXI.[c] di. 'inferior'[12], Extra de ma(ioritate) et obe(dientia) 'cum inferior'[13], C. de emenda(tione) propinquorum l. 15 unica[14] et de offi(cio) pre(fectorum) pre(torio) l. '[f]ormam'[15], ergo neccessario papa superior est ipso. Patet etiam ex hoc, quia papa privilegiat imperatorem in rebus imperii, concedendo sibi quod possit creare in regno Ytalie successorem, LXIII. di. 'in sinodo'[16].

Item in arduis ambiguis facti vel iuris ad papam est habendus recursus, ut in proposito patet. Extra qui filii sunt le(gitimi) 'per venerabilem'[17] et de vo(to) et vo(ti) 20 re(demptione) c. 'quod super hiis'[18], ubi no(tat) Inno(centius), et de re iudicata 'cum te'[19], presertim ubi superior alius non apparet, Extra de eo qui mit(titur) in po(ssessionem) causa rei servan(de) c. 'cum venissent'[20] et de offi(cio) or(dinarii) c. 'pastoralis' § 'propterea'[21]. Igitur in casu de quo loquimur est ad ipsum de iure recursus habendus.

Nec obstat si dicatur potestates fore distinctas et papam preesse divinis, Auten. 25 quomo(do) opor(teat) e(piscopos) in prin(cipio)[22], XCVI. di. 'cum ad verum'[23], nec debent rerum officia permisceri, C. de test(amentis) l. 'consulta'[24] et de suscep(toribus) et ar(cariis) l. 'duos' li. X.[25] et de a[d]mi(nistratione) tu(torum) l. 'sed si in partes'[26], quia propter hoc non negatur, quin una potestas, scilicet temporalis, sit sub alia, scilicet papali, sicut sol, cui ecclesia comparatur, preest lune, cui imperium comparatur, ut dicto 30 c. 'duo sunt' et no(ta) dicto c. 'solite'[27] et in superioribus est probatum, primo ex hoc, quod dominus papa preest divinis, sub quibus humana reguntur, ostenditur preesse humanis, nam anima preest corpori et illud regit et est anima dignior pars hominis et principalior. Unde ubi est animus, ibi censetur homo esse, non ubi corpus, ff. de hiis qui no(tantur) in(famia) l. 'atletas' § fi(nali)[28] et de captivis et postli(minio) re(demptis) l. 'in bello'[29]. 35 Et ideo cum papa presit anime, per consequens et corpori et ex consequencia rebus eius, ff. de test(amentaria) tute(la) l. 'certarum' et l(eges) se(quentes)[30], Inst. e(odem) ti(tulo) § 'est autem'[d. 31], C. de pactis do(talibus) l. 'hic'[32], Extra de do(nationibus) inter virum et ux(orem) c. 'pervenit'[33] et ff. de admi(nistratione) tu(torum) l. 'cum plures'

1255. b*) XIIII *ed.* c) XVI *ed.* d) § eter. (sic) *ed.* 40

1) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 2) *c. 33 Di. LXIII.* 3) *Cons. Feud. II, 5.* 4) *c. 6 X de maiorit. (I, 33).* 5) *c. 8 Di. X.* 6) *c. 11 et 10 Di. XCVI.* 7) *c. 2 in VI. de sent. et re iud. (II, 14).* 8) *c. 3 C. XV. qu. 6.* 9) *c. 7 et 13 X qui filii (IV, 17).* 10) *Cod. 3, 24, 2.* 11) *Auth. 15, 1.* 12) *c. 4 Di. XXI.* 13) *c. 16 X de maior. (I, 33).* 14) *Cod. 9, 15.* 15) *Cod. 1, 26, 2.* 16) *c. 23 Di. LXIII.* 17) *c. 13 X qui filii (IV, 17).* 18) *c. 8 X de voto (III, 34).* 19) *c. 23 X* 45 *de sent. et re iudic. (II, 27).* 20) *c. 3 X de eo qui mittitur (II, 15).* 21) *c. 11 § 1 X de offic. ind. ord. (I, 31).* 22) *Auth. 6 pr.* 23) *c. 6 Di. XCVI.* 24) *Cod. 6, 23, 23.* 25) *Cod. 10, 72, 13.* 26) *Videtur esse Dig. 26, 7, 4.* 27) *c. 10 Di. XCVI et c. 6 X de maior. (I, 33).* 28) *Dig. 3, 2, 4, 5.* 29) *Dig. 49, 15, 12.* 30) *Dig. 26, 2, 12—14.* 31) *Inst. 1, 13, 1.* 32) *In Dig. 23, 4 non invenitur.* 33) *In X de donat. inter vir. et uxor. (IV, 20) non invenitur.* 50

§ 'cum tutor'[1], Instit. de adqui(sitione) per arroga(tionem) in prin(cipio)[2]. Insuper potestas papalis fuit a Deo immediate data beato P(etro) et successoribus eius, XXII. di. c. I. et c. 'sacrosancta'[3], sed potestas imperialis populi suffragio, ff. de consti(tutionibus) prin(cipum) l. I.[4], Instit. de iure na(turali) gen(tium) et ci(vili) § 'sed quod principi'[5],
5 et illud dignius est et maius, quod a maiori et digniori sumit originem, ff. de al(bo) scri(bendo)[e] le(ge) fi(nali)[6], C. de advo(catis) di(versorum) iudi(ciorum) l. 'restituenda'[7].

Et licet dominus papa, ubi non vacat imperium, gladio temporali in imperio regulariter non utatur nec eum uti deceat Extra de appell(ationibus) 'si duobus' § I.[8], ubi tamen vacat imperium nec est superior, ad quem possit haberi recursus, ex quadam
10 neccessitate ad ipsum tanquam ad superiorem suffraganea sede vacante, in qua non sunt clerici, potestas administrationis illius ecclesie devolvitur, XII. q. II. 'non liceat'[9] et no(tam) per Inno(centium) de fo(ro) com(petenti) c. 'licet'[10]. Non enim deceret nec rei publice expediret, quod mortuo imperatore iusticia, que concomittatur imperium, quod est perpetuum, C. de iure fi(sci) l. 'prohibetur' in fi(ne)[11], Auten. de consa(n-
15 guineis) § I.[12], ff. de offi(cio) procon(sulis) l. 'meminisse'[13], Extra ne se(de) va(cante)[14] c. I., Extra de here(ticis) 'ad abolendam'[15], deficeret. Et ideo ea que sunt iurisdictionis, exercentur etiam sede vacante.

Item non obstat Extra ne sede vacante per to(tum) et quia vacante imperio de eius feudo agi non potest, quare nec de confiscatis imperio agi potest, Extra de fo(ro)
20 com(petenti) c. 'verum'[16], quia hic est successor verus in imperio sive dominus papa, ut est dictum, qui suffectus seu subrogatus dici potest et omnia potest que potuit predecessor, C. de offi(cio) eius qui vicem al(icuius) iu(dicis) ge(rit) l. I. et II[17].

Item quia dominus papa potest comparari visitatori dato a iure, cuius auctore alienato fieri potest, sicut archiepiscopus sedis episcopalis vacantis et episcopus sunt
25 visitatores ecclesiarum sibi subditarum ipso iure.

Preterea non est hic alienatio violenta[e*], sed neccessaria per iudicium, que per talem visitatorem fieri non prohibetur, sed conceditur, ut no(tat) Inno(centius) ne se(de) va(cante) c. I.[14], LXI.[f] di. 'obitum'[18], VII. q. I. 'constitutum'[19]. Unde cum in casu nostro sit mora periculum allatura, non est imperatoris creatio expectanda, ut infra patet.

30 Non obstat etiam quod electores videntur habere huiusmodi potestatem sicut populus, qui eligit imperatorem, ff. de ori(gine) iu(ris) l. I[I]. § 'et cum pla(cuisset)'[20], quia in eos translatum fuit vel eis concessum non imperium, sed nudum ministerium eligendi per dominum papam, ut dicto c. 'venerabilem'[21]. Unde non transit in eos imperium administrandi successio vel potestas, quia non possunt nisi quantum eis con-
35 cessum extitit vendicare, ar(gumentum) ff. de contrahen(da) emp(tione) et ven(ditione) l. 'Rutilia Polla'[22] et de ver(borum) ob(ligationibus) l. 'quicquid'[23], Extra [de] deci(mis) c. 'tua'[24], de privile(giis) c. 'porro'[25], nec unquam electores usi fuerunt nec uti permitterentur huiusmodi potestate, quare uti non possunt, ff. de publi(canis) vec(tigalibus) et commis(sis) 'locatio'[g] § 'earum rerum'[26]. Ecclesia vero usa fuit ab antiquo, ut patet
40 in dicto c. 'licet'[27] et c. 'per venerabilem'[28] et XV. q. VI. c. 'alius'[29], quare hec potestas sibi vice constituti debetur, ut ff. de aqua co(tidiana) et esti(va) l. 'hoc iure'

1255. e) sacri. *ed.* e*) violentaria *ed.* f) LXIII *ed.* g) licitatio *ed.*

1) *Dig. 26, 7, 12, 3.* 2) *Inst. 3, 10 pr.* 3) *c. 1 et 2 Di. XXII.* 4) *Dig. 1, 4, 1.* 5) *Inst. 1, 2, 6.* 6) *Dig. 50, 3, 2.* 7) *Cod. 2, 7, 25.* 8) *c. 7 § 1 X de appellat. (II, 28).* 9) *c. 48*
45 *C. XII qu. 2.* 10) *c. 10 X de foro comp. (II, 2).* 11) *Cod. 10, 1, 5, 2.* 12) *Authen. 85, 1.* 13) *Dig. 1, 16, 10.* 14) *c. 1 X ne sede vac. (III, 9).* 15) *c. 9 X de haeret. (V, 7).* 16) *c. 7 X de foro comp. (II, 2).* 17) *Cod. 1, 50, 1 et 2.* 18) *c. 16 Di. LXI.* 19) *c. 22 C. VII qu. 1.* 20) *Dig. 1, 2, 2, 24.* 21) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 22) *Dig. 18, 1, 69.* 23) *Dig. 45, 1, 99.* 24) *c. 26 X de decim. (III, 30).* 25) *c. 7 X de privil. (V, 33).* 26) *Dig. 48, 4, 9, 6.* 27) *c. 10 X*
50 *de foro comp. (II, 12).* 28) *c. 13 X qui filii (IV, 17).* 29) *c. 3 C. XV qu. 6.*

§ 'ductus aque'[1], XVI. q. I. c. 'ecclesie'[2], IX. q. I[II]. 'conquestus'[3], C. de fun(dis) patri(monialibus) l. 'quicumque' et l. 'iubemus' li. XI[4]. Et magis papa facere videtur imperatorem, qui eum approbat, consecrat et coronat, sicut in episcopum nichil possunt eligentes, sed papa. Et cum raro videamus imperatorem creari, qui talia valeat exercere, non est imperatoris creatio propter more periculum et scandalum expectanda, 5 postquam legitimus est successor vel superior ut est dictum, ff. de iudi(ciis) l. 'si longius'[5] et de excu(satione) mu(nerum) l. 'pretor eos' in prin(cipio) et in fi(ne)[6], in Auten. ut dif(ferentes) iu(dices) § I. et II[7].

Item non obstat quod imperator habet ex ipsa electione administrationem imperii, XCIII. di. 'legimus'[8], quia hoc non tollit subiectionem nec successionem pape. Multi 10 enim ante confirmationem habent administrationem de iure vel alias[h], qui tamen domino pape subsunt et ab eo postea confirmantur. Ex primis ergo colligitur quod de nullitate sententie imperatoris cognosci potest per dominum papam nec est inconveniens, nam ecclesia mater est imperii, in Auten. ut deter(minatus) sit nu(merus) cle(ricorum) l. I[9]. Unde non est mirum si ei succedit et curam et administrationem eius gerat, ff. de 15 inoffi(cioso) test(amento) l. 'nam etsi'[10] et C. quando mu(lier) tu(tele) offi(cio) fungi po(test) l. II.[11] et in auten(ticis) ibi sig(natis)[12] et ut li(ceat) ma(tri) et avi(e)[13].

II. Questio.

Ad secundum quod queritur, utrum in causa huiusmodi sit aliquis dandus defensor, respondemus quod defensor est deputandus, si per viam sententie procedatur, quia 20 ubicumque de iure fiscali agitur, defensor datur et advocatus, adeo ut sententia eo absente lata non teneat, ut C. de postul(ando) l. 'velamento'[14] et ubi cau(se) fis(cales) a(gantur) l. 'cum aliquid' et l. fi(nali)[15] et de bo(nis) vaccan(tibus) l. fi(nali)[16] et si ob publi(cas) pen(sitationes) l. ultima[17]. Unde cum hic vaccet imperium et saltem quantum ad confiscationem bonorum in sententia factam de iure fisci agatur, dandus erat sibi 25 defensor, aliter rata sententia contra fiscum indefensum non valeret de iure, sicut dicitur in minore et in ecclesia, que comparantur inter se, ff. de iu(re) [fisci] l. 'si fiscus'[18] et de re iu(dicata) l. 'acta' § 'contra'[19] et C. si adver(sus) rem iu(dicatam) l. 'cum et vos'[20] et de sacros(anctis) ec(clesiis) l. ultima[21], Extra de in inte(grum) re(stitutione) c. I.[22], C. de sen(tentiis) adver(sus) fis(cum) la(tis) l. unica li. X.[23] et de iure rei 30 pu(blice) l. I.[24], C. qui(bus) ex ca(usis) ma(iores) l. 'res publica'[25]. Sic etiam hereditati iacenti datur curator et sedi vacanti datur visitator, qui causas agunt, ff. de cu(ratore) bo(nis) dan(do) l. I. et II.[26] et Extra de sup(plenda) ne(gligentia) prela(torum) c. fi(nali) li. VI.[27], ff. de here(dibus) insti(tuendis) l. 'si heres instituatur' § I[28]. Non esset etiam conveniens quod dominus papa fungeretur simul vice defensoris et iudicis, cum in iudicio 35 esse debeant tres persone, C. de asse(ssoribus) l. fi(nali)[29], Extra de verborum sig(nificatione) c. 'forus' § ultimo[30], C. de postu(lando) l. 'quisquis'[31].

Item quando iudex ex officio procedit, si de eius sententia vel processu agatur, ipse vocandus est, ut defendat[i] processum, Extra de appell(ationibus) 'cum speciali'[32] et de sen(tentia) ex(communicationis) 'venerabilibus' li. VI[33]. 40

1255. h) alii *ed.* i) defendeat *c.*

1) *Dig. 43, 20, 3, 4.* 2) *c. 43 C. XVI qu. 1.* 3) *c. 8 C. IX qu. 3.* 4) *Cod. 11, 62, 3 et 14.* 5) *Dig. 5, 1, 18.* 6) *Dig. 50, 5, 13 pr. et 3.* 7) *Auth. 128, 1 et 2.* 8) *Di. XCIII.* 9) *Auth. 3, 1.* 10) *Dig. 5, 2, 15.* 11) *Cod. 5, 35, 2.* 12) *Sunt authenticae tres in editionibus antiquioribus Cod. 5, 35, 2 adiectae, quarum prima* Matri et avie *incipit.* 13) *Num de Auth. 112 cogitandum sit, nescio;* 45 *cf. not. 12.* 14) *Cod. 2, 6, 4.* 15) *Cod. 3, 26, 8 et 11.* 16) *Cod. 10, 10, 5.* 17) *Cod. 4, 46, 3.* 18) *Dig. 49, 14, 7.* 19) *Dig. 42, 1, 45, 2.* 20) *Cod. 2, 26, 4.* 21) *Cod. 1, 2, 25.* 22) *c. 1 X de in integr. restit. (I, 41).* 23) *Cod. 10, 9, 1.* 24) *Cod. 11, 30, 1.* 25) *Cod. 2, 53, 4.* 26) *Dig. 42, 7, 1 et 2.* 27) *c. 4 in VI de suppl. neglig. (I, 8).* 28) *Dig. 28, 5, 23, 1.* 29) *Cod. 1, 51, 14.* 30) *c. 10 X de verb. signif. (V, 40).* 31) *Cod. 2, 6, 6.* 32) *c. 61 X de appellat. (II, 28).* 33) *c. 7* 50 *in VI. de sent. excomm. (V, 11).*

III. Questio.

Super tercia questione, qua queritur quanquam processus et sententia de quibus agitur non exhibeantur in forma publica, possit ad ipsius sententie annullationem procedi de iure, dicimus quod potest ad annullationem sententie procedi de iure, si possit
5 constare per testes vel aliter de ipsa sententia et nullitate ipsius, licet enim regulariter sit sententia ferenda in scriptis, potest tamen sententia probari per testes, sicut testamentum et privilegium et emancipatio que fuerit in scriptis probantur per testes et illis probatis pronunciatur, acsi presentialiter apparerent, Extra de re iudi(cata) c. 'sicut'[1] et C. de bo(norum) pos(sessione) secundum ta(bulas) l. II.[2] et de fideius(soribus) l. fi(nali)[3],
10 Extra de privile(giis) c. 'cum olim'[4] circa fi(nem), C. de emanci(pationibus) l. penult(ima)[5] et de fi(de) instru(mentorum) 'emanci(patione)'[6]. Acta etiam cause probantur per testes, inter que sententia continetur, Extra de proba(tionibus) c. 'quoniam'[7] et ibi no(tam) Inno(centii) in fi(ne) et ar(gumentum) C. de libe(rali) causa l. 'sicut' III[8]. Unde doc(tores) dant doctrinam, qualiter possit pronunciari super sententia, qua aliquis forsitan
15 vellet se iuvare, nam ad instanciam illius cuius interest, nisi exhiberetur per adversarium, pronunciaretur non valere vel condempnato preiudicium non afferre, ut no(tant) Inno(centius) et Ho(stiensis) Extra de fi(de) instru(mentorum) c. 'G. perpetuus'[9]. Plus etiam dicunt aliqui, quod sententie tenore ostenso, si ex ipso tenore vel processu procedente appareat, sententiam nullam esse, pronunciari poterit, quod sententia, si qua
20 sit ita lata, nullius sit momenti, ar(gumentum) ff. de excu(sationibus)[k] l. 'qui testamento'[10]. Et ita pronunciavit dominus Bo(nifacius) VIII. super quadam dispensatione regis Yspanie presente rege Aragonum et multis aliis in publico consistorio[11].

Preterea constare posset supposita sententia quamvis non exhibita, eam latam in non subditum vel in quem nulla ferenti sententiam iurisdicio competebat, et si hoc esset
25 notorium vel aliter per extrinseca constare posset sententiam esse nullam, pronunciari potest eam nullam, ar(gumentum) ff. de ta(bulis) exhi(bendis) l. I. § 'hoc interdictum' et § prece(denti) et penult(imo)[12] et quemadmodum test(amenta) aperi(antur) l. 'si in duobus' § 'si tabule'[13]. Non obstat quod de instrumentis, testamentis et scripturis aliis iudicari non potest, nisi exhibeantur et inspiciantur, quia talis probatio, ut est dictum,
30 pro exhibitione et inspectione habetur, quia non[l] refert, quid ex equipollentibus fiat, ff. mandati l. ultima[14] et de ami(nistratione) tu(torum) l. 'cirographis'[15] et C. de fide instru(mentorum) l. 'in exercendis'[16]. Et non obstat etiam quod superiori, coram quo agitur causa appellationis, debent omnia acta primi iudicii exhiberi, C. de appellationibus l. 'a proconsulibus' et l. 'ne causas'[17], aliter cogitur a proferenda sententia abstinere,
35 quia r(espondetur): illud verum est, si possit haberi, sed quando non possunt haberi locum, habet remedium supradictum.

IIII. Questio.

Super quarta questione, qua queritur modus habendi processus et sententiam in publica forma, respondemus quod agens ad sententie annullationem sive sit rex sive
40 alius debet sententiam exhibere, C. de eden(do) l. I. et l. 'qui accusare'[18], si eam habet, alioquin si esset aliquis se nolens iuvare ex illa sententia et publice se iactaret

1255. k) tu. *add. ed.* l) *sequuntur lineae duae bis scriptae c.*

1) *c. 16 X de sent. et re iudic. (II, 27).* 2) *Cod. 6, 11, 2.* 3) *Cod. 8, 40, 28.* 4) *c. 14 X de privil. (V, 33).* 5) *Cod. 8, 48, 5.* 6) *Cod. 4, 21, 11.* 7) *c. 11 X de probat. (II, 19).* 8) *Cod.*
45 *7, 16, 20.* 9) *c. 12 X de fide instr. (II, 22).* 10) *Dig. 27, 1, 37.* 11) *Ineunte a. 1297, ut videtur; cf. Finke 'Acta Aragonensia' I, 31 sqq. nr. 23—25.* 12) *Dig. 43, 5, 1, 2 et 1 et 10.* 13) *Dig. 29, 3, 10, 2.* 14) *Dig. 17, 1, 62.* 15) *Dig. 26, 7, 57.* 16) *Cod. 4, 21, 15.* 17) *Cod. 7, 62, 19 et 15.* 18) *Cod. 2, 1, 1 et 4.*

aliqua iura vel bona ad se pertinere vel sibi quesita ex sententia supradicta, posset vocari et compelli eam exhibere, quod si non faceret, pronunciaretur contra ipsum, ut supra proximum, et si non esset aliquis, de quo notabiliter crederetur quod supradictum est, posset fieri vocatio generalis et similis fieri pronunciatio contra omnes, qui ius aliquod sibi vendicarent aut sibi competere vel competere posse dicerent ex sententia 5 supradicta, C. si adver(sus) credi(torem) auten(ticas) omnes [1] et de remi(ssione) pig(noris) l. 'si eo' [2], ff. ubi pupi(llus) edu(cari) de(beat) l. 'si' [3] et ex qui(bus) cau(sis) ma(iores) l. 'sed et si per pretorem' § II. et l. 'ergo' [4], Extra qui ma(trimonium) acu(sare) po(s-sunt) 'cum in tua' [5], C. ne de statu de(functorum) l. 'difamari' [6] et de accu(sationibus) 'si ea' [7]. Cum enim habet sententiam, multipliciter reprobetur et peccatum contineat 10 secundum proposita manifestum, moneri potuerunt, ut qui illam habent eam producant in lucem, Extra de offi(cio) or(dinarii) 'si sacerdos' [8]. Item si libellus famosus inveniatur vel inventus aut factus fore dicatur, cui merito talem sententiam comparamus, possunt moneri in generale qui sciunt, unde processit aut quis eum composuit, ut in medio prosiliant et dicant 'queritur'. Et hic poterit fieri monitio generalis et qui presentes 15 fuerunt in dicta sententia proferenda aut eam sciunt latam esse, prosiliant et veritatem dicant, quia expedit rei publice et presertim ecclesie talia esse nota, V. q. I. c. IIII et se(quentibus) [9], C. de famo(sis) li(bellis) l. unica [10] et ff. de iniuri(is) l. 'eum qui' [11], nec miretur aliquis, quia imperatoris sententiam libello famoso equipero, nam non equiperatur quoad delictum vel penam, sed quia sententia imperatoris nulla fore arguitur 20 et sic nullius iuris effectum preter facti infamiam quoad homines operatur, ut habeatur huius libelli seu scripture noticia, est cautela sequenda iurium predictorum, cum sit eadem ratio, C. ad l(egem) Fal(cidiam) l. fi(nali) [12], Extra de transla(tione) 'inter cor-(poralia)' [13].

Si vero essent aliqui, de quibus crederetur, quod de istis aliqua scirent, possent 25 specialiter ad hoc vocari et cogi, ut dicerent veritatem, ff. ad l. Acqui(liam) l. 'in l(ege) Aquilia si deletum' [14] et expresse Extra de testi(bus) co(gendis) c. 'pervenit' [15]. Agitur enim hic de iniuria ecclesie, in cuius messe falcem suam imposuit imperator, Extra de elec(tione) 'venerabilem' [16]. Quare testes tam in specie quam in genere veritatem dicere sunt cogendi et in illis, que tangunt ecclesiam seu eius iura et libertates, 30 ad talia potest procedi, Extra de testi(bus) 'significavit' [17] et de iureiu(rando) 'ad nostram' II [18]. Posset etiam notariis publicis imperiali vel papali auctoritate per idem edictum publice mandari et precipi per dominum papam sub perdendi officii et aliis penis, de quibus videretur, quod protocolla sua exhiberent et ostenderent, quia de dicta sententia publicanda vel in scriptis ponenda rogati fuerunt vel eam habent vel possunt 35 inde conficere publica instrumenta. Et idem intelligo de processu, C. de eden(do) 'is apud quem' [19] et ut li(te) pen(dente) l. II. [20], Auten. de tabelli(onibus) § I. collat. IIII. [21] et C. de li(berali) causa l. 'sicut' [22]. Nam sententia est de processu, ut dicto c. 'quoniam' [23] colligitur et no(ta) per Ho(stiensem), et processus communis est, quare debet communicari omnibus quorum interest, ff. de eden(do) l. 'quedam' [24], maxime illi, contra quem 40 sententia est lata, C. de appell(ationibus) l. 'a proconsulibus', et etiam superioribus, qui de illis cognoscunt, ut ibi et le(ge) 'ne causas' [25].

1) *Cod. 2, 37, 1 et 2.* 2) *Cod. 8, 25, 6.* 3) *Dig. 27, 2, 6.* 4) *Dig. 4, 6, 26, 2 et 22.* 5) *c. 6 X qui matrim. (IV, 18).* 6) *In Cod. 7, 21 lex non invenitur; videtur esse Cod. 7, 14, 5.* 7) *Videtur esse Cod. 9, 2, 7.* 8) *c. 2 X de offic. iud. ord. (I, 31).* 9) *c. 4 sqq. C. V qu. 1.* 45 10) *Cod. 9, 36, 1.* 11) *Dig. 47, 10, 18.* 12) *Cod. 6, 50, 19.* 13) *c. 2 X de translat. (I, 7).* 14) *Dig. 9, 2, 40.* 15) *c. 4 X de test. cog. (II, 21).* 16) *c. 34 X de elect. (I, 6).* 17) *c. 41 X de test. (II, 20).* 18) *c. 20 X de iureiur. (II, 24).* 19) *Cod. 2, 1, 2.* 20) *Cod. 1, 21, 2.* 21) *Auth. 45, 1.* 22) *Cod. 7, 16, 26.* 23) *c. 11 X de probat. (II, 19).* 24) *Dig. 2, 13, 9.* 25) *Cod. 7, 62, 19 et 15.*

Sed contra hoc videtur, quia in criminalibus non cogitur quis instrumenta exhibere, ff. de edendo 'ne quisquam'[l*, 1]. Respondemus: Verum est ut aliquis inde convincatur et condempnetur, vel illud locum habet in instrumentis, sed hic loquimur in actis cause, et sic solvitur, quod no(tat) Inno(centius) licet variando Extra de fi(de) instru(mentorum)[2]
5 c. I., s(cilicet) quod notarius ad instanciam illorum, qui ab initio non rogarunt, non cogitur facere instrumentum, quia illud verum est in contractibus inter certas personas habitis, ut est dictum, aliter ad postulationem illius cuius interest potest et debet conficere instrumentum super actis cause saltim ad instantiam partis in causa vel contra quem est lata sententia, ar(gumenta) ff. de eden(do) l. 'quedam' § fi(nali)[m, 3], Auten.
10 de tabell(ionibus) circa prin(cipium)[4], ff. de tabu(lis) ex(hibendis) l. 'locum' in prin(cipio)[5], de iure fi(sci) l. 'in fraudem' § 'quotiens' et no(ta) e(odem) ti(tulo) l. I. § 'divus'[6], et sic servatur ubicumque, sed contra hoc est dicta l(ex) 'in fraudem' § 'neque'[7], ubi contra fiscum arta non exhibe[n]tur et si exhibeantur in casibus, tamen contra fiscum uti non debent illi quibus exhibentur. Sed r(espondeo) quod hic exhiberi petit ille qui est
15 loco fisci, scilicet dominus papa, qui loco fisci succedit. Quare potest merito illa sibi petere assignari et tradi tamquam sua vel ad eum pertinencia, ff. de eden(do) l. 'quedam' § fi(nali)[3] et C. de eden(do) l. 'procur(ator)'[8]. L(ex) contraria[7] loquitur, quando tertius privatus petit sibi edi.

V. Questio.

20 Ad quintam questionem, qua queritur utrum propter[m*] donationes occultas factas forsan de bonis condempnati personis variis expediat, cum ignoretur, an facte fuerint et quibus, edictum proponere generale, ut compareat certa die quicumque sua putaverit interesse, respondemus expedire fieri vocationem generalem per edictum, si per viam sententie procedatur, ut est dictum supra[n].

25 Ubicumque enim ex processu vel sententia aliquis ledi potest, ad hoc ut sibi preiudicetur vocandus est vel in speciali, si sciatur et directe agatur contra ipsum, vel generaliter, si ignoretur. ff. de adopt(ionibus) le(ge) 'nam divus'[9] et de mino(ribus) l. 'in cause' § tercio[10] et de natali(bus) re(stituendis) l. ultima[11] et prece(dentibus), C. si per vim vel ali(o) mo(do) l. fi(nali)[12], C. de auc(toritate) prestan(da) l. fi(nali)[13], in Auten. ut
30 spon(salicia) lar(gitas) § 'ad hec' coll. IX.[14], Extra de offi(cio) archi(diaconi) c. 'ad hec'[15] et de ma(ioritate) et obe(dientia) c. 'humilis'[16], Extra de electo c. fi(nali) li. VI.[17] et no(tam) per Inno(centium) Extra de re iudi(cata) c. 'quamvis'[18]. Unde donatarii, qui ex sententia imperatoris et ex donationibus factis per eum de bonis regis Sicilie aliquid sibi vendica[n]t, expedit vocari ad hoc, ut si sententia nulla fuisse pronuncietur, preiudi-
35 cetur eis, ff. de collusi(one) detegen(da) l. 'cum non iusto' et se(quentibus)[19] et de re iudi(cata) l. 'sepe'[20], Extra eo(dem) 'quamvis'[18], LXXXI.[o] di. 'tantis Daniel'[p, 21], III. q. VI. 'hec quippe'[22], Extra de re iudi(cata) 'quamvis'[18] et no(tam) Ho(stiensis) in simili Extra de re(stitutione) spo(liatorum) c. 'conquerente'[23] et de scisma(ticis) c. I[24]. Aliter non preiudicaret aliis non vocatis et esset sententia semper revocanda vel nulla pro-
40 nuncianda sententia imperatoris prolata quodammodo sine fructu, quia controversiis non imponeret finem, ff. de mino(ribus) l. 'minor(ibus) XXV annis' ex(eunte) et l. 'de etate'[25]

1255. l*) quibuscumque *ed.* m) si *ed.* m*) papa *ed.* n) *sequitur* VI *delet. c.* o) LXXXIII *ed.* p) si mel. *ed.*

1) *Dig. 2, 13, 3.* 2) *c. 1 X de fide instr. (II, 22).* 3) *Dig. 2, 13, 9, 4.* 4) *Auth. 45 pr.*
45 5) *Dig. 43, 5, 3, 1.* 6) *Dig. 49, 14, 45, 7 et 1, 2.* 7) *Dig. 49, 14, 45, 5.* 8) *Cod. 2, 1, 7.* 9) *Dig. 1, 7, 39.* 10) *Dig. 4, 4, 16, 3.* 11) *Dig. 40, 11, 5.* 12) *Cod. 8, 5, 2.* 13) *Cod. 5, 59, 5.* 14) *Auth. 114, 6.* 15) *c. 7 X de off. archid. (I, 23).* 16) *c. 17 X de maior. (I, 33).* 17) *c. 47 in VI. de elect. (I, 6).* 18) *c. 25 X de sent. et re iud. (II, 27).* 19) *Dig. 40, 16, 3—5.* 20) *Dig. 42, 1, 63.* 21) *c. 3 Di. LXXXI.* 22) *c. 10 C. III qu. 6.* 23) *c. 7 X de restit. (II, 13).* 24) *c. 1*
50 *X de scismat. (V, 8).* 25) *Dig. 4, 4, 6 et 43.*

et ff. de re iudicata l. I[1]. Et dico hoc casu generalem citationem sufficere propter incertitudinem, nam tam valet generale in omnibus quantum speciale in singulis, ff. de admi(nistratione) tu(torum) l. 'si duo'[2], C. si ut mi(nor) ab here(ditate) se [abstineat] auten. 'si omnes'[3], C. de remissione pignoris l. 'si eo'[4], C. de fabri(censibus) l. 'si quis consortium' li. XI.[5] et in Auten. de colla(toribus) § 'eos' collat. IX.[6], Extra de proba(tionibus) 'licet'[7] et qui ma(trimonium) accu(sare) po(ssunt) 'cum in tua'[8] et de clam(destina) des(ponsatione) 'cum inhibicio'[9], immo iustior actus fore censetur, qui fit publice, ff. de ritu nup(tiarum) l. fi(nali)[10] et de admini(stratione) tu(torum) l. 'non existimo'[11] et de iure fis(ci) l. 'non intelligitur' in principio[12].

VI. Questio.

cf. nr. 1254, 1. Super VI. questione, qua queritur utrum citatio facta in loco, ubi communiter habitabant inimici notorii citati, longe absente ipso citato, ex hoc reddatur nulla et per consequens processus et sententia subsecuti,

VII. Questio.

cf. ibid. 2. Item super VII, qua queritur utrum si citatus notorie nequeat sine periculo grandi ad locum ad quem citatus est comparere, ex hoc possit sententia dici nulla,

VIII. Questio.

cf. ibid. 3. Item super VIII, qua queritur utrum si familiares citantis sint capitales inimici citati et sint potentes et multi, citatio sit nulla, ita quod necesse non fuerit comparere vel mittere excusatorem,

IX. Questio.

cf. ibid. 4. Item super IX, utrum si imperator capitalis inimicus fuerit regis tempore processus et sententie sententia sit nulla,

respondemus quod cum notorium fuerit ita esse, citatio nulla fuit nec artavit citatum et per consequens processus nullus fuit factus postea nec valuit sententia subsecuta, et hoc rationibus infrascriptis. Ad hoc enim ut citatio facta artet citatum, necessario requiritur, ut ad citati noticiam perveniat, ubi est presens et potest adiri, et si presens non sit nec latitet, debet sic fieri, ut ad citatum possit verisimiliter pervenire, ff. que sen(tentie) si(ne) appell(atione) rescin(dantur) l. I. § 'item cum ex edicto'[13], Auten. de litigi(osis) § 'si vero causam'[14]. Unde iura, que dant modum citandi absentem, dicunt, quod fiat per edictum publice propositum, quod multis patere et innotescere potest, vox vero preconis horrida paucis patet, vult etiam, quod fiat in loco, ubi[q] sunt amici et consanguinei vel affines citati et tales, de quibus verisimile sit, quod citato denuntient aut defendant seu excusent eundem, ff. ex qui(bus) cau(sis) ma(iores) l. 'ergo'[15] et ex qui(bus) [causis] in po(ssessionem)[r] e(atur) l. 'hec autem' § I.[16], Extra de do(lo) et contu(macia) 'causam que' et c. 'venerabilis'[17], vel fiat procuratori vel ad domum citati, ff. de damp(no) infec(to) l. IIII.[18] et quod vi aut clam l. 'aut qui aliter' § 'si forte'[19] et C. de ab(sentium) excusa(tione) l. penult(ima)[20] et § 'et quando' in auten(tica) 'qui semel'[21]. Si ergo citatio fiat aliter, non valebit, C. de iure fis(ci) l. 'certa forma'[22], ff. de cen(sibus) l.

1255. q) *corr. ex* in *delet. c.* r) in po(ssessionem) *corr. ex* impo. *c.*

1) *Dig. 42, 1, 1.* 2) *Dig. 26, 7, 51.* 3) *Cod. 2, 38; 'Auth. ex Novell. 119 cap. 6' notat Gothofredus.* 4) *Cod. 8, 25, 6.* 5) *Cod. 11, 10, 4.* 6) *Auth. 133, 10.* 7) *c. 9 X de probat. (II, 19).* 8) *c. 6 X qui matrim. (IV, 18).* 9) *c. 3 X de cland. desp. (IV, 3).* 10) *Dig. 23, 2, 68.* 11) *Dig. 26, 7, 54.* 12) *Dig. 49, 14, 3.* 13) *Dig. 49, 8, 1, 3.* 14) *Nov. 112, 3 pr.* 15) *Dig. 4, 6, 22.* 16) *Dig. 42, 4, 5, 1.* 17) *c. 3 et 10 X de dolo (II, 14).* 18) *Dig. 39, 2, 4.* 19) *Dig. 43, 24, 5, 2.* 20) *Videtur esse Cod. 7, 43, 8.* 21) *'Auth. ex Novell. 112 cap. 3' notat ibi Gothofredus.* 22) *Cod. 10, 1, 4.*

'forma'[1]. Nam citatus aliter ignorare presumitur nec artatur, ff. de decre(tis) ab or(dine) fa(ciendis) l. fi(nali)[2] et de insti(toria) ac(tione) l. 'sed et si pupillus' § 'proscribere'[3], C. de tabula(riis) l. 'generali'[4] li. X. Quid ergo si fiat citatio inter inimicos, de quibus non est verisimile, quod citatum defendant vel excusent, sed offendant, nec sibi notificent, sed occultent, ut contra eum quasi contumacem procedatur, quibus etiam publicare citationem[r*] est periculosum citato, ne forte insidias sibi parent, ar(gumentum) C. quando et § l. unica li. X[5]. Quis sane mentis duceret citationem talem tenere presertim citato in loco longe remoto existente? Certe nullus, quia racio naturalis contrarium dictat et citationi tali obviat forma iuris, ut in iuribus allegatur, et ideo nulla est censenda citatio talis et pro non facta habetur, et quia non apparere citatio censetur et viciose facta, ff. de contrahen(da) emp(tione) l. 'in lege'[6] et qui satisdare co(gantur) l. 'quociens'[7]. Ad hoc etiam facit quod dictum est, quia citatus erat in loco longe remoto, quod magis exegerat negocium, quia non est verisimile citationem talem ad citatum, prout de iure requiritur, pervenisse, LXIII. di. 'cum longe'[8] et ar(gumentum) ff. qui et a quibus l. 'in fraudem'[9]. Preterea cum iura tradant modum citandi absentem qui non latitat, scilicet ut citetur ad locum domicilii vel personaliter, si potest adiri, vel facere debet iudex eum requiri per iudicem, in cuius territorio domicilium habet vel moratur, ff. ex quibus cau(sis) in po(ssessionem) ea(tur) l. 'Fulcinius'[10] et de damp(no) in(fecto) l. IIII.[11], Extra de do(lo) et contu(macia) 'causam'[12] et de eo qui mit(titur) in po(ssessionem) 'si adversarius'[13] et ibi no(tam) Inno(centii) et ali(orum) doc(torum). Et [cum] hic forma illa servata non fuerit, non valebit, ut dictum est supra.

Item debet locus esse tutus, ad quem fit citatio et partibus acomodatus, non periculosus. Nam excusatur honeste qui non potest ad iudicem venire secure, ff. si quis cau(tionibus) l. II.[14] circa fi(nem), cum dictus facit presentiam suam periculosam, et de iudi(ciis) l. 'si locus'[15], Extra de appell(ationibus) 'ex parte'[16] et de testi(bus) c. 'cum olim'[17] et de confi(rmatione) u(tili) vel [inutili 'cum] dilecta'[18]. Nullus autem locus potest magis esse periculosus quam ille, in quo sunt et inhabitant ac dominantur inimici capitales citati, Extra ut li(te) non con(testata) c. 'accedens' II.[19] et de sen(tentia) ex(communicationis) c. 'de cetero' et c. 'quamvis'[20]. Preterea preceptum iudicis supra impossibili nullius est momenti, sive sit impossibile iuris sive facti, ff. que sen(tentie) si(ne) appell(atione) rescin(dantur) l. fi(nali)[21]. Sed istud preceptum impossibile fuit, scilicet ad talem locum venire, quare etc. Nam inimicicia capitalis impotentie equiparatur, ut dicto c. 'quamvis'[20], et cuius fame parcendum est, multo forcius eius vite, ff. de adul(teriis) l. 'si adulterium cum incestu' § penult(imo)[22]. Quis enim inimicus iusticia et ratione naturali attenta petere posset a quocumque, etiam sibi subdito sine rubore, quod coram eo compareret, ipsius insuper presentibus multis et potentibus inimicis. Certe hoc refugeret et horreret ratio et equitas naturalis nec permitteret conditio fragilitatis humane. Hoc igitur exigi non potest nec sequi potest ex eo, si non pareatur, pena vel preiudicialis effectus de iure, ff. de usu (fructu) l. III. § fi(nali)[23]. Item si arbiter vel iudex me vocaret ad locum inhonestum, puta popinam vel lupanar, in quo non possem sine indecentia comparere, talis citatio non valeret nec sententia ibi lata contra me absentem, ff. de arbi(tris) 'si cum dies' § 'si in aliquem'[24]. Igitur multo forcius non debet valere citatio nec sententia facta vel lata ad locum et in loco, in quo

1255. r*) citatum *ed.*

1) *Dig. 50, 15, 4.* 2) *Dig. 50, 9, 6.* 3) *Dig. 14, 3, 11, 3.* 4) *Cod. 10, 71, 3.* 5) *Locus corruptus. Videtur esse Cod. 10, 35.* 6) *Dig. 18, 1, 77.* 7) *Dig. 2, 8, 6.* 8) *c. 25 Di. LXIII.* 9) *Dig. 40, 9 plures.* 10) *Dig. 42, 4, 7.* 11) *Dig. 39, 2, 4.* 12) *c. 3 X de dolo (II, 14).* 13) *c. 4 X de eo qui mittitur (II, 15).* 14) *Dig. 2, 11, 2, 9.* 15) *Dig. 5, 1, 59.* 16) *c. 47 X de appell. (II, 28).* 17) *c. 34 X de test. (II, 20).* 18) *c. 4 X de confirm. (II, 30).* 19) *c. 4 X ut lite non contest. (II, 6).* 20) *c. 11 et 58 X de sent. excomm. (V, 39).* 21) *Dig. 49, 8, 3.* 22) *Dig. 48, 5, 39, 9.* 23) *Dig. 7, 1, 3, 3.* 24) *Dig. 4, 8, 5 et 11.*

sine persone periculo non poteram comparere, quia maius est periculum vite quam fame vel indecentie, ff. quod me(tus) cau(sa) l. III.[1] et l. 'nec metum'[2] et l. se(quenti) § 'metum'[3]. Talis quidem scilicet inimicicia non tantum habet cause periculum, sed persone. Insuper inimicicie capitales familiarium iudicis merito faciunt et reddunt locum suspectum et periculosum, sicut enim odiosus et inimicus domino toti eius familie presumitur odiosus, sic econtra C. si quacunque pre(ditus) po(testate) l. unica[4], Extra ut li(te) non con(testata) c. 'accedens'[5]. Unde dominus propter familiam est suspectus, ff. de offi(cio) presi(dis) l. 'senatus' § ultimo[6] et de iurisdict(ione) omni(um) iu(dicum) l. 'eum'[7] et facit Extra de offi(cio) iu(dicis) deleg(ati) 'ex insinuat(ione)'[8] cum no(ta) ibi per Innoc(entium). Rursus non refert, undecumque immineat periculum sive metus, dum tamen vere immineat, ff. quod metus cau(sa) l. 'metum' § 'in hac'[9] et C. eo(dem) 'non interest'[10] et ff. si quis cau(tionibus) l. II[11].

Item inimicitia iudicis maxime sic potentis a veniendo citatum excusat, ff. de lib(erali) cau(sa) 'si pariter'[12], quia sua presentia periculum facit, ff. si quis cau(tionibus) l. II. circa finem[13]. Unde excusatur citatus propter eam, III. q. IX. 'hortamur' et c. 'accusatori'[14] et [q. V.] c. 'quia suspecti'[15], ff. de dona(tionibus) cau(sa) mor(tis) l. III[16]. Unde cum ista fuerint notoria, non fuit neccesse regem venire nec mittere excusatorem, nam nuntio excusatori eque periculum imminebat. Notorium est enim quod eius nuntii capiebantur ubicumque in terra imperii. Nec fuit etiam opus, cum esset notorium, excusatorem vel recusationem proponere vel probare, quia notoria propositione vel probatione non egent, sicut iura dicunt, quod venditor debet exprimere vicia servi vel animalis morbosi, ea tamen que patent et notoria sunt exprimere non oportet, quia plus operatur evidentia quam expressio verbi, ff. de contrahen(da) emp(tione) 'ea que'[17] et de edi(licio) edi(cto) l. I. § I. et l. 'si tamen' § II.[18] et de ac(tionibus) emp(ti) 'emptorem' in principio[19] et C. qui et adver(sus) quos l. I.[20] cum glo(sa) et de appell(ationibus) l. 'cives'[21] et de accusa(tionibus) 'ea quidem'[22], II. q. I. 'de manifesta' et c. 'manifesta'[23], Extra ut li(te) non con(testata) c. II.[24] et de accu(sationibus) 'evidentia'[25] et no(tam) Inno(centii) Extra de dila(tionibus) c. 'preterea'[26] et de sig(nificatione) c. 'ex parte'[27].

Item certum est de iure canonico, quod iudex ordinarius potest sic[ut] delegatus recusari et eo recusato iudex esse desinit recusa[n]tis, unde lata per eum sententia postmodum non valeret, Extra de appell(ationibus) 'cum speciali'[28] cum no(ta) ibidem. Cum autem notoria est recusationis causa, habetur pro proposita et probata, ergo non est iudex competens illius, cuius est notorius inimicus, nec valet sententia lata contra ipsum, ut fuit in proposito, ut dicto c. 'accedens' I[5]. Unde no(tat) Hugu(tio) et textus invit.[s] III. q. V. 'quia[s*] suspecti'[15], quod postea recusatio seu exceptio inite suspitionis propter inimicitiam desinit esse iudex, sicut dicitur ibidem de sancto Iohanne Crisostomo, qui vocatus a concilio, ubi erant iidem inimici et iudices, noluit venire nec fuit neccesse excusationem mittere, et idem legitur de Astanasio[t] sancto viro, in quibus non valuit sententia, quia iudices inimici erant et notorium erat. Preterea sicut non poterat rex ad causam agendam comparere secure, ita nec recusationem proponere. Unde cum

1255. s) *ita ed.* s*) quare *ed.* t) *sic c.*

1) *Dig. 4, 2, 3.* 2) *Videtur esse Dig. 4, 2, 7 'nec timorem'.* 3) *Dig. 4, 2, 9 pr.* 4) *Cod. 5, 7, 1.* 5) *c. 2 X ut lite non contest. (II, 6).* 6) *Dig. 1, 18, 16.* 7) *Dig. 2, 1, 13.* 8) *In X de off. iud. deleg. (1, 29) non invenitur.* 9) *Dig. 4, 2, 9. Paragraphum non inveni.* 10) *Cod. 2, 19, 5.* 11) *Dig. 2, 11, 2.* 12) *Dig. 40, 12, 9.* 13) *Dig. 2, 11, 2, 9.* 14) *c. 20 et 1 C. III qu. 9.* 15) *c. 15 C. III qu. 5.* 16) *Dig. 39, 6, 3.* 17) *Dig. 18, 1, 43.* 18) *Dig. 21, 1, 1, 1 et 48, 2.* 19) *Dig. 19, 1, 11, 12.* 20) *Cod. 2, 42, 1.* 21) *Cod. 7, 62, 11.* 22) *Cod. 9, 2, 7.* 23) *c. 17 et 15 C. II qu. 1.* 24) *c. 2 X ut lite non contest. (II, 6).* 25) *c. 9 X de accusat. (V, 1).* 26) *c. 2 X de dilat. (II, 8).* 27) *c. 23 X de verb. signif. (V, 40).* 28) *c. 61 X de appellat. (II, 28).*

esset eadem ratio in utroque, eadem iuris equitas esse debet, cum notorium esset utrumque. Nec obstat si opponatur, quod ordinarius non potest recusari nec desinit esse iudex propter recusationem, sed aiungitur sibi episcopus. Respondeo: Imo, sed Mar(chionem) et suos secaces bene recusari potest, et de iure canonico certum[t*] est quod recusatur.
5 Glo(sa)et hoc tenet, ubi sunt inimicitie graves, quod naturalis est ratio nolle sub inimico iudice litigare, C. de iudi(ciis) 'appertissimi'[1], ff. de lib(erali) causa 'si pariter'[2], ar(gumentum) C. de testi(bus) auten. 'si [quis] testi[bu]s'[3]. Et hec etiam recusatio sive suspitio in notoriis locum habet, natura quod gratius et amabilius dare quis inimico potest, quando si quis ei ad impetendum commiserit, quem ledere noluit. Igitur iudices
10 suspecti et inimici non debent esse, ut dicto c. 'quia suspecti'[4], et ubi talis inimicitia et periculum sunt notoria, habentur pro propositis, ut est dictum.

Non obstat quod timor iudicis est iustus, quando reus eum timet, quia vult eum punire, quia hic loquimur de alio timore propter inimicitias aliunde contractas, ff. quod me(tus) cau(sa) l. III. § I[5].

15 Non obstat quod no(tat) Inno(centius) dicto c. 'cum speciali'[6] in fi(ne), quod tenet processus iudicis recusati, nisi appellatur, quia verum est, nisi sit notoria suspicio maxime inimicitie, nec etiam hoc dicit, sed dicit quod non recolit se legisse, quia forte non recordabatur de dicto c(apitulo) et glosa 'quia suspecti'[4] et II. q. VI. c. 'quociens'[7], ubi no(tat) Ho(stiensis), ut no(tat) alias in simili Extra de cogna(tione) spi(rituali)[8] c. I.
20 Igitur lata sententia contra non citatum legitime qui non potest contumax reputari, nullius est momenti, C. quo(modo) et quando in l. 'ea que'[9] et ff. de re iudi(cata) 'de unoquoque'[10], nec hic poterat tute proponi recusatio coram ipso.

Item contra absentem, etiam citatum in casibus criminalibus, que penam relegatione maiorem exposcunt, diffinitiva sententia ferri non potest de iure, ff. de penis l. 'absen-
25 tem'[11], C. de accu(sationibus) l. 'absentem'[12]. Quomodo igitur capitalis sententia ferri non potuit contra regem non citatum, dicimus quod nullo modo de iure non citatum, quippe cum dicimus propter illa que dicta sunt supra, quia sicut ex illis apparet, non potuit ex citatione tali contumax reputari, queritur et cetera. Habet enim citatio modum suum ad effectum et finem certum ordinatum, effectum quidem et finem habet,
30 ut in citati noticiam perveniat, ut sibi sua defensio non negetur, sed concedetur, C. de iure fi(sci) l. 'deffensionis facultas'[13], ff. de requi(rendis) re(is) l. I[14].

Modum etiam habet ad hoc ordinatum, ut sic fiat, quod in noticiam citati perveniat vere vel presumptive, et ideo inventi sunt modi citandi diversi ad finem et effectum, ut citatus scire possit verisimiliter se citatum et possit suas deffensiones habere, ut
35 patet ex predictis. Unde si citatio fiat taliter, quod citatus nesciat vel verisimiliter scire non possit, cum per consequens sibi deffensio subtrahatur, citatio talis contra rationem naturalem et divinam et humana iura non valet nec lata sententia virtute ipsius. Nam prohibens vel impediens iter ad rem de qua agitur ipsam rem prohibere vel impedire seu subtrahere eo ipso videtur, ff. de iti(nere) actuque priva(to) l. 'veteres'[15]
40 et quod vi aut clam l. II(I). § fi(nali) et l. 'aut qui aliter' § 'si quis se' et § sequentibus[16] et de vi et de vi ar(mata) l. III. § 'si quis autem'[17] et si quis aliquem testa(ri) prohi(buerit) l. I. [§] I.[u] et l. II. in princi(pio)[18]. Et ideo citatio facta per predictum modum et in locis promissis, cum debitum non operetur effectum, nullius est momenti

1255. t*) *corr. ex* cautū *c.* u) *sequitur* Respondeo *ed.*

45 1) *Cod. 3, 1, 16.* 2) *Dig. 40, 12, 9.* 3) *Cod. 4, 20, 17.* 4) *c. 15 C. III qu. 5.* 5) *Dig. 4, 2, 3, 1.* 6) *c. 61 X de appellat. (II, 28).* 7) *c. 16 C. II qu. 6.* 8) *c. 1 X de cognat. spirit. (IV, 11).* 9) *Cod. 7, 43, 7.* 10) *Dig. 42, 1, 47.* 11) *Dig. 48, 19, 5.* 12) *Cod. 9, 2, 6.* 13) *Cod. 10, 1, 7.* 14) *Dig. 48, 17, 1.* 15) *Dig. 43, 19, 4.* 16) *Dig. 43, 24, 3, 8 et 5, 1 sqq.* 17) *Dig. 43, 16, 3, 6.* 18) *Dig. 29, 6, 1, 1 et 2 pr.*

nec valet sententia subsequta, C. de legi(bus) l. 'non dubium'[1], quia non sufficit factum, nisi debitus modus et rei necessitas observetur, Extra de resti(tutione) spo(liatorum) c. 'Pisanis'[2].

Nec obstat si dicatur, quod imperator legibus est solutus et ideo obmissa citatione legitima ad diffinitivam, maxime in crimine lese maiestatis, potuit secundum legem suam quam super hoc edidit[2*] procedere. Dicimus enim quod defensio et per consequens citatio est de iure naturali, non solum de iure civili, ff. de iusti(tia) et iu(re) l. 'ut vim'[3]. Naturalis enim[v] ratio dictat, ut ille qui deffertur ad iudicem, deffensiones suas habeat et admittatur ad eas et ad hunc effectum fieri debet citatio, ne inauditus et indefensus aliquis iudicetur, in Insti. de pe(na) te(mere) li(tigantium) § fi(nali)[4], ff. de excu(satione) mun(erum)[w] l. I.[5] et de re mili(tari) l. III. § 'si ad diem'[6], neque enim inaudita causa quemquam dampnari equitas[x] non patitur. Si autem gravius quis puniatur, puta in opere metalli vel similem penam sive capitalem, non est irroganda in absentem pena, ff. de requi(rendis) reis l. I.[7] et alibi scribitur: 'inaudita parte nichil possumus diffinire', Extra de causa pos(sessionis) [et] propri(etatis) c. I.[8], II. q. I. c. I.[9], ff. ad l(egem) Cor(neliam) de sicca(riis) l. 'inauditum'[10]. Alias non esset differentia inter nocentes et innocentes, sed posset princeps pro voluntate condempnare quem vellet et esset penes eum potestas in subditis vite et necis nec esset regia nec civilis, sed tirannica potestas in eo contra rationem naturalem, que nedum hominibus, sed etiam brutis defensionem adversus periculum concedit, ff. ad l(egem) Aqui(liam) l. 'itaque'[11] et si quadrupes pau(periem) fe(cisse) di(citur) l. I. § 'cum arietes'[12], C. ad l(egem) Cor(neliam) de sic(cariis) l. 'si quis'[13] et unde vi l. I[14].

Hinc enim defensioni corporali adversus corporalem molestiam permissa defensioni iudiciali adversus iudicis vel adversarii oppressionem et calumpniam potest merito comparari et equali debet ratione permitti, C. de advo(catis) diver(sorum) iudi(ciorum) l. 'advocati' et ti(tulo) se(quenti) l. 'laudabile'[15], et sufficit in talibus iusta causa timoris et si non sequitur effectus, ff. de do(nationibus) causa mor(tis) l. 'Fulcinius'[16] et de usucapio(nibus) l. 'non solum' § 'si dominus'[17]. Erit etiam contra iura divina philosophica et humana, ff. de hiis qui sunt sui vel ali(eni) iu(ris) l. I. § fi(nali) et l. se(quenti)[18], XI. q. III. 'imper(atores)[19], II. q. I. 'inprimis'[20]. Ad hoc enim fit citatio, ut iudex veritatem examinet et recte iudicare possit deffensionibus rei auditis et ab eo presente queratur ratio, aliter non posset examinari negocium vel recte sententia ferri, ff. de iusti(tia) et iu(re) l. I.[21] et de pe(nis) l. 'absentem'[22], III. q. IX. c. 'absens'[23], II. q. I. 'in primis'[20], III. q. IX. 're vera'[24], XI. q. III. c. 'grave' et c. se(quenti)[25], XXX. q. I. c. 'hiis ita'[26], XI. q. III. c. 'eorum'[27]. Hoc autem, scilicet cognitio plena iudicis et deffensio reo naturali et divino iure permissa non fieret, si citatio obmitteretur et posset obmitti. Hoc etiam divino probatur exemplo, ut patet in Genesi de Adam, Caym et Sodomitis, quos requisivit et vocavit Dominus, antequam sententiam ferret in eos, ut sciret eis presentibus, si res sic se habebat, et excusationes si quas haberent audiret, licet omnia essent sibi notoria sicut Deo, II. q. I. 'inprimis'[20] et c. 'Deus omnipotens'[28], Extra de accu(sationibus) c. 'qualiter'[29]. In notoriis etiam est citatio facienda ratione naturali, cum multe possint esse deffensiones pro reo, que iudici latent, ut patet in

1255. v) ei *ed.* w) numm. *ed.* x) equitatis *ed.*

1) *Cod. 1, 14, 5.* 2) *c. 19 X de restit. (II, 13).* 2*) *Supra nr. 929.* 3) *Dig. 1, 1, 3.* 4) *Inst. 4, 16, 3.* 5) *Dig. 50, 5, 1.* 6) *Dig. 49, 16, 3, 7.* 7) *Dig. 48, 17, 1.* 8) *c. 1 X de causa poss. (II, 12).* 9) *c. 1 C. II qu. 1.* 10) *Dig. 48, 8, 2.* 11) *Dig. 9, 2, 4.* 12) *Dig. 9, 1, 11.* 13) *Cod. 9, 16, 5.* 14) *Cod. 8, 4, 1.* 15) *Cod. 2, 7, 14 et 23.* 16) *Dig. 39, 6, 43.* 17) *Dig. 41, 3, 33, 2.* 18) *Dig. 1, 6, 1, 2 et 2.* 19) *c. 98 C. XI qu. 3.* 20) *c. 7 C. II qu. 1.* 21) *Dig. 1, 1, 1.* 22) *Dig. 48, 19, 5.* 23) *c. 13 C. III qu. 9.* 24) *c. 12 C. III qu. 9.* 25) *c. 74 sq. C. XI qu. 3.* 26) *c. 10 C. XXX qu. 1.* 27) *c. 76 C. XI qu. 3.* 28) *c. 20 C. II qu. 1.* 29) *c. 17 X de accus. (V, 1).*

exemplis et iuribus supradictis, Extra de iureiu(rando) 'ad nostram'[1]. Nec obstat si de contumace citato opponatur, quod ille propter culpam suam et dolum pro presente habetur, Auten. ut omnes obe(diant) iudi(cibus) provin(ciarum) § 'si vero neque'[2], C. ubi de crimi(nibus) agi opor(teat) aut(en). 'qua in provincia'[3], et per eum facit quo-
5 minus defensio sibi detur. Dominus etiam, qui proponit vassallum suum propter culpam a feudo cecidisse vel cadere debere, eum citare debet legitime, ut in Li. Feu. de mi(lite) va(sallo) qui contumax est l. unica[4], ar(gumentum) C. de iure fisci l. 'defensionis facultas'[5].

Imperator igitur, qui est lex animata civilis in terris et vigor iusticie sive iuris
10 esse dicitur, C. de iure fis(ci) l. 'prohibitum' in fi(ne)[6], Auten. de consu(libus)[y] § fi(nali) collat. III[I].[7], iura talia tollere vel mutare non potest, ff. de capite dimi(nutis) l. 'eas'[8] et Insti. de legi(tima) ag(natorum) suc(cessione) § fi(nali)[9]. Unde ipse imperator a tali lege non est solutus, Insti. de iure na(turali), gen(tium) et ci(vili) § 'sed naturalia'[10]. Licet modum citandi mutare possit, sic tamen eum citare oportet, ut in citati noticiam
15 veniat vel venire verisimiliter presumatur, aliter ipsam citationem tolleret in effectu, ff. quod vi aut clam l. [I.] § 'si quis'[11].

Non obstat etiam lex, quam imperator predictus edidit, que incipit 'Ad reprimenda'[12], quod in talibus procedi possit etiam contra absentem, quia non includit regiam dignitatem, que non cadit sub clausula generali tanquam excellens, Extra de resc(riptis) c.
20 'sedes'[13] et de ma(ioritate) et obe(dientia) c. 'solite'[14]. Item ad non subditos extendi non potest. Cum ergo rex non esset quoad talia sibi subditus, non extenditur ad eum, C. de sum(ma) tri(nitate) l. I[15]. Item lex illa requirit citationem legitimam, que hic non processit, ut ex premissis apparet, nec ipse illam tollere potuit, ut est dictum[y*].

Preterea advertendum est, quod esto sine preiudicio, quod imperator citationem
25 huius obmittere potuisset, ipse tamen per citationem voluit in negocio isto procedere et in hac causa fuit sua intentio servato iuris ordine procedere, ut in sententia eiusdem apparet, debuit igitur illa servare, que in citatione legitima requiruntur, quod non fecit, ut in superioribus est probatum ex ore suo. Igitur ut viam, quam ipse elegit, sequamur, patet quod citatione non valente, non valebit processus, ar(gumentum) ff. de tribu(toria)
30 [actione] l. 'quod in herede' § 'eligere'[16], C. de codi(cillis) l. 'nec codicillos'[z. 17] et quod no(tatur) per Ho(stiensem) Extra de prescrip(tionibus) c. 'cum ex officii'[18].

Ex hiis igitur patet nullam fuisse sententiam, quod citatio legitima non processit, nec ille contra quem fuit lata sententia potuit contumax reputari, C. quomodo et quando iu(dex) l. 'cessante' et l. 'ea que'[19]. Debet etiam dici nulla ex alio capite, quia in
35 subditum ecclesie et non suum, in suo territorio non inventum nec sibi per suum iudicem remissum lata fuit et sic non fuit a competenti iudice promulgata, C. si a non com(petenti) iu(dice) l. I. et II.[20] et ad l. Fa(biam) de pla(giariis) l. 'non valet'[21].

X. Questio.

Super decima questione, qua queritur utrum edictum citatorium in dicta causa cf. nr. 1254, 5.
40 publice propositum apprehendat regem, qui citationis tempore erat extra districtum

1255. y) const. *ed.* y*) III. *add. ed.* z) non codicillum *ed.*

1) *c. 21 X de iureiur. (II, 24).* 2) *Auth. 73, 3.* 3) *Cod. 3, 15, ad 2. 'Auth. ex Novell. 69 cap. 1' notat ibi Gothofredus.* 4) *Cons. Feud. II, 22.* 5) *Cod. 10, 1, 7.* 6) *Cod. 10, 1, 5, 2.* 7) *Auth. 34, 4.* 8) *Dig. 4, 5, 8.* 9) *Inst. 3, 2, 8.* 10) *Inst. 1, 2, 11.* 11) *Dig. 43, 24, 1, 10.*
45 12) *Supra nr. 929.* 13) *c. 15 X de rescript. (I, 3).* 14) *c. 6 X de maior. (I, 33).* 15) *Cod. 1, 1, 1.* 16) *Dig. 14, 4, 9, 1.* 17) *Cod. 6, 36, 5.* 18) *c. 16 X de praescript. (II, 26).* 19) *Cod. 7, 43, 2 et 7.* 20) *Cod. 7, 48, 1 et 2.* 21) *Cod. 9, 20, 4.*

citantis[a] nec infra eius districtum domicilium obtinebat, respondemus, quod regem non apprehendit huius edictum quoad iuris effectum nec artavit eum citatio talis, quia edictum iudicis suum non extendit effectum extra suum territorium et fines iuridictionis sue nec arctat illos, qui extra territorium eius consistant, ff. de iur(isdictione)[b] omni(um) iu(dicum) l. ultima[1] et de rebus auc(toritate) iu(dicis) possi(dendis) l. 'cum unus' § fi(nali)[2], C. de appari(toribus) procon(sulis) et le(gati) l. ultima li. XII.[3] et Extra de consti(tutionibus) c. 'ut animarum' li. VI.[4] et notari consuevit de sententia exco(mmunicationis) c. 'a nobis'[5] et de fo(ro) com(petenti) c. 'Romana' § 'contrahentes' li. VI.[6] et de eo qui mit(titur) in pos(sessionem) causa re(i) s(ervande)[c] c. fi(nali)[7]. Ad hoc prestat efficax argumentum Auten. de man(datis) prin(cipum) § 'mox autem'[8] et fere totus liber Auten(ticarum) circa fi(nem) cuiuslibet ti(tuli), ubi ut homines constitutionibus astringantur, non solum in urbe et loco, in quo imperator degebat, volebat et precipiebat imperator eas publicari, sed in singulis provinciis per edicta, ut qui in provinciis habitabant, eas scirent, XVI. di. 'quod dicitis'[9], LXXXII. di. 'proposuisti'[10]. Ut enim aliquis vere vel ficte contumax dici possit, necesse est citationem in citati noticiam pervenire, unde per litteras requiri debet absens ab illo in cuius territorio commoratur vel ipse requiri debet, ubi se exhibet per illum qui potest eum remittere, ff. de requi(rendis) re(is) l. I. § I[11].

Item citatio est interlocutoria sententia, ff. de arbi(tris) l. 'qualem' § fi(nali)[12] et [C.] de epi(scopis) et cle(ricis) l. 'omnes' § 'preterea'[13]. Interlocutoria non unius iudicis non potest per eum sortiri effectum in territorio alieno, ymo oportet quod per iudicem illius territorii ad requisitionem pronunciantis effectum mancipetur, ut in dicta l. 'cum unus'[2] et aliis iuribus superius allegatis et de re iu(dicata) l. 'a divo'[d] § I.[14], ff. de requi(rendis) re(is) l. I.[11], Auten. ut nulli iudi(cum) § 'si quis vero'[e.15], nec potest plus arctare citatio proposita per edictum, quam specialis facta persone. Que[m] specialis non arctat facta per eum extra suum territorium, multo minus per edictum citatio facta artabit, quia vox preconis paucis innotescit, C. quo(modo) et quando iu(dex) in auten. 'qui semel'[16].

XI. Questio.

cf. nr. 1254, 6.

Super questione XI, qua queritur utrum rex vassallus pro certis rebus imperii, non habens infra districtum imperialem domicilium, potuerit committere crimen lese maiestatis contra imperatorem, de felonia enim non est dubium quin eam committere posset, respondemus quod secundum proposita non commisit nec committere potuit rex crimen lese maiestatis. Attendendum est enim quod ideo crimen lese maiestatis dicitur, quia maiestatem illius, quem quis venerari et revereri habet ut suum maiorem principem, offendit, scilicet principem et ad similitudinem divine maiestatis dicta est terena imperialis, ar(gumentum) C. de here(ticis) aut(en). 'Gasaros'[17], Extra eo(dem) c. 'vergentis'[18]. Quicumque igitur imperatori subditus machinatur in mortem ipsius vel aliquid committit in eum de hiis, que continentur sub crimine lese maiestatis, que habentur ff. et C. de ca(sibus) le(se) ma(iestatis)[19], incidit in crimen et penas illius iuxta traditionem l(egum) sub illo titulo positarum. Illi autem qui subditi non sunt imperio nec recognoscunt imperatorem superiorem, non incidunt in hanc penam, quia illum, cuius est maiestas,

1255. a) citationis *ed.* b) iure. *ed.* c) scilicet *ed.* d) damno *ed.* e) non *ed.*

1) *Dig. 2, 1, 20.* 2) *Dig. 42, 5, 12, 2.* 3) *Cod. 12, 55, 3.* 4) *c. 2 in VI. de constit. (I, 2).* 5) *c. 21 X de sent. excomm. (V, 39).* 6) *c. 1 § 3 in VI de foro comp. (II, 2).* 7) *c. 4 X de eo qui mittitur (II, 15).* 8) *Auth. 17, 16.* 9) *c. 14 Di. XVI.* 10) *c. 2 Di. LXXXII.* 11) *Dig. 48, 17, 1, 1.* 12) *Dig. 4, 8, 19, 2.* 13) *Cod. 1, 3, 32, 6.* 14) *Dig. 42, 1, 15, 1.* 15) *Auth. 127, 12.* 16) *Cod. 7, 43, ad 8. 'Auth. ex Novell. 112 cap. 3' notat Gothofredus.* 17) *Cod. 1, 5, ad 19. Cf. supra tom. II nr. 85 cap. 6.* 18) *c. 10 X de haeret. (V, 7).* 19) *Cf. Dig. 48, 4; Cod. 9, 8.*

pro principe non habent quoad se nec maiestatem eius sibi preesse cognoscunt, ut maiestas dicitur quasi maior potestas, illius scilicet qui committit in eum, cuius respecta debet esse potestas, et hic imperator potestatem non habet in regem, ff. de ver(borum) sig(nificatione) l. 'potestatis'[1]. Ergo etc. Unde l(eges) commissa crimina in principem
5 vel rem publicam per hostes nec crimina dicunt in eis nec penas imponunt, licet in subditis imperii, qui cum eis machinantur, appellent crimen lese maiestatis et penas illis imponant. Essent enim l(eges) ludibrio, que hostibus vel aliis non subditis penas imponerent vel maiestatem principis offendere indicarent. Unde cum sint multi non subditi Ro(mano) imperio, sicut canones dicunt et videmus de facto, Extra de iudi(ciis) 'novit'[2]
10 et qui fi(lii) sunt le(gitimi) 'per ven(erabilem)'[3] et de privile(giis) 'super specula'[4] et l. 'iuravit'[5], cum dicit 'si imperialis maiestas causa[m] cognit(ionaliter)'[f] et 'omnes iudices, qui sub imperio nostro sunt' etc., C. de legi(bus) l. fi(nali)[6] et de sum(ma) tri(nitate) l. I.[7], et ibi consuevit nominari, de quibus est rex Robertus, non astringitur imperatori ad reverentiam nisi tantum quantum feudi natura requirit, et si agatur de
15 crimine extra feudum commisso, ut in proposito, non videtur quod imperator super hoc habeat iudicare, sed per illum habet iudicari rex, cui subest ratione domicilii et persone, scilicet[f*] per ecclesiam, in cuius terris nulla competit imperii iuridicio vel potestas. Nec etiam quando agitur de commissione feudi, dominus cuius causa agitur habet iudicare, sed pares, ut in Li. Feu. de prohi(bita) fe(udi) ali(enatione) per Fre(dericum) l. 'imperialem'
20 § 'si inter duos'[8]. L(ex) enim feodalis non dat imperium vel iuridicionem in vassallum, nisi quantum feodi natura inducit. Unde quia rex in imperio non habebat nec habet domicilium nec ei suberat nec subest ratione persone, non potest dici proprie subditus quoad personam, quia sola possessio non facit domicilium, ff. ad munici(palem) l. 'libertus' § 'sola ratio' et § 'sola possessio'[9] et C. de incolis l. 'cum neque' lib. X[10]. Sed respectu
25 feodi et rerum subditus est, si quod patet, et quia dimittendo bona feodalia ab oneribus et muneribus imperii, fit immunis presertim ante prestitam fidelitatem et iuramentum et in casu presenti, ff. de usufru(ctu) l. 'cum fructuarius' et l. 'si absente'[11] et de edili(cio) edic(to) l. 'quodsi nolit' in prin(cipio)[12] et de rei ven(dicatione) l. fi(nali)[13] et ne quid in lo(co) pu(blico) fi(at) l. I[I]. § 'hoc interdictum'[g] cum se(quentibus)[h,14],
30 Extra de novi oper(is) nunci(atione) c. I.[15] et de fo(ro) compe(tenti) c. 'Romana' li. VI[16]. Et sic non potest hic dici, quod licet terras teneat ab imperio, quod sit simpliciter subditus imperii, sed tamen ratione feodi sive rerum, que possunt cadere in commissum, si feloniam committat, nec potest hac ratione respecta agi ad aliud contra ipsum, nisi quod feodum perdat, non quod crimen lese maiestatis commiserit. Nec casus occurrit[i],
35 in quo rex potuerit crimen lese maiestatis incurrere, ut ex predictis apparet, sed posset in dubium revocari, subposito quod rex commisisset in terra imperii, puta mittendo subsidium subditis imperii, qui rebellarent iniuste contra imperatorem vel occupando seu occupari faciendo terras imperii, commiserit crimen lese maiestatis. Et videtur quod sic, quia locus et persona faciunt transire crimen in aliud genus vel speciem criminis,
40 sicut furtum, si committatur in ede sacra, efficitur sacrilegium et iniuria, si committatur in sacerdotes et ecclesiarum ministros, sacrilegium est, ff. ad l(egem) Iuli(am) pe(culatus) l. 'divi'[k] et l. 'sacrilegii'[17] et de penis l. 'aut facta' § 'causa'[l] et § 'persona'[18]

1255. f) cognita *ed.* f*) si *ed.* g) interdico *ed.* h) si *ed.* i) *expunctum ex* occurrerit *c.* k) divus *ed.* l) laus *ed.*

45 1) *Dig. 50, 16, 215.* 2) *c. 13 X de iudic. (II, 1).* 3) *c. 13 X qui filii (IV, 17).* 4) *c. 28 X de privil. (V, 33).* 5) *c. 4 C. XXII qu. 4.* 6) *Cod. 1, 14, 12.* 7) *Cod. 1, 1, 1.* 8) *Cons. Feud. II, 54, 7.* 9) *Dig. 50, 1, 17, 5 et 13.* 10) *Cod. 10, 40, 4.* 11) *Dig. 7, 1, 64 et 48.* 12) *Dig. 21, 1, 31 pr.* 13) *Dig. 6, 1, 80.* 14) *Dig. 43, 8, 2, 1 sqq.* 15) *c. 1 X de novi op. nunc. (V, 32).* 16) *c. 1 in VI. de foro comp. (II, 2).* 17) *Dig. 48, 13, 6 et 7.* 18) *Dig. 48,*
50 *19, 16, 2 et 3.*

et C. de epi(scopis) et cle(ricis) l. 'si quis' [1]. L(ex) etiam dicit, quod si quis consentiat et iuvet filium in occisione [m] patris, pena l(egis) Pompeye de patricidiis [2] puniatur [n]. Unde rex iuvando subditos imperii contra imperatorem, videtur incurrere, sicut ipsi, crimen l(egis) Iulie maiestatis [3], ff. de patri(cidiis) l. 'utrum' [4]. Item peregrini habent servare morem et legem loci, quam servant habitantes ibidem, ad quem veniunt et ibi contrahunt vel delinquunt, ff. de evic(tionibus) 'si fundus' [5] et de usu l. I. [6], VIII. di. 'que contra mores' [7]. Rex enim [n*] delinquere videtur in imperio mittendo subsidium in imperio hostibus imperatoris et terras imperii faciens occupari, C. ubi de po(ssessione) agi opor(tet) l. I. [8], quare ratione loci in quo et persone in quam deliquit crimen lese maiestatis commisisse videtur. Sed respondeo, quod sicut supradictum est, hic quoad hoc locus non attenditur, sed persona delinquens et persone conditio, scilicet utrum sit aliter persona subdita imperatori vel non, nam sicut dictum est supra, si hostis imperatorem invaderet in imperio vel eius iura occuparet, non committeret crimen lese maiestatis, cum eum non habeat pro principe vel maiestate, sicut subditus. qui ymagines cesaris nondum consecratas frangit vel vendit, quia non representatur in eis maiestas, non committit crimen le(se) ma(iestatis). Secus in consecratis, quia ille representant maiestatem, ff. ad le(gem) Iuli(am) ma(iestatis) l. 'non contrahit' § fi(nali) [9] et l. se(quenti). Ita cum regi [o] imperatori non subdito non representetur maiestas principis, non committit in eum tale crimen, sicut cum pater occidit filium cum uxore sua in adulterio deprehensum, non committit crimen paricidii, quia occidit eum non ut filium, sed ut adulterum, ff. ad l(egem) Pomp(eiam) de pa(tricidiis) l. 'divus' [10]. Hoc etiam sic probatur: si quis christianus iuret per vanam supersticionem, puta per Apollinem vel Macometum, non est sacramentum nec ei statur, quia non est in illo, per quem iurat, quoad eum divinitas vel maiestas, ff. de iu(re) iuran(do) l. 'non erit' § 'divus' [11], prout est in littera, non statur. Sed pone, quod paganus iurat per deum suum vel Sarracenus per Macometum, iuramentum est quoad ipsum et ei statur, quia quoad ipsum reputatur sibi divinitas vel maiestas, ut in eodem § probatur, prout et littera sive non et ponitur in glo(sa). Iura non contraria locuntur quoad delictum in genere, scilicet quia delinquentes sorciuntur forum et ponuntur ratione delicti in loco, in quo delinqunt, si ibi inveniantur, et si volunt ibi morari, tenentur mores et statuta loci servare, ut c. 'que contra' [7] et ff. de iudi(ciis) l. 'heres absens' [12]. Et secundum ista non procedit questio sequens, unde non nego, quin ibi delinquens sorciatur forum ibidem, sed non committit crimen lese maiestatis, quia non est ei imperator maiestas nec ei simpliciter est subditus, sed respective. Et hoc videtur l(ex) velle, que dicit quod si sint civitates alique sic confederate, ut una alterius maiestatem observet, nichilominus libera remanet illa que tenetur maiestatem alterius observare, et si aliquis ex civitate sic confederata in alia delinquat, punietur, non dicit crimen lese maiestatis, quia non erat illi subdita, quare nec ego dicam et sic potest in proposito dici, ff. de cap(tivis) et postli(minio) re(demptis) l. 'non dubito' § fi(nali) et fac(it) ipsa l(ex) in prin(cipio) et § I [13].

Item [o*] si miles manum iniciat in ducem seu prepositum belli vel contra eius preceptum aliquid agat, crimen militare dicitur et est capitale. Quid ergo si primatus vel miles habens alium ducem suum, manum iniciat in alium ducem vel prepositum, qui preest alii exercitui vel cohorti, de qua non est iste miles, numquid committet tale crimen, sicut si in suum ducem deliquisset, nullus diceret quod sic, quia l(ex) loquitur

1255. m) occasione *ed.* n) ponuntur *ed.* n*) non *ed.* o) rex *ed.* o*) Item si miles — teneantur *signo posito, verbis* supra ad tale signum *additis scripta sunt in fine folii 28' post verba* nam subditus committit *(infra pag. 1398 lin. 11. 12).*

1) *Cod. 1, 3, 5.* 2) *Dig. 48, 9.* 3) *Dig. 48, 4. Cod. 9, 8.* 4) *Dig. 48, 9, 6.* 5) *Dig. 21, 2, 6.* 6) *Dig. 33, 2, 1.* 7) *c. 2 Di. VIII.* 8) *Cod. 3, 16, 1.* 9) *Dig. 48, 4, 5, 2 et 6.* 10) *Dig. 48, 9, 5.* 11) *Dig. 12, 2, 5, 1.* 12) *Dig. 5, 1, 19.* 13) *Dig. 49, 15, 7, 2, pr. et 1.*

de suo, non de alio. Unde non erit pena talis, ff. de re mi(litari) l. III. § 'in bello' et l. 'omne'[p] § 'contumacia'[q] et § fi(nali)[1] et de pe(nis) l. 'quedam'[2]. Minus[r] igitur[s] videtur posse committere crimen istud rex, qui alium dominum habet superiorem specialem, in cuius territorio continuam moram trahit et originem habuit et domicilium habet et 5 cuius est altior et dignior dignitas et maiestas quam civitas, ut dictum est, taliter federata, nam per hoc illi afferret preiudicium, cuius est immediatus homo ligius et vassallus et cuius maiestatem observare et revereri tenetur, nec videtur quod supreme potestates respectu unius persone subdite possint esse plures, ar(gumentum) ff. de ver(borum) ob(ligatione) l. 'ubi autem'[3]. Et ita cum in casu proposito rex habeat dominum papam 10 ut maiestatem supremam, qui in certis suis est imperator, ut supradictum est, non potest imperator ratione aliqua pro maiestate habere. Qui ergo sunt illi, qui committere possunt crimen lese maiestatis? Respondeo: illi qui imperio subsunt simpliciter, scilicet qui [in] imperio seu eius regnis domicilium habent et ibi degunt et de iuridictione eius sunt, ar(gumentum) C. de pri(vatis) car(ceribus) inhi(bendis) l. I, ibi 'imperii nostri'[4] etc. 15 et de comm(erciis) et mer(catoribus) l. III[5]. Nec obstat quod opponi posset, quod ipse erat imperator et habebat maiestatem et potestatem et pro tali rex ipsum habebat, quia non est verum, quod ipsum haberet ut imperatorem suum et maiestatem suam, nec est de populo imperatori subdito, sed diverso, sicut non sequitur 'tu occidisti Ticium patrem Seii, sed non tuum, ergo commisisti patricidium, quia occidisti patrem.' Hoc 20 ar(gumentum) non valet, quia non fuit pater suus, ut ff. ad l(egem) Pompe(iam) de patrici(diis) l. I[6]. Nec obstat e(iusdem)[t] ti(tuli) l(ex) allegata superius, utrum quia ibi non dicitur, quod consentiens filio occidenti patrem patricidium commiserit, ymo contrarium dicit textus, licet pena patricidii puniatur, et potest esse quod in eodem delicto unus deliquid et alter non, ff. de iur(isdictione) omni(um) iudi(cum) l. 'si quis' § ultimo[7] 25 et consentiens minus quam agens, C. de rap(tu) virgi(num) l. unica § 'penas'[8] et qui iuvat furem, non est fur qui furatur nec eadem pena punitur, ff. de fur(tis) l. 'is qui opem'[9], sicut in uno contractu unus obligatur alteri, non ut si liber et servus maior et pupillus se duos reos constituant. Nam non tenetur servus civiliter, sed liber nec pupillus, sed maior, ff. de duo(bus) re(is) l. 'si ex duobus' § fi(nali)[10], Inst. de auc- 30 (toritate) tu(torum) § I[11]. Sic cum rex coadiuvans et rei seu delinquentes principaliter non sint equaliter legi imperiali subicibiles, quia non equaliter subditi, ut est dictum, non est mirum, si dispariter teneantur[o*].

XII. Questio.

Ad XII. questionem, qua queritur suppraposito quod a rege contra imperium crimen 35 commissum fuerit lese maiestatis, utrum bonis omnibus, etiam que tenebat ab aliis vel a nemine, sit privandus et si sic, cui erant bona illa, que tenebat ab alio, [sint] applicanda, ad hoc respondemus, quod supposito quod rex tale crimen commisisset, omnia bona ipso iure vel lata sententia perdidisset, sed illa, que tenet ab ecclesia vel aliis, ad illos a quibus tenebat teneri et illis applicari, non imperatori deberent. Quod autem bonis 40 omnibus sit privandus, iura sunt expressa, C. ad l(egem) Iuli(am) ma(iestatis) l. 'quisquis'[12] et ff. e(odem) ti(tulo) l. fi(nali)[13] et VI. q. I. 'si quis'[14]. Sed bona que tenentur ab aliis reverti debent ad eos, a quibus immediate tenentur, sicut in crimine hereseos, cui istud comparatur, Extra de here(ticis) c. 'excommunicamus' et c. 'vergentis'[15], Extra

1255. p) omnem *ed.* q) continuata *ed.* r) Munus *ed.* s) etc. *ed.* t) c. *ed.*

45 1) *Dig. 49, 16, 3, 15 et 6, 2 et 9.* 2) *Dig. 48, 19, 14.* 3) *Dig. 45, 1, 75.* 4) *Cod. 9, 5, 1 pr.* 5) *Cod. 4, 63, 3.* 6) *Dig. 48, 19, 1.* 7) *Dig. 2, 1, 7, 5.* 8) *Cod. 9, 13, 1, 3.* 9) *Dig. 47, 2, 34.* 10) *Dig. 45, 2, 12, 1.* 11) *Inst. 1, 21, 1.* 12) *Cod. 9, 8, 5.* 13) *Dig. 48, 4, 11.* 14) *c. 22 C. VI qu. 1.* 15) *c. 13 et 10 X de haeret. (V, 7).*

de pe(nis) c. 'felicis' li. VI.[1] et in Li. Feu. de prohi(bita) feu(di) alie(natione) per Fredericum l. unica § 'illud'[2], licet aliqui dicunt quod applicantur domino superiori omnia salvo iure inferioris domini, ff. de damp(no) infec(to) l. 'si finita' § 'si de vectigalibus' et § se(quenti)[3] et C. de here(ticis) auten. 'si vero dominus'[4]. Sed illud posset locum habere, ubi essent sub eodem domino. Hic autem loquimur quando bona non sunt de imperio nec tenentur ab eo, quare aliud est dicendum et hoc etiam determinatur in Libr. Feu. de prohi(bita) fe(udi) ali(enatione) l. 'imperialem' § 'illud quoque'[2]. Ymo videtur quod imperator in casu nostro excesserit fines suos et ecclesie iniuriam irrogaverit falcemque suam in ecclesie messem immiserit, quia de vassallo ecclesie sibi ratione domicilii vel originis non subdito nec ab ecclesia seu domino papa, cuius erat subditus et vassallus domicilium habens et residens in territorio et iuridictione ecclesie, requisito nec remisso a domino papa iudicavit et de bonis eiusdem ecclesie disposuit ac diffinivit confiscando ipsa et regem omni dignitate qua se intitulat et per consequens regia quam habet ab ecclesia et aliis, que sunt extra imperiale territorium et ecclesie potestati et iuridictioni subesse noscuntur, privando. Quod videtur contra iuramentum per imperatorem prestitum, quo iuravit nichil in terris ecclesie se vendicaturum nec iuridictionem aut potestatem aliquam exercere, nec etiam potuit extra suum territorium sortiri effectum eius sententia vel decretum, ff. de offi(cio) presi(dis) l. III.[5] et IX. q. III. 'nullus primas' et c. 'conquestus'[6], ff. de tu(toribus) et cu(ratoribus) da(tis) ab hii(s) l. 'pupillo'[7] et de excu(sationibus) tu(torum) l. 'illud' et l. 'non solum' § 'et qui [in] testamento'[8] et ibi no(tam).

Sed contra hoc facit Extra de fo(ro) com(petenti) c. 'postulasti'[9], ubi ille, in cuius territorio fuit commissum delictum, privat delinquentem beneficio, quod obtinet in diocesi aliena, et l. 'cum unus' § fi(nali)[10] et c. 'Romana' § 'contrahentes'[11] [li. VI.], ubi iudex decrevit missionem faciendam in bonis alterius territorii vel diocesis, licet non exequatur de facto, et ff. de rebus auc(toritate) iudi(cis) p(ossidendis) l. 'cum unus' § 'is qui'[12] in glo(sa), quia c(ap.) 'postulasti'[9] intelligitur secundum Inno(centium), quod ille fert sententiam non privativam beneficio quod habet in alia diocesi nec ex quadam consequentia, quia videlicet lata per illum iudicem sententia coram iudice in quo habet beneficium producetur et illa fidem faciet coram ipso de crimine commisso et per hoc privabit eum beneficio, quod obtinet in sua diocesi, ut no(tat) etiam idem Inno(centius) Extra de accusa(tionibus) c. 'qualiter'[13]. Nec obstat etiam quod iudex decrevit missionem faciendam de bonis, que quis optinet in alterius iuridictione, ff. de rebus aucto(ritate) iudi(cis) po(ssidendis) l. 'cum unus' § 'is qui'[12], quia hec[u] non dicit textus, sed glo(sa) querit et solvit. Preterea ibi et Extra de fo(ro) com(petenti) c. 'Romana' § 'contrahentes'[11] l. VI. loquitur in interlocutoria de mittendo in pos(sessionem) propter contumaciam. Hic non agitur de diffinitiva, per quam privatur aliquis bonis suis, et longe aliud est decernere aliquem mittendum in pos(sessionem) bo(norum), in quo modicum est preiudicium, aliud privare sententia per quod perditur dominium, saltem executione secuta, et hoc est iudicare de bonis non sue iuridictionis, Insti. de offi(cio) iu(dicis) § fi(nali)[14], ff. de re iudi(cata) l. 'a divo'[v] § I[15]. Hic etiam contumacia non processit, ut superius est probatum.

1255. u) habet *ed.* v) *corr. ex* diuio *c.*

1) *c. 5 in VI. de poen. (V, 9).* 2) *Cons. Feu. II, 54, 6.* 3) *Dig. 39, 2, 15, 26 sq.* 4) *Cod. 1, 5, ad 4. Cf. supra tom. II nr. 85 cap. 7.* 5) *Dig. 1, 18, 3.* 6) *c. 7 et 8 C. IX qu. 3.* 7) *Dig. 26, 5, 27.* 8) *Dig. 27, 1, 19 et 10, 4.* 9) *c. 14 X de foro comp. (II, 2).* 10) *Dig. 42, 5, 12.* 11) *c. 1 § 3 in VI. de foro comp. (II, 2).* 12) *Dig. 42, 5, 12, 1.* 13) *c. 17 X de accusat. (V, 1).* 14) *Inst. 4, 17, 7.* 15) *Dig. 42, 1, 15, 1.*

Circa privationem bonorum huius sunt oppiniones, videlicet utrum ipso iure bona in tali crimine committantur aut per sententiam. Quidam enim dicunt, quod committentes tale crimen privatos esse ipso iure, ff. de dona(tionibus) l. 'donatores'[w] § 'perfecte'[1] et de vec(tigalibus) l. 'commissa'[2] et de iure fis(ci) l. I. § 'an bona'[3] cum
5 glo(sa) et C. ad l(egem) Iuli(am) ma(iestatis) l. fi(nali)[4], ubi dicit quod talis quodammodo sua mente punitus est et ita no(tat) glo(sa), C. unde vi l. 'si quis in tantam'[5]. Alii tenent quod ymo per sententiam est privandus, ff. qui et a qui(bus) l. 'quesitum'[6], Insti. de he(reditatibus) ab inte(stato)[x] § 'interdum'[7] et dicta l(ege) 'quisquis'[8]. Sed illa magis facit contra, quia dicit bonis omnibus additis, que sunt verba preteriti tem-
10 poris, sed facit Extra de he(reticis) c. 'vergentis'[9]. Sed sive per sententiam sive ipso iure privetur, semper est neccessaria sententia[y] declarativa saltem, C. de aposta(tis) l. I.[10] et de iure fi(sci) l. 'prohibitum'[11] et Extra de preben(dis) c. 'licet'[12] et de he(reticis) 'cum secundum' lib. VI.[13]

XIII. Questio. nr. 1254, 7.

15 Super XIII. questione, qua queritur utrum rex ante iuramentum fidelitatis imperatori prestitum contra imperatorem potuerit crimen lese maiestatis committere, dicimus quod non commisit crimen tale, ut dictum est supra. In duabus sequentibus questionibus videtur nobis, quod iuramenti prestatio non faciat ad hoc, ut rex commiserit crimen lese maiestatis, quia quod ad hoc non extenditur sacramentum fidelitatis, quod respicit
20 feodum principaliter non subieccionem imperatori ratione persone, nec eum obligat nisi tanquam vassallum et respectu feodi, ut supradictum est. Licet enim promissiones et pacta personaliter obligent promittentes, quando tamen contemplatione seu respectu certe rei fit promissio, ad illud reffertur, cuius respectu fit. Unde cum iuramentum, si fuisset prestitum, non fuisset nisi respectu feodi, non debet rex ultra naturam feodi obligari,
25 sicut cum aliquis contrahit cum servo respectu certi peccul ii, non transit actio ad aliud pecculium, cuius ratione non fuit contractum, ff. de tribu(toria) [actione] l. 'procurat(oris) § 'si preter mercem' et § 'si plures'[14] et de aqua plu(via) ar(cenda) l. 'si tercius' § 'si quis prius quam'[15] et de peccu(lio) l. 'hinc queritur' § I.[16], C. si tu(tor) vel cura(tor) interve(nerit) l. penult(ima)[17]. Et cum iuramenti prestatio sit in favorem domini
30 introducta, ut ex eius forma patet, XXII. q. ultima c. 'de forma'[18] et in Li. Feu. de no(va) fi(delitatis) for(ma) c. I.[19], non credimus quod recusando illud recipere privetur proprietate feodi vel ex hoc aliter puniatur, ff. de excep(tione) rei iu(dicate) l. 'evidenter'[20] et de iu(diciis) l. 'si iudex'[21] et C. de legi(bus) l. 'quod favore'[22] et de pact(is) l. 'si quis'[23]. Et etiam ante iuramenti prestationem et eius recusationem rex non adeo fortiter
35 obligatur imperatori, sicut post prestationem illius, et multo minus crimen lese maiestatis locum habet in eo ante prestationem iuramenti et post recusationem ipsius. Si tamen investituram petitam a rege de feodo imperator facere recusasset, posset dici secundum glo(sam), quod debuisset feodi proprietate privari, nisi iustam causam recusandi vel denegandi haberet, sicut econverso, ut Li. Feu. per quos fi(at) investi(tura) c. unico
40 no(ta) et quali(ter) do(minus) fe(udi) proprie(tate) pri(vetur) c. unico[24].

Preterea[z] rex habens summum pontificem pro maiestate, sub cuius dominio moratur, ut dictum est, et originem et domicilium habet, quoad imperator in tali maiestate

1255. w) donatus *ed.* x) iure. *ed.* y) summa *ed.* z) Preterea—delictum *signo posito, verbis* infra ad tale signum *additis scripta sunt in fine folii 27' post verba* et ibi no(tam) *(supra pag. 1396 lin. 20. 21).*

45 1) *In Dig. 39, 5 non invenitur.* 2) *Dig. 39, 4, 14.* 3) *Dig. 49, 14, 1, 1.* 4) *Dig. 48, 4, 11.* 5) *Cod. 8, 4, 7.* 6) *Dig. 40, 9, 15.* 7) *Inst. 3, 1, 4.* 8) *Cod. 9, 8, 5.* 9) *c. 10 X de haeret. (V, 7).* 10) *Cod. 1, 7, 1.* 11) *Cod. 10, 1, 5.* 12) *c. 2 in VI. de praeb. (III, 4).* 13) *c. 19 in VI. de haeret. (V, 2).* 14) *Cod. 14, 4, 5, 13 et 15.* 15) *Dig. 39, 3, 6, 4.* 16) *Dig. 15, 1, 19, 1.* 17) *Cod. 2, 24, 4.* 18) *c. 18 C. XXII qu. 5.* 19) *Cons. Feud. II, 7, 1.* 20) *Dig. 44, 2, 16.*
50 21) *Dig. 5, 1, 32.* 22) *Cod. 1, 14, 6.* 23) *Cod. 2, 3, 29.* 24) *Cons. Feud. II, 3 et 47.*

liberas edes habet, ff. si ser(vitus)[a] ven(dicetur) l. 'loci' § 'competit'[1]. Unde ut dicta l(ege) et similibus uterque tam agens quam consentiens erant subditi legem condenti, hic vero consentiens vel coadiuvans non erat subditus, sicut erant principaliter facientes. Quare diversa conditio et habilitas personarum diversum facit delictum[z].

Sic etiam si mulier causa divortii res viri subripiat, non tenetur furti, sed actione 5 rerum ammotarum. Sed pone quod ipsa fures induxit ad subripiendum viro et consilium et opem prestitit, numquid furti actione tenetur? Certe non, cum illi sunt fures et furti actione tenentur et sic ex personarum conditionis equaliter diversimode, etiam in criminibus iudicatur, ff. re(rum) ammo(tarum) l. 'sed et si' et l. se(quenti)[2] et de fur(tis) l. 'si quis uxori'[3]. Et potest poni exemplum in proposito magis proprium in 10 subdito imperii machinante cum hoste in principem vel rem publicam, nam subditus committit crimen lese maiestatis, non hostis, ff. ad l(egem) Iuli(am) ma(iestatis) l. I. et penult(ima) et l. 'lex'[4]. Unde sicut est dictum hic attendimus conditionem persone qui delinquit quoad illum in quem delinquit, ut possimus iudicare, quale crimen committit. Crimen quidem committit in imperio delinquendo, sed non tale crimen, scilicet lese 15 maiestatis, quia maiestas imperatoris non fuit regi maiestas nec fuit legislatoris intentio ligare non subditos, ut est dictum. Sicque legis potestas non extenditur ad tales qui non sunt subditi, ar(gumento) iurium predictorum.

1255. a) ver. *ed.*

1) *Dig. 8, 5, 4, 7.* 2) *Dig. 26, 2, 19 sq.* 3) *Dig. 47, 2, 52.* 4) *Dig. 48, 4, 1 et 10 et 3.* 20

SUPPLEMENTUM AD ALBERTI ET HEINRICI REGUM CONSTITUTIONES.

1256. 1257. ACTA AD TRACTATUS CUM REGE FRANCIAE SPECTANTIA.

5 1299. Apr. — (post Dec. 8.)

1256. *LITTERAE ALBERTI REGIS SUPER MATRIMONIO CONTRAHENDO.* *Apr.*

Servantur in formam Gallicam translatae in Indice documentorum infra nr. 1257. Nobis petentibus ineditas benivolenter descripsit socius noster Marius Krammer. Cf. 10 *litteras m. Aug. scriptas supra nr. 74, quae fere omnino cum nostris concordant, itemque ea quae supra pag. 56 lin. 4. 5. notavimus.* *(P. deest.)*

Albert par la grace de Dieu roy des Romains touz jourz [croisant] a touz ceus qui ces lettres verront salut.

Nous faisons savoir, que nous attendans, que entre les autres choses, par les 15 queles l'exaltacion des regnans et des royaumes est procuree, l'amenite de pais et de debonnaire repos est acquis et conseille len au beneure et ferme estat des subgiez, icelui est veu entendue la consideracion des princes[a] a ce que entre les roys et les royaumes l'unite de ferme charite et les aliances de loyal amour soient nourries et que l'un soit avec l'autre es choses prosperes et ne faille pas a l'autre es choses ad-20 verses, nous meuz par ceste consideracion, a ce que entre nous et noble prince Ph. par la grace de Dieu roy de France noble nostre amie tres chier ceste aliance d'unite et d'amistie estable permainge ou temps avenir, nous avons acorde, voulu, consentu et promis, acordons, voulons, consentons et prometons, que entre un des filz dicelui roy de France, que nous voudrons eslire excepte l'ainsne, et une de nos filles, que ledit 25 roy de France voudra eslire qui ne soit marie, mariage soit fait. Du douaire du filz et a la fille donner il remaindra en nostre volente et en cele du dit roy. En tesmoing de laquel chose nous avons fait metre nostre seel en ces lettres.

L'an mil CCIIII^XX^XIX, ou moys d'Avril.

1257. *INDEX DOCUMENTORUM AD DOMICELLAM BURGUNDIAE* 30 *SPECTANTIUM.* *(post Dec. 8.)*

Rotulus, quo praebentur translationes Gallicae documentorum supra iam editorum, servatur in tabulario Parisino 'Cart. J 611' nr. 23. In verso leguntur: In quodam rotulo,

1256. a) *ita;* precipuum *nr. 74.*

itemque: forma compromissi regis Romanorum Alberti et regis Francie cum quibusdam aliis tangentibus domicellam Burgundie. *Nos ipsi descripsimus.* *(P. deest.)*

1. C La lettre de la damoisele de Bourgoigne, que sa demoere ne li nuise point: 'Albert par la grace — royaume' = *supra nr. 87 Gallice.*
2. C La lettre pour la damoisele de Bourgongne: 'Albert par la grace — royaume' = *supra nr. 86 Gallice.*
3. C Semblable lettre donnee a Argentine[a] *(= supra nr. 77 Gallice).*
4. C La lettre otroiee sus la souffrance de Bourgongne: 'Albert par la grace — royaume' = *supra nr. 79 Gallice.*
5. C La vielle lettre sus le secont mariage: 'Albert par la grace — d'Avril' = *supra nr. 1256.*
6. C La lettre noeve sus le segont mariage: 'Albert par la grace — royaume' = *supra nr. 85 Gallice.*
7. C La lettre sus l'aliance: 'Albert par la grace — royaume' = *supra nr. 82 Gallice.*
8. C La lettre sus le compromis: 'Albert par la grace — royaume' = *supra nr. 83 Gallice.*

1258—1263. MANDATA DE PRECIBUS PRIMARIIS ITERATA.

1302. Oct. 22.—1306. Aug. 25.

Autographa, quae saepius quaesivimus, omnia deperierunt. Itaque editionem, quam paravit Gudenus 'Codex diplomaticus' II, 983 sqq. ex autographis tunc in archivo burggraviatus de Sinzich existentibus, nos repetere oportet. Sigilla dorso impressa erant. In minutiis hic illic correximus.

Cf. supra tom. III nr. 42. 43 et infra nr. 1266. 1267.

1258. *MANDATUM PRIMUM. 1302. Oct. 22.*

Edidit Gudenus l. c. II, 984. — Böhmer, Reg. Albr. 402. *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus honorabilibus viris decano et capitulo ecclesie Aquensis, capellanis suis dilectis graciam suam et omne bonum. Pro honesto viro Tilmanno fratre strenui viri . . burgravii de Landskrone clerico, devoto nostro dilecto vobis fiducialiter offerimus preces nostras, devocionem vestram rogantes plenissimo cum affectu exaudirique ex intimis affectantes, quatinus eundem Tilmannum in vestrum recipiatis canonicum et in fratrem, de prebenda sibi, si qua ad presens in vestra vacat ecclesia vel quam primum ad id se facultas obtulerit, libenter et liberaliter provisuri, ut proinde nos ad omnia, que vestre ac ecclesie vestre utilitatis et honoris respicere poterunt, incrementa inveniamur semper faciles et ultronei comprobemur. Datum in castris prope Coloniam, XI. Kal. Novembris, regni nostri anno quinto.

1257. a) *hae litterae insertae non sunt.*

1259. *MANDATUM SECUNDUM. 1302. Nov. 2.*

Item l. c. II, 985. — Böhmer, Reg. Albr. 408. *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus honorabilibus viris . . decano et capitulo ecclesie Aquensis capellanis suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Quemadmodum alias vos rogavimus, sic[a] iterum devocionem vestram affectuose requirimus et rogamus exaudiri ex intimis affectantes, quatinus honestum virum Tilmannum strenui viri . . burgravii de Landscrone fratrem clericum, devotum nostrum dilectum, cuius promocionem sincere diligimus, in vestrum recipiatis canonicum et in fratrem, sibi de prebenda, si qua ad presens in vestra vacat ecclesia vel quam primum ad id se facultas obtulerit, pro nostra et imperii reverencia libenter et liberaliter provisuri, ut abinde omnibus hiis intendere nos delectet, que vestrum et vestre ecclesie respiciunt commodum et profectum.

Datum in castris prope Coloniam, IIII. Non. Novembris, regni nostri anno quinto.

1260. *MANDATUM TERTIUM. 1303. Mart. 15.*

Item l. c. II, 983. In verso leguntur: Honorabilibus viris decano totique capitulo ecclesie Aquensis, capellanis et devotis nostris dilectis. — *Böhmer, Reg. Albr. 430.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus honorabilibus viris decano totique capitulo ecclesie Aquensis, capellanis et devotis suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Quemadmodum alias vobis super receptione honorabilis viri Dieterici de Lantzkrone devoti nostri dilecti scripsisse meminimus, sic nunc repetitis vicibus devocionem vestram affectuosa precum instancia requirimus et rogamus, quatinus eundem Dieter(icum) pro nostra et imperii dilectione ac reverencia recipiatis liberaliter in canonicum et in fratrem, prebendam si qua ad presens in vestra vacat ecclesia assignantes eidem vel quam primum ad id obtulerit se facultas, sic quod in persona ipsius D(ieterici) nostra serenitas se sentiat honorari.

Datum Ezzelinge, Idus Marcii, regni nostri anno quinto.

1261. *MANDATUM QUARTUM. 1305. Apr. 2.*

Item l. c. II, 987. In verso leguntur: Honorabilibus viris . . capitulo Sancte Marie Aquensis, devotis nostris dilectis. — *Böhmer, Reg. Albr. 498.* *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus honorabilibus viris . . capitulo Sancte Marie Aquensis, devotis suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Quemadmodum sepe vos rogasse meminimus, sic iterum devocionem vestram rogamus attencius, quatinus honorabilem virum Tilmannum de Landskron devotum nostrum dilectum pro nostre peticionis et intercessionis reverencia speciali in canonicum vestrum et confratrem liberaliter et libenter recipere studeatis sibique de prebenda, si qua vobis in ecclesia vestra vacat ad presens vel quam primum vacare ceperit, providere curetis, specialissimum in eo nobis obsequium ostensuri. Nam promocionem suam, quam ex animo diligimus, ubilibet intendimus procurare.

Datum apud Oppenheim, IIII. Non. Aprilis, regni nostri anno septimo.

1259. a) sicuti *ed.*

1262. *MANDATUM QUINTUM. 1305. Nov. 21.*

Item l. c. II, 993. — Böhmer, Reg. Albr. 523. *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus honorabilibus viris decano et capitulo ecclesie Aquensis, capellanis suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Pro honorabili viro Tilmanno de Landskrone clerico, cuius propter grata et fructuosa que fratres eiusdem nobis et imperio impenderunt obsequia promocionem sincere diligimus, affectuosas offerimus preces nostras, devocionem vestram rogantes plenissimo cum affectu exaudirique ex animo cupientes, quatinus eundem Tilmannum in vestrum recipiatis canonicum et confratrem, de prebenda eidem, si qua ad presens in vestra ecclesia vel [quam primum ad id obtulerit se facultas][a] ob nostram et dicti imperii specialem reverenciam libenter et liberaliter provisuri, ut inde omnibus hiis, que vestrum [et vestre ecclesie][a] commodum et profectum importare poterunt, semper intendere debeamus, maxime cum ipsius Tilmanni promocionem pre aliorum quorumcunque in predicta vestra ecclesia affectemus.

Datum in castris ante Groningen, XI. Kal. Decembris, regni nostri anno octavo.

1263. *MANDATUM SEXTUM. 1306. Aug. 25.*

Item l. c. II, 989. — Böhmer, Reg. Albr. 543. *(P. deest.)*

Albertus Dei gracia Romanorum rex semper augustus honorabilibus viris decano et capitulo Sancte Marie Aquensis Leod. dyoc., devotis suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Ultimis precum nostrarum affectibus moti indignationis spiritu vestram inobedienciam et rebellionem duximus commonendam, quatinus nobis et sacro Romano imperio ius debitum, quod ex primariis precibus nostris nobis competere ex antiqua et approbata consuetudine dinoscitur, observantes, honestum virum Thilmannum de Landeschrone clericum, devotum nostrum dilectum, pro quo vobis multiplicatis vicibus fudimus primarias preces nostras, saltem adhuc in vestrum recipientes concanonicum et confratrem sibi provideatis de prebenda, si in vestra ecclesia vacat ad presens vel quam primum ad id obtulerit se facultas. Alioquin scire poteritis, quod contemptum librabimus pro contemptu et nichilominus vias et modos excogitabimus, per quos hoc quod petimus ordinare vos contingat.

Datum in Frankenfurt, VIII. Kal. Augusti, regni nostri anno octavo.

1264. MANDATUM ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO MISSUM.

(1307. Iul.—Aug.)

Repetimus editionem, quam e codice supra ad nr. 1206 citato fol. 111' nuper paravit W. Levison l. c. XXXII, 443 nr. 2. Est rubrum: Insinuacio mortis cum consilii invocacione. *De tempore cf. notam a viro doctissimo adiectam.* *(P. deest.)*

1262. a) *uncis inclusa exciderunt ed.*

Al(bertus) Dei gratia Romanorum rex etc. venerabili P(etro) archiepiscopo Mogunt(ino), principi et secretario suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

Obitum lugubrem magnifici Rudol(fi) regis Boh(emie), illustris principis et primogeniti nostri karissimi, tibi singultuosis suspiriis nunciantes, de tua sinceritate plenius 5 presumimus, quod compassionis aculeus ex casu tanti iuvenis, in quo noster re vera requievit animus, debeat te movere. Et quia non sine tuo consilio metas Boh(emie) cum nostro exercitu ex causa predicta attingere nos continget, sinceritatem tuam affectuosissime requirimus et hortamur, quatinus omnibus aliis tuis negociis postpositis et obmissis omnino quanto celerius poteris nos accedere nullatenus pretermittas.

10 Datum etc.

1265. MANDATUM DE PRAESENTATIONE.

1307. Oct. 31.

Ineditum descripsimus ex autographo tabularii generalis regni Bawarici 'Kaiserselect Nachtrag' nr. 156½. Sigillum, quod olim loro membranaceo pendebat, iam desideratur.

15 *(P. deest.)*

Alb(ertus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili . . episcopo Augustensi principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Ad ecclesiam in Nordelingen vacantem nobis et imperio ad presens discretum virum Panthaleonem filium Iohannis comitis de Spanheim clericum devotum nostrum 20 dilectum tibi duximus presentandum. Sinceritatem tuam attente rogantes, quatinus eundem Panthaleonem investias, prout ad officium tuum pertinet, de ecclesia memorata, adhibitis sollempnitatibus debitis et consuetis. Presencium testimonio litterarum.

Dat. Cremse, IIe. Kalen. Novembr., anno Domini MCCC septimo, regni vero nostri anno decimo.

---

25 1266. 1267. MANDATA AD PRECES PRIMARIAS SPECTANTIA.

(1298—1308.)

Cf. supra nr. 1258—1263 et infra nr. 1269.

1266. *MANDATUM ITERATUM.*

30 *Repetimus editionem, quam nuper paravit Levison e codice supra ad nr. 1206 citato fol. 108' l. c. XXXII, 444 nr. 3. Est rubrum:* De eodem [1] addito mandato.
Cf. infra nr. 1270. *(P. deest.)*

Al(bertus) Dei gratia etc. talibus gratiam suam et omne bonum.

Si vestra discrecio diligenter attenderet, quanti favoris prerogativa vos colimus 35 quantique affectus fervencia vos et vestram ecclesiam amplexamur, et potissimum considerata ydoneitate persone, pro qua scribimus, benigno exaudicionis favore id quod petimus offer[r]etis. Sane quamvis pro discreto viro Gos(wino) [2] devoto nostro dilecto,

1) *Praecedit infra nr. 1269.* 2) *Cf. l. c. pag. 445 et 450 cum not. 3.*

cuius promocioni ferventer intendimus, id[a] quod sue probitatis merita meruerunt, obtulerimus primarias preces nostras, vos[1] tamen precibus huiusmodi parvipensis[b] non attendentes, quod iuxta approbatam sacri imperii consuetudinem in se vim continent mandatorum, ipsas in nostri iuris iniuriam et contemptum admittere hactenus neglexistis. Quapropter devocionem vestram nunc denuo rogamus, volentes pariter et mandantes 5 vobisque auctoritate regia districtius iniungentes, quatinus facientes de necessitate virtutem, memorato Gos(wino), quem favore prosequimur gratioso, de prebenda, si qua ad presens in[c] vestra vacat ecclesia vel quam primum ad id se facultas obtulerit, studeatis pro nostra et imperii reverencia adeo prompte et liberaliter providere, quod nostra serenitas in persona ipsi[us] G(oswini) se senciens honorari vos et vestram eccle- 10 siam condignis ubilibet debeat prevenire favoribus et honoribus prosequi gratiosis nec nos oporteat ratione vestre rebellionis et contumacie[d] contra vos pro nostris et imperii iuribus conservandis stimulum querere conpellentem.

Datum in tali loco etc.

1267. *ALIUD MANDATUM.* 15

Ex eodem codice fol. 109 l. c. 445 nr. 4. Est rubrum: Deputacio promotoris negocii parte absente.

Cf. infra nr. 1269. *(P. deest.)*

Al(bertus) Dei gratia .. talibus gratiam suam et omne bonum.

Affectantes ex animo, ut preces nostre hon(orabilibus) viris .. decano et ca(pi- 20 tulo) in Frank(enfurt) pro honesto viro tali [oblate], quod ibidem recipiatur in canonicum et in fratrem, effectum optatum, prout pluries[a] spes circa predictum capitulum nobis data extitit, sorciantur, te nostrum et ipsius Sy(botonis) constituimus monitorem, volentes ut facultate habita et oportunitate captata dictum capitulum ex parte nostra adeas ac ipsum ad providendum prefato Syb(otoni), prout dicta spes suggerit, moneas et horteris. 25

Datum etc.

1268. CONCESSIO GRATIAE CAPELLANO FACTA.

(1302—1308.)

Repetimus editionem, quam e codice supra ad nr. 1206 citato fol. 79' nuper paravit 30 *W. Levison l. c. XXXII, 446 nr. 5. Est ibi rubrum:* Recepcio unius in capellanum et concessio gracie eidem. *De tempore cf. notam l. c. adiectam.* *(P. deest.)*

Nos Alb(ertus) Dei gratia[a] etc. ad universorum sacri Romani imperii fidelium noticiam volumus pervenire, quod nos honorabilem virum Heinr(icum) de Rannenberg arch(idiaconum) ecclesie Herb(ipolensis), capellanum nostrum dilectum, propter grata 35 ipsius que nobis et inperio inpendit obsequia et gratiora que nobis et eidem inperio

1266. a) sed *c.* b) perimpensis *c.* c) *sequ. delet.* vacat *c.* d) continencie *c.*

1267. a) *addendum esse coniecit Levison.*

1268. a) Dei gratia *bis scriptum c.*

1) *Ad ea quae sequuntur textus enuntiata cf. supra tom. III nr. 42.* 40

inpendere poterit in futurum, volentes nostri favoris et gratie plenitudine prevenire[b], sibi indulgemus et permittimus[c], ut in monte inter illa duo claustra dicta Celle prope Herbipolim sito Premonstratensis ordinis mineram argenteam querere valeat et fodiendo in monte eodem labores, prout sibi expedire videbitur, auctoritate nostra regia exercere. 5 Et ut labores eosdem prompcius et securius sibi assumere debeat atque possit, ipsum et omnes in eodem monte laborantes suo nomine cum rebus et personis in nostram et imperii protectionem recipimus specialem. Inhibentes firmiter imperii fidelibus universis, ne quis predictum Heinr(icum) de Rannenberg vel de laborantibus aliquem in monte prefato in laboris huiusmodi exercicio presumat in aliquo molestare seu quomodolibet 10 impedire. Quod qui secus attemptare presumpserit, indignacionem nostram se noverit incurrisse. In cuius nostri indulti et permissionis testimonium hanc litteram exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus roborari.

Datum in Nuernberg, anno Domini M⁰CCC⁰ etc.

1269—1271. MANDATA E FORMULARIO 15 SUMPTA.

(inter 1309. Ian. 6. et 1312. Iun. 28.)

Repetimus editionem, quam e codice supra ad nr. 1206 citato paravit W. Levison l. c. XXXII, 449 sqq.

1269. *MANDATUM DE PRECIBUS PRIMARIIS.*

20 *E codice citato fol. 108' l. c. 449 nr. 8. Est ibi rubrum:* Oblacio primariarum precum regis pro ecclesiastico beneficio.

Cf. supra nr. 1267. *(P. deest.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili H(einrico) abbati Fuldensi principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

25 Licet regie nostre serenitatis[a] benivolencia ad promovendum et prosequendum quoslibet sub Romano degentes[b] imperio benignis favoribus teneatur esse debitrix gratiosa, illius tamen promocioni intendere et eius honores alcius extollere sincerius invitamur[c], qui per virtutem et obsequiorum nobis et imperio fideliter inpensorum opera se reddit nostre magnificencie placidum et acceptum. Sane cum honestus vir magister 30 Sy(boto) aule nostre not(arius)[1] per sue sollicitudinis studium, vigilias et labores, quibus in re publica tamquam nostri honoris zelato[r] pervigil non desinit insudare, nostram gratiam et favorem sibi tam plene meruerit vendicare, quod ad promovendum eundem rationis et equitatis instinctu curas nostras ubilibet convertere nos delectat, pro ipso tibi preces nostras primarias, que iuris et approbate consuetudinis fulciuntur tramite[2] 35 et apud nonnullos prelatos regni nostri hactenus sunt admisse, duximus offerendas, sinceritatem tuam affectuosa precum instancia requirentes, quatinus eidem Syb(otoni), ad

1268. b) pervenire *c.* c) promittimus *c.*

1269. a) servitutis *c.* b) degentis *c.* c) imitamur *c.*

1) *Cf. supra tom. III nr. 37 et Levison l. c. not. 5.* 2) *Cf. supra nr. 288.*

cuius promocionem nostra total(is) fervet[d] intencio, de beneficio ecclesiastico suo statui competenti, si quod tibi vacat ad presens vel quam primum ad id se facultas obtulerit, provideas pro nostra et imperii reverentia tam liberaliter quam benigne, quod obinde propter utilitatem, que tibi ex dicti Sy(botonis) provisione provenire poterit, nos invenias ad omnia, que tui et ecclesie tue honoris profectus et comodi incrementa respiciunt, 5 promptos, benivolos et paratos.

Datum etc.

1270. *MANDATUM ALTERUM.*

Ex eodem codice fol. 109 l. c. 450 nr. 9. Est rubrum: Dacio defensoris.
Cf. supra nr. 1266. *(P. deest.)* 10

H(einricus) Dei gratia etc. talibus gratiam suam et omne bonum.

Officii nostri requirit debitum, ut quoslibet Romani fideles imperii contra malignorum insultus sub nostro tuicionis umbraculo foveamus. Id attendens nostra serenitas fidelitati vestre studiose committimus et mandamus, quatinus honestum virum Gos(winum) in persona et rebus suis et maxime in ecclesia sua tali contra quoscumque 15 ipsum volentes turbare indebite sub forma iuris auctoritate regia defendatis ac ipsum iniuriosis tangi dispendiis non sinatis.

Datum anno Domini etc.

1271. *RECEPTIO IN PROTECTIONEM.*

Ex eodem codice fol. 111' l. c. 451 nr. 10. Est ibi rubrum: Recepcio alicuius in 20 protectionem cum[a] recommissione. *Ad textus verba cf. ea quae adnotat Levison l. c. itemque supra nr. 235.* *(P. deest.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum etc. universis sacri Romani imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Digne illos specialis favoris prerogativa complectimur, qui per merita venire stu- 25 dentes ad premia virtuosis operibus nobis se[b] placidos exhibent et hominibus[c] gratiosos. Sane cum honestus vir [talis] honestate vite morumque refulgeat, prout ad nostri culminis audienciam celebris fame preconiis est perductum, nos propter hoc eundem singularis benivolencie gratia prosequi disponentes, ipsum in nostrum capellanum et clericum libenter et liberaliter duximus assumendum. Et quia illi[d] debent inmunitate fulciri, quos 30 favor regie serenitatis illustrat, universitatem vestram attente requirimus et rogamus, quatinus ipsum, [quem] cum rebus et familia in nostram et imperii protectionem recepimus et conductum[e], vobis tamquam nostrum cappellanum et clericum recommissum habentes, ipsum, cum vos requisierit, studeatis ubilibet promovere, non permittentes eundem ab aliquibus gravaminibus vel oppressionibus indebitis molestari. In quo nostre 35 excellencie vestra devocio grataner[f] conplacebit.

Datum etc.

1269. d) servet *c.*

1271. a) reverencia *add. c.* b) ac *c.* c) honoribus *c.* d) multi *c.* e) condictum *c.* f) gratuite *ed.* 40

1272. MANDATUM DE HOMAGIO PRAESTANDO.

1310. Mai. 3.

Autographon satis negligenter scriptum servatur in tabulario generali regni Bawarici 5 *'Kaiserselect Nachtrag' nr. 166a. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In verso manu coaeva scripta sunt:* Lictere investiture feudoȓ nostroȓ facte p inclit. reıḡ domū Hainricū. — *Böhmer, Reg. Heinr. 227.* *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus Wernh(ero) venerabili Pataviensis ecclesie episcopo, principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

10 Debilitatis et infirmitatis tue defectibus coram nobis per tuos nuncios legaliter propositis et per nos favorabiliter credi[ti]s et admissis condescendere cupientes, de iuribus regalibus, que a nobis et Romano inperio petere et recipere deberes in persona propria, te absentem investimus in hiis scriptis de gracia speciali. Mandamus igitur tibi, quatinus venerabili Saltzburgensi archiepiscopo principi nostro dilecto fidelitatis et 15 homagii, quo nobis et Romano teneris inperio, quam primum poteris prestes nostro et imperii nomine sacramentum. Cui archiepiscopo super huiusmodi iuramento r[e]cipiendo direximus scripta nostra [1].

Dat. Turegi, in invencione sancte Crucis, anno Domini millesimo CCC[a] decimo[b], regni nostri anno secundo.

---

20 1273. 1274. SYNDICATUS EXTRINSECORUM COMMUNIS LUCANI.

1310. Iun. 30.—Oct. 17.

Servantur in Protocollis Orlandi Chiapparoni notarii Lucani qui tunc Pisis commorabatur, quae exstant Lucae in tabulario notariorum ('Archivio notarile') [2].

25 1273. *SYNDICATUS PRIOR. Iun. 30.*

Descripsimus nos ipsi. Cf. supra nr. 357—360. *(P. deest.)*

Dominus Iohannes Savaristii de Ant(erminellis) et dominus Bonagiunta Carincionis capitanei universitatis exititiorum de Luca et ..... *(sequuntur nomina circiter centum hic omissa).*

30 Qui[a] sunt Lucani exititii et devoti et fideles sacrosancti imperii et domini imperatoris, omnes supradicti et quilibet eorum pro se et pro predictis procuratorio nomine ut dictum est, pro quibus caverunt de rato[b], constituerunt et creaverunt eorum sindicum et procuratorem et certos et speciales numptios dominum Nicolaum Rape presentem et recipientem et dominum Anterminellum iudicem de Anterminellis absentem tanquam

35 **1272.** a) Domini—CCC *in loco raso or.* b) *sequitur rasura quatuor litterarum spatium adaequans or.*

1273. a) *sequ. delet.* omnes *c.* b) *sequ. delet.* hoc publico instrumento *c.*

1) *Quae servata non sunt.* 2) *Cf. Bongi 'Archivio storico Italiano. Ser. IV.' I, 102 not. 1.*

presentem et quemlibet eorum insolidum, ita quod occupantis non sit potior condictio et quod quilibet per se possit et valeat, acsi per ambos factum esset, ad comparendum coram dominis ambaxiatoribus et legatis serenissimi principis domini Henrigii Romanorum imperatoris et regis Alamannie, videlicet coram venerabili patre domino Ghirardo Dei gratia Basiliensi episcopo, venerabili patre domino Filippo Dei gratia Extitensi episcopo 5 principibus et legatis domini imperatoris et magnifico viro domino Ludoycho de Sabaudia et domino Valdi[c] et domino[d] Bassiano de Guaciis legum professore, et ad hobediendum et parendum omnibus et singulis, que pro ipso domino imperatore et imperio precipienda dixerint et mandaverint. Promictentes ut dictum est per se et suos homines perpetuo firmum et ratum et firma et rata habituros et observaturos. Dantes et con- 10 cedentes omnes predicti et quilibet predictorum tam pro se ipsis quam eo nomine ut dictum est dictis sindicis in predictis et in aliis, que fecerint et promiserint dictis dominis ambaxiatoribus et legatis domini imperatoris, liberum et plenum et generale mandatum ubi generale requiritur et etiam speciale ubi speciale requiritur. Et promiserunt predicti omnes et singuli michi notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et 15 recipienti nomine et vice numptiorum et ambaxiatorum dicti domini nostri regis et imperatoris ac etiam dictis numptiis stipulantibus et recipientibus nomine et vice dicti domini Henrigii imperatoris, se rata et firma perpetuo habituros omnia que[e] per dictos sindicos eorum et quemlibet ipsorum acta, promissa et gesta fuerint ac etiam procurata et quod omni tempore facto vel verbo et modo quocunque alio contra non venient vel 20 facient vel contra ea que per predictos sindicos vel alterum ipsorum facta fuerint in premissis vel circa premissa. Sub obligatione et ypotheca omnium suorum bonorum et heredum presentium et futurorum stipulatione promissa.

Acta sunt hec omnia Pisis in ecclesia Sancti Sixti, presentibus Bonagiunta Bandinacchi et Cholo Iohannis de cappella Sancti Sixti predicti Pisanis civibus testibus ad hec 25 rogatis et vocatis. Sub anno incarnationis Domini MCCCXI, indictione VIII, die ultima mensis Iunii.

1274. *SYNDICATUS ALTER.* *Oct. 17.*

Partim edidit G. Sforza 'Castruccio Castracani degli Antcminelli e gli altri Lucchesi di parte bianca in esilio (1300—1314)' in 'Memorie della R. Accademia delle Scienze di 30 *Torino. Serie II.' tom. 42 (1892) 'Scienze morali, storiche e filologiche' pag. 101 nr. 14. Nos denuo contulimus vel descripsimus.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno ab incarnatione Domini MCCCXI, indictione VIIII, die XVII. mensis Octubris, regnante illustrissimo principe domino Henrigho Dei gratia serenissimo Romanorum 35 imperatore semper augusto. Ex hoc publico imstrumento clareat omnibus et sit notum, quod dominus Iohannes Rapa de Fundo et dominus Nicholaus Parghie de Anterminellis capitanei partis totius universitatis exititiorum de Luca fidelium et devotorum Romani imperii tam pro se ipsis quam etiam capitaneatus nomine pro ipsa parte et universitate de consensu et voluntate eorum consilii et dicte partis et ipsorum consiliariorum et dicte 40 partis, quorum nomina sunt hec, videlicet *(sequuntur nomina, quae vide in editione Sforziana).* Et ipsi idem consiliarii cum consensu et voluntate predictorum capitaneorum vice et nomine totius universitatis dicte partis de Luca, qui sunt intus et extra ipsam civitatem, pro quibus [caverunt] de rato quantum sub obligatione suorum bonorum et hered(um), fecerunt, constituerunt, ordinaverunt et creaverunt veros sindicos, pro- 45 curatores, actores et certos et speciales numptios dominum Iohannem Parghie de Anter-

1273. c) *corr. ex* Valdo *c.* d) *supra lineam add. c.* e) *praecedit* quecunque *c.*

minellis, dominum Pinum de Fundo condam domini Posarelli[a] et Iohannem condam Dini de Mordecastellis presentes et recipientes et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis non sit potior condictio et quod per alterum ipsorum inceptum fuerit, per alium possit prosequi et finiri, ad comparendum et se personaliter presentandum coram
5 illustrissimo principe domino Henrigho Dei gratia serenissimo Romanorum imperatore semper augusto et ad iurandum sua precepta et ad observandum et promictendum et observare et observari faciendum in omnibus et per omnia, prout sue domini imperatoris voluntatis arbitrio videbitur convenire, et ad compromictendum et compromissum faciendum in ipsum dominum imperatorem vel eius vicarium et ad illam penam et penas,
10 quas ipse dominus imperator voluerit ordinare, et ad omnia alia et singula facienda et promictenda et obedienda, secundum quod ipsi domino imperatori placuerit et videbitur expedire. Et ad renumptiandum et ad ipsam universitatem et partem obligandum, prout ipsius domini imperatoris placuerit voluntati. Dantes et concedentes dicti capitanei, consilium et consiliarii vice et nomine universitatis et partis predicte predictis sindicis
15 et procuratoribus et cuilibet eorum in solidum plenum, liberum, generale et speciale mandatum et plenam et liberam et generalem administractionem, in quibus generale mandatum requiritur, et etiam speciale, in quantum speciale requireretur, sub obligatione omnium suorum bonorum et dicte partis et specialium personarum. Et promittentes predicti omnes et singuli eo nomine ut dictum est michi notario infrascripto tanquam
20 publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice dicti domini imperatoris et ipsi domino imperatori, se rata et firma perpetuo habituros et observaturos omnia, quecunque per predictos sindicos et procuratores et quemlibet ipsorum acta, promissa, et gesta fuerint ac etiam procurata, et quod omni tempore facto vel verbo et modo quocunque alio contra non venient vel facient vel contra ea, que per predictos sindicos et procura-
25 tores vel alterum eorum facta fuerint in premissis vel circha premissa, sub obligatione et ypotheca omnium suorum bonorum et heredum presentium et futurorum stipulatione promissa.

Acta sunt hec omnia Pisis in ecclesia Sancti Sixti, presentibus Curso condam Federigii et Guccio condam domini Bandini et Andrea condam Filippi, qui sunt de
30 Pistorio, testibus ad hec rogatis et vocatis.

† Orlandus condam item Orlandi Ciapparonis not(arius) hec s(cripsi) et p(ublicavi).

1275. SCRIPTUM AD SERVITIUM MILITARE SPECTANS.

1310. Sept. 1.

35 *Repetimus editionem, quam paravit Chevalier loco supra ad nr. 1203 citato pag. 92 nr. 30 ex Copiario tabularii Gratianopolitani 'Archives départementales de l'Isère' Série B nr. 174 ('Informationes super pedagiis et gabellis B').*

Cf. supra nr. 382—386. *(P. deest.)*

1274. a) condam—Posarelli *supra lin. add.*

Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Dignum et condecens arbitramur[a], ut hii qui nostris et imperii ferventer invigilant obsequiis, amplioris beneficencie pre ceteris premia mereantur. Quia igitur nobilis vir Iohannes Dalphinus Viennensis nobis cum centum armatis per sex menses ultra montes in Italiam servire promisit propriis in expensis, nos huiusmodi ac alia que idem Iohannes nobis impendit obsequia et inantea impendere poterit graciosius intuentes, sibi ut in castro suo de Albariva pedagium, sicut in castro suo de Cervia consuevit recipere, per aquam et per terram tollat et percipiat, de liberalitate regia concedimus et presentibus indulgemus. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum in Spira, Kalendas Septembris, anno Domini MCCC decimo, regni vero nostri anno secundo.

1276. SYNDICATUS RIZARDI DE ORIO.

1310. Oct. 17.

Ineditum descripsimus ex autographo tabularii regii Taurinensis 'Provincia d'Ivrea Mazzo 11' nr. 4 (Palazzo). In verso leguntur manu Bernardi de Mercato exarata: sindicatus . . . . . Ind. VIIII . . . . de Orio civis Ypor̄. *(P. deest.)*

(S. N.) Anno Domini nativitatis millesimo CCCXI, inditione VIIII, die Sabati XVII. mensis Octubr., in Ypor(egia) in domo infrascripti Ricardi coram testibus ad hoc specialiter vocatis Raynerio filio condam domini Ricardi de Montaldo, Henrico filio condam Rolctii Scoforii et Iacobino filio condam Mussi civibus Ypor(egie) et all(iis) Riçardus filius condam domini Guillelmi de Orio civis Ypor(egie) prout melius potuit fecit, constituit et ordinavit Iacobinum filium condam Meynfredi de Nomalio not(arium) publicum ibi presentem et mandatum istum sussipientem suum certum nunc(ium), missum et verum procuratorem generalem, videlicet ad recipiendam investituram feudi de Canpagnollo quod iacet in villa Palacii dioc. Ypor(egien). secundum quod pater ipsius Riçardi condam fuit investitus per groriosum[a] regem Romanorum dominum Redulfum Dei gratia senper agustum[1] cum suis pertinentiis et coherent(iis). Item ad faciendum fidelitatem et sacramentum fidelitatis de dicto feudo nomine dicti Riçardi grorioso ac magnifico regi Romanorum domino H(enrico) Dei gratia senper agusto, ita et taliter quod predictus Iac(obinus) procuratorio nomine dicti Riçardi faciat et facere possit quidquid ad dictum feudum et causa dicti feudi pertinet et fieri convenit et dicitur pertinere. Item ad recipiendum autoritatem et bayliam a dicto domino rege ponendi in possessionem dictum Riçardum nomine dicti domini regis de dicto feudo et ad defendendum inductum autoritate ipsius domini regis. Et ad accipiendum pecuniam mutuo nomine ipsius Riçardi si opus fuerit pro predictis rebus expediendis. Promic(tens) dictus Ricardus sub oblig(atione) omnium bonorum suorum michi not(ario) infrascripto tanquam publice [persone][b] recipienti vice et nomine omnium personarum, quarum interest vel interesse posset, abere ratum et firmum perpetuo [quidquid][b] per dictum procur(atorem) actum [vel][b]

1275. a) arbitrantes *ed.*

1276. a) *sic or.* b) *corrosum or.*

1) *Documentum ad haec spectans servatum non est.*

gestum fuerit, sub dicta oblig(atione) omnium bonorum suorum. Et inde mandavit michi not(ario) fieri et tradi unum et plura instrum(enta) ad dictamen unius vel plurium facien(da), prout melius posset fieri, reffici et dictari.

(S. N.) Ego Ambroxinus filius condam Benedicti de Arnaldi civis Ypor(egie) not(a-5 rius) publicus predictus interfui et hanc cartam rogatus tradidi et scripsi.

1277. 1278. REFORMATIO CIVITATIS VERCELLENSIS.

1310. Dec. 15.—18.

Ad edendum instrumentum super reformatione civitatis Vercellensis confectum, quod 10 sub duobus numeris proponere liceat, denuo contulimus Registrum quod dicitur 'dei Biscioni' tabularii civitatis Vercellensis tom. I fol. 184 (1) *et tom. IV fol. 164'* (2). *Textum abbreviavimus et potiores tantum codicum lectiones adnotavimus. Autographon eiusdem tabularii*[1] *iam desideratur.*

Cf. supra ad nr. 488.

1277. *ARBITRIUM PACIS. Dec. 15. 16.*

15 *Cf. supra nr. 488.* *(P. deest.)*

(1) In nomine Regis pacifici amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo decimo, indictione octava, die quintadecima mensis Decembris, pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto. Dec. 15.

20 Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod serenissimus dominus Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus volens misericorditer ad pacem reducere cives civitatis sue Vercellensis, qui erant hactenus in duas partes divisi[a], quarum una vocabatur Advocatorum, altera Tizionorum, convocatis et presentibus coram ipso domino rege dominis Humberto electo Vercellensi, Philipono 25 de Languscho comite de Lomello, Simone de Colobiano, Iohanne de Congarezio potestate Vercellen(si) et quam pluribus in magna quantitate meliorum et potentiorum dicte civitatis et credenciariorum eiusdem populum et comune eiusdem civitatis representancium, ex parte ipsius domini regis per reverendum in Christo patrem dominum Papinianum Dei gratia episcopum Parmensem in presencia dicti domini regis et de ipsius 30 voluntate extitit ab eisdem requisitum, quod pro pace facienda in civitate predicta eiusque territorio et districtu et pro bono statu ipsius terre et conservatione pacis ordinande per ipsum dominum et ad hoc, ut firmius teneatur et observetur, darent eidem domino regi plenam generalem et liberam bayliam, potestatem et auctoritatem ordinandi et disponendi de tota civitate eiusque districtu, ac super guerris et discordiis vertentibus 35 inter partes predictas et eorum sequaces et super dependentibus et emergentibus ex eisdem sentenciandi et disponendi semel et pluries ad suam omnimodam volun-

1277. a) diversi 1. 2.

1) *Cf. Caccianotti 'Summarium monumentorum omnium quae in tabulario municipii Vercellensis continentur ab a. 882 ad a. 1441' Vercell. 1868 pag. 260.*

tatem. Qui predicti omnes et singuli potestas, conscilium et cives responderunt liberaliter et sine contraditione aliqua, quod ipsi volebant et placebat eis, quod idem dominus rex haberet predictam auctoritatem, posse et bayliam ordinandi et disponendi super pace et omnimodo statu civitatis et civium ac districtus Vercellarum ad suam liberam et omnimodam voluntatem, concedentes eidem domino regi nomine suo et omnium 5 aliorum civium et habitantium dicte civitatis et districtus eiusdem predictas potestatem auctoritatem et bayliam. Promitentes nominibus quibus supra eidem domino regi, [se] ratum, gratum, firmum et stabile perpetuo habituros, quicquid per ipsum dominum regem vel alium eius nomine et mandato super predictis et ea tangentibus fuerit ordinatum.

Actum est hoc apud Vercellis in domo Sancti Andree, presentibus viris venera- 10 bilibus dominis Castone[b] archiepiscopo Mediolanensi, Papiniano episcopo Parmensi, Gerardo episcopo Basiliensi, Hugucione episcopo Novariensi, Amedeo comite Sabaudie, Petro de Claromonte et magistro Henrico de Geldonia et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

(2) Eodem anno, die et loco coram eisdem testibus Ricardus de Tizionibus, Iacobus 15 de Bulgaro, Iacobus de Tizionibus, Henricus de Tizionibus, Bonifacius de Sonamonte[c], Rolandus de Guidalardis, Ubertus de Bondonnis, Franciscus Zentoris, Delphinus de Guiscardis, Symon de Zentoribus, Walinus de Tizionibus, Humbertus de Tizionibus, Michael de Benivolis omnes et singuli in presencia maiestatis ipsius domini regis propter hoc specialiter constituti, interrogati et requisiti per ipsum dominum Parmensem epi- 20 scopum nomine et de mandato predicti domini regis, quod pro pace predicta facienda et statu civitatis Vercellarum et districtus eiusdem in bono reformando ut supra ac omnibus et singulis per dictum dominum regem peragendis, ut superius dictum est, et disponendis ac ordinandis darent sibi plenam, generalem et liberam potestatem ordinandi ac disponendi de tota civitate et eius districtu, prout sibi videbitur expedire, ipsi 25 omnes et singuli unanimiter et concorditer ac voluntatibus suis spontaneis responderunt, quod ipsi volebant et placebat eis, quod idem dominus rex haberet predictam auctoritatem, posse et bayliam ordinandi et disponendi super pace et omnimodo statu civitatis et civium ac districtus Vercellarum ad suam liberam et omnimodam voluntatem. Concedentes eidem domino regi nomine suo et omnium aliorum civium et habitantium dicte 30 civitatis et districtus eiusdem predictas auctoritatem, potestatem et bayliam. Promittentes nominibus quibus supra eidem domino regi, se ratum, gratum et firmum et stabile perpetuo habituros, quicquid per ipsum dominum regem vel alium eius nomine et mandato super premissis et ea tangentibus fuerit ordinatum.

Dec. 16. (3) Item anno et indictione quibus supra, sextadecima die mensis Decembris, pre- 35 sentibus dominis Balduino archiepiscopo Treverensi, Castone[d] archiepiscopo Mediolanensi, Papiniano episcopo Parmensi, Gerardo episcopo Basiliensi, Aymone episcopo Gebennensi, Henrico episcopo Trigentino, Hugucione episcopo Novariensi, Humberto electo Vercellensi, Amedeo comite Sabaudie, Guidone de Flandria, Walerano fratre dicti domini regis, Manfredo marchione Saluciarum, Karolo[e] comite Lavagnie[f], Marovello 40 marchione Malespine et Philipono de Langusco comite de Lomello et pluribus aliis fidedignis testibus ad premisa vocatis et rogatis. Dictus dominus rex fecit convocari coram presencia maiestatis sue nobiles et discretos Symonem Advocatum, [Franciscum Advocatum][g] de Colobiano, Iacobum et Gothofredum de Cerridonia, Henricum de Quinto, Petrum de Queregna, Iorium de Gualdengo, Symonem de Balzola, 45 Ricardum de Colobiano, Iacobum domini Abbatis de Arbore, Humbertum filium

1277. b) Crustone 1. 2. c) Sonomonte 2. d) Crastone 1. 2. e) Karole 1. 2. f) Lauagin. 2. g) *excidisse videntur* 1. 2.

domini Bonisenioris, Karolum de Arbore, Humbertum Pectinatum, Nicolaum de Clivolo, Martinum de Montonario, Prevostum de Moxo, Petrum de Mortario, Robaldum de Buronzio et Fredericum Cocorellam et Lafranchum Pectenatum. Item Richardum Tizonis, Iorium Berloffam de Tizionibus, Galvagnum Tizonis, Delphinum Tizonis[h], Ubertum Tizonis, Iorium de Bulgarono, Iorserium de Castellengo, Humbertum de Bondonnis, Petrum de Bondonnis, Roglerium de Bondonnis, Raynerium de Bondonnis, Rolandum et Benefacium de Guidelardis, Bonifacium de Sonomonte, Nicholaum de Sonomonte, Franciscum de Ast, Francescium Cagerolium, Mafeum[i] et Iohannem de la Muta, Vercellinum de Ripis et Delphinum de Guiscardis. Quibus universis et singulis supradictis comparentibus coram dicto domino rege, ipsi omnes et singuli promiserunt ipsi domino regi per pacta expressa et sub obligatione omnium bonorum suorum et ad sancta Dei euangelia iuraverunt corporaliter tacta, ea universa et singula, que idem dominus rex super predictis omnibus et singulis et ea tangentibus ordinare, pronunciare, sententiare, declarare et interponere voluerit, semel et pluries attendere et facere firmiter et complere, omni exceptione postposita et remota.

(4) Qui quidem dominus rex incuntinenti presentibus omnibus et singulis personis suprascriptis, volens misericorditer ad pacem reducere ipsos et alios cives dicte civitatis diutius discordantes tam regia potestate et auctoritate quam ex potestate sibi super hoc per dictos cives concessa pronuntiavit, precepit et statuit, ut inferius continetur: *(sequuntur cap. I—V ut supra pag. 445 lin. 38 sqq.).*

(5) Hec autem ut premititur dictus dominus rex super discordiis predictorum ad presens pronunciavit et statuit, retenta videlicet et reservata sibi omnimoda potestate, ea omnia et singula interpretandi, declarandi, supplendi et corrigendi ac super aliis, ubi, quando et quocienscumque voluerit pronunciandi et statuendi, prout viderit expedire.

(6) Qui omnes et singuli cives suprascripti audita et intellecta suprascripta dicti domini regis sentencia, ipsam et omnia eius capitula sponte et gratanter acceptaverunt et aprobaverunt et emologaverunt. Condonantes sibi et remitentes ad invicem omnes offensas, iniurias, restitutiones et emendas predictas, sese in signum pacis ad invicem osculantes.

1278. *REMISSIO BANNORUM.* *Dec. 18.*

Statim sequitur nr. 1277. Cf. supra nr. 490. *(P. deest.)*

Item anno et inditione quibus supra, die decima octava mensis Decembr., in capella domus predicte, presentibus dominis Papiniano episcopo Parmensi, Amedeo comite Sabaudie, Gerardo episcopo Basiliensi et Berllione Raynor(e)[a] potestate Vercellen.[b] Prefatus dominus rex volens paci et quieti predictorum Vercellensium plenius et solidius providere, auctoritate et potestate predictis rellaxavit omnia banna, quibus suppositi forent hactenus a dicto tempore citra cives predicti, qui exulabant a civitate predicta, sive pro contumacia sive pro offensa sive pro contumacia magna vel parva vel alia quacumque de causa, omnesque collectas seu talias quomodocunque impositas remixit eisdem. Absolvens eos a predictis omnibus et a penis et mulctis, quas huiusmodi occaxionibus incurrissent, et quibuslibet condampnationibus, sententiis et penis propter hoc latis vel statutis in eos.

1277. h) Thizonis 1. i) Mapheum 2.

1278. a) rayuor̄ 1; Rainor̄. 2. b) Vercella℞ 2.

Actum anno, die et loco, quibus supra.

Ego autem Bernardus de Mercato de Yenna Bellicen. dyoces. sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius hiis omnibus presens fui et hanc cartam manu propria scripsi et subscripsi signoque meo consueto signavi et tradidi feliciter rogatus[c]. 5

1279. SYNDICATUS CIVITATIS ALBINGANE.

1311. Febr. 2.

Denuo contulimus autographon, quod exstat Pisis in tabulario Roncioniano nr. 705. E verbis unius lineae dorso inscriptae adhuc legitur: Syndicatus .... *Edidit Bonaini 'Acta Henrici VII.' I, 144 nr. 97.* *(P. deest.)* 10

(S. N.) In Christi nomine amen.

Dominus Bernabos de Grimaldis potestas civitatis Albingane in pleno et generali conscilio cornu et campana more et loco solitis congregato voluntate et decreto infrascriptorum consciliariorum et ipsi consiliarii auctoritate et decreto ipsius domini potestatis fecerunt, constituerunt et ordinaverunt discretos viros dominos Georgium Cepullam et 15 Guillelmum Bellandum ipsos et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condictio occupantis et quod unus inceperit, alter prosequi valeat et finire, suos et comunis et universitatis civitatis Albingane et omnium et singulorum civium[a] eiusdem civitatis sindicos, auctores, procuratores et certos nuntios speciales ad comparendum et se presentandum vice et nomine eiusdem universitatis coram maiestate domini sui domini 20 Henrici divina gratia Romanorum regis serenissimi seque et dictam eius civitatem recomendandum eidem et ad prestandum fidelitatis debite sacramentum in omnibus capitulis nove et veteris fidelitatis forme et omne sacramentum ab eis exactum in animam omnium et singulorum de ipsa universitate prestandum, et ad ordinandum, promitendum et asecurandum plenarie de fodro regali et de omni stipendio per maiestatem 25 regalem inponendo, et ad inpetrandum confirmationem privilegiorum et iurium concessorum civitati Albingane per predecessores dicti domini eorum et concessionem novorum privilegiorum, si et quatenus placuerit dicte regie maiestati, et ad petendum et exigendum omnes res et omnia iura, que et quas contra dictum comune essent per aliquos occupata. Ita quod contra quoscunque[b] tam in agendo quam in deffendendo possint 30 omnia facere et inpetrare, que in iudiciis vel extra exiguntur, scilicet citationes, dilatio[n]es, recussationes, exceptiones, petitiones, responsiones, interrogationes, confessiones, testium depoxitiones, instrumentorum productiones, interloqutiones, appellationes, renunciationes, conclusiones iudicum et auditorum inpetrationes, sacramentorum prestationes et omnia et singula que occurrunt conpetenti ordine conscribenda seu facienda in iudicio 35 vel extra. Dantes et concedentes eisdem sindicis et cuilibet eorum per se plenam et generalem et largam bayliam et liberam administrationem in predictis et circa predicta et omnia alia, que quocunque modo occurrerent facienda, omnia et singula faciendi, que ipsa universitas facere tota posset vel que aliquo modo syndicis mandari posset, si omnia specificata essent. Promitentes solempni stipulatione dictis syndicis et michi 40 notario infrascripto stipulanti et recipienti vice et nomine omnium, quorum interest vel

1278. c) *sequitur authenticatio a. 1335. a duobus notariis Vercellensibus facta.*

1279. a) ciuuum *or.* b) quocienscunque *or.*

intererit seu interesse poterit, se firma et rata perpetuo habituros omnia et singula, que per dictos eorum sindicos vel alterum eorum factum, gestum seu procuratum fuerit[c] in iudicio sive extra, sub obligatione omnium bonorum dicte universitatis. De quibus obligandis dant eisdem et cuilibet eorum liberam et generalem administrationem et 5 largam bayliam. Et volentes dicti syndici et quilibet eorum admicti ad sindicatum predictum et relevari ab omni honere satisdandi, promiserunt ipsi sindici et quilibet eorum michi notario infrascripto stipulanti nomine quo supra, iudicio scisti et iudicatum solvi pro omnibus suis clausulis, sub obligatione omnium bonorum suorum. Pro quibus eorum sindicis dicti dominus potestas et consciliarii auctoritate et decreto predicto 10 solempniter fideiusserunt et promisserunt michi notario infrascripto stipulanti nomine quo supra, iudicatum solvi pro omnibus suis clausulis, sub obligatione et ypotecha omnium bonorum dicte universitatis. Nomina consciliariorum sunt hec: dominus Iohannes Segnorandus abbas populi, Franciscus Cepulla, Iacobus de Lodano, Geronimus Usur(us). Ogerius . . .[d], Petrus Cepulla notarius[e], Amatus Bocherius, Iohannes Bellotus, Franciscus 15 Cepulla . . .[e], Guillelmus Tortus, Fridericus . . . . .[d], Iohanninus de Iustenote, Oddo Marchixius, Obertus Bocherius, Robaudus Ferrus, Thomas Baronis, Lucas Pizallus, Egidius Mazarellus, Percivalis Percus, Franciscus Litardus, Mannus Balarius, Nicoloxius Isnardus, Obertus Litardus, Oddo Cepulla, Mannus de Iustenote, Manuel Cepulla, Iacobus Balianus, Obertus Cepulla, Semencia de Semenciis, Franciscus Rapallus, Iacobus Semencia, 20 Iacobus de Bernizono, Petrus Ayrandus, Guillelmus Bellandus, Conradus Pizallus, Antonius de Iustenote, Manuel Bellandus, Thomas Aymericus, Guillelmus Ricius, Iacobus de Preilono, Thomasinus Litardus, Bonivinus Capeta, Lucas Cepulla, Raynaldus Cepulla, Iacobus Maneserius, Oddo Rubeus, Guillelmus Maynerius, Albertus Ferarius, Franciscus Dolerius, Stefanus Barclarius, Raffetus de Iustenote, Franciscus Aygilenta, Oddo Rubeus 25 Moricius, Guillelmus Rocha, Vivaudus Contadus, Manfredus de Berenzono, Iacobinus de Palavena, Oddoardus Falatha, Iohannes Franchus, Bernizonus, Facius Barilis, Manuel Usur(a), Saxus Ferrus, Iohanninus Cepulla, Franciscus de Lodano, dominus Georgius Cepulla, Guillelmus Ricardus, Conradinus de Iustenote, Guillelmus Cenanus.

Actum Albingane in capitulo, anno nativitatis Domini millesimo trecenteximo 30 undecimo, indictione nona, die secunda Februarii. Testes Guillelmus Iordana, Franciscus de Pulio, Guillelmus Maneserius et Oddinus Zavantius rogati.

Ego Iacobus de Lodano auctoritate imperiali notarius rogatus fui et scripsi, nunc comunis Albingane scriba.

1280. MANDATUM ADVOCATO PROVINCIALI 35 MISSUM.

1311. Mart. 13.

Repetimus editionem nostram, quam iam olim paravimus 'Neues Archiv' XXIII, 47 nr. 21 ex autographo tabularii secreti domus regiae Bawaricae. Supersunt vestigia sigilli secreti cerae rubrae dorso impressi.

40 *Cf. supra nr. 661 et 736.* *(P. deest.)*

1279. c) *ita c.* d) *evanidum or.* e) *incertum or.*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobili viro Georg(io) comiti Veldenc(ie) advocato provinciali, fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Ad nostram pervenit audienciam, quod per venerabilem Sybot(onem) Spirensem episcopum nova et iniqua thelonea sint in aliquibus locis tui regiminis instituta, de[a] quo plurimum admiramur et specialiter pro eo, cur talia illicita institui paciaris. Quocirca fidelitati tue precipimus et mandamus, quatinus huiusmodi thelonea seu pedagia iniusta omnino facias removeri.

Dat. Mediolani, III. Id. Marcii, regni nostri anno tercio.

1281. SYNDICATUS COMITUM DE GANGALANDIS.

1311. Iul. 20.

Ineditum descripsimus ex eisdem Protocollis, quae iam supra ad nr. 1273. 1274 edendos adhibuimus.

Cf. supra nr. 1029. *(P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Regnante excellentissimo principe domino Henrigho Dei gratia serenissimo Romanorum imperatore semper augusto. Ex hoc publico instrumento omnibus pateat evidenter, quod dominus Pigellus condam domini Corsi, Lapus condam domini Iacobi pro se et gestorio nomine pro Pero condam domini Alberti, Curradus et Loctus germani condam domini Pollini, Fatius condam domini Tondellini, Nerius condam Dadi pro se et Lapo eius germano et Marianus condam domini Lapi, qui omnes sunt comites de Gangalandi, pro se ipsis et pro omnibus aliis eorum consortibus et comitibus de Gangalandi simul et insolidum fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et cuiusque eorum sindicum et procuratorem Gerium condam Dadi suprascripti eorum consortem et comitem presentem et recipientem ad conparendum et se personaliter presentandum pro predictis comitibus[a] coram suprascripto excellentissimo principe domino H(enrico) Dei gratia serenissimo Romanorum imperatore semper augusto et ad iurandum sua precepta et ad observandum et promictendum et observari et promicti[b] faciendum in omnibus et per omnia, prout sue domini imperatoris voluntatis arbitrio videbitur convenire. Et ad conpromittendum et conpromissum faciendum in ipsum dominum imperatorem vel eius vicarium et ad illam penam et penas, quas ipse dominus imperator voluerit ordinare. Et etiam ad prestandum per dictum sindicum et procuratorem pro eis et eorum nomine quodlibet genus sacramenti fidelitatis, quod ipsi domino imperatori videbitur convenire. Et ad petendum pro eis coram ipso domino imperatore eorum privilegia confirmari, que eorum antiqui actenus habuerunt contra homines et personas de Gangalandi eorum fideles et alios, et ad petendum nova privilegia eis concedi, prout ipsi sindico et procuratori videbitur petere convenire et imperatorie maiestati concedere. Et ad omnia alia et singula facienda, promictenda et obedienda, secundum quod ipsi domino imperatori placuerit et videbitur expedire. Et ad renumptiandum et ad ipsos comites et eorum heredes et bona presentia et futura obligandum, prout ipsius domini imperatoris

1280. a) *sequitur spatium unius litterae erasum or.*

1281. a) pro—comitibus *supra lineam add. c.* b) observari *c.*

placuerit voluntati. Dantes et concedentes predicti comites dicto eorum sindico et procuratori plenum, liberum, generale et speciale mandatum et plenam et generalem administrationem, in quibus generale mandatum requiritur, et etiam specialem, in quantum speciale requireretur. Et prom(ittentes) predicti comites pro se ipsis et ut dictum est michi notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice domini imperatoris et ipsi domino imperatori, se rata et firma perpetuo habituros et observaturos omnia, quecunque per predictum sindicum et procuratorem acta, promissa et gesta fuerint ac etiam procurata, et quod omni tempore facto vel verbo et modo quocunque alio contra non venient vel facient vel contra ea, que per predictum sindicum et procuratorem facta fuerint in premissis vel circha premissa, sub obligatione et ypotheca omnium eorum bonorum et heredum presentium et futurorum stipulatione promissa.

Acta sunt hec[c] [omnia] Pisis in via publica ante domum, quam suprascriptus Gerius sindicus habitat, positam in cappella Sancti Petri ad[d] Yschiam, presentibus Petro condam Rugerii de suprascripta cappella et Grifaccio condam Neri Bonomini et Guarnerio notario filio Neri, qui sunt de Florentia, testibus ad hec rogatis et vocatis. Sub anno incarnationis dominice MCCCXII, indic. VIIII, die XX. mensis Iulii.

1282. 1283. RECEPTIO CASTRENSIS.

1311. Iul. 22.—1313. Ian. 25.

1282. *SCRIPTUM REGIS. 1311. Iul. 22.*

Autographon tabularii Vindobonensis denuo conferri benivolenter iussit eidem tabulario praefectus. Pendet sigillum filis sericis. Editum est 'Erster Jahresbericht des historischen Vereins im Oberdonau-Kreise 1835' (Augsburg 1836) pag. 71 nr. 8. — Böhmer, Reg. Heinr. 413. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Levamus in circuitu oculos nostros et attente conspicimus singulorum nobis obsequentium merita et que ex rependio nostre largitatis in ipsis propagari possint ad alios devotionis exempla, et ad illos munificentie nostre dextram libenter extendimus, quos maiora nostro culmini iugiter impendisse effectu prosequente palpamus. Considerantes igitur fructuosa et fidelia servicia, que strenuus vir Diethegno de Kastel fidelis noster dilectus nobis et imperio ac illustri Iohanni regi Bohemie primogenito et principi nostro karissimo exhibuit et exhibet incessanter, quodque propter hoc plura dampna sustinuit et debita contraxit, que pro nobis et imperio solvit de suo et adhuc solvere oportebit, propter quod volentes eidem de huiusmodi dampnis et debitis satisfacere, ut tenemur, sibi quadringentas marcas argenti duximus largiendas. Propterea ut eundem Diethegenum nobis et imperio fortius astringamus, ipsum similiter in nostrum et imperii castrensem apud castrum Ravensburg duximus conquirendum, dantes et donantes eidem quadringentas marcas argenti pro castrensi feodo, sic quod eadem pecunia habita ipsam convertat in possessiones, quas ipse et heredes sui inantea pro castrensi feodo retine-

1281. c) hec *delet. c.* d) *super* de *delet. c.*

bunt, concedentes eciam eidem et tradentes unam mansionem in castro predicto Ravensburg, in qua ad deserviendum nobis castrense feodum comode possit et valeat residere. Verum quia dictam pecuniam paratam non habuimus, prefato Diethegnoni pro predictis octingentis marcis argenti comitatum nostrum in Cil emptum a quondam nobili viro Rudolpho comite de Monteforti, videlicet castrum Cil cum universis et singulis attinentiis, pertinentiis, iuribus et utilitatibus suis obligavimus et presentibus obligamus tenendum, utendum et tam diu pacifice possidendum, quousque sibi vel suis heredibus per nos vel successores nostros in imperio de dictis octingentis marcis argenti plenarie fuerit satisfactum, perceptis medio tempore, que sibi de regali donamus munificencia, in sortem minime computandis. Volumus etiam et de gracia speciali concedimus, quod tam in prefato castrensi feodo quam in ipsa donatione octingentarum marcarum et obligacione pro eisdem facta eidem Diethegeno sui heredes tam descendentes si habuerit quam collaterales et specialiter strenui viri Conradus et Waltherus de Castello fratres ipsius, qui dicti servicii participes fuerant, sibi succedant et ad eos tam ipsa obligacio quam ipsum castrense feodum se extendant aliis litteris, quas super eodem antea concessimus, penitus revocatis[1]. Universis et singulis precipientes firmiter et districte, ut prefatum Diethegenum et suos heredes in predictis donacione, obligacione ac concessione castrensis feodi, quas ex certa scientia et ad utilitatem nostram et imperii fecimus, non impediant vel perturbent, sed ipsum et heredes suos permittant eisdem uti pacifice et quiete, si nostram indignacionem voluerint evitare. In cuius rei testimonium presentes maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum in castris ante Brixiam, XI. Kal. Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, regni vero nostri anno tercio.

1283. *LITTERAE CONSENSUS. 1313. Ian. 25.*

Autographon eiusdem tabularii denuo collatum est. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. Editum est 'Erster Jahresbericht' pag. 72 nr. 9 et apud Kopp 'Geschichte der eidgenössischen Bünde' IV, 1 pag. 347 nr. 7b. (P. deest.)

Heinricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Ytaliam archicancellarius universis presencium inspectoribus noticiam subscriptorum cum salute.

Cum serenissimus dominus noster dominus Heinricus Romanorum rex, nunc Dei gratia imperator strennuo viro Dyetegnoni de Castello militi meritis et serviciis suis exigentibus, que sibi et sacro Romano imperio sepius exhibuit fructuose, castrum in Cyl cum comitatu et oppido dicto Liutkilch uf der hayde cum omnibus iuribus et pertinenciis eorum, prout in instrumentis obligacionum super hoc confectis plenius continetur[1], pro octingentis marcis argenti nomine seu titulo pignoris obligarit, nos tamquam princeps imperii, qui vocem in electione Romanorum regis habere dinoscimur et obtinere, predicte obligationi, sicut rite facta est, nostrum damus consensum pariter et favorem ipsamque obligationem ratificamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei testimonium presentes nostri sigilli munimine tradidimus roboratas.

Datum Nůrenberch, anno Domini millesimo CCCXIII, VIII. Kalen. Februar.

1) *Quae servatae non sunt.*

1284. RATIFICATIO TRANSLATIONIS.

1311. Aug. 25.

Descripsimus autographon tabularii generalis regni Bawarici hucusque ineditum. Signatum est 'Kaiserselekt Nachtrag' nr. 180 $\frac{1}{1}$. In verso nihil exaratum est. Pendent sigilli fragmenta loro membranaceo. — Böhmer, Reg. Heinr. 418. *(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint gratiam suam et omne bonum.

Favor religionis exigit, ut quod a nostra clementia pie petitur, benignius admittatur. Eapropter devotis peticionibus Hadmari dilecti notarii nostri favorabiliter inclinati, aream sitam in oppido nostro Windesheim quondam Ioselini Iudei, quam eidem Hadmaro donavimus ab omni exactione liberam et immunem, ipsam cum pertinentiis suis et usibus quibuslibet in devotos ac dilectos nostros fideles religiosos viros fratrem Heinricum abbatem et conventum monasterii in Halsbrunne ordinis Cystereiensis Eysteten. dyoc., quos pre ceteris favore prosequimur speciali, pure ac libere transferimus per presentes proprietatis titulo possidendam necnon translationem in ipsos religiosos per predictum Hadmarum factam ad instar dive recordationis quondam Alberti Romanorum regis semper augusti predecessoris nostri[1] presentibus innovamus, ratificamus et ex certa scientia approbamus. Ita quod iidem religiosi dominio aree predicte pro edificiis inibi construendis perpetuo libere gaudeant et nullis stiuris, serviciis, precariis seu exactionibus occasione predicte aree seu edificiorum in eadem inantea erigendorum ullo umquam tempore pregraventur, sed possessione semper utantur pacifica et quieta. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre donationis, translationis seu approbationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Quicunque vero contrarium fecerit, indignationem potestatis regie se noverit incurrisse.

Dat. in castris ante Brixiam in partibus Lombardie, octavo Kalen. Septembr., anno Domini millesimo CCCXI, indictione nona, regni vero nostri anno tercio.

1285. IUDICIUM SUPER BONIS REBELLIUM IN COMITATU MEDIOLANENSI.

1311. Sept. 17.

Repetimus editionem, quam ex autographo tabularii regii Mediolanensis 'Fondo di religione, Pergamene del Monastero di S. Simpliciano' in media parte valde corroso nuperrime instauravit G. Biscaro 'Archivio storico Lombardo. Serie IV, Vol. VII (Anno 34. 1907) pag. 313 sqq., dissertatione fusissima adiecta, cui titulus: 'Benzo da Alessandria e i giudizi contro i ribelli dell' impero a Milano nel 1311' (l. c. pag. 281 sqq.)

(P. deest.)

1) *Scriptum regis Alberti servatum non est.*

In nomine Domini.

Super . . . . . Cuius tenor tallis est:

Sept. 6. Millesimo trecentesimo undecimo, die Lune sexto Septembris, indictione decima, dominus Cionus | Bellaste de Pistorio iudex . . . . . bonorum banitorum et condempnatorum lese maiestatis in civitate et comitatu Mediolani per serenissimum principem 5 dominum Heinricum Dei gratia | Romanorum regem semper augustum . . . . . [questio]nem vertentem inter dictum iudicem nomine dicti domini regis et fisci ex una parte et Petrum de | Coyro qui dicitur sindicus et . . . . . sindicario nomine ipsorum ex altera pro terris et possessionibus que fuerunt Franzolli Legate banniti pro | crimine lexe maiestatis . . . . . dicto iudici, utrum fructus et proventus ipsarum terrarum et posses- 10 sionum spectent et pertineant camere | fisci seu dicti domini regis, an dictus . . . . . utriusque partis inductis coram ipso iudice et inducendis et hoc de voluntate partium ego Bentius de | Alexandria notarius et offitialis dicti iudicis . . . . . Beltramini Arzoni iurisperiti, qui vidit tenorem dicte commissionis et instrumentum unum permutationis factum | in Apr. 7. millesimo trecentesimo undecimo, die M[ercurii] septimo mensis Aprilis, per Iac[obinum] 15 Ingrexi de Dotto porte Cumane contrate de Terramara notarium. In qua permutatione canonici et capitulum dicte ecclesie | decumanorum Mediolani dederunt in permutationem Leonino filio quondam . . . . . de Venzago infradictas terras et sedimen et omnes alias terras et possessiones, quas et quod dicta | canonica decumanorum habet et habere videtur in loco et territorio de Cerro prope Mellegnianum. Sedimen est istud, videllicet 20 sedimen unum cum hedificiis etc. Terre sunt iste etc. | Item predicti canonici predicto nomine et modo dare et solvere debent et tenentur dicto Leonino in denariis numeratis libras ducentum viginti tertiollorum pro iuncta etc. Ex quibus confessus | fuit recepisse libras viginti tertiollorum . . . . dictis canonicis et capitulo pecias duas terre iacentibus in territorio loci de Dergano, quarum | prima est vinea, ubi dicitur ad 25 Cass . . . . . . a sero domini Gabrii de la Cruce et in parte Anselmi . . . . . monasterii Lantaxii | et in parte domini fratris Andree de Moduetia . . . . . ubi dicitur in prato spino, cui coheret a mane via, a meridie monasterii Lantaxii, a sero via, a monte | domini Albrici de Carcano et in parte domini . . . . . vel id circa. De quibus duabus petiis terre una cum quadam alia etc. Franzollus filius quondam Petri | Legate venditionem 30 fecerat dicto Leonino, ut [patet] per instrumentum illius venditionis traditum per Iacobinum 1310. Mart. 28. Petegatiam porte Cumane notarium anno proximo preterito, die vigesimo octavo | Martii, prout in instrumento dicte permutationis fit mentio, et instrumentum dicte venditionis facte per predictum Franzollum supradicto Leonino de istis terris ut supra. Et item aliud Apr. 7. instrumentum per|mutationis traditum millesimo trecentesimo undecimo, die Mercurii sep- 35 timo Aprillis, per predictum Iacobinum de Dotto notarium. In qua permutatione Guifredinus Pinctor | dedit dictis canonicis et capitulo sedimen . . . . . hedefitiis et curte et area et cassina cupata et torculara et cameras et puteo et brollio sive orto | et tinis et navazia etc. Quod hospitium . . . . . foris, cui coheret a mane lectus fluminis Passellii, a meridie petia que dicitur pegora | de Ricardis de Cixano et nepotum, a sero strata . . . . . foris, super cuius 40 sediminis tertia parte prestatur fictum de soldis decem tertiollorum omni anno | Guillelmino de Cuxano. Item petiam unam campi . . . . . predicte porte Cumane foris, ubi dicitur ad Buschaliollam, cui coheret a mane strata Cumana, a meridie domini | Dondei de Pusterlla, a sero domini Beltrami de Casate, a monte monasterii Oroni et in parte heredum quondam Goenzii de Zobio et est pertice viginti novem. De quibus hospitio 45 et petia terre Franzollus Legata ven|ditionem fecerat Beltramino Pani recipienti . . . . . partem dicti Guifredi per instrumentum traditum per Iacobinum Petegatiam 1310. Mart. 28. notarium anno proxime preterito, die Sabbati vigesimo | octavo Martii, prout in instrumento illius permutationis . . . . . Predicti vero canonici et capitulum . . . . dederunt dicto Guifredo in permutationem omnes terras et possessiones cultas | et incultas 50

et iura eorumdem, quas et . . . . . nomine et capitulum dicte canonice et ipsa canonica habent et habere videntur de eis suprascripto nomine seu ipsi canonice pertinent | et spectant in loco et territorio de Quartilliano . . . . viginti quatuor ad mensuram Laude. Et item instrumentum venditionis facte per predictum | Franzollum Leregatam predicto
5 Beltramo . . . . . predicto sedimine et petiis terre et aliis in dicta venditione contentis traditum anno currente | millesimo trecentesimo decimo, die vigesimo . . . . . et notarium predictum. Et instrumentum parabulle et licentie date predictis canonicis et capitulo ecclesie de|cumanorum Mediolani faciendi permutationem predictam . . . [archiepisco]pi Mediolanensis, de qua licentia fit mentio in quodam instrumento tradito millesimo
10 trecentesimo undecimo, septimo Aprillis, per Iacobinum de Dotto notarium, et instrumentum investiture facte per dominum presbiterum Lafranchum Tanzium et Franzium de Aliate et Thomaxium de Lixigniollo | et Nigronem Preallonum canonicos dicte canonice decumanorum, suo nomine et capituli dicte canonice, in Aregollum de Pubiga et Zanellum Paganum de petia una campi ia|centem foris de porta Cumana,
15 ubi dicitur ad Carariam, a mane strata Cumana etc. et est pertice viginti novem ad certum fictum fatiendum etc., traditum millesimo trecentesimo undecimo, vigesimo octavo Madii, | per Iacobinum dictum Picardum de Fenegroe notarium . . . . . millesimo trecentesimo undecimo, die decimo nono Februarii, extracte ab imbriviaturis Benadotti de Lonate | notarii, in qua continetur quod dictus Franzollus . . . . . domino Dondeo de
20 Pusterlla porte Ticinensis de sedimine uno cum hedifitiis et curtis duobus et puteo | iacente in burgo porte Cumane de foris in burgo . . . . . Simplitiani, cui coheret ad supertotum a mane Brayde monasterii Sancti Simpliciani, a meridie Guilelmi de Fagniano, a sero | strata, a monte dicti monasterii. Super quo sedimine . . . . fictum ad libellum annuatim dictum monasterium Sancti Simplitiani soldorum viginti
25 duos tertiollorum vel id circa. Item de sedimine uno cum hedificiis etc. | et de certis terris in dicta donatione contentis. Et qui vidit tenorem banni dati dicto Franzollo Legate de maleficio et lesa maiestate etc., prout in ipso banno continetur dato millesimo trecentesimo undecimo, | indictione nona, die triginta mensis Madii, ut pattet per scripturam subscriptam per Bentium notarium et officialem domini Cioni de Pistorio
30 iudicis et exactoris bonorum bannitorum pro dicto domino rege mandato ipsius | et dicti Leonini de Manzago et Guifredini Pinctoris, que dixerunt coram ipso iudice et qui vidit et audivit omnia ea et singula, que hostendi, dici et alegari voluerunt coram eo et diligenter deliberationem et examinationem habuit | super predictis et quolibet predictorum, Christi nomine invocato, ... terrarum et possessionum, que fuerunt dicti Franzolli, spectant et
35 pertinent predictis archipresbitero et canonicis et non camere | fisci seu dicti domini regis.

Apr. 7. — Mai. 28. — Febr. 19. — Mai. 30.

Ego Paganinus Canutus . . . . suprascripti domini Beltramini Arzoni iurisperiti scripsi anno currente MCCCXI, indictione X, die Veneris XVII. mensis Septembris. | Unde dictus Cionus iudex ut supra secutus consilium dicti domini Beltramini, cui dicta questio comissa fuit per ipsum dominum iudicem ut supra, presente presbitero Ardico cano-
40 nico | et sindico dicte ecclesie seu canonice documanorum . . . . . . sedendo pro tribunalli pronuntiavit et sententiavit in omnibus et per omnia, prout in dicto consilio plenius continetur. |

Sept. 17.

Actum Mediolani in domo habitationis dicti iudicis in porta R[omana] . . . . Gambaris, presentibus testibus vocatis et rogatis domino Guietto Capono filio quondam domini Iacobi porte Cumane, domino Albertono filio quondam domini Princivallis . . . . .
45 porte Ticinensis et Rizardello filio domini Oliverii de Puteo porte Cumane.

(S. N.) Ego Bencius de Alexandria imperiali . . . . . iudicis ad predicta hiis omnibus interfui et rogatus tradidi et ad scribendum exhibui infra[scripto] notario et me subscripsi.

(S. N.) Ego Rizardollus filius domini Oliverii de Puteo notarius . . . . . Mediolani porte Cumane iussu suprascripti notarii scripsi.

1286. SYNDICATUS EXTRINSECORUM LUCANORUM.

1311. Oct. 7.

Ineditum descripsimus ex eisdem Protocollis, quae iam supra ad nr. 1273. 1274. edendos adhibuimus. *(P. deest.)* 5

In nomine Domini amen.

Regnante excellentissimo principe domino Henrigho Dei gratia serenissimo Romanorum rege semper augusto. Cuntis presentem paginam legentibus pateat evidenter, quod dominus Pinus de Boscho de Fundo capitaneus partis totius universitatis exititiorum de Luca fidelium et devotorum Romani imperii tam pro se ipsis quam etiam 10 capit(aneatus) nomine pro ipsa parte et universitate de consilio et voluntate sui consilii et eius consiliariorum et dicte partis videlicet *(nomina quae sequuntur omisimus)* et ipsi idem consiliarii cum consilio et voluntate predicti capitanei vice et nomine totius universitatis dicte partis de Luca, qui sunt intus et extra civitatem, pro quibus de rato promiserunt sub obligatione suorum bonorum et heredum, fecerunt, constituerunt, 15 ordinaverunt et creaverunt veros sindicos procuratores, actores et certos et speciales numptios dominum Iohannem Parghie, dominum Bendinum de Martinis et dominum Terium de Ant(erminellis) presentes et recipientes et quemlibet eorum in solidum, ita quod occupantis non sit potior condictio et quod per alterum ipsorum inceptum fuerit, per alium possit prosequi et finiri, ad comparendum et se personaliter presentandum 20 coram excellentissimo principe domino H(enrico) Dei gratia serenissimo Romanorum rege semper augusto etc., ut supra in alio sindicatu[1] per omnia continetur.

Acta sunt hec omnia Pisis in ecclesia Sancti Sixti, presentibus Pone domini Bandini, Franchuccio Berlinguccii et Andrea condam Filippi, qui sunt de Pistorio, testibus ad hec vocatis et rogatis. Sub anno et indictione suprascriptis, die VII. Octubris, secun- 25 dum cursum Pisane civitatis.

1287. SCRIPTUM CUIUSDAM PONTIFICI DIRECTUM.

(1311. Dec.)

Repetimus editionem, quam ex autographo chartaceo tabularii regii Barcinonensis 30 *('Archivo general de la Corona de Aragon') 'Cartas reales diplomaticas' (= CRD) ad 11330 signato nuperrime paravit Henricus Finke 'Acta Aragonensia' I, 279 nr. 195. Cf. ea quae de tempore atque eo qui misit l. c. adnotata sunt.*

Cf. supra nr. 1252 cap. 4 et l. c. I, 278 nr. 194. *(P. deest.)*

Pater sanctissime! 35

Hiis diebus dixit michi dominus rex Romanorum ea que secuntur:

'Vos vidistis ambassatores, qui ad nos ex parte . . regis Frederici venerunt, nobis ex parte sua presentantes ipsum et bona sua omnia ad nostre beneplacita voluntatis.

1) *Supra nr. 1281, pag. 1416 lin. 27 sqq.*

Et hec diximus vobis in principio adventus sui. Verum quia multas collaciones atque locuciones nobiscum habuerunt, ad quas nolebant vos, ut nobis visum fuit, interesse, ideirco vos ad predicta non vocavimus, sed quod in effectu factum est cum eis, vos latere nolumus, videlicet quod ipsi quantum potuerunt per vias et modos quibus valu-
5 erunt nisi sunt ex parte predicti regis habere filiam nostram pro eiusdem regis Frederici filio in uxorem multaque alia circa hec offerentes. Nostra vero responsio fuit ista:

'Quod dominus noster summus pontifex iam dictam filiam habebat in manu sua et tractaverat et tractabat de coniunccione eiusdem facienda cum filio . . regis Sicilie, quod quasi iam expeditum reputabamus. Et quam diu dictum negocium esset in manu
10 domini pape, interim aliud respondere non possemus'.'

Et sic ab eo ut dixit recesserunt.

1288. (764a.) LITTERAE AMBASIATORUM REGI ARAGONUM MISSAE.

(1312.) Mart. 31.

15 *Repetimus editionem, quam ex autographo chartaceo tabularii regii Barcinonensis CRD App. gen. nr. 24 (cf. supra ad nr. 1287) paravit Finke l. c. I, 286 nr. 201. Sigilli vestigia adsunt. Cf. notas l. c. additas.* *(P. deest.)*

Al molt alt et molt poderos senyor en Jaeme per la gracia de Deu rey d'Arago etc. en P. Boyl e en G. Olomar, humils servidors vostres besan vostres peus et
20 vostres mans.

Senyor, nos comanam en la vostra gracia. Perço, senyor, cor entenem esser covinent cosa, que vos, senyor, sapiats lo fet dins serit, significam a la vostra altea, segons que a nos es estat recomtat per un amich vostre, quins ho ha comtat axi com per cosa vera et en que dubtar no devets: Es assaber, quel rey Robert, peça ha, trames
25 en Johan son frare ab companya en la ciutat de Roma, lo qual recebe a sa ma lo loch de Sent Angel et altres forces de la ciutat de Roma, e con lo dit en Johan fo en Roma, lo rey Robert serisch al emperador[1], que enteses, quel dit en Johan ab aquella gent eren venguts en Roma et que aço feya ell a honor et a servey del emperador et del seu coronament, que devia haver. Eaxi matex seriseh al papa, que nos dubtas
30 daquest ajustament ne de neguna altra cosa, que ell fes, que tot ho feya a honor et a servey dela esgleya de Roma. Et aquella letra desus dita tramesa al emperador fo enviada al papa per lemperador. Enapres lo dit en Johan estan en Roma feu dir per aquelles de son consell an Xarra de la Colona, que li liuras una força que ell tenia sobrel pont de Tibre et que li fes liurar una altra força, que tenia P. de Sabella son
35 cunyat, les quals forçes et aquelles altres, que tenia ja lo dit en Johan, son los meylors de tota la ciutat de Roma. E el dit en Xarra respos, que ell no sabia, quel dit en Johan fos regidor de la ciutat ne senador ne de altra guisa ell no era son vassall. Per que ell no veya raho, que ell li degues liurar les sues forçes. E feta aquesta resposta

1) *Cf. ea quae narrat Nicolaus Botrontinensis (ed. Heyck pag. 49):* quod dominus rex Romanorum
40 salutabat eum et de adventu suo multum gaudebat, cum frater suus rex Robertus ipsum misisset ad honorandum eum in sua coronatione, prout in litteris, quas dictus dominus rex Robertus domino regi Romanorum illis diebus miserat, plenius continebatur. *FINKE.*

lo dit en Johan altra vegada trames li adir, que les li retes, si no, que les tengues, si pogues. E el dit en Xarra respos, que ell prenia aquesta paraula derrera e que ell les defendria, si podia, e ab lespaa en lama les perdria, si a perdre les havia. Depuys en Johan planament et ab blanes paraules feu lo pregar, que ell li retes les forçes, e en Xarra dix, que no faria, que les paraules primeres tenia ell per un desaffiament. 5 Apres daço com en Loys de Savoya, qui es senador per lemperador en Roma, agues comanat son loch a un altre, aquell fo corrumpit per diners e liura a la part del rey Robert lo Capitoli e com lo senador volch tornar al Capitoli, noli acuyliren, ans hac a mudar auditori en lo loch, qui es dit Sent Apostol, axi que aquells dela part del rey Robert, qui tenien lo Capitoli, dixeren, quel dit en Loys era aqui per lemperador et 10 dela sua part e quells noy acuyliren nuyl hom del emperador, si quel fet fo ja descubert a aço. E el dit en Loys feu ho saber al emperador, qui era en Genova, e lemperador feu ho saber al papa per sos missatges, que mostrassen lo fet al papa, en qual manera lo rey Robert embargava lemperador, qui feya ab auctoritat de la esgleya tot ço que feya e quel papa quey preses consell axi quel papa ja per ses letres ma- 15 nava, quel Capitoli fos liurat al dit en Loys senador, e all pobble, que li obeyssen e aldit en Johan, que sen exis. Mas abans, que aquestes letres fossen espagades, lo rey Robert tremes lo senescal de Proença al princep son frare, qui era en la cort del papa, quel princep mostras al rey de França es clamas al papa dels greuges, que lemperador li havia fets, e que fees en guisa, que en Johan no isques de Roma nel senador hi 20 romases, que si lemperador havia poder en Roma, ell sens remey havia perdut lo regne tantost, e que pregas lo rey de França, que el que preses aquest fet e que no guardas a aquest punt, si ell havia fet alguna cosa, qui li desplagues, cor ell era de s[a] sanch e ell regne de Sicilia havia ell e son linyatge per ajuda dela casa de França. Aquestes rahons posaren lo princep e el senescal de Proença davant lo rey de França 25 e son consell a Leo e posaren en VI articles los greuges, quel rey Robert havia reebuts del emperador:

'Lo primer que con lemperador tenia assetgada la ciutat de Brixa, no sofferia, que seynera a seynal del rey Robert fos en la host de fora.

Laltre que lemperador havia fetes trencar cartes de covinençes e de confederacions, 30 qui eren entrel rey Robert e la ciutat d'Ast.[1]

Lo tercer que una statua, qui era en la ciutat de Plasença en memoria del rey Karles, avi del rey Robert, havia feta remoure de la dita ciutat lemperador.

Lo quart que cartes de covinençes e de confederations, qui eren entrel rey Karles, pare del rey Robert, e el comu de Genoua, havia fetes cremar lemperador 35 publicament en la plaça de Genoua.

Lo quint que lemperador havia contracta amistat e affinitat ab lo rey Frederich e ab alguns altres contra tot hom.

Lo VI[e] que li havia mes senador en Roma de la casa de Savoya, quell havia per enamichs capitals.' 40

Apres aço depuys quel rey de França fo en Viana, foren tots los dits clams donats per scrit al papa en consistori dels cardenals, e com aquestes coses foren vistes en consistori, un dels cardenals, loqual no cal ara nomenar, com lo papa dixes, si hi havia negu, qui res hi volgues dir, respos atots aquestes articles e sobre cascu escusa lemperador, dien, que la on fos tot veritat, ço ques posava contra lemperador, que non hi havia res 45 mal estant. E al primer dix, que si lemperador havia vedat, que seynera a esynal del rey Robert no fos en la host sua, havia fet gran raho, perço cor dins en les portes e els murs de la ciutat havia seyneres a seynal del rey Robert, de ques pogra seguir damp-

1) *Cf. Nicolaum Botrontinensem ed. cit. pag. 5. FINKE.*

natge ala host de fora. E que havia be fet, com havia trencades les cartes de confederatio, que fos entre la ciutat d'Ast e el rey Robert, com la dita ciutat sesguart al rey dels Romans. Eaxi matex havia be fet de les covinences del comu de Genoua, com fos la pus seynalada joya, que agues lemperi, eaxi no seria raho, que les ciutats 5 del emperi aguessen confederatio ab altres princeps. E dela statua axi matex havia be fet, quant a Deu, cor es manera de ydolatria, e quant al secgle, cor no seria covinent cosa, que statua fos de negun altre princep en Plasença, qui es del emperi. Quant a aço, ques deya, que lemperador havia contracta confederatio e affinitat ab lo rey Frederich e ab alsguns altres, dix lo dit cardenal, que leguda cosa era, cor 10 lo rey Frederich era hom franch, ab qui podia hom fer covine[n]çes e affinitats, e qui tenia ço que tenia sots obediencia e ab voluntat de la esgleya. E a aço dix lo papa: 'Guardats, que deyts!' E el cardenal respos, que ell dey averitat e que als noy sabia. Aaço ques deya, quel rey Robert havia clams, com lemperador li havia mes senador de la casa de Savoya, que havia per enemichs, dix lo cardinal, que abans, quel dit en 15 Johan vengues en la ciutat, per molt de temps era estat senador lo dit en Loys, e que no havia fet negu greuge al rey Robert ne res que a fer no li agues.

Aquest consistori, seynor, fo lo dimarts apres Pascha per lo mati e apres menjar Mart. 28. foren davant lo papa sobre aquest fet en la cambra lo rey de Nauarra e en Karles, germa del rey de França, e en Felip e en Karles fills del rey de França e parlaren 20 abell, no sabem que. E puys dimecres seguent mati foren davant lo papa en consistori dels cardenals los desusdits germa e fills del rey de França e el princep e el senescal de Proença e en Gerra e en G. de Blenosch conseyllers del rey de França. E parla lo dit en G. de Blenosch e dix, que si el rey de França fos de saho, que ell fora aqui vengut, que no es sa, ans ha hauda febre, mas que havia aqui tremeses aquells, 25 que de part sua dixes al papa lodit en Blenosch, que la casa de França havia acustumat, que si entre si alguns de la dita[a] casa havien brega o discordia e la un dells, qui havien discordia, avien contrest ab altres estrayns, ques valien e sajudaven contra los estrayns, entro fos fenida la brega, que avien ab ells e puys tornaven a partir la sua. Per que, com lo rey Robert fos de la sanch del rey de França, jassia que ell 30 li agues fets alguns enugs, no li ho entenia a guardar en aquest punt, que el havia entes totes les coses recontades de sus, que lemperador havia fetes al rey Robert e feya et specialment la confederacio e amistat, que havia feta ab lo rey Frederich, que lemperador donava sa filla per muller al fill major del rey Frederich e altres coses, e aço volia dir per vos, seynor, segons que davayl entendrets. E de ajudar al rey 35 Robert nos podia lexar lo rey de França, jassia que ell agues feta covinença jurada ab lemperador per si e per sos valedors de valerse la un al altre contra totes persones exceptada la esgleya de Roma. Cor en aquesta covinença el no entenia lo rey Robert, qui era de la sua sanch e la on lo rey sen volgues estar per consciencia, aquells qui aqui eren presens, ço es lo frare eels fills del rey de França desusdits, nos porien estar, 40 que no valguessen al rey Robert son cusi, majorment encara, segons que dix lo dit en Blenosch, quel rey de França no havia la carta del emperador de la cenfederatio desusdita feta entre ells. Per que concloy lo dit en Blenosch, que sopplegava al papa de part del rey de França e daquells, qui aqui eren venguts, que donas consell a aquest fet, e que no sofferis, quel dit en Johan isques de Roma ne quel Capitoli tornas 45 en poder del dit senador; cor si ell havia a exir de Roma e lemperador si apoderava, ell tenia lo regne del rey Robert per perdut; ne quel senador romases en Roma, com rey Robert tengues la casa de Sauoya per enemichs capitals.

1288. a) data *or.*

E com lo dit en G. de Blenosch hac parlat, lo dit en Gerra dix al senescal de Proença, que ell dixes davant lo papa e el consistori ço que havia dit davant lo rey de França e son conseyl. E el senescal dix en acabament los clams desusdits, quel rey Robert havia del emperador; dix encara, que ja eren en Meçina arreades XXX cors de galeas e IIII galeas eren en Romania per amenar la companya al rey Frede- 5 rich e per aço lo rey Robert havia ja cremats tots los casals de Calabria, e que deya per cert al papa, que si lemperador se poderava de Roma, ell havia perdut lo regne et que el hi donas consell; que el no veya, com lo pogues defendre.

Apres aço respos lo papa e dix, quel rey Robert era a ell molt car e quel regne de Sicilia costava molt a la esgleya de Roma e que tot hom, qui fer li volgues enug 10 ne tolre lo regne al rey Robert, faria a ell gran desplaer e ell embargar hohia de son poder. Mas aqui matex lemperador per auctoritat de la esgleya feya ço que feya, eaxi no era bo, que hom lembargas en la sua coronatio. Quant a axo, que deyen, que les cartes de la confederatio entre lemperador e el rey de França non eren encara liurades, dix lo papa, que ell les havia segellades ab segells pendens de amdues les 15 parts e que encontinent era appareylat deliurar aquelles del emperador al rey de França e que trametria aquelles del rey de França al emperador; e puys les paraules deles cartes jutgassen, quals sentenien en la confederatio, que ell aades non jutjave res[1]. Quant aaço que demanaven lo rey de França e els altres e que era estat posat davant ell, dix que ell ja havia boylades e fetes boylar les cartes sues, per les quals manave, 20 quel Capitoli fos liurat al senador e el poble, que obeyssen a ell, e que en Johan isques de Roma, mas que ell daqui avant hi pendria consell, pus los fets anaven axi. Si que encara aquelles cartes no son espeegades[2]. Quant ales altres confederations, que havia fets lemperador, dix que ell scriuria al rey Frederich, que ell cessas daquelles confederations e daquella ajuda del emperador e que no fees affinitat ab ell. E axi matex 25 escriuria al emperador e scriuria a vos, senyor, que vos nescrisquessets al rey Frederich e encara que nous en mesessets en res, e que aquestes letres irien tantost.

Los affers aquests, senyor, son passats, axi com damunt es scrit, e aaço creats certament sens dubte; per que nos volem, que vos sapiats los fets aquests e aquell amich vostre, qui aço nos ha comtat, nos conseyla, queus ho fessem saber, jassia que 30 nos, senyor, ho haviem en cor. E daquest enteniment es lo bisbe de Valencia, quius en scriu, per ço cor avem entes, que Nescarrer es vengut a vos per part del rey Robert per haver companya e semblantment sots request o serets tost per lo rey Frederich. Per que placia avos, senyor, que vullats sobreseer e esperar algun temps, cor nul hom no pot saber encara aquests fets, a que se exiran, que ara començen. E encara, 35 senyor, no sabets aquest concili, a que se exira, ne sin aurets affers, cor tals affers nos havets, senyor, vos comanats, queyc mogam per vos, que ab bona raho podetz escusar, que la gent darmes no isquen de vostra terra. Altres affers, senyor, no hic ha, que per altres letres queus havem tramcses, sabtes, en qual estament son los fets del concili. Cor axi com se venen, los vos fem saber. 40

Scrita en Viana, II. Kalendas Aprilis[3].

---

1) *Cf. etiam supra nr. 717. 718.* 2) *Cf. ea quae narrat Ptolomaeus Lucensis (Muratori 'Rerum Italicarum Scriptores' XI, 1237):* Eodem tempore in concilio filii regis Francie et fratres opponunt se regi Alamannie et impediverunt litteras papales, que dirigebantur contra rebelles predicto regi. 3) *Cf. ea quae leguntur in litteris ambasiatorum regi Aragonum d. 22. m. April. directis,* 45 *quas edidit ex autographo tabularii Barcinonensis Finke 'Papsttum und Untergang des Templerordens' II (= 'Vorreformationsgeschichtliche Forschungen' V) pag. 302 nr. 146:* . . . E ha li donada li ciutat de Leo, la pus bella joya, que lesgleya de Roma havia. Esters noy han consentit sino III cardenals . . . .

1289. (774a.) LITTERAE REGIS SICILIAE REGI ARAGONUM MISSAE.

1312. Apr. 20.

Litteras chartaceas manu ipsius regis exaratas, quae in tabulario regio Bareinonensi 5 *CRD 11330 servantur, edidit Finke loco supra ad nr. 1287 citato I, 298 nr. 203. Vestigia sigilli adsunt.* *(P. deest.)*

Carissimo fratri nostro regi Aragonum R(obertus) rex Ierusalem et Sicilie salutem et fraternum amorem.

Recepimus literas, quas misistis Guillelmo Scarrerii comuni fideli nostro. Ad quas 10 breviter respondemus, quod iam per ipsum Guillelmum nostram vobis intencionem per nostra capitula misimus[1] super promissione nostra de subsidio nostro galearum[a] vobis in negocio illo Deo dante feliciter assumendo, si tamen cito provideretis per modum, quod non iminerent nobis aut ex violentis suspicionibus aut ex actualibus dissidiis gerrarum nimia expensarum, presertim attento quomodo votive et celeriter ipsum Guillel- 15 mum et alios nostros ambaxiatores et nuncios in comissis eis remittetis ad nos effectualiter expeditos. Et, frater carissime, ex prudencia vestra tam naturali quam experimentali a Deo vobis excellenter concessa potestis perpendere, quid possemus pro vobis diversis gerrarum oneribus sumptuosis gravati. Et iam fratre nostro Iohanne misso ad Urbem pro tuicione regni nostri iam intus et extra inter eius et nostram gentem et 20 adversarios bella realia inceperunt satis dura. Et probabiliter suspicatur, quod invale- [s]cendo procedent ex prestacione a nonnullis principibus, sicut ex informacione Guillermi predicti habere potestis, subsidia et favores ipsis nostris . . .[b] adversariis, de quibus cito indicia, si aliqui fuerint, aparebunt, sic quod bene nobis expediret votiva et cita expedicio dicti Guillelmi et nunciorum predictorum. Super alio nichilominus 25 negocio comunium Tucie nichil ucusque scivimus nisi hoc, quod alias actum extitit tempore domini patris nostri. Set racionabiliter cogitando credimus simile eius, quod de nobis superius diximus, et credimus indubie, quod si vester adventus in prosecucionem negocii vestri et subsidio ac favore ipsorum de mense Aprilis, ut vestre litere sonabant, fuisset, quod de promissione ipsorum vobis facta, sicut vestre exprimebant 30 litere, vobis liberaliter subvenissent. Set vobis cum veritate loquendo credimus, quod quanto mora vestra maior erit vel favor vester eis magis tardabit, ipsa comunia nimia gerra distracti et vexati ac expensis gravati ad prestandum dictum vobis subsidium inabiliores et impotenciores redduntur. Et iam presencialiter rege Romanorum Pisis cum magno adversariorum posse existente, quasi[c] sunt expositi, de statu eorum dubii,

35 **1289.** a) gualarum *or.* b) *vix legibile or.* c) quasi (?) *ed.*

Lo fet del emperador, senyor, esta en aquest punt: quel papa ha liurat als misatgers del emperador la carta de la confederatio feta entre lemperador e el rey de França. E els dits misatgers com preseren la carta en consistori davant los cardenals, dixeren que pus lo rey de França havia fet dir en consistori, segons que jars havem fet saber, senyor, que noy entenia lo rey Robert, perço cor 40 era de sa sanch, lemperador aytaube no entenia haver confederatio ab null hom, qui li vengues contra. E aqui matex lo papa dona la carta de la confederatio al rey de França. E segons quens ha dit un cardenal, qui sab tots los fets del emperador, lemperador diu, que ell ha ab bona boyla del papa tota la auctoritat del emperi cumplidament e que besara los plus a dots los reys del mon, qui valer li puguen daquesta sobreria. 1) *Cf. l. c. pag. 293 nr. 202.* *FINKE.*

in faucibus invasoris. Et duo dies sunt, quod recepimus literas a comuni Luce, quod marchiones Malespine quandam Lucensium contractam dictam de Lunigiana de novo tractatu et favore regis Romanorum predicti occupaverant fraudulenter, de quo satis videbantur timere. Tamen credimus indubie, quod si adhuc vester sic acceleraretur accessus et favor vester eis assisteret, quod hee invasiones non procederent ulterius in offencionem ipsorum, cum promissioni[d] eorum cum honore et amore vestri omni eorum facultate et potencia subvenirent. Tamen statim hoc eis curabimus intimare ac eos inducere iuxta posse. Sciatis, quod eri transivit per Isclam unum lignum formice, que portat fratrem Pelegrinum de ordine Predicatorum de Messana ambaxiatorem ad regem Romanorum ex parte ipsius regi[s] Frederici, qui continue est in tractatu cum eodem, ubi videt, [quod] inter nos negocia non procedunt bene clare. Habent etiam per literas leguati, qui est cum rege Romanorum, missas summo pontifici, qualiter rex Fredericus petit uniri cum eodem, petendo ei filiam pro suo filio et offerendo se et suam omnem potenciam, sicut per transumptum ipsius litere[1] poteritis plene cognoscere.

Item recepimus noviter nova de curia, qualiter rex Francie et Navarre ac alii fratres et filii in consistorio coram papa proposuerunt multum pro nobis favorabiliter, offerendo in subsidium nostrum personas regis et totum eorum posse et multa dixerunt contra regem Romanorum predictum. Quod certe nunquam fecerunt nisi ex eorum bona affectione, non ad meam requisicionem nec hoc in veritate sperabam. Vos igitur videtis, quid habetis facere verbo et opere in nostrum subsidium et favorem, in quo precipua nostra spes ut in fratre quie[s]cit.

Dat. Neapoli, XX. Aprilis.

1290—1295. (787a—c. 870a. 918a.b.) RELATIONES CHRISTIANI SPINULAE REGI ARAGONUM MISSAE.

1312. Mai. 26.—1313. Apr. 23.

Repetimus editionem, quam ex autographis chartaceis tabularii regis Barcinonensis paravit Finke loco supra ad nr. 1287 citato I, 304 sqq.

1290. (787a.) *RELATIO PRIMA. 1312. Mai. 26.*

Ex CRD 11603 l. c. I, 304 nr. 207. Sigilli vestigia adsunt. (P. deest.)

Apr. 17. Mai. 23. Apr. 23. Mai. 7.

.... Litteras vestre maiestatis factas Valencie XV. Kalendas Madii[2] recepi cum devocione magna die Martis XXIII. eiusdem mensis .... Nova de domino imperatore sunt hec, quod separavit de Pisis die XXIII. mensis Aprilis versus Romam de versus marinam Maretime gradiendo et intravit Romam die Dominica VII. Madii de versus Pontem Mollem cum tribus milibus hominum equitum in tribus aciebus. Et in qualibet acie erat unus miles copertus signis domini imperatoris et ante ipsum unum vexillum ad dictum signaculum ferebatur. Romani vero eum cum honore grandissimo receperunt

1289. d) promissione *or.*

1) *Supra nr. 1287.* 2) *Cf. l. c. I, 301 nr. 204.*

et ivit ad morandum ad Sanctum Iohannem de Leterano. Dominus Iohannes frater domini regis Roberti Sanctum tenet Angelum et ecclesiam Sancti Petri cum Ursinis et illam intendunt defendere, quod imperator coronari non possit in illo loco. Et cum eis habent maximam quantitatem bonarum gencium equitum, inter quos sunt de vassalis 5 vestre maiestatis de octingentis usque in mille. Unde videndo dominus imperator illum locum munitum tam fortiter per dominum Iohannem et Ursinos, requixivit cardinales, quod in Sancto Iohanne de Leterano cum debeant coronare. Legatus autem, qui est de illis qui ipsum coronare debent, respondit, quod id facere non potest sine precepto domini pape, quoniam preceptum habet eum debere coronare in Sancto Petro. Unde 10 miserunt unum legatorem ad summum pontificem, si placet ei quod coronari debeat in Sancto Iohanne aut in Sancto Petro. Et secundum quod summus pontifex eis mitet, se continebunt et facient de coronacione predicta.

Guelfi vero in civitate nostra et de tota Ytalia generaliter sunt contra dominum imperatorem, prout monstrare possunt. Et si aliquis Guelfus remansit in obediencia 15 domini imperatoris, hoc est propter magnam dissensionem, quam habent inter eos.

De civitatibus Lumbardie sic est quod omnes civitates, quas posuit in custodia amicorum imperii, firme stant et steterunt cum ipso. Omnes alie sunt contra ipsum et ei rebelles. Hec autem sunt ad eius obedienciam, imperia et mandata: Mediolanum, Novara, Comum, Lodi, Pergamum, Brixia, Placencia, Verona et Mantua. Hec vero 20 palam inobedientes existunt: Bononia, Parma, Cremona, Alexandria, Alba et loca Pedemoncium, et sunt in favore domini regis Roberti. Papia, Terdona et Ast, iam plures dies sunt, non steterunt ad imperatoris mandata. Nuper dicitur, quod se dederunt domino regi Roberto. Magna briga videtur esse debere pro certo in L[om]bardia hac estate, quod Mediolanenses venire intendunt ad presens ad devastandum Papiam ... [a] 25 quod predicta guerra finem accipiet, secundum quod fuerit inter Papienses et Mediolanenses, et specialiter secundum quod facient dominus imperator cum domino rege Roberto in Roma, quia secundum finem ipsorum facta de terris Lumbardie procedent.

De civitate nostra: in obediencia domini imperatoris est et in nostra civitate est quidam miles de regno Alamanie pro vicario domini imperatoris, qui nominatur dominus 30 Gobertus de Asperomonte et regit civitatem nostram secundum consuetudines terre nostre. Quam intencionem gentes de terra habeant, nemo audet monstrare, nisi quod sint in obediencia domini imperatoris. Nobis enim videtur, quod dominus imperator super gravi condicione et super gravi posicione existat et est prope inimicos suos et eorum potenciam, qui valde potentes sunt et bene parati et de longa provisione. Et 35 si Deus non monstrat de sua gracia, sicut monstravit, cum ipse erat in Lombardia circa Brixiam, eum cognoscimus in gravi condicione existere. Set usque nunc nobis videtur, quod Deus visibiliter ei fecerit facta sua et quando fuerit plus derelictus, Deus plus eum iuvit .... Quod autem hinc antea fore valeat, ignoramus. Alia nova in hiis partibus non existunt ....

40 Dat. Ianue, die XXVI. Madii.

Insuper[b] vestra noscat serenitas, quod nuncii latores presencium detenti fuerunt in civitate nostra per imperatoris vicarium per tres dies, credendo ipsos fore nuncios domini regis Roberti euntes ad dominum principem fratrem eius. Et hoc fuit occasione novorum de versus Romam de ipso domino imperatore, que multum tenebantur celata[b].

45 **1291. (787b.)** *RELATIO SECUNDA. 1312. Iun. 4.*

Ex CRD 11677 l. c. I, 307 nr. 208. Sigilli vestigia adsunt. *(P. deest.)*

1290. a) *verbum illegibile or.* b) Insuper—celata *in cedula epistolae annexa scripta sunt.*

. . . Postquam vestre maiestati alias meas litteras destinavi, hii rumores in hiis Iun. 3. partibus advenerunt, quod die tercia Iunii quedam galea Antonii Aurie in civitate Ianue Mai. 31. appulit, que die ultimo Madii de Çivetavegia separavit, in qua venerunt duo cursores, Mai. 30. qui a civitate Rome die trigesima Madii segregaverunt et in civitate nostra quam plures litteras aportaverunt, que ad nostrum vicarium veniunt et que in Alamaniam diriguntur. 5 Quibus continetur et cursores etiam idem ennarrant, quod dominus imperator Melicias habuit et lo Coloxe et Campumdogium et possessiones, domicilia et fortilicia, que Ursini tenebant usque ad pontem Sancti Angeli. Et hec bene ac viriliter devicerunt, quod adversariis nichil barera et fortilicia profuerunt et sic se in Sancto Petro et Sancto Angelo collegerunt, et dominus imperator ultra flumen terram aliam tenet totam. 10

Ibique maxima gencium quantitas perierunt[a] ab utraque parte. A parte vero domini imperatoris mortuus est episcopus Legiensis consanguineus domini imperatoris, unus frater domini Lodoysii de Sabaudia et abbas Sancti Galli[1] et quam plures alii de eius curia, qui erant nobiles et potentes. A parte autem domini Iohannis quam plures innominati mortui sunt excepto uno ex illis de Balsemo, qui personaliter est d . . .[b], 15 qui cognatus est domini regis Roberti, et quodam comite de Biserna de Campania. Tuscani quoque, prout asseritur, malam fecerunt experientiam et abire quidam dicuntur partes proprias visitantes. Dominus rex Robertus habet quinque galeas cum uno ligno armatas ad . . .[c] Romanam, sic quod nemo intrare potest, nisi furtive intret, nisi per Iun. 2. manus eius. Et die Veneris secunda Iunii vise fuerunt galee novem armate per mare 20 nostrum transitum facientes, que fore creduntur domini regis Roberti, de Provincia versus Neapolim gradientes.

Insuper vestra noscat serenitas, quod dominus imperator a communi nostro galeas armatas duodecim requisivit, ex quibus sex ei concedentur, que ob eundum Romam ad Iul. 8. dominum imperatorem, ut creditur, hinc ad octo dies Iulii proxime venturi esse poterunt 25 preparate. Preterea idem dominus imperator requixivit cardinales, ut eum in Sancto Iohanne de Leterano coronare deberent, qui responderunt, quod id nequid fieri ullo modo, quoniam in precepto habent a summo pontifice, ipsum in Sancto Petro coronare debere. Et ob hoc eorum legatores et noncios ad ipsum summum pontificem direxerunt, responsionem super hoc cotidie prestolantes. 30

Preterea dominus rex Robertus voluit suos barones et milites mitere versus Romam. Qui consulte tam barones quam cives responderunt ei, quod non tenentur exire de Regno, set in Regno parati sunt tamquam eius fideles pro eo facere quicquid debent. Et pro ipsis comes Sancti Severini respondit. Qua responsione rex predictus multum extitit perturbatus. 35

Novitates vero de partibus Lombardie ac de civitate nostra nunc vestre maiestati non scribo presentibus, quoniam per alias meas apices ei ipsas pridem[d] reseravi, salvo quod Mediolanenses sunt super terra Papiensi cum exercitu devastantes . . .

Dat. Ianue, die IIII. Iunii.

1292. (787c.) *RELATIO TERTIA. 1312. Iun. 27.* 40

Ex CRD Iuli l. c. I, 311 nr. 210. Sigilli vestigia adsunt. (P. deest.)

. . . Nova nunc in hiis partibus existencia vestre maiestati notifico per presentes. Tamen de domino imperatore alia non narrantur nisi ea, que serenitati vestre pridem[a] reseravi, quoniam tenet id quod in Roma tenebat, et dominus Iohannes tenet a simili,

1291. a) perimerunt *or.* b) *ita ed.* c) *verbum illegibile or.* d) pridie *ed.* 45

1292. a) pridie *ed.*

1) *Est potius abbas Wissenburgensis; cf. supra pag. 1174.*

quod tenebat. Illi de Tuscia cum Bononiensibus homines equites, quos habere valeant, mittunt Romam, sic quod Bononienses trecentos homines equites dirigunt nunc ad presens et secundum quod dicitur utraque pars valde fortis de gentibus est in Roma. Tamen ut aparet facta domini imperatoris ad duo pendent: primo ad id quod summus pontifex 5 facere volet de coronacione ipsius, qui usque nunc pro eo bene agere non videtur. Secundo quod qui maiores sumptus facere poterit et plus . . .[b] hoc modo morari, huius facti penitus victor erit. Et per huiusmodi viam Sanctum Petrum et Sanctum Angelum sic tenendo, videtur quod dominus rex Robertus consumare dominum imperatorem intendat, sic quod eius facta plus . . .[b] non procedant.

10 Nuper autem quedam galea Francisci Aurie de Sicilia venit, cuius gentes enarrant dominum regem Fredericum concessisse stantarium de galeis triginta et quod in eius colloquio dixit, se fore cum domino imperatore concordem ac cum eo parentatum fecisse de quadam filia ipsius domini imperatoris uni eius filio et quod cum istis galeis cum hominibus sexcentis equitibus intendit versus Romam dirigere suos gressus in ipsius imperatoris 15 auxilium et favorem. Que nova valde videntur extranea nec his bene potest tribui plena fides. Potius creditur ipsum hec facere pro existendo paratum ac volendo quod quicunque illorum vinceret, aut dominus imperator aut dominus rex Robertus, eum bene inveniret de suis gentibus preparatum ac totam eius terram optime preparatam et etiam ordinatam.

Commune nostrum facit galeas VI pro uno mense parari, de quibus est ammiratus 20 mandato domini imperatoris dominus Bernabas Aurea, quas credimus fore paratas ac separare hinc ad medium mensem Iulii proxime venturum. Pisani quoque iam armaverunt alias VI galeas ituras in comitiva cum istis. Preterea dominus rex Robertus galeas armatas in mari quinquaginta dicitur habiturus. Sic videtur quod eius facta valde tendant ad mare, quoniam si mare perderet, facta sua in magno casu ac grandi 25 periculo iminerent. Illi de Regno et specialiter gens minuta generaliter dominum imperatorem desiderant et afectant.

Iul. 15.

Lumbardi quoque permanent isto modo pro Mediolano cum comite Guarnerio, qui pro domino imperatore in Lumbardia est vicarius generalis, et cum marchione Montisferrati ac domino Philippo de Sabaudia et cum aliis terris existentibus in obedientia 30 domini imperatoris sunt in exercitu circa Papiam et illam obsederunt et usque ad muros civitatis depopulati fuerunt. Et secundum quod firmiter dicitur, oportet quod in eorum manus perveniat per hunc mensem aut per concordium aut per quemcunque alium modum. Et ipsa veniendo ad domini imperatoris mandata, valde videtur quod eius facta bene et viriliter stabunt in partibus Lumbardie. Qua quidem accepta creditur, 35 quod versus Alexandriam et Ast fuerint accessuri, que se m[elius] posse tueri creduntur. Et quando sic foret quod in manus imperii pervenirent, postea nulla foret in Lumbardia rebellio contra ipsum, sic quod dominus rex Robertus de Lumbardia et partibus Pedemoncium foris esset.

Pisani vero propter imperatorem sunt in debito magno subpositi et stare videntur 40 maxime stupefacti, sic quod qui cum eis haberet aliquid facere, secure posset facere facta sua, sine quod oporteret de ipsis aliquid pertimere. Nec de comumi nostro similiter, quia si de guerra et briga unquam fuit male paratum, veraciter modo estat, quoniam inter nos valde male sumus dispositi et etiam ordinati. Unde qui in factis Sardinie nunc vellet intendere, nunquam fuit locus nec tempus de hoc tam congruum, 45 ut est modo ob timorem aliarum gentium quam Sardorum. Et sic erit, dum dominus imperator in tali condicione permanserit, ut tempore permanet in moderno. Conradus Aurea separavit de Ianua circa medium mensem Madii causa eundi in Siciliam ad dominum regem Fridericum, qui nunc mixit litteras Ianuam confirmando parentatum inter

Mai. 15.

1292. b) *verbum illegibile or.*

dominum imperatorem et dominum regem Fridericum et etiam de ipsius itinere versus Romam cum galeis armatis viginti sex cum hominibus equitibus sexcentis. . . .

Dat. Ianue, die XXVII. Iunii.

1293. (870a.) *RELATIO QUARTA. 1312. Oct. 3(?)*

Ex CRD 12748 l. c. I, 325 nr. 217. Sigilli vestigia adsunt. 5
Cf. l. c. I, 326 nr. 218[1]. *(P. deest.)*

Quedam littera de Viterbio nostro archiepiscopo missa fuit, in qua continebatur, quod postquam dominus imperator ac dominus Iohannes frater domini regis Roberti ab Urbe discesserunt Romana, Colonneses et Ursini concordes insimul extiterunt et ex eorum domibus duos fecerunt senatores, videlicet Dumfrancischum de Monte de Ursinis 10 Sept. 27(?) et Sarram de Columna. Die vero Mercurii proxime preterita octo dies fuerunt, quod dum ipsi senatores Capitolium ad exercendum officium senatus vellent ascendere, Romanus populus clamoribus et lapidibus irruentes in eos usque ad turrem Iohannis Bobonis, ad quam venerant Capitolium ascensuri, turpiter profugarunt usque ad apothecas pannorum et Capitolium reddeuntes ad clamorem nobilem virum Iacobum domini 15 Iohannis Arlotti sibi capitaneum elegerunt. Et hodie legi litteras, que de Urbe misse fuerunt continentes, quod Romanus populus nobiles illos principales de Urbe, scilicet Ursinos et Colonenses, ad emendacionem[a] omnium domorum, que in Urbe combuste fuerunt elapsis temporibus ipsis ad hoc causam dantibus, compellebant. De facto exercitus domini imperatoris et Florentinorum credo, quod non minus quam ego vestra 20 serenitas vere novit . . . Hec tamen scribere volui ad cautelam, quod dominus imperator habet duo milia equitum vel circa et ci[r]citer quindecim milia peditum. Et imperiales procedunt usque ad muros Florentie clamantes cotidie: 'bellum, bellum!' Florentini vero iam quatuor milia equitum congregarunt et sexaginta milia peditum. Et sapientes Florencie deliberaverunt concorditer cum domino imperatore bellum committere, set 25 dies belli nisi a paucissimis, quatuor videlicet de sapientibus Florentinorum et duobus Lucensium et reliquis duobus Senensium, ignoratur . . . .

Dat. Ianue, die III.[b] Octobris.

1294. (918a.) *RELATIO QUINTA. 1313. Mart. 1.*

Ex CRD 10842 l. c. I, 327 nr. 220. Sigilli vestigia adsunt. (P. deest.) 30

Dominus imperator retrorsum de obsidione Florentie, qua elapso tempore fuerat, se atraxit et acessit ad quoddam castrum quod Podiusbonici nuncupatur. Quod quidem diu distructum extiterat per dominum regem Karolum avum domini regis Roberti, quoniam ibi magna quantitas gentium Guibellinorum omnium morabatur illudque rehedificari facit et ibi habitare omnes gentes, que ad standum ad planum se traxerant circa 35

1293. a) *sequitur* extiment *or.* b) *numerus illegibilis or.*

1) *In adnotatione ponere liceat enuntiata quaedam ex litteris a Iohanne Burgundi regi Aragonum a. 1313. Febr. 8. missis, quas ex CRD 10642 publici iuris fecit Finke l. c. I, 327 nr. 219 et loco supra ad* Ian. 26. *nr. 1287 citato II, 216 nr. 114:* Ex tunc non fuit consistorium usque ad sequentem tunc diem Veneris, in quo quidem secreto consistorio imperatorem Romanorum nominavit imperatorem et dixit se eum 40 habere pro imperatore. Antea autem non nominabat eum imperatorem, sed regem Romanorum, eo quod ante receptas litteras apostolicas fuerat alibi quam in ecclesia beati Petri Rome coronatus. Dicitur etiam quod et in ipso secreto consistorio dixit, se concessisse civitatem Ferrariensem regi Rotberto . .

ipsum, facitque ipsum Imperialem Podium apellari. Qui quidem dominus imperator habere potest inter totam gentem homines equites circa mille et quingentos, ex quibus quingenti Ultramontani sunt. Florentini, Senenses, Lucenses et eorum liga nolunt se invenire in campo cum ipsis, [quod] eos equitare, ire et redire permitant ad eorum liberam voluntatem, apparendo ipsis, quod per talem viam . . .[a] debeant se tuentes. Dicta quoque liga eorum legatores ad dominum regem Robertum miserunt, eum requirentes pariter et precantes, quod vicariam de Tuscia percipere debeat sub certis pactis cum perogativa maxima dicti regis, quam quidem per Guelfos[b] istarum partium ipsum dicitur accepisse. Tamen adhuc rei veritas ignoratur.

Pisani vero in peiori statu et condicione, quam diutius fuerint, nunc versantur, quoniam dominus imperator eos comedit tota die, sic quod in grandi pauperie comorantur et nisi quodsi aliud de domino imperatore contingeret, vident se mortuos et disertos, ipsi hoc pati aliqualiter non valerent, set postquam tam[c] . . . sunt, potius uxores et filios consumarent, quin eum adiuvent suo posse. Gal(eas) vero aut aliquod lignum grossum non habent in mari.

Preterea nepos summi pontificis, qui comes erat Romagne, ei deferens quandam quantitatem monete grandissimam, videlicet florenos centum milia aureos, Bononiam acessit veniens inventoque, quod Bononienses centum et quinquaginta homines equites in auxilium Parmensium dirigebant, credens ire securius cum dicta moneta se in eorum posuit comitivam. Homines vero de Rigio, qui sunt inter Bononiam et Parmam ac eorum inimici existunt, scientes quod Bononienses istos homines equites dirigebant, ipsis fecerunt insidias et omnes eos ceperunt et etiam peremerunt. Interfecerunt etiam predictum nepotem summi pontificis et totam pecuniam deportarunt.

Insuper illustris dominus rex Fridericus excellencie vestre frater corporea sospitate perfruitur in Messana et ad dominum imperatorem direxit dominum comitem Manfredum de Cremonti cum hominibus equitibus centum in galeis IIII ac florenos aureos sexaginta milia. Multumque manutenere cepit predictum dominum imperatorem et cum domino rege Roberto in suspicione grandissima perseverat. Dominus quoque imperator quam plures direxit nuncios cum magna quantitate literarum versus Alamaniam, qui per Ianuam civitatem eorum itinera direxerant, ob habendum subsidium de militibus et moneta, que ipsi nunc est maxime oportuna. Et publice dicitur, quod rex Boëmie filius eius est ad eum cum magna quantitate militum accessurus et dux de Austeriches a simili accedere dicitur cum mille militibus, ducens ei sororem suam, quam ipse dominus imperator in uxorem acepit, qui ut asseritur per totum mensem Madii proxime venturum in istis partibus esse debent. Quare si venerint, dominus imperator esse poterit in statu prospero atque alto; si vero non venerint, in maximo dubio et periculo videtur eius condicio sive status. Alia nova non habentur ad presens vestre celsitudini rescribenda. . . .

Dat. Ianue, die prima Marcii.

1295. (918 b.) *RELATIO SEXTA.* *1313. Apr. 22.*

Ex CRD 11286 l. c. I, 329 nr. 221. Sigilli vestigia adsunt. *(P. deest.)*

Dominus imperator circa medium mensem Marcii venit Pisas ibique nunc temporis moram trahit cunctisque suis gentibus licenciam contulit abeundi, salvo quadrigentis militibus Ultramontanis, quos pro eius custodia secum tenet. M[isi]t autem fratrem eius

Mart. 15.

1294. a) *verbum illegibile or.* b) Guellos *or.* c) *sequitur* an̄ *or.*

dominum episcopum Trevirensem ad partes Alamanie ob habendum exinde subsidium et iuvamen. Et nunc asseritur, quod eius filius rex Boëmie ad eum cum grandi quantitate militum nunc accedit. Et etiam dux Austerliche acedere dicitur cum maxima militum quantitate, ducens ei sororem suam, quam ipsi domino imperatori prebuit in uxorem. Similiter facere venire dicitur matrem suam, que quam pluribus baronis et 5 bonis militibus venire dicitur sociata, que per totum mensem Madii debere dicuntur in civitatem Mediolanum penitus appulisse.

Preterea comes Guarnerus, qui est in Lumbardia pro domino imperatore vicarius generalis, circa mensis Aprilis inicium una cum marchione Montisferrati equites habentes quingentos inter Ast et Alexandriam [circa] quoddam castrum, quod nominatur Quater- 10 dii[a], obviaverunt seneschallo domini regis Roberti habenti milites ut asscritur octingentos quadam die et circa horam vesperarum, alteris adventum ignorantibus alterorum, ibique fuerunt duriter preliati, set finaliter campana remansit comiti et marchioni predictis. Nunc autem terram domini regis Roberti vadunt viriliter perquirendo et castra plurima iam ceperunt. 15

Illi vero de Tuscia usque nunc se a domino imperatore nobiliter defenderunt ac recuperaverunt omnia castra, que perdiderant, salvo Podium Bonicium, quod dominus imperator bene munitum permixit, etiam cunctis necessariis bene fultum et ipsum facit Montem Imperialem vocari. Habent enim predicti de Tuscia legatos suos in curia domini regis Roberti et usque ad annos[b] decem ei vicariatum de tota Tuscia contulerunt 20 sub certis pactis pro ipso domino rege utilibus atque magnis. Quem quidem vicariatum percepit et nunc de militibus facit celere paramentum, quos illuc cum fratre suo vult dirigere festinanter. Insuper dominus imperator citavit ipsum dominum regem Robertum, quod sub pena feudi pro primo, secundo et tercio termino et peremptorio se coram eius presentia debeat presentare ac sub pena terre, quam ab imperatore tenet, senten- 25 ciam contulit contra ipsum[1]. Ultra fecit leges de novo, quod quelibet curia, quilibet rector et quilibet magistratus per acusacionem vel denunciacionem teneatur et debeat procedere contra quoscumque rebelles et inobedientes imperio[2]. Non tamen hoc bene scio reserare perfecte.

Ipse quoque dominus imperator nuncios eius nunc habet in Ianuensi civitate, 30 requirentes a communi nostro subsidium de galeis. Gentes tamen de terra nostra ob id in diviso maximo existunt, quoniam quidam volunt et quidam nolunt, quod dictum Apr. 23. presidium largiatur et exinde cras die Lune XXIII. mensis Aprilis magnum consilium fore debet. Ad quem autem finem perveniat, ignoratur, potius tamen credo, quod dominus imperator habebit de his que postulet suum velle. Semper autem moratur in 35 civitate Pisarum, gentem, que ad eum debet accedere, prestolando. In hoc vero pendent finaliter sua facta, quod si gens, de qua dicitur, venerit, prout nunc apparet, omnium victor erit; si vero non venerit, eius facta pro nichilo reputantur. Usque nunc autem Deus ei maximam graciam condonavit, nam gentes eius ita pauce non sunt, quod inimici eas auderent expectare nec in campum accedere contra ipsas. . . . 40

Dat. Ianue, die XXII. Aprilis.

1295. a) Quaterdini (?) *ed.* b) omnes *ed.*

1) *Supra nr. 946.* 2) *Supra nr. 929*

1296. (946a.) MANDATUM FRIDERICO REGI TRINACRIAE DIRECTUM.

1313. Apr. 30.

Servatur ineditum in Protestatione regis Trinacriae infra nr. 1303 edenda; cf. infra.
5 *Descripsit vir cl. E. González Hurtebise.*
Capita nonnulla concordant cum Bannitione supra nr. 946. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus illustri principi Friderico Trinacrie regi, affini et ammirato suo karissimo salutem et sincere dilectionis affectum.

10 1. Ad nepharios in delinquentibus puniendos excessus et corrigenda opera detestanda manum tenemur debite punicionis extendere, gladium ultionis inserere et ad id tanto efficacius vires debemus exponere, quanto delinquentes ipsi maioris condicionis esse noscuntur et per excel[l]entiam status eorum periculosius insolescunt et quanto secum in dampnande temeritatis[a] audaciam et erroris demum plures trahunt et preci- 15 pitant in securam cecitatis.

2. Correctionis siquidem limam exposcunt et penas pro retributione requirunt acta prava et abominandi conatus perdicionis alumpni Roberti nati clare memorie Karoli secundi, que ipse contra nos et sacrum Romanum imperium, immo potius contra sacram ecclesiam et christianitatis prosperitatem, que plurimum ab imperio ipso depen- 20 det, publice ac notorie commisit hactenus et continue commitere non veretur. Ipse (nr. 946 c. 2.) namque inter ceteras suas presumpciones et temeritates dampnandas, licet antequam pro imperiali dyadematis susccpcione proficisceremur ad Urbem, per suas litteras speciales pluries culmini nostro scripsisset, quod ipse, sicut ex causa predicta debebat et nos qui nec verbo nec opere quod sciremus gravaveramus nec gravare, sed potius 25 graciose tractare intendebamus eundem, ex puritate consciencie credebamus, ad exhibendum nobis debitam reverentiam et honorem tam in dicta coronatione quam aliter intendebat et ad id pro viribus se parabat, confederationes tamen et conspirationes, uniones et ligas in offensam et impedimentum progressus cesarei una cum Florentinis, Lucanis, Senensibus et aliis nostris et imperii Romani subditis de Lombardia et Tuscia, 30 ut eos in rebellionis precipicium et cecitatis foveam secum traheret, sicut et traxisse dinoscitur, per se suosque procuratores, nuncios et ambassatores in nostre maiestatis iniuriam et offensam et impedimentum progressus cesarei facere procuravit et fecit et etiam tractavit et ordinavit, quod civitates Cremone et Regii et Parme, que sub nostra obediencia consistebant, contra nos et imperium rebellarent, inducendo tam comunia 35 ipsarum civitatum quam alios subditos nostros predictos ad rebellionem huiusmodi et eis ad id pollicendo consilium, auxilium et favorem. Et nichilominus gentes dicti Roberti eius fulti favoribus sueque nequicie conscii et ministri civitatem Astensem et castra Valencie et Casalis Sancti Evasii et alias nonnullas civitates et castra provincie Lombardie, que mandata nostra iuraverant et nos in eorum dominum recognoverant 40 et officiales nostros receperant et habebant, officialibus ipsis exinde violenter eiectis, nequiter occuparunt et occupatas et occupata pro Roberto detinent supradicto.

3. Idem quoque Robertus Iohannem fratrem et stipendiarios suos Romam ea (c. 3.) videlicet intencione transmisit, ut Urbe si posset sue dicioni dolose subiecta vel saltim

1296. a) themeritatis *similiter semper tr.*

turbine in eius populo nephande sedicionis emisso, dicte coronacionis sollempnia impediret, prout dictus Iohannes et stipendiarii in ingressu nostro in Urbem predictam et quandyu in partibus illis moram traximus, efficaci operum argumento probantes, una cum copiosa dictorum subiectorum multitudine, que per instigacionem dicti Roberti sub promissi eis sui subsidii et defensionis fiducia, cum equis et armis ad se opponendum nobis et exercendum preexcogitatam maliciam simul cum Iohanne stipendiariisque predictis convenit ibidem, contra nos et gentes nostras hostiliter posuerunt insidias, fecerunt insultus, spoliaciones, violencias et homicidia perpetrarunt viasque publicas et loca, per que ad reverendam basilicam principis apostolorum de Urbe omnibus religionem profitentibus christianam liber aditus patere debebat, bellicosis aparatibus claudere nobisque ac nostris gentibus ad basilicam ipsam, ne ibi dicta coronacio celebrari valeret, accessum totis viribus prohibere[b] et alias omni modo quo poterant maiestatem nostram offendere procurarunt.

c. 5. 4. Inter que illud notissimum nullatenus subiciemus, quod ipse Robertus, dum in Urbe predicta causa prefate coronationis essemus et dilectissimi fideles nostri Pisani, qui inter ceteros subditos nostros fidelitatis et operis sinceritate renitent, galeas et gentes Romam ad nostrum servicium et honorem mitterent, galeas ipsas in nostre maiestatis iniuriam hostiliter invadi, spoliari et gentes predictas capi, carcerari et in carcere detineri fecit, et nichilominus, in huiusmodi continuacione criminum perseverando, mala malis addendo et peiora cotidie commit[t]tendo, dum contra rebelles nostros de Tuscia direxissemus signa cesarea, rebellibus ipsis, sicut publicum et notorium est et facti evidencia docebat et docet, misit pluries armatorum subsidium, ut eos dyucius in sue rebellionis erroribus confoveret.

5. Quibus siquidem et aliis execrabilibus actibus ipsius Roberti, que nimis diffusum esset enarrare per seriem, tam per nos quam per peritos nostri palacii diligenti examinacione discussis, cum iuridico processu premisso et iuris sollempnitate servata,

c. 5 (I) (I) cum propter premissa esset sicut et est lese maiestatis crimine reus, universis et singulis dignitatibus, auctoritatibus, honoribus, libertatibus, inmunitatibus, privilegiis, provinciis, contratis, civitatibus, castris, terris, villis, vassallis, pheudis, bonis, rebus, iuribus, iurisdictionibus perpetuis et temporalibus, quos et quas et que habebat, tenebat vel possidebat seu habuerant, tenuerant et pos[s]ederant quomodolibet hactenus ipse vel sui antecessores, privavimus ipsumque Robertum rebellem, proditorem et hostem imperii dicteque maiestatis crimine reum de toto predicto imperio exbannivimus et diffidavimus et ipsum si quo tempore in nostram et imperii forciam venire contingeret, vita per capitis mutilacionem privandum esse duximus sentencialiter condempnandum.

(II) (II) Statuentes et mandantes, quod nulla persona cuiuscumque nobilitatis, excellentie, status vel condicionis existeret, nullaque civitas, castrum, villa vel universitas eidem contra nos et imperium preberet publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, sub pena centum librarum auri pro qualibet civitate, et quinquaginta librarum auri pro quolibet castro, villa, marchione, duce, comite, barone et quolibet nobili, et viginti librarum auri pro qualibet alia singulari persona pro vice qualibet qua contrafacerent committenda. Quodque cuilibet impune liceret cives, incolas et habitatores civitatum, castrorum, villarum et quaslibet alias singulares personas, cuiuscumque status vel condicionis existerent, que contra nostrum honorem ei obedirent vel darent consilium, auxilium vel favorem publice vel occulte, offendere in persona et rebus et iuribus et ipsos et ea capere, arrestare et detinere. Inhibentes etiam et precipientes expresse, ne aliqui debitores eiusdem Roberti de bonis, in quibus

1296. b) prohibentes *tr.*

sibi tenerentur, in aliquo ei satisfacerent vel presumerent quomodolibet respondere, alioquin tantundem camere nostre persolverent et ad id sine strepitu et figura iudicii compellerentur.

(III) Universas etiam provincias, civitates, castra, villas et singulas universitates (III)
5 et quaslibet singulares personas, cuiuscumque preheminencie vel excellencie, etiamsi regia dignitate prefulgerent et cuiuscumque alterius nobilitatis, condicionis vel status existerent, que ex aliquo pacto, promissione seu obligacione dicto Roberto aut suis predecessoribus facta vel pena apposita sub quacunque verborum forma comprehenso vel comprehensa sive quavis ratione, causa vel titulo et specialiter de aliquo servicio
10 faciendo [galearum][c] vel hominum armatorum aut aliud subsidium dando per mare vel per terram tenerentur eidem Roberto, ab ipsis pacto, promissione, obligacione et pena apposita, vassallos quoque, pheudotarios et omnes et singulos, qui eidem fidelitatis et pheudorum [vel alia][d] quacumque ratione vel causa ad aliqua prestanda servicia personalia vel realia tenerentur, ab omni vinculo fidelitatis, subiectionis et
15 obediencie sibi vel suis heredibus faciende absolvimus penitus et in totum, ita quod nec civitates, castra, ville, universitates et persone predicte pacti vel obligacionis predictorum nec vassalli et pheudotarii prefati cuiusvis fidelitatis, subiectionis vel obediencie racione, causa vel titulo[e] sibi vel suis heredibus quomodolibet tenerentur,

prout per alias nostras litteras patentes super hiis confectas[1] noscitur plenius apparere.

20 6. Quocirca quia satis non esset tulisse sentenciam nisi eam exequi faceremus, ad premissorum exequucionem, ubi laus Dei, honor et prosperitas sancte matris ecclesie promoventur et christianorum omnium pax et quies et passagii Terre Sancte acceleratio procurantur, excellenciam regiam tam racione generalis officii ammiralliatus, quod vobis pro maiestate nostra incumbere noscitur, quam dignitatis regie, qua decoratus existitis,
25 cum omnes reges et principes nobis ad conservacionem iurium imperii obedire et assistere teneantur, ac omni modo et iure quo melius possumus tenore presencium actente requirimus vestrumque in hac parte servicium et auxilium invocamus. Vos, de cuius strenuitate laudanda et affectione purissima, quam vos et vestros predecessores ad sanctam Romanam ecclesiam nostrumque imperium hactenus habuisse, prout et
30 adhuc habetis, grata fidedignorum fama testatur et experimenta operum manifestant, plene confidimus, affectuose monentes, quatinus consideracione premissorum et specialiter pro servicio sancte Romane ecclesie, quod in hac parte plurimum procuratur, ad compessendum tantas insolencias et pestilentibus temeritatibus oviandum vestras vires interponere studeatis, guerram eidem Roberto per mare et per terram incipiendo et
35 eam viriliter prosequendo ac etiam civitates, castra, terras, loca et homines sibi obedientes, quos dicta comprehendit sentencia, tam armis quam alias prout expedit totis viribus compellendo, ut idem Robertus et sequaces eius sua scelera fleant et fiat in eis vindicta debite ulcionis ac alii ipsorum exemplo pene formidine peccare odiant, facinora fugiant et similia comittere de cetero expavescant.

40 Datum Pisis, pridie Kalendas Maii, regni nostri anno V, imperii vero primo.

1296. c) *excidit tr.; cf. supra pag. 989 not.* s. d) *excidit tr.* e) vinculo *tr.*

1) *Supra nr. 946.*

1297—1300. (964a—d.) INFEUDATIO MARCHIONIS SALUTIARUM.

1313. Mai. 6.—8.

Cf. supra nr. 964 cap. 2 et pag. 1005 not. 1.

1297. (964a.) *INSTRUMENTUM SUPER INFEUDATIONE CONFECTUM.* 5
Mai. 6.

Servatur Taurini in tabulario regio 'Marchesato di Saluzzo I. Categ. Mazzo 1' nr. 3. Ineditum nos ipsi descripsimus. In verso legitur: Investitura d. imperatoris Henrici de marchionatu Saluc. Item de Alba et cet. Item absolutio facta d. march. de omnibus promissionibus et iuramentis et feudis, que fecisset d. regi R(oberto) et cet.[a]. 10
(P. deest.)

(S. N.) Anno Domini millesimo CCCXIII, indic. XI, die sesto menssis Madii, in civitate Pisarum in domo magniffici viri domini Nerii comitis de Donoratico in talamo, in quo dominus imperator dormit, presentibus illustribus baronibus domino Amadeo comite Sabaudie, domino Henrico de Flandrea mareschalcho imperiali, venerabili viro 15 domino Bonefatio episcopo Kironensi, domino Simone Philippi de Pistorio milite, illustris vir dominus Manffredus marchio Saluc(iarum) ante presenciam serenissimi domini Henrici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti constitutus suplicavit[b] humiliter et devote ipsi domino imperatori, quatenus dignaretur ipsum marchionem de marchionatu Saluc(iarum) et de omnibus terris et castris et locis, que et quas tenuit ipse 20 marchio a decem annis citra, in nobile, rectum feudum antiqum et paternum benivole investire. Ipse autem dominus imperator dicti marchionis suplicationibus condessendens predictum marchionem de dicto marchionatu Saluc(iarum) et de omnibus terris, locis et castris, quas et que tenuit ipse marchio a decem annis citra, pro se et heredibus suis cum virga, quam tenebat in manu, in feudum rectum, nobile, antiqum et paternum, 25 salvo iure cuiuslibet, investivit. Qua investitura facta idem marchio fidelitatem fecit ipsi domino imperatori et promisit sibi et iuravit ad sancta Dei euangelia, exnunc imperpetuum toto tempore vite sue fidelem esse vassallum ipsi domino et subcessoribus eius in imperio et omnia et singula facere et observare, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur. Et in signum pure dilectionis intervenit pacis obsculum inter ipsos. 30 Demum idem dominus imperator suplicationibus dicti marchionis confirmavit, ratifficavit et approbavit omnia privilegia facta et concessa per condam imperatores predecessores[c] suos ipsi marchioni seu predecessoribus suis et omnia et singula contenta in ipsis privilegiis dicto marchioni presentialiter confirmavit.

Et ego Iohanninus Laur(entii) de Carmagnolla publicus imperiali auctoritate notarius 35 hoc instrumentum, quod notatum inveni in prothocollis Guillelmi Laur(entii) patris mei condam, ex auctoritate michi super hoc atributa per illustrem dominum M(anffredum) marchionem Saluc(iarum) sumpssi fideliter et scripssi nil addens vel minuens quod senssum vel substantiam mutet[d].

1297. a) *cf. infra not.* d. b) *sequitur rasura quatuor litterarum spatium adaequans tr.* c) prede 40 *in loco raso tr.* d) *quae sequebantur, iam abscissa sunt; cf. supra in prooemio.*

1298—1300. (964b—d.) *SCRIPTA INFEUDATIONIS. Mai. 8.*

Tria quae hic proponimus scripta in transsumto a. 1313. Dec. 29. facto et a tribus notariis authenticato servantur ibidem.

1298. (964b.) *SCRIPTUM PRIMUM.*

5 *Ineditum nos ipsi descripsimus.* *(P. deest.)*

Henricus septimus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Manfredo marchioni Saluciarum fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Iustis petencium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota que[a] 10 a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Eapropter tuis iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnia et singula privilegia a predecessoribus nostris imperatoribus et regibus Romanorum racionabiliter tibi tuisque antecessoribus marchionibus Saluciarum concessa et largita, sicut ea iuste possides et quiete, tibi et tuis heredibus confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo 15 omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et penam mille librarum auri, medietatem camere nostre, reliquam vero passis iniuriam persolvendam se noverit incursurum.

Dat. Pisis, VIII. Id. Maii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

20 ### 1299. (964c.) *SCRIPTUM SECUNDUM.*

Descripsimus nos. — Böhmer, Reg. Heinr. 531. *(P. deest.)*

Henricus septimus divina favente cle[me]ncia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Manfredo marchioni Saluciarum fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

25 Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter tuis iustis postulacionibus grato concurrente assensu de marchionatu Saluc(iarum) et pertinenciis eius ac etiam de hiis omnibus et singulis, que a decem annis citra tenuisti et habuisti, te propter hoc in nostre maiestatis presencia constitutum et recognos30 centem, te marchionatum et alia predicta in pheudum tenere ac tenere debere ab imperio et nobis, de ipsis homagium ligium facientem et debite fidelitatis iuramentum prestantem per virgam quam manu gestamus presencialiter investimus[a], in hoc iure imperii et cuiuslibet alterius semper salvo. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre investiture infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc 35 attemptare presumpserit, indignationem nostram et penam centum librarum auri pro dimidia camere nostre et pro reliqua dimidia tibi et tuis heredibus solvendarum se noverit incursurum.

Dat. Pisis, octavo Id. Maii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

1298. a) *supra lineam add. tr.*

40 1299. a) *corr. ex* investivimus *tr.*

1300. (964 c.) *SCRIPTUM TERTIUM.*

Descripsimus nos. — Böhmer, Reg. Heinr. 532. *(P. deest.)*

Henricus septimus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Manfredo marchioni Saluc(iarum)[a] fideli suo dilecto gratiam suam et omne bonum. 5

Etsi ad prosequenda munifice quorumlibet vota fidelium imperialis dextera quadam regularitate sit habilis, ad illos tamen non inmerito graciosius se extendit, quos in suis obsequiis et mandatis repperit promptiores. Attendentes itaque tue fidei et devotionis promptitudinem, quam ad maiestatem nostram te habere hactenus ostendisti et quam per effectum futurorum operum te ostensurum in futuro promittis, et volentes propter 10 hoc te liberalibus favoribus prosequi, ut per hoc tua et aliorum tui exemplo fidelitas ad benemerendum fortius animetur, tibi et tuis heredibus de tuo corpore legitime descendentibus civitatem Albe cum iuribus et pertinentiis suis usque ad nostrum et successorum nostrorum tam imperatorum quam regum Romanorum beneplacitum in nobile pheudum de speciali gratia tenore presencium concedimus et largimur et te propter 15 hoc homagium ligium facientem et debite fidelitatis iuramentum prestantem de civitate, iuribus et iurisditionibus predictis per virgam quam manu gestamus presencialiter investimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis et donacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et penam quinquaginta librarum auri, medietatem camere nostre, 20 reliquum vero passis iniuriam persolvendam se noverit incursurum.

Dat. Pisis, VIII. Id. Maii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

1301. (1010 a.) SCRIPTUM PRO HEINRICO DE SPANHEIM.

1313. Iun. 15. 25

Ineditum proponimus ex autographo partim corroso tabularii secreti reipublicae Bawaricae. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. In verso exaratum est: R.
Cf. supra nr. 743. *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus honorabilibus viris . . decano et capitulo ecclesie sancti Martini Wormatiensis, devotis suis dilectis gratiam 30 suam et omne bonum.

Cum ad prepositeram ecclesie vestre nuper per promotionem venerabilis Adolfi de Marca electi Leodiensis collationi nostre vacantem honorabilem virum Henricum de Spanhein consanguineum nostrum karissimum per alias litteras[1] nostras presentaverimus et eundem certis de causis nobiscum in Italia duxerimus retinendum, devotionem 35

1300. a) *supra lineam add. tr.*

1) *Quae servatae non sunt.*

[vestram][a] monemus, requirimus[b] et hortamur attente, vobis nichilominus per imperialia scripta mandantes, quatinus eiusdem Henrici procuratorem, quem ad hoc legittime constituerit, pro eo in ipsius preposîture possessionem corporalem statim visis presentibus sollempnitatibus[c] debitis et consuetis adhibitis inducatis et defendatis inductum, facientes sibi de fructibus, redditibus. iuribus et obventionibus universis prepositure predicte integre responde(ri).

Dat. Pysis, XVII. Kalen. Iulii, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

1302—1304. (1048a. 1049a. 1050a.) SCRIPTA REGIS TRINACRIAE.

1313. Aug. 7.—Oct. 18.

1302. (1048a.) *LITTERAE PRIORES REGI ARAGONUM MISSAE. Aug. 7.*

Repetimus editionem, quam ex autographo chartaceo tabularii regii Barcinonensis CRD 10183 paravit Finke loco supra ad nr. 1287 citato I, 333 nr. 225. Partim corrosum est. Sigilli vestigia adsunt. *(P. deest.)*

Serenissimo et inclito domino Iacobo Dei gracia Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice regi illustri, comiti Barchinonensi, sancte Romane ecclesie vexillario, amirato et capitaneo generali, reverendo et carissimo fratri suo Fredericus eadem gracia rex Trinacrie successus ad vota prosperos et fraterne dilectionis augmenta continua cum salute.

Cum non tantum in fratrem, verum etiam in patrem vos reputemus, rex inclite, reprehensibiles quidem essemus, si vobis, per quem magis valere et pre ceteris iuvari sentimus, intentiones et processus nostros, prout ex ipsis oriuntur agendis, non faceremus cognitos, ut debemus, ubi maxime malivolorum ingenio aut eorum prava suggestione, qui inter vos et nos . . .[a] discordiam et rancorem quosque delectat inimicos esse veritatis, in animo vestro fieri posset impressio, per quam vestra nobis lederetur gracia quod absit subtraheretur et favor, in quibus preter ipsum dumtaxat Deum spes nostra viget et manet fiducia specialis.

Per hec, reverende frater et domine, celsitudini vestre fieri credimus manifestum, quod excellentissimo et serenissimo domino Henrico divina favente clemencia Romanorum imperatore semper augusto dudum in urbe Roma pro sumendo imperii dyademate moram agente, per suas nos litteras, quarum copiam vobis transmisimus[1], et diversos etiam nuncios frequentius requisivit, quod eum contra dominum Robbertum, qui se Sicilie regem intitulatur, ex eo quod faciebat ei cotidie multas iniurias et offensas usque in personam etiam ipsius, iuvare totis viribus deberemus. Quodque ex alia parte memoratus dominus Robbertus per nuntium suum, quem ad nos misit postea, petendum duxit a nobis, quod predicto imperatori auxilium non daremus, imo sibi et domino Iohanni fratri suo deberemus potius subvenire. Super quibus requisicionibus habito cum diligenti deliberatione consilio respondimus eidem domino Robberto, quod cum

1301. a) *excidit or.* b) re *in loco raso or.* c) *in loco raso or.*

1302. a) *verbum illegibile or.*

1) *Cf. supra nr. 821.*

crederemus eum bene scire, quemadmodum universi reges tenentur iuvare imperatorem Romanorum ex debito caritatis et divine iustitie, ac in tali et tanto casu inita inter eum et nos pacis phedera non obstabant, quin dictum imperatorem licite iuvare possemus, nos zelo ipsius divine iusticie proponebamus eum iuvare in suis iuribus, ut tenemur, toto posse contra omnes sibi iniuriantes per omnem modum, quo iuvari posset, 5 sicut proximum et caput rei publice secundum preceptum divinum, quodque subsidium, quod daturi eramus ei, intendebamus dare ad laudem Dei et honorem sancte Romane ecclesie ac sacri Romani imperii et rei publice utilitatem et confusionem hostium crucis, Domino concedente. Reddita quoque huiusmodi responsione nostra domino Robberto predicto interim dominus imperator contra eum gravissimam tulit sentenciam[1], cuius 10 formam vo[bis transmittimus][b]. Nam per ipsam dictus dominus Robbertus est damnatus tanquam hostis publicus imperii Romani, rebellis et inimicus [lese][c] maiestatis reus, diffidatus et exbannitus, privatus etiam omni honore, dignitate et iurisdiccione. Sunt etiam omnes alii absoluti per eam [ab omni][b] obligacione, convencione, pacto et phedere, in quibus ex quacunque racione vel causa tenebantur eidem et a quolibet vinculo 15 iuramenti, quod pro observacione . . .[d] premissorum, quia sublato principali eius accessorium tollitur[e] ipso iure. Et hanc sentenciam suam misit nobis dictus dominus imperator per religiosum et venerabilem virum fratrem Facium episcopum Kyronensem, suum ad nos nuncium specialem, per quem et etiam suas [nos patentes][b] litteras requi[sivit], ut sentenciam ipsam per universas civitates, terras et villas nostre dicioni sub- 20 iectas faceremus solemniter publicari[2]. Iniuncto alias per [eas predicto episcopo][b], quod nobiscum moram agendo instanter insisteret, qui adhuc presens nobiscum insistit, quod ipsum dominum imperatorem pro viribus a[diuvemus][b]. Propter quod visum fuit nobis, quod requisicioni dicti domini imperatoris pareremus, prout erat de iure parendum. Et facto propterea g[enerali][b] colloquio apud Castrum Iohannis, ubi sindicos omnium civi- 25 tatum et terrarum Sicilie propter hoc mandavimus interesse, predictam sentenciam fecimus publicari. Et tandem in iuvando predictum dominum imperatorem nostro firmato proposito et etiam explicato, convenientibus ad iddem votis omnium, non ex affectione vel odio aliquo, novit Deus, quamvis erga nos memoratus dominus Robbertus non sicut benivolus vel amicus se gesserit, set potius inimicus dederitque causam et causas nobis, 30 o quantas et quales, quibus nos contra eum convertere deberemus, sed tantum instinctu divine iusticie, cui nos cupimus et nitimur conformare, ad iter adcincti eundem dominum imperatorem, prout utiliter possumus et unde melius se offert comoditas, iuvare [nos][c] paramus. Quare huiusmodi intentionem et processus nostros vobis tanquam fratri simul et patri notificantes non tam fraterna quam filiali devocione et affectione vos, sicut 35 carius possumus, deprecamur, quatenus malivolorum obtrectationes, quibus quod absit vester minuatur amor et honor, ad quod scimus eos intendere, apud vos non proficiant et dantibus nobis onera contra veritatem et iustitiam non credatis, imo causam nostram sicut fratris et filii foveatis et faveatis si placet eidem, quia iusta est et racionabilis, sicut fraternitatem vestram cognoscere credimus et sentire. 40

Demum non miretur vestra reverenda fraternitas, si predictum dominum Robbertum scribimus vobis sine suo titulo, quia non sumus soliti alicui derogare nec per hoc ad insolentiam quis nos estimet . . .[f], sed quia parere dicte sententie nobis oportet, hoc facimus ut debemus. Nam si scriberemus eum honoribus, quibus sententialiter est privatus, facere contra ipsam sententiam contumaciter nosceremur. 45

Dat. Messane, sub sigillo nostro secreto, VII. Augusti, XI. indiccionis.

1301. b) *uncis inclusa fere illegibilia or.* c) *an supplendum?* d) *duo verba illegibilia or.; forsan* omnium prestiterint. e) nullitur(?) *ed.* f) *verbum incertum or.*

1) *Supra nr. 946.* 2) *Hae litterae servatae non sunt; sed cf. nr. 1296.*

1303. (1049 a.) *PROTESTATIO DE BELLO CONTRA REGEM SICILIAE INCIPIENDO. 1313. Aug. 15.*

Superest in eodem tabulario CRD 4605 signata[1]. *Ineditam benivolentissime descripsit vir cl. E. González Hurtebise. Sigillum cereum rubei coloris dorso impressum est.* *(P. deest.)*

Fridericus Dei gratia rex Trinacrie.

1. Presentis scripti serie pateat universis tam presentibus quam futuris, quod pridem ab illustrissimo domino domino Enricho Romanorum imperatore et semper augusto sacras litteras cum in eis eius noto ac pendente sigillo recepimus per omnia continentie subsequentis:

'Henricus Dei gratia — imperii vero primo.' *supra nr. 1296.*

2. Quibus litteris per nos reverenter acceptis, auditis et intellectis etiam que ipsarum series continebat, attendentes beatum Paulum apostolum sic scripsisse: 'omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit'[2], imperialem autem potestatem omnibus temporalibus potestatibus anteire, cui naciones omnes et provincias omnesque reges et principes subesse ab omnibus comprobatur, considerantes nec minus in iam dictis contra ipsum principem per antefatum Robertum admissis tot tantisque sceleribus non solum Dei filium, ecclesie caput et fundamentum stabile verum et eius in terris vicarium, a quo palam est eundem principem prius electum, canonice approbatum, inun[c]tum, consecratum reverendissimorum dominorum cardinalium ministerio coronam suscepisse ac gladium ab altari, verum etiam totam Dei ecclesiam lesos esse, cum constet tam ex fama publica quam ex ipsius sepe[e]missis affatibus, postquam in Ytalie partibus sopite fuissent discordie dataque pace catholicis Romano subiectis imperio, anxietate non modica in Terre Sancte subsidium, funiculum hereditatis dominice, ubi Dei natus est filius et crucis suspensus patibulo pro redempcione humani generis suum effudit sanguinem preciosum, que tot emersis temporibus de Romano subducta imperio [in][a] ipsius Crucifixi et in omnium christianorum dedecus alienarum imperio subvertitur nationum, prudenter ac potencialiter transitum facere quam cicius posset auxiliante Domino disponebat et procul dubio ad tam salubre ministerium totis nixibus intendisset, nisi quod dictus Robertus eidem imperatori eiusque progressibus impedimento fuisset, quominus tam sanctum ministerium inicium sumeret, pax et unio inter catholicos fieret totaque res publica debiti status reciperet incrementa, sicut ex ipsius Roberti processibus neminem latere probabiliter potest et prefati eiusdem domini imperatoris testantur affatus, ad exequcionem predictorum nobis ab imperiali culmine mandatorum contra dictum Robertum Romani rebellem imperii tociusque rei publice hostem, quia palam est, dum dictum offenditur principem, Deum Christum et eius ecclesiam, cuius princeps idem advocatus esse dinoscitur et defensor, et nos specialiter quemadmodum et ceteros ortodoxos merito reges et principes offendisse, procedere debita reverentia cupientes, quem Robertum ideo prius non diffidavimus aut diffidamus, quia constat ipsum per antedictum imperatorem diffidatum fuisse et imperii banno subiectum, sicut predictarum ostendit continentia litterarum[3], unde ipso iure statim factus est omnibus diffidatus, nostra ergo specialis diffidatio nec est nec fuit necessaria, eo eciam maxime quia nullam propriam et specialem prosequimur iniuriam, sed solam generalem, publicam et comunem, et nos ipsius imperatoris in huiusmodi negocio iussiones exequimur et tocius rei publice hostem insequimur, ut prefertur, collectis viribus congregatisque regni nostri fidelibus, militibus, equitibus et peditibus totoque nostro exforcio tam marino quam terrestri cum summa diligentia preparato adversus predictum sepedicti principis et

1303. a) *excidit or.*

1) *Cf. ea quae notat Finke l. c. I, 336 sq. not. ad nr. 225.* 2) *Rom. 13, 1.* 3) *Supra nr. 946.*

tocius rei publice ac per consequens nostrum hostem procedimus tam per mare quam per terram, quam idem Robertus nunc tenet et possidet, in ipsius hostis humiliacionem et tocius rei publice salutem ac christianorum omnium statum pacificum et tranquillum.

3. Verum quia, nedum per antedictam terram, que ultra Farum est queque ad sacrosanctam matrem et universalem spectat ecclesiam, cum nostra felici ambula transi- 5 tum faciemus, veremur, ne forsan hii qui se dicti Roberti profitentur esse homines et vassallos transitui nostro vel nostrorum aut reditui aliquatenus se opponant, per quod possent ipsi, qui sancte matris ecclesie sunt vassalli, in personis aut rebus propriis offensiones et dampna incurrere, cum non sit cordi nobis ecclesie ipsius terras invadere nec ipsis ecclesie terras inhabitantibus iniurias aut dampna infligere, sed aditum dumtaxat 10 liberum nobis et nostris ac reditum expectamus contra iam dictum hostem eiusque fautores ac sequaces eiusque res et bona per imperialem sentenciam de iure in fiscum delata feliciter Deo propicio progressuri. Ceterum si qui predictorum hominum nostro nostrorumque aditui et reditui obstrepere forte presumpserint, quibus nocendi Deo teste volumptas nobis non est seu propositum, sub attestacione divini nominis protestamur, 15 quod si qui eorum contrafacientes bello ceciderint aut dampna rerum passi fuerint aut civitates, castra, villas, terras vel alia loca capi contigerit vel occupari, id eis ipsorum culpa continget nulla ex parte nostra nostrorumque iniuria precedente. Absit enim, ut ea que propter bonum ac licitum facimus, si quid per hec preter nostram voluntatem cuique mali acciderit, nobis imputentur, sicut sanctorum canonibus traditur. Et nichilo- 20 minus presentis nostri edicti oraculo firmiter omnibus signa nostra comitantibus tam per mare quam per terram districta precepcione mandamus, ut nullus omnino ipsorum prefatos homines ultra Farum inhabitantes se nostro vel eorum aditui vel reditui non opponentes omnino in personis aut rebus dampnificet vel offendat, si contrafecerint penam quam ex celesti superserimus arbitrio procul dubio incursuri. 25

4. Nos preterea omnes civitates, terras, castra et loca quelibet dictarum parcium ultra Farum et personas ea inhabitantes, que se nobis non obiecerint vel post obiectionem resipiscentes sponte vel per nostram potentiam nobis et nostris aditum et reditum liberum dederint, cum aliter contra dictum hostem securus aditus nobis et nostris patere non possit, manutenebimus et salvabimus toto posse et per nostros salvari et manu- 30 teneri in personis et rebus eorum infallibiliter faciemus et dicte Romane matris ecclesie honoribus, iuribus et potestatibus semper salvis et ei per nos et nostros integre conservandis, quia solum quietum et liberum aditum et reditum cupimus per easdem.

5. Presentibus hiis omnibus, que per nos protestata et decreta sunt, reverendis in Christo patribus Guidotto archiepiscopo Messanensi, Iohanne Pattensi et Lipariensi 35 et Bonifacio Keronensi episcopis, fratre Peregrino ordinis Predicatorum, fratre Ricarto de Passaneto preceptore sacre domus Milicie Sancti Iacobi in Sicilia necnon nobilibus Frederico de Incisa cancellario, Henrico Rubeo magistro racionali, Francisco comite Vigintimilii, Leonardo de Incisa, Ricarto Filangerio, Peregrino de Paccis, Palmerto de Caro, Henrico de Sancto Stefano militibus, Iohanne de Calvaroso iuris civilis professore, 40 Gualterio de Manna et Francisco de Marino iudicibus civitatis Messane ac aliis quam pluribus nostris fidelibus et devotis ac etiam aliis de partibus Regni, quos ad hec habere potuimus quoad presens.

Unde ad futuram memoriam et fidem de premissis omnibus faciendam nec minus ad cautelam nostram nostrorumque omnium presens publicum documentum iuximus fieri 45 per manum Conradi de Iordano imperiali auctoritate notarii, currente anno dominice incarnacionis MCCCXIII, mense Augusti XV. eiusdem, XI. indictionis.

Actum Messane in sacro regio palacio, anno, die, mense et indictione premissis.

Ego Corradus de Iordano qui supra imperiali auctoritate notarius premissis omnibus interfui eaque scripsi et presens instrumentum publicum meo solito signo signavi. 50

1304. (1050a.) *LITTERAE ALTERAE REGI ARAGONUM MISSAE.* *Oct. 18.*

Repetimus editionem ex autographo chartaceo eiusdem tabularii CRD 10211 loco supra ad nr. 1287 citato I, 338 nr. 227 paratam. Sigilli vestigia adsunt.

(P. deest.)

5 Serenitatem vestram scire cupimus, quod bone memorie dominus Henricus Romanorum imperator, dum viveret, quandam nobis misit sententiam latam per eum[1] contra emulum suum, quem scitis, propter multas ac magnas iniurias et offensas, quas ab eo receperat et querebatur plurimum de eisdem, quodque alias per eius litteras et eius nuncios speciales requirendos nos duxit, quod predictam suam sentenciam exequendo 10 memorato eius emulo guerram mari terraque totis viribus moveremus, sicut per formam requisicionis ipsius, quam vobis mittimus[2], seriosius videbitis contineri. Nos quoque adherentes divine caritati, cui quicquam non potest aliud nec debet obstare, mandatum eius cogitavimus adimplere, requisicioni predicte adherendo ipsumque sicut proximum specialem et caput rei publice in temporalibus in iusticia sua iuvando contra prefatum 15 emulum eius, qui, sicut est notorie publicum, tam inique opposuit se eidem. Nosque propterea profecti de Sicilia et ad predictum imperatorem venientes, intelleximus obitum eius in via per litteras speciales[a] nobilis Henrici de Flandria marescalli sui[3]. In quibus continebatur, qualiter mater et filius dicti imperatoris, videlicet rex Bohemie cum gentis efforcio de Alamania venerat iam in Lombardiam, et propter hoc dictus marescallus 20 faciendo moram in civitate Pisarum, quid facturus esset cum alia gente imperatoris, que cum eo erat ibidem, dicti regis Bohemie prestolabatur beneplacitum et mandatum.

Nosque dicti marescalli litteris fidem dantes tum racione parentele contracte de filia imperatoris cum filio nostro, sicut scitis, tum etiam racione aliorum tractatuum cum dicto rege Bohemie elegimus nos videre, sicque iter non deflectentes processimus 25 usque Pisas. Quo pervenientes dictum regem Bohemie non invenimus, imo scivimus, quod non erat, sicut scriptum fuerat nobis per dictum marescallum, qui Pisis iam recesserat, in partibus Lombardie, velut qui Italiam non intrarat. Infra hos autem dies existentibus nobis Pisis Pisani requisiverunt nos de amicicia, unione et societate mutuo contrahenda. De quibus, si bene se offerrent nobis ac dispositos et paratos, videremus 30 eosdem adeo, qui[b] poterant honorem nobis et profectum afferre. Quia tamen in ipsis res vestra, sicut perpendimus, tangatur, ne preiudiciale quicquam vobis meremus[c], cum eis et aliis, qui vos et vestros velut patrem et caput preponere semper intendimus et servare, ut decet, nichil nos intromisimus nec ad aliquem tractatum devenimus cum eisdem, imo recedentes abinde per viam Sardinie et specialiter portum Calaritanum, 35 videlicet[d] Castelli de Castro propter contrarietatem temporis habuimus pro salute nostra et navigii nostri divertere et manere, ad insulam redimus Sicilie, utinam, sicut cupimus, secundo remigio Domino concedente! Ubi offerente se istius navis opportunitate ad partes Catalonie navigantis hec vobis de itinere nostro presenti . . . tanquam patri . . . duximus intimandum . . .

40 Dat. in portu Castelli de Castro, sub sigillo nostro secreto, XVIII. Octobris, XII. indictionis.

1304. a) specialiter *or.* b) que *ed.* c) *an pro* moveremus? d) *nonne* ubi in loco?

1) *Supra nr. 946.* 2) *Supra nr. 1296.* 3) *Servatae non sunt.*

1305—1307. (136a. 597a. 597b.) LITTERAE AD GERHARDUM DE LANDSCRON SPECTANTIA.

1301. Iul. 12.—(1311). Iun. 30.

Cum autographa perierint, modum adhibentes, quo iam supra ad nr. 1118—1120 edendos usi sumus, summaria tantum proponimus, quae ex Inventario 'Stifels A de anno 1600' existenti in archivo burcgraviatus de Sinzich, quod tunc Nassoviae erat in tabulario liberorum baronum a Stein, descripsit A. Wyss b. m.

1305. (136a.) *MANDATUM ALBERTI REGIS. 1301. Iul. 12.*

Servatur l. c. fol. 30'. *(P. deest.)*

Ein lateinischer brief von Alberto Austriaco rege, dorinnen er Gerharden burggraven zu Landskron erfordert und pittet bei der pflicht, dormit er ihm und dem reich verwandt und zugethan seie, das er sampt allen seinen helfern und sonderlich Iohannen dem burggraven zu Reyneck nach allem besten vermögen und macht zu ihm folge ins leger zu seiner vertheidigunge.

Sub dato in castris fur Weinheim, 12. Iulii, regni sui anno tertio.

1306. (597a.) *MANDATUM HEINRICI REGIS. 1311. Mart. 4.*

Item fol. 35'. *(P. deest.)*

Ein brief lateinisch Henrici regis an Gerharden burggraven zu Landskron, das er sich fertig mache und zum all[er] starkesten und gerüsten zu ihrer majestät sich in Italiam verfüge, mit versprechunge, ihne seins dienstes halben gleich Iohann von Brunishorn ihrer majestät hofmeistere und Diederichen von der Schleiden zu halten, das er darab solle genüge tragen.

Sub dato Mediolani, 4. Non. Martii, regni anno tertio.

1307. (597b.) *LITTERAE CREDENTIALES ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. (1311). Iun. 30.*

Item fol. 31'. *(P. deest.)*

Ein lateinischer brief an Henricum imperatorem Romanorum Henrici erzbischofen zu Cöllen umb beförderung auch zustellung glaubens herrn Gerhard herrn zu Landskron seinem vettern, so sich bei der keiserlichen maiestät zu dienst instellete.

Sub dato Gudensberg, in crastino beatorum Petri et Pauli apostolorum.

1308. (482a.) PROMISSIO MARCHIONIS MONTISFERRATI.

1310. Nov. 25.

Descripsimus autographon tabularii regii Taurinensis 'Ducato di Monferrato Mazzo 3' nr. 7[1]. *Imbreviaturam v. supra nr. 483. Cf. Böhmer, Reg. Heinr. 339. (P. deest.)*

In nomine Domini amen.

Anno eiusdem millesimo tricentesimo decimo, inditione octava, vicesimo quinto die mensis Novembr., pontificatus domini Clementis pape quinti anno sexto. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis appareat presentibus et futuris, quod vir nobilis Theodorus marchio Montisferrati constitutus in presentia serenissimi domini Henrici Dei gratia Romanorum regis semper augusti domini sui karissimi ex certa scientia et voluntate sua spontanea convenit cum eodem domino rege et ei per pactum et sollempnem stipulationem promisit et ad sancta Dei euvangelia corporaliter tacta iuravit servire dicto domino regi et eum personaliter associare cum centum equitibus sufficienter armatis, quorum quilibet habebit duos equos ad minus videlicet unum sufficientem dextrarium ad arma et unum sufficientem roncinum propriis expensis ipsius marchionis usque ad unum annum pròxime venturum inchoandum prima die qua idem dominus rex discedet de civitate Astensi et proxime subsequendum. Salvo tamen quod a die recessus ipsius domini regis de Ast usque ad primam diem mensis Ianuar. proximo venturi idem (1311. Ian. 1.) marchio non tenetur servicium predictum facere preterquam cum quinquaginta equitibus armatis et preparatis ut supra et residuum dicti anni debet servire cum centum equitibus, ut superius est expressum. Et[a] hec promisit idem marchio dicto domino regi sub virtute superius prestiti iuramenti et sub obligatione omnium bonorum suorum sic attendere fideliter facere et complere, nulla deffensione, exceptione, allegatione vel excusatione iuris vel facti admissa vel apposita, etiamsi renunciationem specialem requirerent vel expressam. Et de predictis precepit dictus marchio nobis Bernardo de Mercato et Iohanni de Dyst notariis infrascriptis, ut dicto domino regi faceremus unum vel plura publica instrumenta.

Actum est hoc in civitate Astensi in domo habitacionis ipsius domini regis, ubi testes fuerunt vocati ad hoc specialiter et rogati viri venerabiles et nobiles domini Arnaldus Sancte Marie in Porticu dyaconus cardinalis, Castro archiepiscopus Medyolanensis, Aymo episcopus Gebenensis, Henricus episcopus Trigentinus dicti domini regis cancellarius, Philipus de Sabaudia princeps Achaye, Hugo et Guydo Delphini fratres, Aymarus de Peitiers, Philipus de Langusco comes palatinus de Lomello, Opecinus de Loculo de Spinulis, Symon Advocatus de Vercello, Anthonius de Fisserago de Laude et plures alii.

(S. N.) Et ego Bernardus de Mercato de Yanna Bellicen. dyoces. sacrosancte Romane ecclesie ac sacri imperii auctoritate publicus notarius una cum dicto Iohanne de Dyst notario infrascripto hiis omnibus presens fui et rogatus hanc cartam scripsi et tradidi rogatus.

(S. N.)[b] Et ego[c].

1308. a) *in initio lineae bis scriptum or.* b) *abhinc alia manus or.* c) *ita desinit or.*

1) *Cf. 'Historische Vierteljahrschrift' XII, 88 not. 2.*

1309. (552a.) SYNDICATUS CIVITATIS IPOREGIENSIS DE SUBSIDIO STATUENDO.

1311. Ian. 29.

Descripsimus autographon eiusdem tabularii 'Provincia d'Ivrea Mazzo 1' nr. 4 signatum hucusque ineditum, quod interim nacti sumus. Cf. supra nr. 550—553 et pag. 507 not. 3. 5
(P. deest.)

(S. N.) Anno Domini millesimo tricentessimo undecimo, indicione [a], die Veneris XXVIIII. menssis Ian., in palatio comunis Yporegie. Presentibus testibus Iohaneto Stria, Iohaneto de Rucha et Iohaneto de Piro et al(iis) in palatio predicto in plena credentia et conscilio generali comunis et hominum civitatis Yporegie ad hec spetialiter convocato 10 ad sonum campane more solito de mandato nobilis militis domini Iohannis de Sancto Lorentio vicarii domini Henrici serenissimi regis Romanorum in eadem civitate et Canapitio, predictus dominus vicarius consensu et voluntate illorum de dicta credentia et conscilio ibidem presentium et ipsi simul cum ipso domino vicario et eius autoritate eorum nomine et tocius universitatis Yporegie fecerunt, constituerunt et ordinaverunt 15 discretos viros dominos Andream de domino Endrea et Petrum de Berlenda iurisperitos et Iacomotum de Solerio cives Yporegie et quemlibet in solidum, ita quod non sit melior condicio ocupantis et quod unus eorum inceperit, alius sive alii possint prosequi et finire, eorum et predicte universitatis c[ertos] nuncios, auctores, sindicos et procuratores, spetialiter ad ordinandum[b], promitendum et assecurandum plenarie prefacto seu 20 vicario generali possito et ordinato per dictum dominum regem in provincia Lombardie pro[c] se et hominibus seu stipendiatis suis stipendium una cum aliis civit(atibus) iuxta proporcionem[d] eandem[e] civitatem Ypor(egie) contingentem persolvendum. Et ad dandum fideiussores et de ipsorum indepnitate promitendum, promissiones et oblig(ationes) realles et personales faciendum et pro hiis observandis iuramentum in animas omnium et singu- 25 lorum dicti conscilii et predicte universitatis prestandum ac ad alia[f] faciendum, que circa dictum negocium fuerint oportuna. Promitentes dicto nomine michi notario infrascripto tamquam publice persone vice et nomine dicti prefati seu vicarii generalis et omnium quorum interest et interesse posset, se gratum et ratum perpetuo habituros, quidquid predicti procuratores et sindici seu alter vel duo ipsorum in predicto negocio[g] 30 et circa illud duxerit exercendum, sub ypotecha o[m]nium bonorum universitatis predicte. Mandantes inde michi notario fieri plura publica instrumenta.

Nomina vero illorum de dicta credencia et conscilio qui fuerunt ibi presentes sunt hec: *(sequuntur nomina circiter 50 hic omissa).*

(S. N.) Et ego Martinus Loge notarius publicus civis Yporeg[i]e hiis omnibus inter- 35 fui rogatus et hanc cartam[h] tradidi et[i].

1309. a) *lacuna in or.* b) ordinendum *or.* c) p̱ *or.* d) porpoc. *or.* e) eandam *or.* f) alua *or.* g) negocuo *or.* h) *fere evanidum or.* i) *reliqua abscissa sunt or.*

1310. (391a.) SCRIPTA AD MARCHIONES MALASPINAE SPECTANTIA.

1312. Dec. 16.—20.

Transsumtum e membranaceum tabularii regii Florentini 'Deposito Malaspina' noviter adquisitum monente viro cl. R. Davidsohn descripsimus. Syndicatum v. supra nr. 891. (P. deest.)

In nomine Domini amen.

(I) Millesimo CCCXII, indic. X, die XVI.[a] Decembr.

Magnificus et potens vir dominus Guido Novellus Dei gratia in Tuscia palatinus, vicharius tocius riparie orient(alis) districtus Ianue necnon generalis capitaneus diocesis et episcopatus Lunen(sis) pro serenissima imperatoria magestate acceptavit et recepit pecticionem domini Comradi[b] filii magnifici viri domini Francischi marchionis Malaspine porectam hodie per eum coram domino vichario et capitaneo antedicto com iure pre[. . . .][c], si[d] vera sunt ut asseruit in sua pecticione. Et ad eius requisicionem dedit et concessit literas preceptorias infrascripti tenoris con nuncio [iurato][e], videlicet Iohanino Malpede de Ilice exec(utore), qui portaret et presentaret dictas literas dominis marchionibus Malaspine. Et hoc fecit dictus dominus vicharius et capitaneus recepto prius ab eodem sacramento fidelitatis et guerre faciende ad honorem et voluntatem domini nostri imperatoris.

(II) Tenor literarum predictarum talis est:

'Guido Novellus comes Dei gratia in Tuscia palatinus, vicharius riparie orientalis districtus Ianue necnon capitaneus generalis diocesis et episcopatus Lunensis pro sacra imperatoria magestate nobilibus viris dominis Morocllo, Franc(ischino), Spinete et Comradino marchionibus Malaspine salutem.

Conparuit coram nobis vir nobilis Comradus marchio Malaspina suo nomine ac patris fratrumque suorum consors vester iuravitque gueram emulis imperii se facturum pro posse, ut vos ceterique eorum consortes fecerunt ac facere in posterum ordinarunt. Quare com expossuerit coram nobis, quod per vos occupata tenetur tera de Avula ad patrem ipsius et fratres pleno iure spectantem[f], ut asserit, olim [a][g] Lucanis pro vice vicharii imperii acceptam et per eumdem vobis recomendatam, vos requirimur et precamur et nichilominus districte precipiendo mandamus sub pena feudorum, que ab imperio retinetis, quatinus dicto Co(m)rado et domino Francischo eius patri vel eorum procur(atore) libere sine aliqua molestia dictam terram de Avula restituere debeatis. Preces ac mandata nostra taliter servaturi, ut possimus vos apud dominum [nostrum][g] merito conmendare. Has autem literas ad cautelam in actis nostre curie fecimus registrari et nostri sigilli munimine roborari, de present(atione) quarum latori dabimus plenam fidem.

Dat. Ilice, die decimo septimo Decembr., millesimo trecentessimo duodecimo, indic. X.'

(III) Die XX. Decenbr.

Iohaninus dictus Malpes de Ilice exec(utor) curie Ilicis retulit michi notario infrascripto recipienti et stipulanti nomine et vice dicti domini vicharii et capitanei et cuiuslibet alterius persone, cuius interest vel intererit, se de mandato dicti domini vich(arii) et capitanei presentasse predictas literas suprascripti tenoris predictis dominis marchio-

1310. a) XVI[a] *c.* b) *similiter semper c.* c) *evanidae 5—6 litterae c.; an* sentandi? d) *non omnino certum c.* e) *fere omnino evanidum c.* f) *sic c.* g) *excidit c.*

Dec. 17. nibus Malaspine, videlicet domino Moroello marchioni Malaspine die XVII. huius mensis
Dec. 18. et domino Franceschino marchioni Malaspine die XVIII. dicti mensis. Qui dominus Franceschinus ipsas literas retinuit penes se.

(IV) Die XVIIII. Decembr.

Dominus Moroellus marchio Malaspina constitutus ante presenciam predicti domini 5 vicharii et capitanei suprascripte litere seu precepto respondit[h] hoc modo, quod paratus erat restituere dictam terram de Avula iusta posse suum, quia videbatur sibi fuisse facta de iure dicta requisicio. Set ipse dixit se non habere possessionem, quia comsortes sui habent eam guarnitam, videlicet dominus Franc(ischinus) et Comradinus marchiones[i] Malaspine. Et in omnibus paratus se profert obedire mandatis dicti 10 domini vicharii.

Extracte ut supra de actis publicis curie dicti domini vicharii et capitanei per me notarium infrascriptum vicharii et capitanei.

Ubal(detus) de Arcula not(arius).

1311. (1224a.) PROVISIONES VARIAE SENATUS VENETIANI. 15

(1312—1313. Mai.)

Provisionum ad imperatorem spectantium iam deperditarum nonnisi rubricas publici iuris fecit G. Giomo 'Le Rubriche dei Libri Misti del Senato perduti' ('Archivio Veneto' Tom. 24. (Anno XII.)) pag. 309, ad cuius editionem hic eas subiungere liceat. Sumptae 20 *sunt ex libro III., ubi praecedit rubrum:* Imperator Romanorum et Alamania.

(P. deest.)

(1) Qualiter captum fuit de providendo ambaxatoribus domini imperatoris.

(2) Responsum fuit ipsis ambaxatoribus, quod ad coronationem suam mittemus de nostris nobilibus, per quos mittemus de nostro havere vel nostris rebus. 25

(3) Mittantur quatuor ambaxatores ad coronationem domini imperatoris.

(4) Quod dicti ambaxatores pro se, notariis et familia et someri[i]s et familia habeant equitaturas L et famulos XXIIII indutos, et sint cum salario aliorum ambaxatorum.

(5) Quod portent valimentum decem millium denariorum auri[1].

---

(6) Responsio facta dictis ambaxatoribus dicti domini imperatoris excusatoria propter 30 nostras conditiones[2].

(7) Libre quatuor grossorum fuerunt exhibite dictis ambaxatoribus imperatoris.

(8) Super facto Tuscorum respondeatur, quod tenebimus talem viam, de qua dominus imperator habebit rationabiliter contentari[3].

1310. h) respondidit c. i) marchiōī c. 35

1) *Cap. 1—5 ad tractatus a. 1312. habitos spectant, quorum acta servata non sunt. Sed cf. supra nr. 695.* 2) *Cap. 6—8 ad legationem a. 1313. Apr. Mai. missam spectant. Ad cap. 6 cf. supra nr. 937 cap. 1.* 3) *Cf. ibidem cap. 6 et nr. 938.*

1312. 1313. (918a. 918b.) LITTERAE HEINRICI VII. PRO COMITE FORESII.

1313. Mart. 13. — 22.

1312. (918a.) *SCRIPTUM INFEUDATIONIS. Mart. 13.*

Autographon tabularii Parisini 'Carton P 1396[1] nr. 403' signatum[1] denuo contulit socius noster R. Salomon. Sigillum, quod olim filis sericis pendebat, deest. In verso legitur: R. *Edidit Galantino 'Storia di Soncino' III App. (1880) p. 87 nr. 1.*

Minutam diversi tenoris ad hanc feudi collationem spectantem v. supra nr. 985, quam signo chronologico carentem minus recte post Mai. 20 editam opinati sumus propter renuntiationem Heinrici de Flandria supra nr. 984 ad Mai. 20 laudatam.

(P. deest.)

Henricus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus ad futuram rei memoriam.

Digni et benemeriti tanto sunt preveniendi favoribus et specialibus gratiis attollendi, quanto se reddunt in sinceritate devotionis placidos et in obsequendi promptitudine fructuosos. Attendentes itaque grata et fidelia servitia, que nobilis vir Iohannes comes de Forest fidelis noster dilectus nobis et imperio in Italie partibus hactenus exhibuit et specialiter exnunc inantea facere et exhibere promisit, dignum reputamus et debitum, quod ad eum nostre munificentie dexteram extendamus. Et horum consideratione, presertim cum nemo propriis militare stipendiis teneatur, sibi suisque legitimis heredibus de suo corpore descendentibus quatuor milia parvorum florenorum auri in redditibus annuis et in ipsorum florenorum assignationem et solutionem castrum Soncini[a] Cremonen. dioc. cum eius iurisdictione, territorio et districtu tenore presentium in nobile feodum concedimus et donamus. Verum si iura, fructus, redditus et proventus annui, que sibi ex huiusmodi donatione in castro, territorio et districtu predictis competunt, ad valorem dicte quantitatis florenorum non ascenderent, id quod defecerit de quantitate ipsa dicto comiti et suis heredibus predictis singulis annis in festo beati Michaelis archangeli, donec ei assignationem huiusmodi in terris, redditibus vel rebus aliis equivalentibus in locis competentibus et proximioribus eidem castro usque ad dictum valorem quatuor milium florenorum auri supplebimus, de nostra camera persolvatur. Si vero predicta iura, fructus, redditus et proventus dicti castri Sunscini dictum valorem excederent, ad quantitatem, in qua excesserint, donationem et assignationem huiusmodi procedere nolumus, sed ipsam quantitatem nostre camere retinemus. Ad hec conditionem addicimus, quod dicti comes et heredes eius nobis et successoribus nostris tam imperatoribus quam regibus Romanorum cum quadraginta sufficientibus equis armorum, videlicet pro quolibet centenario florenorum cum uno equo, servient aliaque servitia facient et per tres menses integros in quibuslibet locis Italie quolibet anno in expensis propriis predicta et alia servitia in registro nostre camere contenta faciant et facere teneantur. Expresse retinentes et reservantes nobis et eisdem successoribus nostris talia servitia, iura, servitutes et dominia in supradictis castro eiusque iurisdictione, territorio et districtu et in rebus et bonis aliis, si quas et si qua prefato comiti vel heredibus suis pro huiusmodi reddituum suppletione, si eos suppleri expediet, assignabimus, qualia in registro ipso continentur. Et quia memoratus nobilis nobis recipientibus pro nobis et

Sept. 29.

1312. a) on *in loco raso 3 vel 4 litterarum spatium adaequanti or.; cf. lin. 30.*

1) *Cf. 'Historische Vierteljahrschrift' XII, 88 not. 9 et Huillard-Bréholles 'Titres de la maison ducale de Bourbon' I (1867) p. 232.*

successoribus nostris predictis[b] et Romano imperio suo et predictorum heredum suorum nomine pro castro, iurisdictione, territorio et districtu aliisque predictis homagium et fidelitatis iuramentum prestitit et per iuramentum ipsum nobis et successoribus nostris predictis Romanoque imperio obedientiam et fidelitatem debitam ac etiam omnia alia, que in forma fidelitatis nova et veteri continentur, perpetuo fideliter facere et observare 5 ac servitia supradicta impendere, iura, servitutes et dominia nostra pretacta, in quantum spectabit ad eum et heredes suos predictos, integraliter reddere et conservare ac ea vel eorum aliquod per se vel alium seu alios publice vel occulte nullatenus impedire, ipsum suo et predictorum heredum suorum nomine de castro, iurisdictione, territorio et districtu predictis tanquam de feodo nobili per baculum quem manu gestamus presentia- 10 liter investimus. Quocirca dilectis fidelibus nostris vicario, consilio et communi singularibusque personis dicti castri Soncini[c] per imperiales apices districte precipiendo mandamus, quatinus dictus vicarius castrum ipsum statim visis presentibus prefato comiti liberum et expeditum tradere prefatique consilium et comune alieque persone singulares eidem fideliter obedire, servire ac humiliter intendere sibique de omnibus iuribus et 15 redditibus spectantibus ad dominium ipsius loci absque difficultate qualibet integraliter respondere ac super hiis salvo et reservato prime fidelitatis debito, in quo nostre maiestati et imperio Romano tenentur, iuramentum prestare cum promptitudine studeant, sicut nostram indignationem cupiunt evitare. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo iussimus communiri. 20

Dat. Pisis, III. Id. Martii, indictione XI, anno Domini millesimo trecentesimo XIII, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

1313. (918b.) *MANDATUM CASTRO SONCINI DIRECTUM. Mart. 22.*

Autographum eiusdem tabularii l. c. nr. 404 item contulit R. Salomon. Pendet sigillum loro membranaceo. In verso legitur: R̷. *Edidit Galantino l. c. III App. p. 89* 25 *nr. 2.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis fidelibus suis .. vicario, consilio et communi et singularibus personis castri et terre Soncini gratiam suam et omne bonum.

Nobilitatem generis, providentie merita et strenuitatem nobilis viri Iohannis comitis 30 de Forest eiusque multiplicia et grata servitia, que nobis in Italie partibus fecisse noscitur et eum facturum in futuro speramus, considerantes attente, sibi castrum et terram Soncini cum eius iurisdictione, territorio et districtu per[a] alias nostras litteras in[a] pheodum concessimus eumque nobis propter hoc homagium et debite fidelitatis iuramentum prestantem investivimus de eisdem. Quocirca fidelitati vestre presentium tenore districte precipiendo 35 mandamus, quatinus tu . . vicarie prefato comiti cedens et eum vel suum procuratorem pro eo in possessionem castri, iurisdictionis, territorii et districtus predictorum auctoritate nostra inducens et ponens, sibi assignare ipsa remoto cuiuslibet difficultatis et dilationis obstaculo non postponas vosque, consilium et comune singularesque persone, tanquam vestro domino eidem comiti in omnibus humiliter pareatis eique super hoc, 40 salvo semper prime fidelitatis debito, in quo nostre maiestati tenemini, iuramentum prestare curetis. Alioquin sententias, penas et banna, que et quas tulerit et inflixerit in rebelles, rata habebimus et faciemus actore Deo irremissibiliter observari.

Dat. Pisis, XI. Kal. Aprilis, regni nostri anno quinto, imperii vero primo.

1312. b) e *corr. ex* o *or.* c) oncini *in loco raso or.; cf. supra.* 45

1313. a) per — in *in loco raso alia manu mutato atramento angustius scripta or.*

1314. (1238a.) RESIGNATIO FEUDORUM IMPERII.

1313. Iul. 14.

Transsumtum e membranaceum tabularii regii Taurinensis 'Marchesato di Saluzzo I. Categ. Mazzo 1' nr. 4 signatum hucusque ineditum descripsimus[1]. *Cf. supra nr. 1297—*
5 *1300, itemque ea quae ex Nicolao Botrontinensi supra pag. 827 not. 1 repetita sunt.*
(P. deest.)

(I) (S. N.) Anno Domini MCCCXIII, indic. XI, die XIIII. Iul., in Saluc(iis) in domo Henrici[a] Rogerii, presentibus domino Petro de Sancto Georgio, domino Bernabo de Bonefatiis milite et domino Henrico de Verduno iurisperito testibus. Illustris dominus
10 Manfr(edus) marchio Saluc(iarum) nolens retinere feudum sibi concessum ab illustrissimo domino Henrico septimo Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto videlicet de Foxano et de Alba, Montevici, Savilian(o), Clarascho et pertinentiis ipsorum locorum et cuiuslibet eorum, eo quod ipsum feudum seu feuda sentit sibi dampnosa, ipsa feuda Foxani, Albe, Montisvici, Savilian(i) et Claraschi in manibus mei Guillelmi Laurentii
15 notarii ut publice persone recipient(is) nomine dicte imperatorie magestatis et cuiuslibet persone, cuius interesse posset, refutavit et resignavit et ipsis penitus renunc(iavit).

Et ego Iohaninus Laurentii publicus imperiali auctoritate notarius hoc instrumentum, quod notatum inveni in prothocollis Guillelmi Laurentii patris mei quondam ex auctoritate michi tributa per illustrem dominum M(anfredum) marchionem Saluc(iarum)
20 sumpsi fideliter et scripsi, nil addens vel minuens, quod sensum vel substantiam mutet.

(II) (S. N.) Anno Domini MCCCXIII, indic. XI, die XIIII. Iul., in Saluc(iis) in domo Henrici[a] Rogerii, presentibus domino Petro de Sancto Georgio et domino Henrico de Verduno iurisperito testibus. Illustris dominus Manfredus marchio Saluciarum ut validius potuit ob remunerationem plurium servitiorum sibi exibitorum per dominum Bernabo de
25 Bonefatiis militem queve ab eo sperat recipere in futurum dedit et donavit pure, mere, inrevocabiliter ad presens et inter vivos Foxanum et Albam, Claraschum, Montemvici, Savilianum cum Corviliano et Monteforti cum omnibus iuribus et rationibus, que et quas habet aut habere posset vel sibi quoquomodo possent competere in Foxano, Alba, Clarascho, Corviliano, Monteforti, Montevici, Savilian(o) et in locis et pertinentiis ipso-
30 rum locorum.

Eandem donationem fecit dominus Fredericus de Saluciis domino Bernabo de predictis iuribus et locis.

Et ego Iohaninus Laurentii publicus imperiali auctoritate notarius hoc instrumentum, quod notatum inveni in prothocollis Guillelmi Laurentii patris mei condam ex auctoritate
35 michi concessa per illustrem dominum M(anfredum) marchionem Saluc(iarum) sumbsi fideliter et scripsi, nil addens vel minuens, quod sensum vel substantiam mutet.

1314. a) Hnr̄ *semper c.*

1) *Cf. 'Historische Vierteljahrschrift' XII, 90 not. 3.*

INDEX NOMINUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

B.

C. K.

Cun- Chun- Cuen- Con- Cor-

D.

E.

F. V germanicum.

Fridericus, Fredericus, Federicus

G.

H.

Hugo, Hugetus, Huetus, Huet, Hue, Hugues, Huwe

L.

N.

O.

Otto, Oddo, Otho, Oto, Ot

P.

S.

T.

W. Gu.

X.

Z. Ç.

INDEX RERUM.

SCRIPSIT RICARDUS SALOMON.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

INDEX CHRONOLOGICUS

COMPLECTENS CONSTITUTIONUM TOMOS I—IV.

SCRIPSIT FRIDERICUS SALOMON.

in. = ineunte; med. = mediante; ex. = exeunte; c. = circa; a. = ante; p. = post; — = usque ad; quae asterisco signata sunt, in annotationibus inveniuntur.

TOMUS I.

Annus	mensis et dies	tom. I nr.	Annus	mensis et dies	tom. I nr.	Annus	mensis et dies	tom. I nr.	Annus	mensis et dies	tom. I nr.
790	Iun. 6	447	1007	Nov. 1	29	1063?	. . . . .	422	1105	c. Aug.	76
–795	. . . . .	446	1014	Ian.	30	–1065	. . . . .	387	"	Oct. 21	431
916	Sept. 20	433	1019	Mart.	31	"	. . . . .	440	1106	– Mai	80
921	Nov. 7	1	"	p. Sept. 1	32	1071	Mai.	441	"	Iul.	77
922	. . . . .	434	1020	Apr.	33	1076	Ian. 24	58	"	"	78
929	. . . . .	435	1022	Aug. 1	34	"	"	59	"	Aug.	79
932	Iun. 1	2	1023	Aug. 12	437	"	"	60	"	Oct. 22	395
"	"	3	"	Dec. 2	35	"	"	61	1107	Mai.	396
"	"	4	"	. . . . .	437*	"	Mart. 27	62	"	a. Nov.	81
948	Iun. 7	5	1024	Mart. 9	36	"	Apr.	63	–1108?	. . . . .	430
"	"	6	–1025	Aug.	438	"	Oct.	64	1110	Mart. 7	397
"	"	7	1027	Apr. 6	38	"	"	65	1111	Ian.	82
951	Ian.	8	"	– Aug.	439	1077	in.	67	"	Febr. 4	83
952	Aug. 7	9	"	Sept.	40	"	"	68	"	"	84
